Universidad de Deusto
Biblioteca

T. VVALDENSIS

OPERA

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

THOMAE VVALDENSIS

ANGLICI CARMELITAE,

THEOLOGI PRAESTANTISSIMI,
DOCTRINALIS ANTIQVITATVM FIDEI
ECCLESIÆ CATHOLICÆ,

Tomus Secundus.

IN QVO DE SACRAMENTIS,
aduersus Vuitcleuistas, & Hußitas, eorumq; recentiores asseclas,
doctrina exactißimè elucet, & continetur.

CVI NON MODO' MAIORES SVMMAE
capitum accesserunt, verùm etiam in eo restituendo,
ac recognoscendo, ea cura, ac diligentia
adhibita est, vt iure optimo
alius censeri possit.

CVM GEMINO INDICE: ALTERO
quidem Capitum, altero verò rerum memorabilium.

06908

Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S. I.

VENETIIS, Apud Iordanum Zilettum,
M D LXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPTIMO, AC SAPIENTISS. VNIVERSAE CARMELITICAE FAMILIAE MODERATORI, D. IO. BAPTISTAE RVBEO, RAVENNATI,

F. Nicolaus Aurificus Senensis eiusdem familiæ, S. P. D.

EN tandem post tot, tantasq; difficultates, denuò in lucem prodit insignis ille hæreticæ prauitatis hostis, ac catholicæ veritatis defensor THOMAS VVALDENSIS, Carmelita; qui tametsi bis typis excusus fuerit, Parisiis primùm, deinde Salmanticæ, cum tamen Magn. IORDANI ZILETTI consilium fuerit, vt & Venetijs excuderetur, tu non modò benignè (vt soles) consilium eius es amplexus, verùm etiam ad id exequendum, & opem, & operam, ac studiũ omne adhibuisti. Præsertim verò mihi hanc prouinciam iniungere placuit, vt in eo recognoscendo, ac restituendo laborarem. Quod quidem onus licet humeris meis impar cognoscerem, cum ob ingenij mei hebetudinem, tum etiam ob ingentem, multiplicemq; huius uiri doctrinam, qua in conuincendis omnis generis hæresibus vtitur, opus tamen aggressus, auspice Deo, tuaq; fretus ope, ad finem usq; perduxi. Curaui imprimis ea, qua potui diligentia, vt non solùm à mendis quibus scatebat ipsum expurgarem, sed etiam, (quod mihi difficillimum fuit) loca omnia, quæ à Doctissimo isto uiro citantur, restituerem, & ad probata exemplaria nuper emendatius impressa conformarem. Necesse ergo mihi fuit crebrò ad antiquissimos vetustissimosq; illos Catholicæ Ecclesiæ patres, Clementem, Tertullianum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Chrisostomum, Io. Damascenum, Origenem, Gregorium, complures q; alios recurrere, vt ex eis tamquam ex purissimis fontibus è quibus ea auctor hauserat, veram lectionem restituerem. Hoc quàm graue mihi fuerit atque molestum, illis facilè poterit innotescere, qui quanta sit inter antiquas, ac recentiores impressiones dissimilitudo, optimè norunt. In aliquibus enim librorum inscriptio est immutata; in alijs capita nouo quodam ordine distincta, in quibusdam verò quàmplurima dempta, & semota, nonnulla etiam ex peregrinis quibusdam auctoribus nunquam prælo depromptis testimonia refert, ita vt aliquando opus fuerit coniectare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctare, siuè diuinare. Nolui tamen penitus in textu omnia ad noua exemplaria emendare, sed asterisci nota consultò visum est, in marginibus discrimen demonstrare. Pro viribus itaq; laborare non destiti, donec opus mihi creditum, omni studio ad suum verum candorem redigerem. Cæterum nè Salmaticensis editio hanc nostram superaret, in hoc etiam tuo iussu elaboraui, vt & primo volumini siuè tomo, capitum summæ adderentur. Indices præterea longè copiosiores, & quàm plurima præsliti, quæ tu ipse videre poteris. Silentio tamen præterire minimè debeo, quòd iccirco facilius fuit ad optatum finem peruenire, propterea q & quamplurimi mihi fuerunt adiumento. Fuit imprimis admodum R. M. LAVRENTIVS Lauretus Venetus, tunc huius almæ prouinciæ moderator, nunc verò Venetiarum conuentus antistes, qui ea qua pollet ingenij præstantia, doctrinarum omnium cognitione, iudicijq; sinceritate, multum mecum laborauit, multa restituit, multaq; in melius commutauit. Transmissæ etiam fuerunt mihi quorundam præstantissimorum virorum castigationes non paucæ, quas ideo æquo, hilariq; fronte suscepi, vt egregij huius viri monimenta emendatiora ad studiosorum manus peruenire possent. Deo itaq; Optimo Max. tibiq; gratias referre debent. S. Theologiæ candidati, quòd posthac Carmelita nostro, acerrimo veritatis defensore, pro conuellendis, destruendisq; hæresibus vti poterunt. Ego verò quoniam pro innumeris erga me collatis beneficijs plurimum tibi debeo, quicquid laboris, vigiliarum, studii, ac diligentiæ in eo adhibui, tibi & patrono, & domino meo clementissimo humiliter, & ex animo offero, oblataq; esse volo. Tu verò pro tua erga omnes humanitate, ea benignè accipias, mihiq; condones obnixè oro, atq; obtestor, si non omnia ex animi tui sententia euenisse cognosces. Tanta enim est in castigandis auctoribus difficultas, vt vix etiam ab oculatissimo homine cuncta videri possint. Vale, & me vt soles, ama ac tuere. Venetiis. XVII. Kl. Augusti, anno redemptionis nostræ. M. D. LXXI.

EPISTOLA

EPISTOLA SANCTISSIMI PAPÆ MARTINI QVINTI,

Ad dilectum filium Thomam Vualden. ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, Prouincialem Angliæ & sacræ Theologiæ Magistrum, In qua opus de Sacramentis, probatur & commendatur.

DILECTE filij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Placuit primò nobis Opus, quod edideras contra Husitas hæreticos: teq; suimus hortati, vt id quod restabat in materia de Sacramentis simili perficeres studio, & diligentia, quod te feciſſe gaudemus, & tuum studium vtile, & salutare ecclesiæ commendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filij Ioannis, ordinis beatę Marię de monte Carmelo, Magistri in sacra pagina, latoris præsentium, volumen secundum de Sacramentis, quod per solennes viros videri, & examinari fecimus, sicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo desideramus, vt volumen tertium, de Sacramentalibus, cum illud perfeceris, nobis mittat. Cæterùm, vt damnatas concluſiones Vuitcleff securiùs valeas confutare, mittimus tibi Bullam de damnatione librorum prędicti hæretici. Et cupientes quantum possumus erga te propitiare Dei gratiam, pro cuius causa laboras, Benedictionem nostram dedimus tibi, & omnibus fratribus tuæ prouinciæ. Datum Romæ apud sanctos Apostolos sub anulo Piscatoris, octauo die Augusti, Pontificatus nostri anno decimo.

EXAMINATIO ISTA FIERI COEPIT XV. CALEN. Iulij: & durauit usque ad decimum Calend. Augusti, quo die præsentabatur Papæ, præsentibus Cardinalibus Prælatis in consistorio, per commissarios, dominum N. præsbyterum Cardinalem sancti Petri ad Vincula, & dominum Bernardum, Episcopum Caullacensem, Doctorem in Theologia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

F. ANG. DE CAMERINO
ORD. EREM. D. AVG.
EXASTICHON.

ECce *Thomas iterum cœlo Vualdenſis ab alto*
Venit, vt hæreſeos tollat ab orbe chaos.
Nam dum ſcrutatur diuina oracula, verbo
Pandit opes veras, Hæreticosq; premit.
Ite igitur procul Hæretici procul ite prophani,
Nunc date nunc veſtras infera monſtra manus.

F. T. Bon. D. Aug. Erem. Hendecaſillabum.

Sicut Sol radio micante pellit
Pruinam, ſacra ſic Thomæ Magiſtri
Doctrina Hæreticos fugat malignos,
Qui noſtri inficiunt ouile Chriſti,
Dum taxos ouibus venena præbent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCVS TITVLORVM ET CAPITVM, QVAE IN TOTO HOC DE SACRAmentis opere differuntur. Et primò de Sacramentis in generali.

¶DE HAERESIBVS ANTIquorum, & Witcleuiſtarum contra eccleſiæ ſacramenta.

QVOD ex fide Deus concurrit cum miniſtro ad ſacramenta celebranda. Cap.1.f.11

Vnde ſumatur neceſſitas diuini concurſus in miniſterijs celebrandis. Cap.2.f.12

Non ſemper propter peccatum mortale poteſtas conſecrationis ſacramentalis ſuſpenditur in prælato. Cap.3.f.14.

Reſpondetur ad argumentum Witcleff primum, q̃ ſacramentum poteſt conferri, & eſſe ſine effectu gratiæ ſalutaris. Cap.4.f.15

Infidelis ſacerdos non derogat ſacramento. Cap.5. f.16.

Quòd ſacerdos infidelis fide formata, aut alioquin fictus, non minus conficit ſacramentum. Cap.6. f.17.

Quòd celebratio ſacramenti eſt opus ordinati. Cap.7. f.18.

Quòd Deus conficit cum malo miniſtro, ne eccleſia ſeducatur. Cap.8.f.19

Quòd orationes malorum ſacerdotum non faciunt, quin Deus adſit conſecrationibus ſacramentorum. Cap.9.f.20.

Quòd Deus ultra meritum, & dignitatem orantis, audit eum, maximè tradentem diuina. Cap.10. fo.22.

Quòd Chriſtus ſine ſanctitate conſcientiæ ſacerdotis conficit ſacramentum. Cap.11.f.23.

Quòd melius miniſtratur ſacramentum per ſanctum uirum: non tamen creditur in eum, ſed in Chriſtum per eum. Cap.12.f.24

Quòd peccator publicus non minus conficit, quàm occultus. Cap.13.f.26.

Quòd prælati poſſunt conficere, quamuis præſciti. Cap.14.f.27.

Quòd præſciti non neceſſario excluduntur à ſacramentorum fructibus, nec ab eccleſia electorum. Cap.15.f.29.

Quòd præſcitus & à Deo damnatus poteſt eſſe membrum prædeſtinatum eccleſiæ electorum. Cap. 16. fo.29.

¶De Sacramento Euchariſtiæ.

Aſcendendum ad tractatum ſacræ Euchariſtiæ, uitando lites Dialecticas quantùm fieri poterit. Cap.17.f.31.

Quomodo Witcleff conceſſit Satanæ mille annos ſolutionis ſuæ contra Chriſtum, & eius euangelium. Cap.18.f.33.

De antiquis hæreſibus Euchariſtiæ, ex quibus Witcleff traxit hæreſim ſuam de hoſtia conſecrata. Cap.19.f.34.

Quid ſit ſacramentum in communi, & quomodo uerſutus Witcleff abſcondit ſuam hæreſim ſub terminis conſuetis eccleſiæ. Cap.20.f.36

Venerandum Euchariſtiæ ſacramentum eſt corpus Chriſti naturaliter, & ſanguis, non corpus tropicum: & panis in natura ſecundũ Witcleff. Cap.21. f.37.

Quòd corpus Chriſti ſecundum ſubſtantiam eſt ſacramẽtum & res: compago gratiæ membrorum eſt res, & non ſacramentum: ſed hanc neſcit VVitcleff ibi aſſignare. Cap.22.f.39

Quòd corpus Chriſti eſt Euchariſtiæ ſacramentum ſecundum propriam ſubſtantiam. Cap.23.folio 40.

Quòd hoſtia conſecrata eſt corpus Chriſti ſecundum naturam corporis Chriſti uniti. Cap. 24.folio 41.

Quòd hoſtia conſecrata eſt identicè corpus Chriſti, & Deus ſecundum eſſentiam. Cap. 25. folio 43.

Quòd hoſtia conſecrata eſt adoranda, & quomodo VVitcleff in hoc loco blaſphemat catholicos, & appellat eos idololatras. Cap.26.f.45

Quòd ſacerdos, cũ celebrat, conficit, & conſecrat corpus Chriſti, & non nudum exterius ſacramentum. Cap.27.f.47

Quòd ſolus presbyter, & omnis talis ritè exequens in forma uerborum Chriſti, conficit corpus Chriſti. Cap.28.f.49.

De efficacia uerborum ſacramentalium, & ſi habeant uim conuertendi eſſentiam rei ſubiectæ. Cap.29.f.51.

Sacramentum altaris, quod eccleſia credit eſſe corpus Chriſti naturaliter: & panem per figuram, VVit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cleff peruertit ad oppositа, dicens esse corpus Christi solum figuraliter, & panem per essentiam. Cap. 30. f. 52.
Quòd sacrificium altaris est unum, & non sicut Witcleff dicit, aliud sacrificium, aliud sacramentum. Cap. 31. f. 53.
Quòd oblatio altaris iuxta fidem est una simpliciter in natura. Cap. 32. f. 55
Quòd non sit corpus Christi & sanguis in sacramento tantùm per figuram, sed secundum carnis substantiam, & naturam. Cap. 33. f. 57
Quòd hostia consecrata Witcleff non penitus differt ab hostia ueteris legis, & iudaica: quæ per mortem Christi penitus est sublata. Cap. 34. f. 59.
Quòd non remanet panis materialis in eucharistia, consecratione peracta. Cap. 35. f. 61
Ad argumenta Witcleff per scripturam euangelij, q hostia consecrata est panis in natura. Cap. 36. f. 63.
Ad secundum argumentum Witcleff per scripturam Apostoli. 1. ad Corinth. 4. Panis quem frangimus. Cap. 37. f. 65.
Ad tertium argumentum Witcleff, Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie. Cap. 38. f. 67
Ad quartum argumentũ Witcleff, quomodo Apostoli cognouerunt eum in fractione panis. Cap. 39 f. 68.
Ad quintum argumentum Witcleff de sanctis doctoribus commemorantibus panem. Cap. 40. f. 69.
Ad sextum argumentum Witcleff, quomodo cantus & orationes ecclesiæ commemorant panem. Ca. 41 f. 71.
Ad septimum argumentum de Papa, & Romana curia, quomodo concedunt panem esse corpus Christi. Cap. 42. f. 72.
Ad hoc, quod Witcleff dicit, modernam Romanam ecclesiam ecclesiæ priori sub Nicolao esse contrariam Cap. 43. f. 73.
Ad argumentum Witcleff pro pane materiali sumptum ex uulgo. Cap. 44. f. 75
Ad argumentum Witcleff sumptum ex testimonio corporalium sensuum. Cap. 45. f. 78
Ad argumentum Witcleff de brutis & muribus, q non cognoscunt hostiam consecratam. Cap. 46. f. 79.
Ad argumentum Witcleff sumptum ex auctore suo erroneo de diuinis officijs. Cap. 47. f. 80
Ad sophisma VVitcleff, iste panis est corpus Christi ergo est, & manet corpus Christi. Cap. 48. folio 82.
Quid demonstretur pronomine demonstratiuo, hoc, in propositione sacramentali. Cap. 49. f. 83
Quòd species sensibilis sacramenti modo quodam, sed abusiuè, uocatur corpus Christi. Cap. 50. f. 85
Quòd sit uisibilis forma panis, & quid hoc uisibile sacramentum. Cap. 51. f. 86
Ad quæstionem intricatoriam VViteleff, Vtrum illud album & rotundum uisum ibi oculo corporali, sit uerum corpus Christi. Cap. 52. f. 87
Quòd corpus Christi corporaliter uidetur in sacramento, sed sacramentaliter, non naturaliter. Ca. 53 f. 88.
Ad auctoritates VVitcleff contra uisionem corporis Christi in sacramento. Cap. 54. f. 90
Ad rationes VViteleff, quas colligit à natura. Cap. 55. f. 92.
Quòd necessarium est illam partem tenere de uisibilitate corporis Christi, ut simus conformes canonibus prouidentibus hoc modo contra hæreses. Cap. 56. f. 94.
Quòd corpus Christi comeditur in altari corporaliter in natura carnis, & corporaliter comeditur in sacramento. Cap. 57. f. 96
Quòd caro Christi est spiritualis, & tamen carnaliter modo carnis, et corporaliter comeditur in sacramento. Cap. 58. f. 98
Quòd VVitcleff non saluatur in glossa sua logicali, q corpus Christi est ibi corporaliter, id est, per modũ corporis. Cap. 59. f. 99
Quòd non mures, & bruta, sed peccatores, & præsciti uerè corporaliter manducant corpus Christi in sacramento. Cap. 70. f. 101
Contra blasphemiam VVitcleff, qua concedit cum Rabano Maguntiensi, & Heribaldo Altisiodorensi corpus Domini in sacramento esse cibum digerendum in humanam carnem. Cap. 61. folio 103.
Quod nullus cibus penitus est eucharistiæ sacramentum, secessui, uel corruptioni obnoxius. Cap. 72. f. 105.
Quod VVitcleff detestanda plura concedit de sacramento eucharistiæ, quæ item ipse dolosè & mendosè imponit catholicis. Cap. 63. f. 107
De connersione panis secundum substantiam suam, & quibusnam opinio impanantium foret grata. Cap. 74. f. 109.
Contra impanantes corpus Christi, & suntrationes Cap. 75. f. 110.
Quod uia impanantium est pluribus difficultatibus intricata, & uia ecclesiæ est magis plana. Cap. 76. f. 112.
Quòd panis transubstantiatur in corpus Christi secundum suam essentiam utrobique contratam impanantes quàm tropicantes. Cap. 77. f. 113
Quod in connersione ista percelebri non est annihilatio, uel destructio materiæ præcentis. Cap. 78. f. 115.
Quod materia prima panis non destruitur, sed per trã substantiationem Christi perficitur, & transit in melius. Cap. 79. f. 118
Qualiter VVitcleff sophisticat de connersione & transubstantiatione, sed quæ est transubstantiatis connersio secundum fidem ecclesiæ. Cap. 70. f. 119.
Quòd uidetur aliquantum propinquum transubstantiationis exemplum de cibo, quem post resurrectionem Christus accepit. Cap. 71. f. 121
Quomodo corpus Christi secundum suam essentiam multiplicatur ad loca distantia, non continua. Cap. 72. f. 122.
Quòd corpus Christi coexistenter potest adesse alteri corpori in eodem situ totum, & hoc contra uiam penetrationis Witcleff, & Atomos. Cap. 73. f. 124.
Qualiter Witeleff improperat ecclesiæ pro uocabulis transubstantiationis, & accidentis sine subiecto, dicens, quòd olim non erat de fide. Cap. 74. f. 125.
De uocabulis ab ecclesia usitatis, quæ scripturæ sanctæ non continent. Cap. 75. f. 127
Quòd determinatio Innocentij, & ecclesiæ de accidẽte sine subiecto suo, non est contra omnes philosophos Ca. 76. f. 129.
Quòd determinatio accidentis sine subiecto, est consone sanctis de milenario Christi. Cap. 77. f. 130.
De quidditate, & essentia accidentis, & quomõ Witcleff renouat errorem Parmenidis, & Anaxagoræ Cap. 78. f. 132.
Ad argumenta Witcleff contra accidens sine subiecto Cap. 79. f. 134.
Ad Auctoritates Augustini contra accidens sine subiecto. Cap. 80. f. 135
Quòd Witcleff per tres glossas generales corrumpit omnium antiquorum & citeriorum patrum sententias orthodoxas. Cap. 81. f. 136
Contra glossas Witeleff, q Anselmus, & Hugo non concesserunt accidens sine subiecto. Cap. 82. folio. 138.
Quòd Lincolniensis secundùm glossam VVitcleff non intellexit accidens sine subiecto. Cap. 83. folio 140.
Quòd figura non debet cum rei ueritate coextendi; & per hoc figuraliter solum corpus Christi non est uerè, uel realiter corpus Christi. Cap. 84. folio 142.
Quòd solum figuraliter tale, nõ est uerum & realiter tale. Cap. 85. f. 143
Quòd figuræ scripturæ sacræ non sunt liberè extendẽdæ sine euidente necessitate & auctoritate, maximè ubi uergit in dispendium ueritatis extensio figuralis. Cap. 86. f. 145
De instantia VVitcleuistarum Pragẽsium pro communione plebis in utraq; specie: ubi de hæresibus in cõmunicando. Cap. 87. f. 146
Quòd modus quem obseruat ecclesia, est magis conueniens scripturis sanctis. Cap. 88. f. 147
Quòd ex congruentia scripturarum participantium ordo cedit ordini consummantium solennitatem ritus, non rei. Cap. 89. f. 149.
Ad auctoritatem euangelij, Bibite ex hoc omnes quod hæc obseruantia non fuit tàm uniuersalis antiquitùs, sicut sonat eis. Cap. 90. f. 150
Ad auctoritatem euangelij, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem. Ca. 91. f. 151.
De modo bibendi Christi sanguinem re non uisibili specie, & sic ad auctoritates canonis Gregorij, Augustini, Hieronym, Gelasij, Zosimi. Cap. 92. f. 153
Ad auctoritates Ambrosij de sacramentis, VValerani de officijs, & Paschasij. Cap. 93. f. 154
Ad sanctum Thomam, Albertum, Innocentium, Lyrã cum de Halis, Bonauenturam, Fischatre, & Notingam. Cap. 94. f. 155
Quod eucharistia est super catera sacramenta præcellens & singulariter dicta communio. Cap. 95. f. 157.

¶De Sacramento Baptismi.

De sacramento baptismi in aqua, quod requiritur ad salutem, & de hæresibus in hac materia. Ca. 96. f. 152.
Quod baptismus flaminis absolutè non sufficit excluso baptismo flaminis ad salutem. Cap. 97. folio 161.
Quod sacramentum baptismi continet gratiam sancti spiritus in quocunque. Cap. 98. f. 162
Quod paruuli ad baptizandum delati, si præueniantur morte, peribunt. Cap. 99. f. 164
Quod Augustinus multiplici auctoritate, non tamen reputat, sed definit paruulos quoslibet perituros qui non sacramentaliter baptizantur. Cap. 100. f. 165.
Qualiter Witcleff peruertit textum euangelij, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. & quibus erroribus se immergit. Cap. 101. f. 167
Quod uerbum Christi ad Nicodemum intendit aquam sensibilem. Cap. 102. f. 168
Quod uisibili sacramento baptismi est sanctus homo quilibet abluendus, in quo qui credit, est sine dubitatione saluandus, qui uero non, condemnandus. Cap. 103. f. 169.
Ad argumentum de martyrio, quo quis posset saluari ante baptismum. Cap. 104. f. 171
Quod nudum martyrium sine instinctu spiritus sancti ad baptismũ, nec aliqua sanctificatio sancti spiritus baptismum præueniens, sine eo non sufficit ad salutem. Cap. 105. f. 173
Quæ causa præcipuè ut infans moriatur, & percat ante regenerationem per aquam. Cap. 106. f. 174
Quod prætermissa necessitate euangelij pro percipiendo baptismo VVitcleff assignat necessitatem absolutam erroneam omnium futurorum. Cap. 107. f. 176.
Quod baptismus aquæ tollit omne delictum mortale

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ueniale, etiam omissionis quodcunque, induens perfectè nouum hominem, qui secundùm Deũ creatus est. Cap.108.f.178
Quòd est aliquis character baptismalis, confirmationis, & ordinis, ut docet ecclesia. & ubi hoc fundatur. Cap.109.f.179.
Qui est fructus talis characteris sacramenti Ca. 110 f.181.

¶De Sacramento confirmationis.

DE sacramento confirmationis quomodo sit de necessitate salutis, & qualiter regulariter ministretur. Cap.111.f.183
Quòd sacramento confirmationis regulariter confertur spiritussanctus. Cap.112.f.184
Qualiter Christus chrismate unctus, & fideles ex eo Christiani chrismate uncti. Cap.113.f.185
Quòd solis episcopis licet chrismate ungere baptizatos sacramento confirmationis. & ibi qualiter errauerit Armacanus. Cap.114.f.187
Ad argumentum Armacani de Anania, q̃ non cõtulit Paulo spiritumsanctum confirmando per primam impositionem manuum suarum. Cap.115.f.189

¶De Sacramento Ordinis.

DE sacramento ordinis quinquè pertiti, & q̃ à primæuis ecclesiæ fuerunt plures duobus ordinibus Christi ecclesiæ designati. Ca.116.f.191
Quòd tempore apostoli distinctio fuit episcopi à simplici sacerdote. Cap.117.f.193
Quõd non fuit quis eo in gradu & ordine ecclesiastico altior, quo humilior, & ecclesiæ seruitiuior, sed ab electione, & institutione primæua ecclesiæ erat differentia graduum & honorum. Ca.118.f.195
Quod gradualis distantiã episcoporum inter se, et aliorum sacerdotum & ordinum ab apostolorum tẽporibus sit inuenta. Cap.119.f.197
Ad calumnias Witcleff in prælatos & clericos, quos uocat Cæsareos à Cæsare Constantino, quodque ipse, & sequaces eius sunt multo magis Cæsarei à Cæsare Iuliano. Cap.120.f.198
Contra Vvitcleff dicitantem, q̃ multitudo cleri est onerosa, & infundata in lege Christi. Ideo minuenda esset, & ab eo purganda ecclesia. Cap.121. folio 200.
Quod sensibili uocatione, & manus impositione episcopi promoueri debeant ordinati. Cap. 122. folio 202.
Contra Witcleff improbantem ordinationes episcoporum per episcopos, nolentemque, q̃ interna spiratione Dei clerici insensibiliter ordinentur. Ca.123 f.204.
De prælatis præscitis perpetuo suspensis ab officio ordinandi iuxta Vvitcleff, qualiter sentiendum, & loquendum. Cap.124.f.206
Quod gratia prædestinationis nõ est dicenda de ecclesiastico more: sed q̃ nõ prædestinati uerè conficiunt uera sacramenta ministrant. Cap.125.f.206
Quod iudicati à Deo secundum præscientiam sic uera sacramenta dispẽsant, sicut ab ecclesia iudicati per sententiam. Cap.126.f.208
Ad literas testimoniales episcoporum pro clericis ordinandis. Cap.127.f.210
Vbi displicet Vvitcleff generalis continentia clericorum. Cap.128.f.211
Vbi fundatur necessitas continentiæ clericalis expressæ in scriptura sacra, & a primæuis ecclesiæ obseruatæ. Cap.129.f.212

¶De Sacramento Coniugii, seu Matrimonii.

COniugium quid sit, & q̃ non includat de necessitate sacramenti copulam carnalem ad propagationem prolis. Cap.130.f.214
Quod inter steriles uel sanctè continentes absque omni spe sobolis est uerum coniugium. Cap.131. fo.215.
Quod coniugium celebrandum est in signis sensibilibus, & uerbis simplicibus de præsenti. Cap.132 f.216.
De uarijs signis, & ritibus, sub quibus est celebrandũ coniugium cum benedictione sacerdotis in ecclesia. Cap.133.f.218.
De illicitis, & licitis coniugijs, & quæ sint hæcet illa. Cap.134.f.220.

¶De Sacramento Pœnitentiæ.

DE pœnitentia: & confessione sacramentali, qualiter sit in antiqua lege fundata. Ca.135. f.222.
Qualiter confessio ecclesiæ fundetur ex facto Danielis & sociorum, & sic usque ad baptizatos à Ioanne. Cap.136.f.223.
Confessionis ecclesiasticæ necessitas regularis fundatur in ritibus, & uaticiniis legis antiquæ. Ca.137. f.224.
Confessio uocalis ecclesiæ qualiter in noua lege fundatur. Cap.138.f.226.
Obiectio Vvitcleff ex Armacano, & refellitur sententia Armacani. Cap.139.f.227
Quòd Christus non minus præcepit confitendum, quam uis apostolis nõ expressit, sed magis consuetudinem roboranit antiquam, quia eam irritari non iussit, sed suppleuit in ea, quod defuit. Cap.140 f.228.
Qualiter in antiqua ecclesia ad confitendum uocaliter erant astricti fideles, non tãtum Latini, sed Græci. Cap.141.f.229
Pro auctoritate illa euangelica: Ite, ostẽdite uos sacerdotibus. Ca.142.f.230
Pro processu euangelico de suscitatione Lazari per dominum Iesum: & solutione per discipulos. Ca.143. f.232.
Quòd absolutio sacramentalis commissa sacerdoti diuinitus præcedit sententiam absolutionis cæli. Cap.144.f.234.
Quòd claues ecclesiæ sunt scientia, & potestas authentica dimittendi peccata uice Christi. Cap.145 f.136.
Alia positio de clauibus, & dimissione peccatorum. Cap.146.f.238.
De trina blasphemia Witeleff contra confessionem ecclesiæ pro manuum impositione ampla potestate papæ, & sacerdotum multiplici ambitione. Cap.147. f.241.
Pro constitutione Innocentij de confitendo semel in anno cuncta peccata. Cap.148.f.243
De reseruationibus casuum ad prælatos maiores, & de publicis pœnitentijs peccatorum. Cap. 149. f.245.
Ad tres cauillationes Witcleff contra confessionem sacramentalem, pro ignorantia proportionis pœnæ ad culpam, de minoritate scientiæ sacerdotis, & incertitudine confitentis. Cap.150.f.247
Ad cauillationes duas Witcleff contra confessionem sacramentalem: pro ignorantia sacerdotis de recidiuatione confessi, & incertitudine clauium. Ca. 151 f.248.
Respondetur ad tres accusationes Witcleff contra catholicos confessores: de leuitate nimia, de seueritate, & quia confessos non produnt. Cap.152.f.250
Quòd Deus est pronior ad præmiandum iustos, uel ad parcendum pœnitentibus, quàm ad puniendum iniquos. Cap.153.f.251

De peccatomortali, & ueniali, & de eisdẽ in scripturis. Cap.154.f.253
Quòd peccatum mortale, & ueniale distinguuntur in scripturis per iudicium uoluntatis humanæ, non ex præscientiæ, uel prædestinationis abyssо. Cap.155. f.254.
Quòd differentia peccatorum mortalium, & uenialium bene sumitur per actus extrinsecos, & de difficultate separandi, & cognoscendi, q̃ insunt. Cap. 156.f.256.
De discreta cognitione grauitatum peccaminum ex legibus scripturarum. Cap.157.f.258
Contra hæresim Witeleff asserentis solum peccatum finalis impœnitentiæ esse simpliciter & propriè mortale peccatum. Cap.158.f.260.
Peccatum mortale est dignum perenni supplicio, quanuis, is qui peccat, fructuosè pœniteat post peccatum Cap.159.f.161.
Quòd non est charitas talis in omni prædestinato uiante, quæ non potest excidere. Nec peccatum præsciti perpetuum, de quo non potest finaliter pœnitere. Cap 160.f.263.
Non est gratia prædestinationis in prædestinato, quo usq; uocatus iustificetur bonis operibus, uel ecclesiæ sacramentis: nec peccatũ præsciti, de quo non potest, uel potuit esse contritus. Cap.161.f.264
Quòd charitas prædestinati est mortua per peccatum mortale, & eius gratia per peccatum extincta. Cap.162.f.265.

¶De Sacramento unctionis extremæ.

SAcramentum unctionis extremæ est à Christo, & apostolis institutũ, ut sit infirmis fidelibus remedium geminum. Cap.163.f.268
Epilogus huius libri de Sacramentis. Cap.164.f.269.
Peroratio, & operis dedicatio. f.271

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM, QVAE IN HOC REVERENDI PATRIS FRATRIS THOMAE WALDEN.

Theologi præstantissimi uolumine de Sacramentis aduersus Vvitcleuistarum, & Hussitarum hæreses continentur, iuxta ordinem Alphabeticum accuratè digestus.

A

Absolutio sacramentalis sacerdoti diuinitùs commissa, q̃ præcedat sententiam absolutionis cœli contra Witteleff ostenditur. f.234.c.3.nu.1.

Absolutionis officium, q̃ ordini sacerdotum sit appropriatum, & quomodo hæresis hanc sibi potestatem uendicare non possit, ex Ambrosio ostenditur. f.228.col.2.nu.5.

Absolutionis forma, & quorundam audacia in modo absoluendi ab auctore notatur. f.258.col.1.nu.4.

Accidens, q̃ debeat intelligi res, aut entitas alia à substantia, quasi esset substantiæ indumentũ, probatur contra Witeleff. f.132.col.1.nu.4

Accidens non omne deterius omni substantia. f.107. col.1.nu 7.

Accidens posse esse sine subiecto, quòd non sit contra omnes philosophos, ostenditur. f.139.col.1.nu.1.

Accidentia in sacramento seipsis subsistunt. f.128. col.4.

Accidentia cur in sacramento remaneant. f.88.col.3.

Accidentia quomodo sola nutriant. f.105.col.1. num.3.

Accidentis sine subiecto determinatio, q̃ sit sanctis de millenario Christi consona, ostenditur. & quid primò dicat de hoc Basilius. f.130.col.3.n.1

Acolytatus ordo, q̃ tempore S. Pauli fulserit in Onesimo. f.191.col.2.nu.10.

Aduersarij catholicæ ecclesiæ quomodo dederint occasionem dignoscendi ueritatem. f.128.col.2.

Aeneum mare ante fores templi ad abluendas ingredientium manus. &c. f.224.col.3.n.3.

Aenigmatica idolorum. f.4.co.2

Affectiones tres humani corporis. f.267.col.1

Aeriani hæretici unde dicti. & quomodo hos sequitur Witcleff non distinguens episcopum à simplici sacerdote. f.193.col.4.nu.1

Alberti de Padua dictum, quare non ministretur populis sanguis Christi, q̃ sit contra Witcleuistas. f.155.col.4.nu.3.

Album, & rotundum uisum oculo corporali in sacramento, q̃ non sit uerum corpus Christi, probatur. f.87.col.2.nu.1

Alexander Papa quid de Eucharistia dicat. f.157 col.3.nu.5.

Alexandrinorum ciuium confessio, cùm crucis character in templo Serapidis diuinitus apparuisset. fol.224.col.3.nu.2.

Aliena non imputantur Witc. f.4.col.3

Aliud est peccare mortaliter, aliud ad mortem. f.268.col.1.

Altaris in sacramento sicut & in sacramentis cæteris quòd tria soleant ponderari, & quæ sint, & plura ibi de Eucharistia contra Witcleff. f.39.colum.1. num.1.

Ambrosii contra Nouatianos dictum, q̃ sacerdotes sibi à domino uendicent ius dimittendi peccata in foro pœnitentiæ sicut, & in baptismo. f.236.col.1.nu.2.

Ambrosii dictum, Quod panis fuit iam corpus Christi est, quòd sit uerissimum, & multa ibi ex Ambrosio, Damasceno, & Anselmo. f.69.col.3.nu.6

Ambrosius quid de conuersione panis in corpus Christi dicat, contra Witcleff adducitur. f.113.col.2. num.1.

Ambrosius, quod in usu habeat, more patrum ecclesiæ ueritatem a figura distinguere, ostenditur. f.145. col.1.nu.2

Ambrosius quid dicat super illud Ioãnis in Canonica. Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt. f.168.col.2 nu.4.

Ambrosius quid de Constãtini sanctitate dicat f.198 col.3.nu.6.

Ambrosius quid de Petri ablutione dicat. f.169.col.3.nu.6.

Anastasii Papæ rescriptum ad Anastasiũ Imperatorẽ pro ministratione sacramẽtorum per Achacium hæreticum. f.23.col.3.nu.5

Angelus non assumit corpus in unitatem suppositi. f.96.col.2.

Angeli non habent auctoritatem consecrandi. f.49. col.3.

Angeli suscipiunt corpora tantum ad officium. f.111 col.3.

Angeli quomodo asistant, quando Christus in altari immolatur. f.49.col.2.nu.4

Angeli, quod oculis carnis uisi fuerint, ostenditur. f.88.col.4.nu.2.

Angeli quatenus animalia à Gregorio dicti. f.94.col.3.nu.9.

Animum in corpus conuerti posse. f.115.col.4.n.4.

Anima signatur in sanguine. f.153.co.2

Anima cur uentus appelletur. f.145.co.2

Anselmus quid de Christi carne dicat, & qualiter in mysterijs sit consideranda, & quid item Damascenus. f.96.col.3.nu.3

Antichristinũ q̃ non sit sacramentum, quod sensus gustus, aut tactus confunderet, contra Witcleff. f.78 col.2.nu.5.

Antonius primus Eremita, ad quem Constantinus literas miserit, ut pro se, ac pro liberis suis domino supplicaret. f.198.col.3.nu.8

Apostolus, q̃ non dixerit corpus Christi panem Witcleff, ostenditur. f.85.col.1.nu.4

Apostolus quomodo per actus extrinsecos peccatorũ species desinerit. f.256.col.1.nu.2

Apostoli an transtulerint montes. f.127.col.3

Apostoli quod primo in die resurrectionis acceperit Sancti spiritus gratiã, qua cuncta dimitterent peccata, non autem ut facerent signa, ex Chrysostomo. f.227.col.1.nu.2.

Apostoli, quòd formam sensibilis ordinationis à magistro suo Christo acceperãt. Et quomodo Paulus instruat Timotheum, & Tenam det ordinandi regulam. f.204.col.1.nu.3.

Aquæ ex antiquo more ecclesiæ quare ad quẽlibet baptizandum de nouo sanctificentur. f.162.c.4.n.3.

Aquæ de petra fluxio ad Moysis tactum, q̃ nõ fuerit tropica, uel figuralis. Et multa alia ibi adducũtur cõtra tropos Witcleff, & figuras. f.113.co.3.n.5.

Aquæ elementari nostri baptismatis quomodo coniungat Christus uirtutem sui sanguinis, & gratiam spiritus. f.168.col.2.nu.3.

Aquarum separatio ad Moysis uirgæ eleuationem, atque mutatio, q̃ non fuerit tropica. f.113.c.2.n.4.

Aratoris poetæ dictum de pudicitia Pontificum. &c. f.212.col.4.nu.5.

Arianorum crudelitas, et sæuitia ex Cassiodoro. f.7. col.2.nu.6.

Arij perfidum facinus. f.9.col.1.nu.2

Armacani error circa sacramentum confirmationis, dicentis baptizãtem non episcopum posse confirmare. Et quomodo Dionysius, quem ducu in testem, sit contra eum ostenditur. f.187.col.3.nu.2.

Armacanus, qui dicit Ananiam per manus impositionem confirmasse Paulum, & ob id arguit inferiores episcopos posse confirmare, confutatur f.189. col.3.nu.1.

Armeniorum hæresis circa Eucarestiæ sacramẽtum, recitatur. f.52.col.2.nu.1.

Armeniorum error communicantium pueros suos continenter post baptismum. f.151.col.4.nu.2.

Armeniorum errores circa baptismum recensentur. Et quomodo ungant chrismate baptizatum, confirmationis tamen sacramentum expressè renuant f.187 co.3.nn.1.

Armis suis iugulandus est hostis. f.32.col.2

Armonia quid f.86.col.3.

Arra quid f.180.col.2.

Artemonis hæretici Samosatensium hæreticorum capitis hæresis, scilicet, quòd Saluator purus homo & absque Deo fuerit, quæmodo antiquitùs ab ipsis apostolis traditum esse mentiantur f.1 col.2.nu.3.

Articulũ fidei omnem lucidiorem factum post resultationem hæreticam, & contradictiones catholicas ostenditur. f.127.col.3.nu.2.

Assumptio Christi. f.24.col.1.

Aues in arboribus natæ f.112.col.1.nu.2.

Augustini laus f.91.col.3.& 205.col.3

Augustini distinctio de gratia sacramenti, & de sacramento gratiæ. f.162.col.4.nu.7.

Augustini canones cum frangitur, & quia passus. &c. quomodo debeant intelligi. f.153.col.1.nu.3.

Augustini multiplices auctoritates aduersus Witcleff adducuntur. quibus non tantùm reputat, sed definit paruulos quoscunq; perituros qui non sacramentaliter baptizantur f.165.col3.nu.1

Augustini responsio aduersus Pelagianos, arguẽtes natũ ex baptizatis paruulũ, nõ oportere baptizari. Et de multiplici spiritussancti sanctificatione, quæ sola sine baptismo non sufficiat ad salutem. f.173. col.1.n.2.

Augustini de prædestinatione ad fideles instructio. f.208.col.2.nu.4.

Augustini norma de tractatibus scripturarum tenendis & cauendis. f.109.col.1.nu.6.

Augustini ad argumenta Petiliani (dicentis, quod mistri sãctitas simpliciter requiratur ad Dei præsentiam in sacramentis) responsio. f.23.col.3.nu.4.

Augustini responsio ad argumentũ ueterani cuiusdã hæretici. Et quid de baptismo dicat ibi. f.164.col.1 nu.2.

Augustini plana fidei ecclesiæ determinatio de paruulis non baptizatis. f.164.col.2.nu.5.

Augustinus quid contra necessitates absolutas Witcleff dicat. f.208.col.2.nu.2.

Augustinus quid de continentia clericorum dicat. Et quàm mundi debeant esse. Et quomodo non liceat eis habere uxores. f.211.col.2.nu.4.

Augustinus quid de Daniele, & eius confessione refert. f.223.col.3.nu.4

Augustinus quid de fide Cypriani in baptismo dicat. f.223.col.3.nu.6.

Augustinus & Rabanus quid de corpore Christi dicant. f.40.col.2.nu.4

Augustinus, quomodo in his, quæ ad sacramenti confectionem attinent, uulneret Witcleff in multis, demonstratur. f.47.col.3.nu.5

Augustinus, quod non perpendat panem mucidum Wit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Witcleff, & typicam carnem in sacramento. f.69. col.3.nu.5.
Augustinus quid dicat aduersus hæreticos, qui Christianorum uri lent imperitiam. f.75.col.4.nu.9.
Augustinus à Lanfranco laudatur. & plura ibi de nisione corporis Christi in sacramento contra Witcleff, ex Augustino, & alijs. f.90.col.3 nu.3
Augustinus quid de primæua luce sentiat, & an nelit idem cum Basilio fuisse scilicet, accidens sine subiecto. &c. f.130.col.3.nu.4
Augustinus quid de clauibus regni cælorũ, quas Christus dedit ecclesiæ, dicat. f.236.col.2.nu.4.
Augustinus quid de peccato & crimine dicat. & quo modo nemo in hac uita sine peccato inuenitur. f.243.col.1.nu.4.
Augustinus quid de ecclesia differat. & plura ibi de ecclesiæ fide. f.260.col.4.nu.5
Aug. quid de stupore sanitate, & immortalitate hominis dicat. f.265.col.4.nu.5
Auctor cur in hoc libro initium non sumpsit à sacramento baptismi. f.159.col.2.
Auctoris oratio. f.159.col.1
Auctoris inuocatio in principio operis, atque eiusdẽ culpæ deprecatio. f.10.col.1.nu.1
Auctoris consequẽtia exemplaris aduersus Witcleff f.71.col.1.nu.3.
Auctoris ad Witcleuistas, & Hussitas allocutio. f.269.col 4.nu.4.
Auctor inuehitur in Witcleff, tanquam omnium hæresiarcharum proteruiorem, & improbum. &c. ad cõcitandum animos orthodoxos. f.31.col.3.nu.2
Auctor erroneus de diuinis officijs, unde sumpsisse dixit Witcleff argumentum q. Eucharistiæ sacramentum non sit corpus Christi secundum substantiam, quomodo non sit Ambrosius, ostenditur, sed Anselmi contemporaneus. f.80.col.4.nu.1.
Auctor de officijs qui sit. f.154.col.3.nu.3.
Auctor quid dicat de sophistico casu Witcleff de præscito, q. in illo casu ponitur, in quo non potest beatitudinem promereri. & quomodo hoc sit sæuius, quã quod Pelagius intulerit. f.206.col.1.nu.2.
Auctor in Viennam missus, quid de Iudæorum confessione audierit. f.224.col.4.nu.7
Auctoritas uulgi. f.75.col.4

B

Baptisma quòd det omnium indulgentiam peccatorum, & auferat peccata, non radat. f.178.co.1 nu.2.
Baptisma quid ex Gregorio. f.169.col.2.nu.4
Baptismalis institia quæ dicatur. & plura de hoc ibi. f.169.col.3.nu.5.
Baptismatis Christi figura, mare rubrum. f.168.col.2 nu.2.
Baptismatis sanctitatem, quòd uel bonum, uel malum hominis meritum non augeat, nec minuat. f.162. col.4.nu.2.
Baptismi sacramento uisibili, q. etiam sanctus homo quilibet sit abluendus, contra Witcleff. & quid de hoc dicat Augustinus. f.169.col.2.nu.3
Baptismi plura genera recensentur ex Gregorio Nazianzeno, & Cassiodoro. f.171.col.3.nu.4
Baptismi tres superexcedentes seipsos in ordine, ex Gregorio Nazianzeno recensentur. f.162. col.4. nu.1.
Baptismum q. non amittat, neque ius dandi, qui ab ecclesia recedit. f.182.col.1.nu.6
Baptismus quòd sit sacramentum necessitatis. f.160. col.2.nu.5.
Baptismus flaminis, q. absolutè non sufficiat ad salutem, excluso baptismo fluminis, contra Witcleff ostenditur. f.161.col.1.nu.1
Baptismus Vuitcleff insensibilis, q. non sufficiat ad salutem. & plura de hoc ibi. f.161.col.1.nu.3
Baptizare q. non liceat laico extra necessitatem. f.18. col.3.nu.7.
Baptizare, quòd non sit opus laicale, quanuis baptizaret laicus, contra Vuitcleff. f.202.col.1.n.6
Beda quid de hæreticorum pertinacia dicat. f.8.col.2. nu.3.
Bedæ dictum de cõcursu Dei cum hominibus in causalitatibus gratiarum. f.236.col.2.n.3
Benedictio nubẽtium sacerdotalis in ecclesia unde traxerit ortum. & quid de illa decernant Cyricius, & Calixtus Papæ. & plura alia de ritibus nuptialibus. f.218.col.4.nu.3
Bernardus inuehitur cõtra eos qui dicunt, charitatem semel acceptam non posse remitti. f.265.c.4.n.2.
Berengarij Vuitcleff magni magistri fraus. f.9.col.1. num.5.
Berengarij processus, q. per septem Pontificum tempora duraverit. & quid de hoc dicant Lanfraneus, et Guimundus. f.73.col.2.nu.2
Berengarii fraus. f.10.co.3
Berengarius quomodo temera fronte redarguit Humbertũ, Paschasium, & Lanfrancum, eò q. non audeant errare cum ipso, & dicere panẽ superesse post consecrationem. & quid Vuitcleff. f.72.col.1.n.3
Berengarius q. nõ fuerit consentaneus, sed contrarius decreto Nicolai Papæ, & Synodi ostenditur. f.72.col.1.nu.5.
Bestiæ brutæ, q. nec spiritualiter, nec corporaliter comedant sacramentum solenne sacræ eucharistiæ, q. solum pro suo sacramento fideles adorant, contra Vuitcleff, & Berengarium eius magistrum ostenditur. f.101.col.1.nu.1
Blasphemia Witcleff contra confessionem ecclesiæ pro manuum impositione, sanctorum Hieronymi, Chrysostomi, Ambrosij & Cypriani auctoritatibus diluitur. f.241.col.1.nu.1
Blasphemia Witcleff pro ampla Papæ potestate. & ad eam ex Augustino responsio. f.241.col.1.n.2
Blasphemia Witcleff contra Christi ecclesiam pro lege confessionis de multiplici sacerdotum ambitione. & plura ibi contra eam ex Ambrosio, & Gregorio adducuntur. f.241.col.1.nu.3.
Boemorum hæresis narratur. f.7.col.2.nu.3
Boemorum sanitia recensetur. f.8.col.2.nu.4
Boni perseuerantia quomodo in primo homine nõ manserit. & quare. & plura ibi contra Vuitcleff ex augustino adducuntur. f.263.col.2.nu.3

C

Cælestij Pelagij hæretici socij fraus. f.9.co.1.n.3
Cæsarum priscorum imperia. & quantum distent ab Antistitibus. f.195.co.3.n.4
Calixtus uixit anno D.217. f.220.col.1
Calixti decretum, ne consanguineorum coniunctiones fiant, recensẽtur. f.220.col.3.nu.5
Canon pro sacramanto Eucharistiæ recensetur. f.37. col.4.nu.3.
Canon apostolorum, quòd Episcopi peregrini, presbyteri, aut diaconi sine commendatitijs non susciperentur literis. f.210.col.1.nu.4
Caro Christi in sacramento quare non uideatur. Et quomodo in sacramento conseruatur species panis, & uini, secundũ Theophilum: panis autem & uinũ conuertuntur in ueritatem carnis, & sanguinis, cõtra Vuitcleff. f.52.col.2.nu.4
Caro cur sola nominetur ibi, uerbum caro factum est. f.68.col.3.nu.5.
Caro quid. & quomodo sumatur ibi, Iam non nouimus Christum secundum carnem. secundum Augustinũ. f.96.col.3.nu.1.
Caro Christi post resurrectionem quomodo spiritualis erat, & est, nec tamen spiritus erat, uel est, sed corpus. f.98.col.3.n.2
Carthaginẽsis concilij decretum aduersus pelagianos hæreticos, promittentes paruulos, etiam si non baptizentur, habituros uitam æternam. f.164.col.2. num.3.
Cassiodorus quid sub auctoritate Sozomeni de antiqua confitendi consuetudine referat. f.243.col.1 nu.7.
Casuum reseruationes ad prælatos maiores contra Vuitcleff, in honorem Dei fieri, & ultionem criminis, ostenditur. f.245.col.1.nu.1
Casuum reseruationis in delictis causa ad primam sedem, quæ sit. f.245.col.1.nu.3
Catinari hæretici, unde dicti. f.243.col.1.nu.2.
Catharorum hæreticorum Vuitcleff patrum error septimus recensetur. f.47.col.3 nu.3
Cauillatio Vuitcleff contra confessionem sacramentalem pro incertitudine clanium. & quid contra hãc ex Augustino auctor referat. f.248.colum.4. nume.2.
Causæ tres concedendi angelum esse uisibilem, non sic corpus Christi, ab Vuitcleff assignatæ, improbantur. f.94.col.3.nu.∞
Certandum quod non sit multum pro nomine, cum de re constet, ex Augustino ostenditur. & multa ibi contra Witcleff, qui uocabulo argutias, & huiusmodi utitur. f.126.col.1.nu.4.
Character quid. f.179.col.3.nu.1.
Character, seu signaculum Dei sanctum, quòd ex pacto hominis cum Deo detur homini baptizato. & ad quid. & de signaculis, & characteribus triplici sacramenti ex apostolo. f.179.col.3.nu.2
Character, uel signum quanuis sit gratia spiritussancti in baptismo, uel alio sacramento percepta, quòd tamen non sit res sacramenti, quæ sumentem faciat Deo gratum. f.179.col.3.nu.4
Character uocabulum, quod sæpissimè in libris patrũ reperiatur, & ad ullum effectum, ut iam ponit ecclesia Augustini auctoritatibus demonstratur &c. & de ratione ponendi characterem. f.179.colu.3. nu.6.
Characteris sacramenti fructus, quis. f.181.col.4. nu.1.
Characteris alius fructus propter nos. & de signo Tau plura ex Hieronymo, Anselmo, Isidoro, Cypriano, &c. referuntur. f.181.col.4.nu.4.
Charitas q. ab omni etiam prædestinato uiante possit excidere, ostenditur. f.263.col.2.nu.1
Chartis hæreticorum q. conuincatur hæretici. f.3.col. 1.nu.6.
Chiliastæ, qui et unde dicti. & unde sumpserunt errandi occasionem tam millenarij Chiliastæ, quàm millenarij Witcleuistæ. f.33.col.1.nu.2
Chrismatis sacrosanctum signaculum, q. in hominibus possit esse pessimis, in operibus carnis uitam consumentibus, & regnum cælorum non possessuris. f.184.col.4.nu.3.
Chrismatis consecratio, q. a Christo fluxerit, Fabiani Papæ decreto ostenditur. & plura de hoc ibi ex Dionysio, Clemente, Augustino, Ambrosio. &c. f.185.col.4.nu.4.
Christiani unde dicti. & unde hoc uocabulum, & nomen descenderit. f.185.col.4.nu.3
Christianum confirmari quid secundum Melchiadem. f.185.col.4.nu.6.
Christi carnis duplex fractio, ostenditur. f.68.col.3. nu.3.
Christi domini nostri corpus, quod non frangatur secundum propriam formam, sed in specie sacramenti. f.92.col.2.nu.6
Christi caro quare lateat in sacramento ostenditur. f. 94.col.2.nu.4.
Christi sermo quomodo sit potens uniuersa conuertere, ostenditur ex Ambrosio. f.118.col.1.nu.2.
Christi duplicis aduentus comparatio, ex Augustino recensetur. f.122.col.4.nu.3
Christi corpus quantum ubilibet à figurali pane legis ueteris secernatur. & quid de hoc dicat Hieronymus. f.143.col.4.nu.2
Christi carnem comedere, & sanguinem eius bibere, quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid secundum Augustinum. & plura de hoc ibi contra VVitcleuistas. f.151.col.4.n.4
Christi uerbum ad Nicodemum, q̃ intendat aquam uisibilis sacramenti, Augustini auctoritatibus probatur. f.168.col.2.nu.1
Christi lex non scripta per homines transmissa, quantum uiatores obliget. f.200.col.4.n.2.
Christi assumptio à diabolo in sanctam ciuitatem, q̃ nõ ex imbecillitate fuerit domini, sed de inimici superbia, qui uoluntatem Saluatoris, necessitatem putat. f.23.col.3.nu.3.
Christi membrorum compago gratiæ, q̃ sit res principalior sacramentaliter figurata &c. f.39.col.1. num.3.
Christi naturalem carnem, non figuralem, substantialem, non tropicam nos accipere, dum suscipimus sacramentum, quomodo sanctorum auctoritatibus probatur. f.41.col.3.nu.3
Christi humanitatis natura quàm honorata in cœlis ab Augustino ostenditur. f.45.col.4.nu.6
Christi obaltio in misterio corporis, & sanguinis sui, quare quotidiè iteretur in ecclesia catholica. f.47. col.3.nu.7.
Christi caro, & sic Dei filius, q̃ in hora consecrationis descendat de cœlo, qui nec defuit umquam cœlo, cõtra VVitcleff. f.49.col.2.nu.3
Christi quibus uerbis, sepositis euangelistarum uerbis corpus Christi, & illius sanguis conficiatur, ostenditur ex Augustino, & Ambrosio. f.51.col.1. num.1.
Christi uerbis, q̃ non sit quicquam addendum, aut subtrahendum. f.64.col.1.nu.4
Christus, quòd membris suis assistat, ostenditur. f.11. col.1.nu.2.
Christus, quomodo cum ecclesia sua sit semper. f.11. col.1.nu.3.
Christus quomodo quotidie immoletur. f.49.col.1.
Christus est sacerdos, sacrificium, & templum. f.149.col.1.
Christus, quòd quotidiè cibum nostrum mensalem sanctificet, maximè si cum gratiarum actione percipiatur. f.11.col.1.nu.4
Christus, q̃ cooperetur salutem, & per ministrum per uersum, contra VVicleff. f.11.col.1.nu.5
Christus q̃ non desinit cooperari qualicunque flagitioso ministro in confectione sacramentorum. f.16.co.1.nu.2.
Christus, quomodo ferebatur à seipso in die cœnæ non umbraticè non figuratiuè, sed substantiuè, sanctorũ dictis probatur. f.43.col.1.nu.3
Christus, q̃ offerat seipsum, non figuram, per ipsum sacrificium quotidianum, secundum Augustinum. & multa ibi de pane Christo per doctores sanctos. f.43.col.3.nu.4.
Christus q̃ sit adorandus, non solum secundum diuinitatem, sed secundum humanitatis portionem carnalem, quomodo probet Ambrosius, & sancti alii. f.45.col.4.nu.5.
Christus, quomodo in una cœna cum discipulis duplex Pascha celebrauerit. f.59.co.1.n.6
Christus quare noluerit in fractione panis agnosci. & quomodo eum non nouerunt Berengariani, Valdenses, & VVicleuistæ. f.68.co.3.n.2
Christus, quòd in sacramento in partes frangatur quomodo debeat intelligi, ostenditur. f.68.col.3. num.4.
Christus, q̃ uisibiliter in sacramento comeditur, & uidetur, & spiritualiter, ac inuisibiliter in seipso, secundum Augustinum. & quid de hoc dicant Gregorius & Basilius. f.90.col.3.nu.2
Christus, q̃ non sit illud album, uel rubrum trianguli, uel rotundum, quod oculi carnis uident. f.92.col.2 nu.4.
Christus in sacramento, q̃ secundum ecclesiæ fidem nec sedeat, uel stet, nec coloratus, uel quantus sit. f.92.col.2.nu.5.
Christus quòd sensibilibus manibus æquè aut amplius in sacramento tangatur, sicut tangi posset per simbriam. f.92.col.2.nu.7
Christus, qui sedet ad dexteram patris, q̃ sacrificij tẽpore hominũ manibus contreatur ex Basilio, & Chrysostomo ostenditur. f.94.col.2.nu.5
Christus quomodo in sacramento est nobiscum corporaliter, naturaliter, & carnaliter, ostenditur contra Witcleff. f.99.co.3.nu.2
Christus quos obliget ad manducandum carnem eius, & sanguinem bibere. f.151.col.4.nu.3
Christus unde dictus. f.184.col.4.nu.2
Christus q̃ fuerit unctus, & qualiter. & quomodo ab ipso authoritatem, & rem unctionis sacramentalis assumpsimus. f.183.col.4.nu.2
Christus, q̃ expresserit horam, uel formam, qua suos apostolos instituerit sacerdotes, cõtra Witcleff ostenditur. & plura de hoc ibi. f.204.col.1.nu.7
Christus, qũo perfectioribus discipulis spiritum sanctũ insufflauerit, ut per eos ad reliquos illa gratia perueniret. f.227.col.1.nu.3
Christum quare non similiter præceptum dederit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittendi. f.227. col.1.nu.5.
Christus q̃ nõ minus præceperit cõfitẽdũ, quamuis apostolis nõ expresserit, sed magis consuetudinẽ roborauerit, antiquã ostenditur. f.228.col.2.nu.1
Christus, quare miserit leprosos ad sacerdotes nõ emũdandos, sed iam emundatos. & plura de hoc ibi contra Witcleff ex Augustino, Hieronymo, Beda, Ambrosio. &c. f.230.col.3.nu.3
Chrysostomus quã perspicuè doceat diuersis sensuũ generibus carnẽ Christi in sacramento fieri sensibilẽ. & quid de hoc dicant, Gregorius, & Hugo. f.88. col.4.nu.5.

Chryso-

Chrysostomus qui.l de mysterijs ecclesiæ, & altaris dicat. f.107.col.1.nu.2.
Cibus, quẽ post resurrectionẽ Christus sumpsit, quòd sit translatus, uel absorptus, dubitatur. Et quid de hoc dicant Beda, & Augustinus. f.121.col.3.n.1.
Cicures Enniani, uel ut alibi legitur Semniani. f.3. col.1.
Circũcisionis tota ratio describitur ex Damasceno. Et quõ erat typus nostri baptismatis. f.181.col.4.n.3
Clauiũ ecclesiæ authoritas, & quidditas ex Ambrosio f.236.col.2.nu.5.
Clauiũ potestas, q̃ sit uera peccatorũ dimissio, aut obduratorũ detentio, &c. Et quomodo qui hoc negat, aut negligit dari sibi in ecclesia, exors sit ad ueniã, ex Augustino. f.236.col.2.nu.6.
Clericalis continentiæ necessitas in scriptura sacra expressæ, & à primæuis ecclesiæ obseruatæ, ubi funditur. f.212.col.4.nu.1
Cognatio secundũ consuetas durationes humanorum affectuũ, quantum se protendat. f.220.col.3.nu.7
Cõcidare quid secũdũ Haymonem. f.210.col.1.nu.5
Commendare quid ex Hieronymo. f.210.col.1.nu.6.
Communicationis popularis ritus ab ecclesiasticæ institutionis de effusione cautelam palam fit, & potissimum ex Pij Papæ decreto. f.150.col.2.n.3.
Communionis popularis in arido euidentia. Et qũo hoc Christi præceptum, Bibite ex eo omnes, non possit generaliter cunctis applicare fidelibus. f.150.col.2.nu.4.
Comparatio inter Deum & animam. f.125.col.2
Concilia episcoporum plura quid de parunlis non baptizatis dicant, ab Augustino refertur. & quid itẽ Romani Pontifices Innocentius, & Zosimus de hac re decreuerint. f.164.col.2.nu.4
Concilij Nicæni mititas in Arium notatur. & de eius deportatione, & exilio. & plura de Ario. &c. f.5. col.4.nu.3.
Concilium Mileuitanum, q̃ ordinati accipiant literas ab ordinatoribus. f.210.col.1.nu.7
Concilium Constantiense in Witcleff. f.6.col.4
Concretum quid. f.38.col.3.
Concurrit malis ministris Deus ne ecclesia seducatur. f.20.col.1.
Cõcursus diuini euidentia, q̃ frustrà quæratur, quãdo potestas uidetur in effectibus, contra Witcleff. f.12.col.2.nu.2.
Confessio ecclesiæ, q̃ fundetur ex facto Danielis, et sociorum eius, ostenditur. f.223.col.3.nu.1
Confessio priuata quòd cadat sub præcepto, ex uerbis Chrysostomi ostenditur. &c. f.223.col.3.nu.8
Confessio nociua. f.201.col.3
Confessio quorundam hæreticorum. f.222.col.4
Confessio mentalis frequentur facienda. f.231.col.2.
Confessio secundum Berengarium. f.74.col.3
Confessio uocalis ex Iob dictis fundata ostenditur. f.234.col.4.nu.6.
Confessio uocalis ecclesiæ, quòd in noua lege fundetur f.226.col.1.nu.1.
Confessio quòd debeat fieri uocaliter sacerdoti. Et qũo ecclesia non debet contentari de contritione cordis, & confessione facta soli Deo, ex Augustini dictis ostenditur. f.226.col.1.nu.2
Confessio nostra ubi fundetur. & plura de hac ibi. f.226.col.1.nu.3.
Confessio sacramentalis secundum q̃ est pars pœnitentiæ, q̃ loco pœnitentiæ solennis in ecclesia fieri statuta sit à primordijs. & qũo Innocentius tertius ipse primus eam non adinuenerit, contra Witcleff ex Augustini uerbis ostenditur. f.243.col.1.n.1
Confessio diacono fieri permissa. f.245.col.1.nu.7
Confessionem sacramentalem tenere in ecclesia locum circuncisionis antiquæ, ex Lactantio ostenditur. & quanta necessitate ad hanc confessionem nostrã constringimur. f.224.col.3.nu.4
Confessionis ecclesiasticæ necessitas regularis, q̃ fundetur in ritibus, & uaticinijs legis antiquæ. f.224 col.3.nu.1.
Confessionis definitio secundum Hilarium. f.223.col. 3.nu.2.
Confitendum q̃ non sit tantum in spirituali mentis proiectu, ut putet quis se ex illa iustum esse, & non egere baptismate. f.162.col.4.nu.5
Confidere in prælatis, & ecclesiæ ministris quomodo liceat. f.24.col.4.nu.5
Confirmationis sacramentum quòd sit necessarium cõtra Witcleff ostenditur. f.183.col.4.n.1
Confirmationis sacramẽto quòd regulariter cõferatur spiritus sanctus contra VVitcleff. f.184.co.4.nu.1
Confirmationis sacramentum olim maius baptismo dictum. & quare. & quid de hoc dicat Melchiades papa. f.189.col.3.nu.7
Confitendum quod sit semel in anno, & communicandum. f.243.col.1.nu.5
Coniugio sibi copulari usq; quotam generationem fideles debeant cum propinquis. & utrum nouercis et cognatis liceat copulari coniugio. f.220.col.4.n.3
Coniugium praue ab Witcleff quid sit, describitur. f.214.col.4.nu.1.
Coniugium Mariæ, & Ioseph. f.214.co.4.nu.2
Coniugium, quòd non includat de necessitate sacramẽti copulam carnalem ad propagationem prolis. f.214.col.4.nu.3.
Coniugium quod sit uerum inter steriles, uel sanctè cõtinentes absq; omni spe sobolis, ostenditur. & plura de hoc ibi ex Hugone, & Augustino. f.215.col.3. nu.1.
Coniugium, seu Matrimonium quid sit. f.215.colu.4. num.2.
Coniugium, quod fieri debeat in facie ecclesiæ corã testibus. & quare. & quomodo si clam fiat, licet in re sit perfectum, quæ mala inde oriri possent, ex Hugone referuntur. f.218.col.4.nu.1

Connubia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõnubia, quæ in Leuitico prohibita, recensentur. f. 220 col. 3 nu. 1.
Cõnubia quæ prohibita appareant ex Decalogo secundùm Augustinum. f. 220. col. 3. nu. 2
Consentia ministrantis sacramenta q̃ non sit attendẽda, sed Deus, & Christus, in quem creditur. f. 26. col. 3. nu. 3.
Consecrans, siue sit bonus, siue malus, q̃ semper operatur Deus in conficiendo sacramentum, latissimè probatur ex Augustini auctoritatibus. f. 26. col. 3. n. 2
Consecratione peracta, q̃ non remaneat panis materialis in Eucharistia, sanctorum patrum auctoritatibus probatur contra Witeleff. f. 61. col. 2. num. 1
Consecratio quando, & quid hoc demonstret. & plura de hoc ibi. f. 51. col. 1. nu. 2
Constantiense Concilium in Witeleff adducitur, contra VViteleuistas, qui dicunt magistrum suum, non obseruato iuris processu & ordine, fuisse damnatum. f. 6. col. 3. nu. 1.
Constantini fides ex quibus. f. 198. col. 3. nu. 7
Consuetudo est animata fides ecclesiæ. f. 180. col. 1.
Cõsuetudo antiqua de creatione episcoporũ. f. 195. c. 2
Continentia clericorum ubi displiceat VViteleff. f. 211 col. 2. nu. 1.
Contrahebant antiqui patres inter consanguineos, & quare. f. 221. col. 4.
Corinthiorum hæresis circa modum sumptionis Eucharistiæ, recensetur. f. 146. col. 4. nu. 2
Corona pro præmio ultimato accepta. f. 20. col. 4. n. 4.
Corporis Christi mysterium, q̃ in specie panis permaneat. & quid de hoc dicant doctores ibi. f. 87. col. 2. nu. 2.
Corporis Christi uisibilitas in sacramento, quare potiùs sit admittenda, & tenenda, quàm contrarium. f. 94. col. 2. nu. 1.
Corpus Christi sumentes indignè notent uerba Pauli. f. 102. col. 4
Corpus Christi, quãdo ore corporali corporaliter manducetur, & quando spirituali ore cordis spiritualiter comedatur, & hauriatur, ex Lanfranco aduersus Berengarium. f. 96. col. 3. nu. 4
Corpus Christi ut est sacramentum, & res, qualiter ibi comedatur. f. 198. col. 3. nu. 1
Corpus Christi, quod non esca carnalis, sed spiritualis &c. f. 98. col. 3. nu. 3
Corpus Christi in sacramento qũo accipitur, & comeditur, non tamen consumitur. f. 98. col. 3. num. 4
Corpus domini q̃ non digeratur. & alij cibi, qui non fuerint digesti, recensentur. f. 193. col. 2. n. 2
Corpus Christi, q̃ uenenum ullum non contineat, quanuis omni hæretico sit uenenum ex indispositione sup positi & quid de hoc dicat Augustinus. f. 107. co. 1 nu. 3.
Corpus Christi, q̃ possit coexistenter adesse alteri corpori in eodem situ totum, secluſa uia penetrationis VViteleff. & atomos, demonstratur. & plura de hoc ibi. f. 124. col. 2. nu. 3
Corpus Christi, quare non detur populo sub specie uini, sicut sub specie panis, uel simul sub utraq; multiplex ratio secundum Fisthatre. f. 155. col. 4. n. 7.
Corpus Christi, q̃ sit eucharistiæ sacramentum secundũ propriam substantiam, & non figuratiuè, contra VViteleff. f. 40. col. 2. nu. 1
Corpus Christi, quòd ueritas est, & figura est. f. 52. col. 2. nu. 2.
Corpus Domini q̃ sit dicendum, non corpus sacrificij, ostendit Anselmus. & quomodo intelligendũ corpus sacrificij. f. 54. col. 1. nu. 1
Corpus Christi q̃ corporaliter in sua natura in sacramento tam à bonis, quàm à malis comedatur, spiritualiter autem, & corporaliter à bonis tantũ. f. 55. col. 1. nu. 4.
Corpus Christi in sacramento, q̃ his oculis sit insensibile, & inuisibile docetur. f. 88. col. 4. nu. 4
Corpus Christi q̃ frangatur in sua essentia sub sacramento, non autem in sua essentia nudè, & purè secũdum se. f. 94. col. 2. nu. 2
Corpus omne in oẽ corpus mutari potest. f. 121. co. 2.
Crimina enormia quæ. & quomodo publicè puniri soli ta. f. 245. col. 1. nu. 4
Criminari ab inimicis ecclesiæ, q̃ non sit parua parumque gloriosa consolatio. f. 5. col. 1. nu. 2
Crines siue capilli euaporauerunt in corporibus sanctorum post quinquaginta annos suæ dormitionis. f. 105. col. 1.
Culpæ deprecatio. f. 10. col. 1
Curia Romana secundum VViteleff. f. 72. col. 1. nu. 1
Cypriani obiurgatio aduersus sacerdotes, qui admittebant quosdam sine confessione præuia ad communionem. f. 229. col. 2. n. 3
Cyprianus martyr, & Africæ primas, quomodo à lapsis confessionem peccatorum antequam ad sacram communionem peruenirent, uendicabat. f. 229. co. 2. nu. 1
Cyprianus Carthaginensis ecclesiæ Primas, quomodo quorundam absolutionis sibi reseruauerit. f. 245. col. 1. nu. 6.
Cyprianus quid de Exomologesi, seu confessione criminis occulti apud sacerdotes fienda, dicat. f. 223. co. 3. nu. 3.

D

Damascenus quomodo Basilij sententiam affirmet de accidente sine subiecto. f. 130. col. 3. nu. 2
Damascenus quid de confectione sacramenti Eucharistiæ dicat. f. 12. col. 2. n. 6
Decreti Concilij de fide accidentis sine subiecto ratio. f. 127. col. 3. nu. 3.
Decretum Greg. Pp. de corpore & sanguine domini. &c. f. 73. col. 1. n. 3
Decretum qũo altitudo misteriorum altissimo quibusdam paruulis reuelatur seorsum à turbis. & c. f. 75. col. 4. nu. 3.
Dei filius, qua una proprietate à creaturis omnibus separetur ex Augustino. f. 115. col. 4. nu. 2
Democritus, & Epicurus in quæstionibus naturalibus in quo inter se distent, ex Augustino. f. 124. col. 2. nu. 2.
Desperandum q̃ non sit de salute cuiusquam in hac uita, quin saluus esse poterit f. 20. col. 4. n. 2
Deũ bonum sine bono ministro per uenerabile sacramẽtum influere gratiam suam hominibus, & cooperari etiam odientibus eum ministris, q̃ secundum ecclesiæ fidem omnino sit credendum. f. 16. col. 1. n. 4.
Deus, q̃ in omni actioni concurrat, probatur. f. 12. col. 2. nu. 7.
Deus q̃ sacramẽtis Christianorum spiritualibus nunquam desit. f. 12. col. 2. nu. 8
Deus q̃ det, aut præstet alicui dum est in mortali aliquod bonum suum, & non tantum bonis bona, ostenditur ex Origene contra Witeleff. f. 14. col. 1. n. 3.
Deus quod omnia det regna. f. 14. col. 1. nu. 4.
Deus quomodo corda hominum quò uult, inclinet. f. 14 col. 1. nu. 5.
Deus, q̃ sacramẽtũ gratiæ det per malos, ipsã uerò gratiam non nisi per seipsum, uel per sanctos suos. f. 15. col. 2. nu. 4.
Deus, q̃ sine fide formata cooperetur ministro infideli usque ad spiritus humani salutem, figuraliter ostenditur. f. 17 col. 3. nu. 4
Deus, quòd concurrat malis ministris, ne ecclesia seducatur. f. 19. col. 4. nu. 1.
Deus quomodo peccatorem audiat. f. 20. col. 4. nu. 7
Deus, quòd indubitanter, & omni fide concurrat ad sacramenti confectionem, quæ sine euangelicis uerbis nusquam est, siue fidelis consecret siue hæreticus. &c. f. 20. col. 4. nu. 8.
Deus non solet illudere sensus humanos. f. 128. col. 3.
Deus cur aliquando non reuelat mysteria et ueritatẽ suis doctoribus. f. 128. col. 3.
Deus plus potest facere quã nos intelligere. f. 131. c. 1
Deus quod ultra meritum, & dignitatem orantis audiat eum, maximè cum tradit diuina, contra Witeleff. f. 22. col. 1. nu. 1
Deus, quòd non dicatur cogi, nec propriè necessitari, ut putabant hæretici. f. 23. col. 3. nu. 2
Deus, an uisibilis sit. & qũo possit uideri, licet sit inuisibilis, secundum Augustinum, Hieronymum, Athanasium, Gregorium. &c. f. 88. col. 4. nu. 1
Deus quomodo erit nobis notus, atque conspicuus, ostẽdit Augustinus f. 88. col. 4. nu. 3
Deus noster, & corpus eius, quod uideatur per speciẽ extraneam, non tamen albet per eam, neq; calet, nõ olet, uel acet. &c. f. 92. col. 2. nu. 3.
Deus, qui ubiq; præsens est, & ubiq; totus, quòd non in omnibus habitet, sed in quibus, ex Augustino ostenditur. f. 173. col. 2. nu. 3.
Deus creator omnium, quomodo ad producendum re primarias præelegerit uerbum de præsenti. f. 216 col. 4. nu. 3.
Deus, quòd sit pronior ad præmiandum iustos, & parcendum pœnitentibus, quàm ad puniendum iniquos, Augustini, & Chrysostomi auctoritatibus, ostenditur. f. 251. col. 4. nu. 1
Deus, quòd sit infinitè magis quacunque multitudine infinita. f. 251. co. 4. n. 2
Deus, cùm miseretur, quòd etiam teneat summam iustitiam. f. 251. col. 4. nu. 3
Deus, quam mortem comminatus fuerit primis hominibus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptũ, ex Augustino. f. 253. col. 1. nu. 2
Deus, quòd soluat à peccato. & homo etiam. & qũo aliter soluat Deus. & aliter homo. f. 239. col. 1. nu. 1.
Deus quòd non solus soluit. & sacerdos ostendit, sed uterq; soluit, & ligat. & quid super hoc dicat Chrisostomus de sacerdotibus legis ueteris, & nostris. f. 239. col. 1. nu. 2.
Deus, quod generaliter reuelet sacerdolibus in scripturis unde possint singulorum distinguere granitates peccatorum, contra Witeleff ostenditur. & quid de hoc dicant Augustin. & Origenes. f. 258. c. 1. n. 1.
Diaboli ligatura, & solutio narratur. & quid super hoc dicant diuersi auctores per totum cap. f. 33. co. 1. nu. 3.
Diabolus millenarius. f. 33. col. 2.
Diaconatus ordinem in nouo testamento ab apostolis sumpsisse exordium probatur. f. 197. col. 2. nu. 3.
Diaconi, quòd non subitò eruperint ex laicis, sed prius functi lectoratus ordine fuerint. f. 191. col. 2. nu. 4
Differentiæ temporum quòd parum agant, ostenditur. f. 69. col. 3. nu. 3.
Dignus salute quis. f. 22. co. 4
Dilectio est anima fidei. f. 266. co. 1
Discipuli Christi, quòd non dederint spiritum sanctum, f. 185. col. 4. nu. 8.
Discipuli septuaginta duo, q̃ per manuũ impositionem non tradiderint spiritum sanctum, sed soli apostoli et eorum successores ex decreto Ioan. Papæ sancti Gregorij præcessoris ostenditur. f. 189. col. 3. nu. 5
Disputatoris fidelis, & infidelis conditiones ab Augustino assignantur. f. 4. col. 1. nu. 4
Doctor subtilis ab auctore defenditur. f. 109. c. 1. n. 3
Doctores hæretici, q̃ apud discipulos suos uarietatem suæ doctrinæ, mentiendo sibi colorem persecutionis, aut odij, soleant contegere. f. 7. col. 2. num. 1.
Doctores sacre scip. cur citãt sentẽtias philosophorum. f. 130. co. 1.
Doctrina prima ecclesiæ Iesu Christi hæreticorum doctrinæ primæ contraria. f. 1. col. 3 nu. 2
Doctrina qũo præcedebat, & Baptismus subsequebatur ex Christi præcepto. f. 159. col. 2. nu. 1
Doctrina Christiana de duplici genere falsi ex Augustino. & plura alia contra Witeleff necessitatem eroneam

Universidad de Deusto
Biblioteca

roneam adducuntur. f.176.co.2.nu.3
Dona sua, q̃ in nobis coronet Deus, non merita nostra. f.22.col.2.nu.3.

E

Ecclesiasticæ disciplinæ mos (si quando hæreticorum noua doctrina exurgat) quis secundum Athanasium. f.126.col.1.nu.3
Ecclesia, q̃ nunquam fuerit sibiipsi contraria in condemnatione Berengarij, contra Witcleff ostenditur. f.73.col.2.nu.4.
Ecclesia quæ uera. f.224.col.4.n.5.
Ecclesia quomodo de peccatis iudicet. f.256.co.1.n.6
Ecclesia catholica per orbem diffusa, q̃ tribus modis probatur existere ex Boetio. f.229.co.2.n.5
Ecclesiæ quanta sit clementia, atque mansuetudo, ostenditur. f.7.col.2.nu.7.
Ecclesiæ q̃ non sit in potestate facere istud esse uerum uel non uerum. f.109.col.1.n.4
Ecclesiæ Christi celebrandi sancta sexta feria annuis temporibus modus, nihil eo die conficiens. &c. unde traxerit ortum. f.148.col.1.nu.7
Epiphanius in Origenis doctrinam. f.7.col.2.nu.2
Episcopi in uice apostolorum, minores uero presbyteri in uicem sept. f.196.col.3
Episcopi à simplici sacerdote distinctio, q̃ fuerit à tempore Apostoli, contra Witcleff, ostenditur. & quid de hoc dicant Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus ibi. f.193.col.4.n.2
Episcopi, q̃ ordinentur per manus impositionem à præcessoribus Dei sacerdotibus ex antiqua institutione. f.198.col.3.n.5
Episcopi unde acceperint in consecratione unctionem suam. f.198.col.3 n.6
Episcoporum gradualis distantia inter se, & aliorum sacerdotum, & ordinum, q̃ ab apostolorum temporibus sit inuenta. f.197.co.2.n.1
Episcopis solis q̃ liceat unigere chrismate baptizatos sacramento confirmationis, multorum auctoritatibus comprobatur. f.187.co.4.nu.3
Episcopus qualiter confirmare dicatur. f.185. c.4.n7
Equitis, & equi per Augustinum ad liberum arbitrium, & gratiam comparatio. f.22. col. 2.nu.6
Error Platonis. f.199.col.4
Error Witcleuistarum de Laicis. f.203.col.2
Error Witcleff in materia de figuris notatur. & quid contra eum dicat auctor. f.143.co.4.nu.1
Error pseudo-apostolorum contra Paulum. & quomodo in hũc uidetur Witcleff incidisse. f.208.c.2.n.5
Erubescentia habet partem remissionis. f.232.col.2.
Esse dicitur, qualiter sumatur ibi, Panis est corpus Christi. f.83.col.1.nu.2.
Euaristus uixit anno D.110. f.219.co.3.
Euaristi decretum pro uitibus sanctis in coniugio seruandis. f.218.col.4.nu.2
Eucharistia q̃ sit perfectio perfectionum secundum S. Thomam. f.157.col.3.nu.2
Eucharistia, q̃ sit singulariter dicta communio secundũ Augustinum, Lincolnien. Hilarium, Cyrillum, &c. f.157.col.3.nu.3
Eucharistiæ sacræ ad tractatum, q̃ ascendendum sit uitando dialecticas lites. &c. f.31.col.2.nu.1
Eucharistiæ duplex effectus. f.153.col.2
Eucharistia cur dicatur panis. f.82.col.2.
Eucharistia est hostiarum hostia. f.157.col.4.
Eucharistia quid, secundũ Ignatiũ. f.157.col.3.num.4
Eucharistia sacra quare per antonomasiam dicta communio. & multa de hoc ibi, potissimum ex Damasceno. f.157.col.3.nu.6
Eucharistia quid. f.86.col.2.nu.5
Eucharistia Christi fidelium, q̃ sacramento Witcleff sit omnimodè melior, ostenditur. f.107.col.1.nu.4.
Eucharistiæ transubstantiatio quæ secundum fidem ecclesiæ. & de multiplici rerum conuersione iuxta sanctorum patrum sanctiones. f.119.col.4.nu.4
Eucharistiæ sacramentum quid, & quid de illo dicant Aug. & Amb. f.37.col.4.num.1.
Eucharistiam q̃ ieiuni recipiant, quanus Christus instituerit eam à pransis sumendam. & q̃ propterea uniuersæ ecclesiæ non sit calumniandum ex Augustino ostenditur. f.150.col.2.n.2
Euentus futurus humanæ salutis uersatur inter tria. f.177.col.2.
Eusebij Emiseni dictum de corpore Christi recensetur. f.40.col.2.nu.4.
Eusebij Emiseni simplex appellatio, quo monstret in sacramento unitatem essentiæ. f.61.col.2.nu.2
Exemplum de aqua in igne missa. f.121.col.3.
Exemplum de fractura & uulnere in corpore. f.259. col.1.
Expositio uerborum canonis benedict. ascrip. &c. f.49.col.1.
Expositio quando probabilis est. f.167.col.2
Exomologesis quid. & de duplici huius nominis significatione secundum Isidorum. f.223.col.3.n.5
Extremæ unctionis uirtus. f.187.col.2
Extremæ unctionis sacramentum quando institutum. f.269.co.3. Vide unct. & sacrament.

F

Facite dictio quam uim habeat, ostenditur. f.57.col.2.nu.2.
Fictio quando mendacium, & quando non. & quando item figura. f.143.col.4.nu.4
Fidei quomodo incurrat periculum, qui à quolibet ministro detur, contemnit credere, uel concede sacramentum. f.25.col.1.nu.6.
Fidei error, q̃ nihil adimat sacramentis, contra VVitcleff ex Augustino. f.107.col.3.nu.1.
Fideles in primitiua ecclesia recensentur. & quomodo ex his nullus sacramenta contulerit, præter presbyteros. f.18.col.3.nu.5
Fideles qũo licet antiquitus communicabant in uterq; specie, ut ex lyra notatur, nunc aliter ordinatum est se grandi causa. f.155.col.4.nu.5

Fides

Fides formata quæ dicatur. & qũo de hominis charitate sacramenti pendeat ueritas. f.17.co.3.nu.3
Figmenta mendacij, q̃ sint difficilia, & laboriosa. f.2. col.3.nu.3.
Figura q̃ non debeat cum rei ueritate coextendi, contra Witcleff. f.142.col.2.nu.1.
Figura de Naaman syro. f.18.col.3
Figuræ scripturæ q̃ non sint liberè extendendæ. & qũo modum separandi res ab umbris, a ueritate figuras, patres ecclesiæ sequebantur. & plura de hoc ibi ex Augustino, Origene, Didymo, Hieronymo, Hugone. &c. f.145.col.1.nu.1.
Figuræ uenerabilis sacramenti in lege pro participantibus recensentur. & quomodo huic nostræ communione conueniant, contra Witcleff ostenditur. f.148.col.1.nu.3.
Filii spurii quid de illis. f.175.col.3
Finis potior est ijs quæ sunt ad finem. f.39.col.2
Firmianus de muliere sacerdotem agente. f.18. col.3 nu.4.
Fluuialis aqua conuersa in sanguinem secundum suam essentiam. f.113.col.2.nu.3.
Fœtus, q̃ quandoq; contrahat sementa uitiorum extraduce, per quæ ad peccandũ, cum adoleuerit, reddatur etiam procliuior. & quid de hoc dicat Augustinus. f.174.col.3.nu.5
Forma protestationis Wit. f.9.col.3
Forma apostolica pro sacerdotum ordinationibus. f.204.col.1.nu.5.
Formæ sensibiles saporis & coloris, quòd non debeant attendi in sacramento altaris. & quid de hoc dicat Rabanus. f.140.col.3.nu.2
Fortè, aduerbium sumptum ab ore Lincolnienſis ab Witcleff ad roborandum suam prauam sententiam. & quomodo in hoc sequatur Nouatum eius magistrum, qui ab ore Petri contra sanctam pœnitẽtiam hoc idem aduerbium susceperit. &c. f.140. col.3. nu.3.
Fratres, & sorores quare tempore primi hominis nuptias inierunt, & non sic hodie. f.220. col.3. num.8.
Fructus sacramenti. f.15.col.3
Fructus characteris duplex. f.182.col.1.
Frustra est illa potentia quæ nunquam executioni mandatur. f.226.col.4
Fucum facere quid. f.3.co.4
Fulbertus quid de uenerabili altaris sacramento dicat f.79.col.3.nu.3.
Futurum euentum humanæ salutis inter tria uersari, ostenditur. & multa de præscientia, & prædestinatione ibi. f.176.col.2.nu.4

G

Gelasij Papæ decretum pro sacerdotibus sacrificantibus tantum, q̃ debeant in utraque specie celebrare. f.147.col.4.nu.2
Gelasij Papæ, Canon Comperimus. &c. quomodo intelligatur. f.153.col.1.nu.5
Genadius quid de Timotheo quodam procaci hæretico Alexandrino episcopo dicat. f.155.col.4.nu.1
Gentes omnes totus mundus est. f.271.col.2
Glossa secunda Witcleff per duo aduerbia, purè naturaliter, diluitur. f.136.col.3.nu.2
Glossa Witcleff tertia, de consideratione mentis, & suspensione cogitationis actualis, reijcitur. f.136. col.3.nu.3.
Glossa Witcleff, dicentis Anselmum non concessisse accidens sine subiecto. & ad eam responsio. f.138.co. 4.nu.2.
Glossa Witcleff, uolentis Hugonem non concedere accidens sine subiecto, diluitur. f.138.col.4.n.3
Glossæ tres Witcleff, quibus corrumpit omnium antiquorum, & citeriorum patrum sententias orthodoxas. & prima per aduerbium, principaliter. & ad eam responsio. f.136.col.3.nu.1
Gradualis distantia pontificatus, & communis sacerdotij in persona Christi, ostenditur ex Chrysostomo, & Ambrosio. & de sensibili uocatione Christi. f.202.col.1.nu.2.
Gradus tres participationis Eucharistiæ esse ostenditur. f.41.col.3.nu.2.
Graduum distinctiones temporibus apostolorum, & eorum prouidentia, tam inter episcopos, quàm inferiores ordines, quòd sint compertæ, ex apostolorum Canone ostenditur. Et plura de hoc ibi. f.197 c.2.n.2
Graduum distinctio in primitiua ecclesia contra Witcleff ostenditur. f.195.col.3.n.1
Græcorum in fide laus. f.75.col.4.nu.8
Græcorum antiquus ecclesiæ mos in unctione corporis mortui recensetur. f.268.col.2.nu.6
Græcorũ antiquissimus confitendi mos. & qũo leui quadam causa fuerit sublatus. f.220.col.2.nu.4
Gratia sacramenti, & sacramentum gratiæ f.20.col.2
Gratia .S.S. habet gradus. f.162.col.3
Gratia, q̃ detur, non uerò reddatur. f.22.col.2.n.5
Gratia, q̃ possit deesse abstentibus sacramento, quam uis uirtus gratiæ causalis non defuerit sacramento contra Witcleff. f.162.col.4.nu.6
Gratia prædestinationis q̃ non sit dicenda de ecclesiastico more. f.207.col.1.nu.1
Gratiæ & prædestinationis differentia ex Augustino & quomodo separet unum ab altero. f.207.col.1 nu.2.
Gregorij epistola ad Petrum subdiaconum pro castitate clericorum ex Ambrosio, Hieronymo. &c. f.212 col.4.nu.4.
Gregorius quid de solutionis ordine ad pastiores ecclesiæ dicat. & quanta cautela habeant ligare, & soluere. f.234.col.3.nu.3
Guillelmi Sartoris supplicium. f.8.col.2.nu.6

H

Habitare in monte qui dicantur, & qui in ualle. f.8.col.2.nu.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc nox (horribile) q̃ apud D. Chryſ. dulcis ſit &c. f.4.col.3.nu.1.
Habitorum natura. f.10.col.2
Hæreſis etiam ſi per aliquot tempus ſtet, q̃ non ſit à Deo, ut dicunt hæretici. & quomodo ullo tempore non præſcribat malæ fidei poſſeſſor. f.8. col.2.n.1.
Hæreſis quare ad tempus ſtet. f.8.col.2.nnm.4
Hæreſis Boemorum. f.7.col.2
Hæreſis prima in Chriſti diſcipulis de hoſtia conſecrata. & q̃ error hic diſcipulorum non fuerit ſimplex, ſed duplex. & quomodo in utroque ſcandalizentur Witcleu ſtæ, & ſunt diſcipulis deteriores, oſtenditur. f.34.col.4.nu.1
Hæreſis prima Witcleff de baptiſmo, recenſetur. & quomodo in hac perfidia habeat Manichæos patronos. f.159.col.2.nu.2
Hæreſis quædam circa baptiſmum, narratur. & quid contra hanc dicat Bernardus f.159.co.2.n.3
Hæreſes variæ recenſentur. f.8.col.2.n.5.
Hæreſes antiquæ circa Euchariſtiam deſcribuntur. Et qui fuerint earum inuentores. & quomodo ex his traxerit hæreſim ſuam Witcleff de hoſtia conſecrata. f.34.col.4.nu.2
Hæreſes multæ de baptiſmo recenſentur f.159.col.3.nu.4.
Hæretici quòd non habeant ſermones Dei, quomodo fideles indocti debeant illud firmiter credere. f.1. col.3.nu.3.
Hæretici omnes, q̃ à ſancta uniuerſali eccleſia ſint egreſſi, oſtenditur. f.1.col.4.nu.3
Hæretici omnes, atq; infideles, q̃ baptiſma uerum præſtare poſſint, oſtenditur. f.17.col.3.nu.2.
Hæretici quod ſint mendaces, & quomodo in ore eorũ non ſit neritas. f.36.col.4 nu.3
Hæretici menſæ apparatus. et quomodo huiuſmodi mẽſa ſit fugienda, ſponſi autem menſa nequaquam deſerenda. & multa ibi contra Witcleff, & Berengarium eius magiſtrum, qui ponunt corpus Chriſti panem naturalem, et panem figuralem, uel imaginariũ f.64.col.1.nu.5.
Hæretici quomodo ſine examine damnari poſſunt. f.6. col.4.
Hæretici, qui ſumebant Euchariſtiam intinctam, recenſentur. f.146.co.4.nu.3
Hæretici quomodo ut Witcleff contra principes fideles, & Chriſti milites ſæuire conſueuerunt, oſtẽdit Auguſtinus. f.198.col.3.nu.2
Hæretici præcipui peccatores. & quid de his dicat Hieronymus. f.200.col.4.nu.3.
Hæretico, q̃ quanto plures adhæreant, tantò acrius aduerſus eum ſit inſurgendum, ne malo ſuo proficiat. f.75.col.4.nu.5.
Hæreticorum doctrina prima quæ ſit. f.1.co.3.nu.1
Hæreticorum conuicia, q̃ bonis & malis ſint communia. & quid de hoc dicant Auguſtinus, & Gregorius. f.268.col.4.nu.3
Hæreticorum frequens iactantia, q̃ nullus eos intelligat, à Hieronymo annotatur. & quomõ ex his ſunt ſapientes ſeculi, hæreticorũ magiſtri, & Indæorum Phariſæi. f.2.col.3.nu.2
Hæreticorum priſcorum mos peculiaris circa hæreſes ſuas, ſemper producere illas ſub tertia perſona quaſi alij hoc dixiſſent, & non ipſi. f.4.col.1.nu.5
Hæreticorum mos peculiaris, iudices. & errorum ſuorum aduerſarios, diris ſemper inſectari calumnijs, etiã quos antè palpabant. f.5.col.2.nu.4
Hæreticorum in damnatione, q̃ proceſſus iuris ſint quã doque ſoluendi, oſtenditur. f.6.co.3.nu.3.
Hæreticorum conſuetudo, & praxis. f.10.col.1.nu.4
Hæreticorum prima fuga, cùm ſint capiendi, quæ ſit. Et de comparatione uerborum Witcleff cum Arianis eloquijs, ſi ſibi conueniant. f.125.col.4.nu.2
Hæreticorum inſania magna. f.49.col.2.
Hæreticorum conſuetudo. f.10.col.3
Hæreticus quidam, quomodo contra ſanctum Ambroſium per quàm improbe uerba Niceni Concilij alle gauerit, unam tantum in Chriſto fuiſſe naturam. f.1.col.4.nu.2.
Hæreticus q̃ ſemper ſit in biuio, iungendo ueritatem mendacio, aut ſaltem ueriſimile ueritati complicando. f.4.col.1.nu.3.
Hæreticus, & quantocunq; peior, ẽt ſi ſit præſcitus, q̃ poſſit conferre ſacramentum utique uerum ad alterius ſalutem. f.27.col.3.nu.2
Harmonia quid. f.86.col.3.nu.2
Henrici, & Damaſceni dictum de conuerſione ſimplicis eſſentiæ panis in carnem Saluatoris, & uini in ſanguinem. f.112.col.1.n.1.
Hieremias quomodo ſanctificatus in utero. f.174. col.1.
Hieronymus quid in epiſtola ad Edibiã dixerit de corpore Chriſti adducitur. f.69.col.3.nu.2
Hieronymus quid reſpoederit magno cuidam urbis Romæ Senatori, quærenti; cur in ſuis opuſculis interdum ſecularium literarum exempla poneret, & candorem eccleſiæ Ethnicorum ſordibus polluueret. f.129.col.1.nu.3.
Hieronymus eius canonem, Sacerdotes. &c. explicat. f.153.col.1.nu.4.
Hieronymus quid de hæreticis Wyteleff ſimilibus dicat. & quomodo teſtimonia ueritatis transferant in mendacium. &c. fol. 107. colum. 1. numero. 5.
Hilarius quid dicat in robur palpationis euangelicæ, & tactus carnalis ſpiritualis carnis Chriſti in ſacramento poſſibilis. Et quid item Paſchaſius. f.98. col.3.nu.5.
Homo q̃ propoſita corpus Chriſti, & ſanguinem non faciat, ſed Chriſtus ipſe pro nobis crucifixus. f.12.col.2.nu.5.
Homo quòd nullo modo poſſit eſſe uel dici dignus ſalute, quæ ex Deo eſt, dignitate, quæ ex meritis eſt, ſed ſola dignitate Dei uocantis. f.22.col.2.nu.2
Homo, quòd non poſſit dicere, Non peccaui. f.243 col.1.nu.3.
Homo quatenus det S. ſanctum. f.189.col.3
Homo illuſtratus gratia S.S. ante baptiſmum eſt incobatiuè iuſtus, poſt baptiſmum uerò completiuè. fo. 170.col.4.
Horius concluſus. f.29.col.3
Horribile apud Chryſoſtomum, quàm dulce, oſtenditur. f.47.col.3.nu.1
Hoſtia uenerabilis conſecrata quid ſit contra Witcleff. f.37.col.4.nu.4
Hoſtia conſecra quòd ſit corpus Chriſti ſecundum naturam corporis Chriſto uniti, contra Witcleff probatur. f.41.col.3.nu.1
Hoſtia conſecrata quòd ſit identicè corpus Chriſti et Deus ſecũdum eſſentiam probatur contra Witcleff f.43.col.1.nu.2.
Hoſtia conſecrata quod ſit adoranda, & quomodo ſecũdum Auguſtinum. f.45.col.4.nu.3
Hoſtia conſecrata Witcleff, quod nõ penitus differat ab hoſtia legis ueteris, & Iudaica, quæ per mortem Chriſti eſt omnino abſoluta. f.19.col.1.nu.2.
Hoſtis iugulandus eſt armis ſuis. f.32.col.2
Hugo quid de fide ſacramenti baptiſmi dicat. & quàm bene eam exponat. f.169.col.2.nu.2
Hugo quid de uera panis & uera uini ſubſtantia in uerum corpus et ſanguinem Chriſti conuerſione dicat f.82.col.1.nu.3.
Hugonis dictum de corpore Chriſti, quomodo poteſt eodem tempore in diuerſis locis eſſe, & hic, & ibi, & totum utrobique, & in multis locis ſimiliter. f.122.col.4.nu.5.
Hugonis dictum contra eos, qui admoniti ut confitean tur, dicunt, Date nobis auctoritatem, quæ hoc ſcriptura præcipiat. &c. f.222.co.3.nu.3
Hugonis de corporis Chriſti in ſacramento uiſibilitate dictum recenſetur. & quomodo antiquorum, & Canonum in hoc ſequutus fuerit profeſſionem. f.94 co.3.nu.6.

I

Iacobitæ unde dicti. & de eorum errore circa cõfeſſionem. f.222.col.3.nu.2
Iacobus quod ſcripſit ad memoriam ſacramenti, Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros eccleſiæ. &c. q̃ ex conſuetudine pœnitendi deſcenderit. f.228.col.2.nu.3.
Iacobus quare dixerit Confitemini alterutrum. f.228. col.3.nu.4.
Id quòd ex nihilo eſt in nihilum mutari poteſt. f. 116. col.4.
Idololatra quis, f.43.col.1.nu.1
Idem, Ille, Is, Hoc, Qualis, Talis, Meum, pronomina. Et quid de eis dicat Guumundus. & plura de hoc ibi f.83.col.2.nu.1.
Ieremias quomodo ſanctificatus in utero. f.10.col.1
Impanantium uia. & quomodo uia noſtra modernæ eſt facilior, & ſcripturis ſanctis uicinior, & doctorum antiquorum ſcriptis congruentior, oſtenditur. f.116.col.2.nu.3.
Impanationis duplex opinio recẽſetur. f.110.c.3.n.1
Impoſitio manus, ad quid fiat. f.189.col.4.nu.9
Increpatio auctoris aduerſus Witcleff de iniqua ſcripturæ interpretatione. & quomodo inciderit in errorem eorum, qui Paradiſum niſi figuralem eſſe dixerunt. f.57.col.2.nu.4
Infans ut moriatur, & pereat ante regenerationem per aquam, quæ ſit cauſa præcipua. f.174.c.2.n.1.
Infinito cum infinito comparatio non repugnat. f.252 col.3.
Innocentij decretum, q̃ ſolis epiſcopis liceat uel conſignare, uel ſpiritum ſanctum tradere, à Beda inſeritur. & plura ibi contra Witcleff adducuntur. f.187.col.4.n.5.
Innocentij primi decretum de pœnitendo ſemel in anno ante paſcha. f.243.col.1.nu.6
Innocentius quintus quid de communione dicat. Et quo à presbyteris, uel minſtris tãtùm ſumatur ſub utraque ſpecie. f.155.col.4.nu.4
Innocentius quid de poteſtate Petri dicat. & quomodo aliquid ipſi poteſtatiuè ſit ſeruatum, quamuis communem cum aliis acceperit ad dimittendum peccata poteſtatem. f.245.col.1.nu.2
In paruo opere magna deuotio eſſe poteſt. f.259.co.3
Inſufflatio domini in diſcipulos poſt dies paucos ſuæ reſurrectionis. & quid per eam intelligatur ſecundum Auguſtinum. f.204.col.1.nu.6
Interceſſor ſine gratia. f.20.col.4.nu.6
Ioannes de Baconis, quomodo poſitionem de uiſibilitate corporis Chriſti in ſacramento neceſſariò ſequendam putet. &c. f.94.col.3.nu.7.
Ioannis martyrium. f.220.col.3.nu.4
Iræ, & odij ex Auguſtino differentia. & quomodo in comparatione odij ira eſt feſtuca. f.254.col.3.nume.5.
Ionathæ, qui ab auctore recenſentur. & quòd ipſe ſit eius armiger contra Witcleniſtas. f.31.colum.3. nu.3.
Is & iſta. f.220.col.2
Iſidori dictum de conuerſione ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti. f.113.col.3.nu.8
Ioniniana hæreſis circa coniugium. & quomodo hanc amplecti uideatur Witcleff. f.211.col.2.nu.2
Iudas baptizauit. f.26.col.3.
Iudæ confeſſio. & qũo ſi facta fuiſſet Chriſti diſcipulis meruiſſet ueniam. f.28.co.2.nu.2
Iudæ præſcito datur uenię locus à domino, ut pœniteat eum facti ſui. f.208.col.2.nu.3.
Iudæis q̃ conſuetudinarium quid erat priuatim confiteri delicta. & qũo hic mos ad baptiſmum uſque Ioannis duranerit. f.223.col.1.nu.7
Iudæorum ſacrificia q̃ ſint ablata. f.59.col.1.nu.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum inter christianos habitatio quid utilitatis afferat. f.3.col.1.nu.5
Iudicati à Deo secundum præscientiam, suspensi, degradati. &c. quomodo uera conficiant sacramenta contra Witcleff. & quid de hoc dicat Augustinus. f.208.col.2.nu.1.
Iudicis pietas nimia, q interdum forsan, & maximè apud toruos, & ingratos hæreticos, possit, sicut eis placet, calumnias figurare, ostenditur. f.73.c.2.n.5
Iulianus, & Constantinus, & Cæsares. & quid de his dicat Augustinus. & plura de hoc ibi. f.198.col.3.nu.3.
Iulianus, q fuerit primus, qui post dotem spoliauerit clericos, & loca sacra possessionibus, & thesauris. & quid illi ob id acciderit. f.198.column.3.nume.4.
Iustitia omnis in baptismate constituta. f.162. col.4. nu.4.
Iuuenis quædam hæretica missas celebrabat. f.19. col.2. L
Laicus, & sacerdos diuersi. f.18.col.3.nu.3
Lanfrancus à Guimundo nobili uiro liberalium scientiarum peritus dicitur. & qüo per eas Berengarium Witcleff magistrum turpiter fecerit cõfusum f.31.col.3.nu.5.
Lanfrancus quid contra Berengarium Witcleff magistrum dicat. & quomodo probauerit signa sacra Berengarij sacramenti postponenda signis Iudaici testamenti. f.59.col.1.nu.5.
Lanfrancus quid de figurato loquendi modo dicat. & quomodo hunc item loquendi modum habeat Augustinus. & plura de hoc ibi. f.85.col.1.nu.5.
Lanfrancus Ambrosium defendit contra Berengarii, & Witcleff. f.113.col.3.nu.6
Lapsi peccato, esto q possint reformari per pœnitentiã ad primam, uel maiorem gratiam, q tamen nusquam ad innocentiæ pristinæ dignitatem restaurentur, ex Hieronymo ostenditur. f.258.col.1.nu.5
Lazari solutionem remissionem esse peccatorum contra Witcleff ostenditur. f.232.col.3.n.2
Lazarum de monumẽto suscitatum, q dominus obtulerit soluendũ discipulis, quid denotet. & quid de hoc dicant Augustinus, & Ambrosius. f.232.c.3.n.1
Lazarus, q per Christum excitatur, & per discipulos soluitur, quid significet. f.232.col.3.nu.3
Lex scripta. f.201.co.3
Lex diuina prohibet copulari usque ad quartum gradũ. f.221.col.2.
Legis naturalis, & scriptæ ex Augustino comparatio f.210.col.1.nu.2.
Leprosi ritus quando mundandus erat. & quid super hoc dicat Augustinus. f.230.col.3.nu.2
Lignum paradisi, & quid de illo dicat Aug. f.105.co.1.nu.4.
Lincolniensis quid de esse accidentis ex subiecti recitet & de possibilitate separationis eorum. f.130 col.3.nu.3
Literæ q, tradantur ordinatis ab ordinatoribus sine ambitione, ex antiqua patrum regula. f.210. col.1.n.8
Literatis ecclesiæ uiris quomodo amplior certitudo credibiliũ donaretur, quàm simplici laico, cum utrique solo lumine fidei Christi mysteria contemplentur. f.75.col.4.nu.4.
Luminare non est ipsa lux sed lucis receptaculum. f.131.col.2.
Lux sine subiecto. M f.112.col.1.nu.3
Mali quatenus cognoscendi. f.27.col.3.nu.5
Malitia secundum Augustinum, quòd aliter sonet in lingua Latina, aliter in lingua scripturæ sacræ. f.47.col.3.nu.2
Manducatio carnis Christi. f.94.col.4
Mãducare spiritualiter quid sit. & plura de hoc ibi ex Chrysostomo Augustino Cypriano. &c. f.101.co.1 nu.3.
Manichæorum deliramentum, & temeritas notatur. et qũo eadem temeritate Witcleff maculetur. & multa ibi aduersus illum ex Guimundo, & Augustino adducuntur. f.75.col.4.n.7.
Manichæus, & Witcleff hæretici quomodo uterq; tentat sub æquiuoco carnis uocabulo seducere Christianos. f.96.col.3.nu.2
Manus impositio correctis fieri solita, ab Augustino notatur. f.189.col.3.n.2.& 196.co.4
Manus impositio, quæ cõfirmatio uocatur, q solis episcopis apostolorum uicarijs debetur. f.189.c.3.n.2
Maria inter omnes fœminas castitatem uirginalẽ prima Deo uouit. f.214.col.4
Martyrium sine baptismo quando non prodesset ad salutẽ, nec sufficeret. & quid de hoc dicant Cyprianus & Augustinus. f.173.col.1.nu.1
Martyrium, an maius baptismate. f.171.col.3.nu.2.
Martirium Ioannis. f.221.col.2.
Massilianorũ quorundam perfidia circa baptismũ spiritussancti ex Damasceno recensetur. & qũo illi, & Witcleinistæ in hoc præsumentes usque ad contemptum, uel negligentiam sacramenti fluminis, damnabiliter errent, Augustini quamplurimis auctoritatibus demonstratur. f.161.col.1.nu.2
Materia prima panis q non destruatur, sed per transubstantiationem Christi perficiatur, & transeat in melius. f.118.col.1.nu.1
Materiæ præiacentis q non fiat adnihilatio, uel destructio in conuersione percelebri panis in corpus Christi uerum, sanctorum, & doctorum auctoritatibus, contra Witcleff ostenditur. f.115.col.3.n.1
Melchiadis papæ decretum, contra eos, qui olim in ecclesia arguebant contra sacramenti confirmationes exigentiam. f.183.col.4.nu.3
Melius est reddere rationes de nimia benignitate, quàm de excessiua seueritate. f.247.co.1.
Meum, pronomen quam uim habeat. f.83.co.4.
Metalipses, q non sit assumenda, quas ponit Witcleff

Et

Et plura de hoc ibi. f.112.col.1.n.4
Ministratio uniformis. f.20.co.3
Ministri sanctitas, & eiusdem malitia, q nihil cõferat adimat, uel deroget substantiæ sacramenti, ostenditur. f.23.col.3.nu.1.
Miracula de corpore dominico sustentatis, recẽsentur. f.105.col.1.nu.2.
Miraculum in uitis patrum narratur, de subtractione dominici corporis sacramenti indignis communicaturis. f.105.col.1.nu.5.
Miraculum factum in eo, qui manibus indignis tentauit accipere arcam, in qua sanctũ domini fuerat positum, à Cypriano recensetur, & quomodo uocet Eucharistiam sanctum domini. f.65.col.3.nu.3
Miraculum factum in eo qui iussus facere reuerentiam hostiæ, dicebat araneam essẽ digniorem, ut reuerere tur, narratur. f.107.col.1.nu.6
Miraculum Tarsitij martyris de Eucharistiæ sacramento. f.8.col.3.& 105.col.2.
Modi quatuor loquendi de Deo quasi in unũ fasciculũ, ab Aug. constricti recensentur. f.143.col.4.n.3
Modus institutionis ecclesiæ circa communionis formã in populo differenter, & sacerdotio, q sit congruentissimus, ostenditur. f.147.col.4.nu.1
Modus humilis orandi. f.246.col.2
Modus bibendi Christi sanguinem, re, non uisibili specie. & quid de hoc dicat Hugo, Origenes, & Augustinus. f.153.col.1.nu.1
Mantes, an transtulerunt apostoli. f.126.col.1.nu.6
Mors duobus modis accidit. f.260.col.3
Mors secunda quæ dicatur. f.253.col.1.nu.3
Mulieris cuiusdã præstigiæ recẽsentur. f.49.c.2.n.1
Multiplicari propriè quid dicatur secundum Dionysiũ. f.122.col.4.nu.1.
Multiplicatio corporis Christi, secundum suam essentiam ad loca distincta, non continua. &c. probatur. f.122.col.4.nu.2.
Mundus totus omnes gentes est. f.271.col.2
Mundus iste unde plus dependeat subiectiuè, iuxta augustinum. f.118.col.1.nu.3
Mures quomodo satientur speciebus. f.80.col.4
Mutationes quatuor a Guimundo describuntur. & plura de hoc ibi. f.115.col.4.nu.3
Mysteria & ueritatem cur aliquando Deus non reuelat suis doctoribus. f.128.col.3

N

Natura creata obedire debet creatori. f.125.co.4
Necessitas diuini concursus in salutaribus sacramentis celebrandis unde sumatur, ostenditur. f.12. col.2.nu.1.
Necessitatum modi. & qui fuerunt horum inuentores. f.176.col.2.nu.2.
Nicæni concilij mititas. f.6.col.2.
Nicolaus Pp. q non decreuerit contraria Lanfranco & Guimundo ostenditur &c. fo.72.colum.1. nu.4.
Nicolaus de Lyra, quid de communione in primitiua ecclesia usitata dicat. f.154.col.2.nu.2.
Nihil à bono maius, nihil à malo minus. Augustini dictum quomodo intelligatur. f.47.col.3.nu.8
Nomen ad quid repertum, ex Augustino. & unde sic appellatum. f.126.col.1.nu.5
Non habet Deum patrem qui non habuerit ecclesiam matrem. f.271.co.2
Non quicquid à peccatore fit peccatum est. f.14.co.1
Notyngã doctoris triplex causa, quare sanguis nõ sit tradendus fidelibus sub specie uini. f.155.c.4.n.8.
Nubentium sacerdotalis benedictio in ecclesia unde traxerit ortum. & quid de illa decernant Cyricius, & Calixtus Papæ. & plura ibi de ritibus nuptialibus. f.218.col.4.nu.3.
Numa Pompilius quomodo noluerit sua prophana scramẽta sic publicare, ut passim tractarentur à uulgo. f.18.col.3.nu.2
Nuptialis obligatio, q non sit sola promissio, ut Witcleff delirat, sed actualis traditio sui corporis, & alienatio suæ potestatis. f.216.col.4.nu.4

O

Obedienda summi Pontifici. f.5.col,2
Oratio in cuiuslibet polluti sacerdotis ore reperta ex euangelicis uerbis transumpta, & euangelicis mysterijs adaptata, q nõ debeat dici blasphemia contra Witcleff f.20.col.4.nu.2
Oratio, Perficiant in nobis domine. &c. pro Witcleff, & Berengarij confutatione à Lanfranco, & Guimũdo explanatur. f.71.col.1.nu.2.
Oratio auctoris. f.159.col.1.
Orationes malorum, q non obstent sacramentis, ostenditur. f.20.col.4.nu.2.
Orationes duæ ecclesiæ præferuntur, ad testificandum Witcleff errores, & pro sedanda sua rebellione hæretica. f.71.col.1.nu.4
Orationes tripertitiæ. f.21.col.4
Orandi modus humilis. f.246.col.2
Ordinati, q debeant sensibili uocatione promoueri, ostenditur contra Witcleff. f.204.col.1.nu.1
Ordinem alium esse sacerdotij maioris, & alium minoris ex Gregorio. & quomodo Paulus de maiori fuerit &c. f.202.col.2.nu.7
Ordines ecclesiæ ab Origene presbytero assignantur. f.191.col.3.nu.2.
Ordo participantium, q cedat ordini consummanti in solennitates ritus non rei, ex congruentia scripturarum, ostenditur. & quid de hoc dicat Rabanus, Augustinus, & Petrus Damianus. f.249.col.3.nu.1
Ordo quid. f.191.col.2.nu.1
Origenis errores describuntur. f.3.col.1.nu.3
Origenistæ taxantur à Hieronymo. f.3.col.1.nu.2
Oxoniense studium quomodo per decretum publicum duodecim doctissimorum uirorum, plusquam ducentarum hæresum Witcleff dogma deluerit, & codices concremauerit. f.4.col.4.nu.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

P

Palladij scientia. f.7.col.4
Panem eucharistiæ aliqui tenent annihilari. f.83. col.1.
Panem Witeleff, q ecclesia catholica neget, consecratione peracta. f.69.col.3.nu.4
Panem transubstantiari in corpus Christi, q sit articulus fidei, contentus in Symbolo Apostolorum, ibi, credo sanctorum communionem. et quid de hoc dicat Dionysius f.157.col.3.n.1
Panis naturaliter conuersus in lapidem. f.112.col.2.
Panis cur dicatur corpus Christi. & de istius apellationis multiplici ratione & quomodo à prophetis huiusmodi forma appellationis uenerit. f.85.col.1. nu.2.
Panis uisibilis forma, ex quibus resultet. & quando dicatur illud uisibile sacramentum. f.86.col.2 nu.3
Panis, quòd non annihilatur in sacramento, sed transubstantiatur. f.57.col.2.nu.5
Panis, q ita figuret corpus domini ante consecrationẽ sicut pòst, quantum est de nuda ratione figuræ sine præsentia corporali. & multa de hoc ibi per doctores. f.61.col.2.nu.5
Panis, quem in oratione dominica postulamus, q sit sacramentalis, non usualis. f.67.col.1.nu.2
Panis noster quotidianus quis dicatur secundum Augustinum, Cyprianum, & alios doctores. f.67. col. 1.nu.4.
Panitarum obiectio, & ad eam responsio. f.110.col.3. nu.3.
Panitarum positio, q sit difficilis. f.110. col.3.n.4
Panitæ quantum aduersentur ecclesiæ ostenditur. f.110.col.3.nu.2.
Panum propositionis & corporis Christi quanta differentia, ostenditur. f.59.col.1.nu.1
Papæ q sit obediendum contra Witeleuistas, dicentes non esse illius monitis attendendum, aut decretis, appellantesq; illum Antichristum. f.5.col.1.nu.1
Paphuntij consilium in Nicæna synodo ex Cassiodoro recensetur. & quid Synodus tunc circa coniugium clericorum decreuerit. f.212 co.4.n.3
Paradisus. f.58.co.1
Parentes utrũ baptizatis paruulis suis noceant, cũ eos dæmontorum sacrificijs sanare conantur: & si non nocent, quomodo eis prosit, cùm baptizantur fides parentum, quorum eis non potest obesse perfidia. f.174.col.2.nu.2.
Parentum, seu aliorum delicta, quomodo noceant frequenter baptizatis paruulis quo ad afflictionẽ temporalis incommodi, aut retardationem à gratia. f.174.col.2.nu.3.
Paruuli ad baptizandum delati si morte præueniãtur, q pereant ostenditur. f.164.co.1.n.1
Participantium totus ordo, tàm laicorũ, quàm religiosorum quando communicant solum in panis specie, quo cedant principalitatem, non rei, sed ritus sacrificij, sacerdoti consummanti sacrificium uice Christi. f.148.col.1.nu.6.
Participium errorum. f.31.col.3.nu.6
Paschasij dictum de corpore Christi super illud Matthæi, Cœnantibus autem eis. &c. f.40.col.2.nu.2
Paschasius quid de corpore Christi dicat in explanatione uerborum, Hoc est corpus meum. f.83.col.2. nu.3.
Paschasius, quid de uisibilitate corporis Christi in sacramento, dicat. f.94.col.2.nu.3
Patres sancti quomodo docuerunt ab auctoritate probatissimum modum esse ad disceptandum de fide. f.31.col.3.nu.4.
Patrum antiquus mos seruatus, quum de hostia consecrata loquerentur, notatur, contra VVitcleff, & Berengariana figuralia sacramenta. f.61.col.2.n.3
Paulus, & Barnabas cum essent sancti, quomodo adorari non se permiserunt à populo. f.45.col.4.n.4
Paulus quos Ethnicos citauerit. f.129.col.1.nu.2
Paulus quare, & ad quid ad Ananiam missus. f.189. col.3.nu.3.
Paulus, q per primam manuum Ananiæ impositionem ante lauacri susceptionem non receperit Spiritum sanctum. f.189.col.3.nu.4
Paulus quamuis solicitus, operosus, & humilis plus cæteris fuerit, q tamẽ alijs nõ præferatur apostolis, cõtra VVitcleff, qui dicebat, q qui foret humilior, & ecclesiæ seruitiuior, gradum habebat altiorem. & plura de hoc ibi. f.195.col.3.nu.3
Paulus habebat in se omnes gradus ecclesiasticos. f.203.col.3.
Paulus, quòd usus fuerit literis testimonialibus pro susceptione Onesimi ad fraternitatem. &c. f.210. col.1.nu.3.
Peccata parentum quomodo nocere possint filijs. f.175.col.2.
Peccata mortalia quomodo designentur per trabem, uenialia uero per festucam. & quid de hoc dicat Hieronymus. f.254.col.3.n.4
Peccata quomodo animam uulnerent, ex Origine ostenditur. f.256.col.1.n.5.
Peccatorum remissiones quantæ. f.171.col.3.nu.3
Peccatorum remissio, q ab initio fuerit promissa, & nuntiata, sed in fine donata. f.227.col.1.nu.4.
Peccatorum mortalis & uenialis differentia ex abyssoscripturæ, & primò ex ueteri testamento producitur. f.254.col.2.nu.1.
Peccatorum uenialis, & mortalis ex testamento nouo differentia ostenditur. &c. f.254.col.3.nu.6
Peccatorum mortalium & uenialiũ differentiæ, quod bene sumatur per actus extrinsecos, ostenditur. f.256.col.1.nu.1.
Peccatorum mortalis et uenialis manifesta differentia, quomodo in animabus suis sit occulta. f.256.col.1. num.7.
Peccatum quod non sit, quicquid à peccatore fit, contra Witeleff. f14.col.1.nu.2.
Peccatum quid, & quid delictum, & quomodo differãt ex Augustino, & quomodo delictum, quod est omissionis peccatum, etiam in baptismo remittatur. & quid de hoc dicant Augustinus, Haymo, Beda. &c. f.178.col.1.nu.3.
Peccatum mortale ubi reperiatur in scripturis expressum & si nullibi ibi dictum. f.253.col.1.nu.1
Peccatum ad mortem, & quid dicat de illo Aug. f.265.col.4.nu.7.
Peccatum non ad mortem. f.268.col.1
Peccatum & crimen. f.244.col.1
Peccatum ueniale ubi reperiatur in scripturis, expressum. f.253.col.1.nu.4
Peccatum aliquod quare ueniale dicatur. Et in quo distinguitur a mortali. f.254 col.2.nu.2.
Peccatum mortale, & ueniale quibus uerbis solent distingui. f.254.col.3.nu.3
Peccatum mortale, q sit æterno supplicio dignum, etiã post fructuosam à peccante de suo peccato pœnitentiam peractam, multorum auctoritatibus sanctorũ contra Witeleff ostenditur. f.261.col.3.nu.1
Peccatum præscitj quòd sit nullum, de quo non potest, uel potuit esse contritus, contra Witeleff Augustini uerbis ostenditur. f.264.col.3.nu.2
Peccare aliud est mortaliter aliud ad mortem. f.268.col.1.
Pelagianistæ hæretici, q damnati fuerint in Palestina sine examine, quod petebant, præcedente. f.6.col.3 nu.2.
Pelagij fraus. f.9.col.1.nu.4
Petilianus, q falsum sibi finxerit principium, cui Witeleff innititur, scilicet, quòd conscientia sanctè dantis attendatur. &c. Augustini uerbis ostenditur. f.23.col.4.nu.6.
Petimus quotidie dari nobis Christum. f.103.co.1.
Petri sententiam q non præcedat, sed sequatur sententia cœli. f.234.col.3.nu.2
Petrus cognomine clericus, alter Palladius. & de Palladij scientia. f.7.col.2.n.5
Petrus quare inter omnes apostolos ecclesiæ catholicæ personam sustineat in suscipiendo claues pro tota ecclesia. & plura de hoc ibi. f.236.col.2.n.8
Petrus inter Apostolos primus, & caput. f.195. col. 3.nu.2.
Philippus q non confirmauerit Samaritas, quos baptizauerit. & quare. f.187. col.4.n.4
Philippus Imperator in primæuis ecclesiæ cõfiteri coactus, recensetur. f.229.col.2.nu.2
Philosophia humana quàm sit meretrix fornicaria uino incanto, ostendit Origenes. f.31.col.3.nu.7.
Philosophis orthodoxis, q Witcleff positio de accidente non placuerit, demonstratur. f.132.col.3.nu.5.
Pignus, & arra, in quo differant. f.179.col.3.nu.3
Pilati percontationes, tribunalia necis Christi exercẽdo notantur. f.4.col.1.num.2
Platonis, & Ciceronis error circa materiam, dicentis q Deus eam non fecerit, sed præsto habuerit eam, ut utatur, recensetur. & quid de hoc dicat Lactantius. f.121.col.3.nu.4.
Platonis error. f.198.col.3.nu.5
Pœnitentiæ iuxta Canones indictæ, & aliæ arbitrariæ unde reperiantur fundatæ. f.258.col.1.nu.2
Pœnitendi tempus cur constitutum sit. f.243.col.2
Pompeius Romanorum magnus idololatra. & quid Iudæis improperauerit f.45.col.4.n.1
Positio Berengarij. f.114.col.3
Præceptum antiquum currens per creaturas, q simul arguat cooperantem Deum, & promittat effectum. f.12.col.2.nu.4.
Prædestinationis gratia, quòd non est in prædestinato quousque uocatus iustificetur bonis operibus, ecclesiæ sacramentis &c. f.264.col.3.nu.1
Prædestinati charitas, quòd sit mortua per peccatum, & eius gratia per peccatum extincta, ostenditur. f.265.col.4.nu.1.
Prædestinati charitatem remitti posse, amitti non posse, unde sumpserint Witeleuistæ. & quid contra hoc dicant Augustinus, Hieronymus, & Ambrosius. f.265.col.4.nu.3
Prædestinatum non posse mori per peccatum, quòd ab antiquo serpente manauerit. f.265.col.4.nu.4
Prædestinatus an possit perire finaliter. f.29.c.4.n.3.
Prædicandi ratio. f.191.col.2.n.9.
Prædicatio triplex. f.57.col.2
Prædicatoris excellentia. & quòd sit eminentius prædicare, quàm baptizare, quinque rationibus ostenditur. f.202.col.1.n.5
Prælatos præscitos, quòd Deus perpetuò non suspendat. f.27.col.3.nu.3
Prælatus, aut presbyter infidelis, quanquam à Deo iudicatus & suspensus, & simul forsitan ab ecclesia condemnatus, quòd uerum si intendat, conficit sacramentum, sicut ueri characteris retinet sanctitatem. f.27.col.3.nu.4.
Præsciti, quòd non necessariò excludantur à sacramentorum fructibus, uel ab ecclesia electorum ostenditur. f.29.col.1.nu.1
Præscitus q sit nullus superstes huic uitæ, quin pœnitere possit finaliter, & ignoscetur ei, etiam si manifestatus fuerit sicut Cain. f.208.col.2.nu.6
Præscitus quòd possit prædestinari ad gratiam. & quomodo Augustinus appellet ecclesiam prædestinatorum hortum conclusum. f.29.col.1.nu.2
Præscitus, & à Deo damnatus, quod possit esse membrum prædestinatum. f.29.col.4.nu.1
Præscitus, aut quantocunq; mortali detentus, si nõ præseruetur, quomodo comedit corpus, & sanguinem Saluatoris. f.101.col.1.nu.2
Pragensium Witeleuistarum querelam pro communione in utraq; specie contra morem ecclesiæ orbis terrarum. & quomodo etiã si liceat. quòd tamen nõ expediat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pediat, ostenditur. f.146.col.4.nu.1
Presbyteris legis ueteris quare erant ad tempus licita coniugia, & quare nostris sint illicita, ex Beda, & Ambrosio ostenditur. f.211.col.2.nu.5
Presbyter solus quod conficiat sacramentum corporis Christi, non reges, non periti de seculo, immo nec angelus quispiam. f.49.col.2.nu.2
Principium proximum operantibus est pœnitentia. f.12.col.3.
Processus iuris quando soluendi. f.7.col.1
Proles quod ex nullo parente tantum trahat delicti, quantum ex primo Adam. f.174.col.3.nu.4
Proles, quæ nascitur, utrum omnibus malis actibus, et multiplicatis delictis originalibus implicetur, ut tanto peius, quanto posterius quis nascatur. f.174.col.3.nu.6.
Prolis propagatio est bonum circunstantiale matrimonij. f.215.col.1
Propositio catholica. f.23.col.4.
Protestationes Witcleff forma, & eiusdem callida exceptio. f.9.col.1.nu.6
Psalmistæ, qui & lectores dicuntur. & quomodo Christus lectoris officio functus fuerit. f.191.col.2.nu.6.
Pulchritudo quid sit secundùm Ambrosium. f.86.col.2.nu.1.
Punicorum loquendi modum de sacramento Eucharistiæ laudat Augustinus. f.37.col.4.nu.2

Q

Quadratura circuli. f.198.col.1
Qualis, talis pronomina. f.83.col.3
Quæstiones de eucharistia omnes difficiles quod in tres resoluantur. & quæ sint. f.132.co.3.n.1
Quæstio ex epistola Augustini ad Bonifacium circa paruulos baptizatos. f.174.col.1.nu.2. & col.4.nu.6. & f.175.col.1.nu.6.
Quæstio Augustini episcopi Anglicani. & Gregorij Pontificis ad eam responsio. f.221.col.4.nu.3
Qui disputat, uerum cognoscit à falso. f.4.col.2
Qui leuiora astringit, grauiora non soluit. f.220.co.4
Quod semel amittitur, amplius ipsum non recuperatur f.260.co.1.
Quod est infirmum, potest mori. f.266.col.2
Quod grauipœna digni sub qui subtili doctori imputãt illum dixisse panem adesse in sacramento per sanctificationem. f.109.col.1.nu.2
Quod uia nostra in hac eucharistiæ materia sit facilior scripturis honestis uicinior. & c.f.109.col.1.nu.3.

R

Rabani dictũ de Christi corpore & sanguine, quod uera sit caro in ministerio, & merus sanguis, non tantummodo figuralis. f.61.col.2.n.4
Rabani Maguntiensis, & Heribaldi Altisiodorensis error circa corpus domini in sacramento, dicẽtes esse cibum digerẽdum in humanam carnem. & quomodo eis consonat VVitcleff. & qualiter Rabanus alter hanc perfidiam tanquam horrendam abijciat &c. f.103.col.2.nu.1
Radius solis calens, & terra sitiens, quomodo diuersi modè aquam bibant. f.121.co.4
Rationes contra impanantes corpus Christi. f.110.col.3.nu.5.
Regnant omnes ex dono Dei. f.15.col.1
Regum crimmatio recensetur. f.5.col.2.nu.3
Regeneratio quæ dicatur a doctoribus. f.173.col.2.nu.4.
Religio unde dicatur secundum Bernardum. f.169.col.2.nu.1.
Relatio prima est minimæ entitatis. f.132.co.3.
Reputare uerbũ, quo utitur Witcleff, ab Auctore explicatur. & multa de sacramentorum participatione, contra VVitcleff. f.24.col.4.nu.4
Res una nec non possit esse in diuersis instantibus. f.123.col.3.
Res omnis est substantia secundum VVitcleff. f.133.col.1.
Res uel est in sua substantia, uel in sua circunstantia. f.226.col.2.
Res sicut se habet adesse ita ad cognosci, uel melius, ita ad ueritatem. f.137.col.4. & f.139.col.1
Responsio ad argumentum VVitcleff, quo probare conatur ex præsumptione facti euacuationem corporis Christi, & naturam panis cibarij ibi præsentem. f.65.col.3.nu.2.
Responsio ad argumentum VVitcleff, dicentis, q̃ sacramentum Eucharistiæ quinquies uocetur panis in Canone. & c. unde arguit illud esse panem in natura. f.67.col.1.nu.3.
Responsio ad argumentum VVitcleff, dicentis, q̃ dicta sanctorum, atque ecclesiæ docent, q̃ sacramenta sensibilia non sunt corporis Christi, & sanguinis, sed eorum figura. f.71.col.1.nu.1
Responsio ad argumentum VVitcleff, falsificantis, & deprauantis Romanæ curiæ decretum, ad probandum suum errorem de corpore Christi. & quomodo in hoc sequatur Berẽgarium magistrum suum. f.72.col.1.nu.2.
Responsio ad argumentum VVitcleff, qui pro pane suo materiali defendendo, ruit ad laicos, & uulgus, ut de fidei subtilitate in sui fauorem testificentur. f.75.col.4.nu.1
Responsio ad auctoritates, quas VVitcleff adducit, ad probandum, q̃ corpus Christi non sit uisibile in sacramento. f.90.col.3.nu.1
Responsio ad argumentum VVitcleff, dicentis, q̃ moderniores doctores negant corpus Christi corporaliter in sacramento uideri. f.92.col.2.nu.8
Responsio ad argumentum VVitcleff, probantis materiam non posse conuerti. & quid de hoc dicant Ambrosius, Augustinus. & Bernardus. f.118.col.1 num.4.

Responsio

Responsio ad argumenta Witcleff contra accidens sine subiecto. f.134.col.3.nu.1
Responsio ad ea, quæ Witcleff extorquet ex sanctorũ testimonijs contra accidens sine subiecto, & potissimum ex quibusdam Augustini locis. f.135.col.4.nu.1.
Responsio ad auctoritatem euangelij, Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis. &c. ab Witcleuistis pro suæ opinionis confirmatione adductam. f.151.col.4 nu.1.
Responsio ad auctoritates Ambrosii de Sacramentis, quem Witcleuistæ adducũt in testem ad suæ opinionis fulcimentum. f.154.col.2.nu.1
Responsio ad dicta Waleranni, & Paschasij, & q̃ non faciant pro Witcleuistis, ostenditur. f.154.colu.3.nu.4.
Responsio ad argumentum Witcleff de martirio, quo baptismi necessitatem euacuat. f.171.col.3.nu.1
Responsio ad calumnias Witcleff in prælatos, & clericos, quos uocat Cæsareos à Cæsare Constantino. f.198.col.3.nu.1.
Responsio ad dictum Witcleff, Prælatos, præscitos Deus suspendit perpetuo tam ab officio, quàm à beneficio. & quomodo sit falsum, Augustini auctoritatibus ostenditur. f.207.col.1.nu.4
Responsio ad obiectum Witcleff ex Armacano. & refellitur Armacani sententia, dicentis, q̃ apostoli nõ receperunt potestatem dimittendi sacramentaliter peccata post resurrectionẽ, sed in prima institutione ad apostolatum. & quid de hoc dicat Hieronymus. f.227.col.1.nu.1
Responsio ad cauillationem VVitcleff contra sacramentalem confessionem pro ignorantia sacerdotis de recidiuatione confessi, ex Augustino, & Ambrosio. f.248.col.4.nu.1.
Rex, aut Princeps temporalis, etiam malus, quomodo regnent ex dono Dei, & q̃ non amittat nomen, ius, aut officium pro quolibet mortali. & q̃ idem sit de Papa, Episcopo, uel sacerdote. f.14.col.1.nu.6

S

Sacerdos infidelis q̃ non deroget Sacramento ostenditur contra VVitcleff Augustini auctoritatibus f.16.col.1.nu.1.
Sacerdos bonus & malus quomodo inter se differant. f.117.co.4.
Sacerdos uerus ut quisq; sit, quid requiratur. f.20.col.4.nu.2.
Sacerdos q̃ cum celebrat, conficiat corpus Christi, & non nudum exterius sacramentum sanctorum, auctoritatibus ostenditur. f.47.col.3.nu.4
Sacerdos catholicus q̃ nullus esse possit, nisi a Deo uocetur ad sacerdotium per electionem uisibilem, & humanam. f.202.col.1.nu.3
Sacerdos mali dictum D. Augustini contra Petilianum notent. f.21.col.2
Sacerdotes Græci cur se non contineant f.212.co.4
Sacerdotes notent uerba D. Hier. f.144.col.2.
Sacerdotes omnes orthodoxi, q̃ sint Christi, non episcopi eos ordinantis. & quomodo episcopalem gratiam det Deus per hominem, quanuis prauum, & simoniacum. f.204.col.1.nu.4
Sacerdoti malo quòd adsit Deus in sacramenti ministratione, ne ecclesia seducatur. f.19.col.4.nu.2
Sacerdotum nouæ legis præstantia. f.57.col.2.nu.3
Sacerdotum q̃ proprie sit inuocare dominum, & hostias offerre. &c. & quomodo ab alijs distinguantur. f.148.col.1.nu.4
Sacerdotũ ordines duo, summorum, & inferiorum, ex ueteri lege, notantur. f.191.co.2.n.8.
Sacramẽta Dei propter hominũ uitia uiolans, quomõ semper errat, ut VVitcleff. f.20.col.4.nu.4
Sacramẽta, quòd non ideo uberiora, & sanctiora sint, quia per meliorem ministrentur, ostenditur. f.24.col.4.nu.2.
Sacramenta per malos facta, quòd ualeant. f.47.co.3 nu.6.
Sacramenta Iudæorũ, quod fuerint signa, & figuræ, no stra uero ueritas reuelata, probatur. f.59.c.1.n.7
Sacramenta uenerabilia corporis sanguinis, & passionis domini, q̃ nemo possit intuitiuè cognoscere, nisi Princeps, et Pontifex noster Christus. f.79.c.3.n.2
Sacramẽta, quòd à muribus & bestiis non corrodatur, quanuis sic uideantur secundum exteriores species & quid de hoc dicat Guimundus. & plura de hoc ibi. f.79.col.3.nu.4
Sacramenta diuinorum sacramentorum, quod tribus gradibus sint commissa. f.148.col.1.nu.5
Sacramenta tria sola. f. Baptismus, Confirmatio, & ordo, quòd imprimunt characterem. & quare illa non iterentur. f.181.col.4.nu.5
Sacramentali in propositione quid demonstretur pronomine demonstratiuo, Hoc, ostenditur, contra VVitcleff. f.83.col.2.nu.2
Sacramenti, & eius effectus distinctio. f.15.co.2.n.2.
Sacramenti ministratio, quod non semper sit uniformis, & uninoca cum magistro ostenditur f.19.col.4.nu.4.
Sacramenti Baptismatis uisibilis unius ad formam requisita, describuntur. f.86.col.2.nu.4
Sacramentis Dei, quod nihil obsint hominum malorum mores, quo illa, uel ommino non sint, uel minus sancta sint, sed ipsis malis hominibus. f.20.col.4.nume.5.
Sacramento Christi q̃ diuina uirtus assistat, siue ad salutem bene utentium, siue ad perniciem male utentium. f.15.col.2.nu.5
Sacramento, ex eodem, & ex una re quomodo pascantur boni, & mali, quanuis Christi gratia diuersè in eis operetur. f.55.col.1.nu.3
Sacramentorum primi temporis, & eorum, quæ sub lege scripta, uel sub gratia instituta sunt, differentia. f.12.col.2.nu.3.

Sacra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacramentorum celebratio, q̃ ordinati sit opus, non laici, contra Witcleff. f.18.col.3.nu.1
Sacramentorum ueterũ, & nouorum substantialis differentia assignatur. f.59.col.1.nu.8
Sacramentorum quæ sunt q̃ oculis corporis non uideãtur. & quomodo Sacramenta non uerè capiantur exteriori sensu, sed mente. & quid de hoc dicat ibi ambrosius. f.78.col.2.nu.4
Sacramentum quid, & quis sit eius fructus. & quomodo etiam à perditè uiuentibus in ecclesia detur, & accipiatur. & c. contra Witcleff. f.15.col.2.numer.3.
Sacramentum q̃ corrodatur à uermibus cur aliquãdo permittit deus. f.80.col.2
Sacramentum qũo melius per pium uirum quàm per impium ministratur. f.25.co.1
Sacramentum gratiæ, & gratia sacramenti. f.20.co.2.
Sacramentum ordinis ab Augustino commemoratur, & Baptismi. & qui possint illa conferre. f.18.col.3 nu.6.
Sacramentum gratiæ, & gratia sacramenti quomodo ualde inter se distent, & q̃ sine alterutris esse possint. f.19.col.4.nu.3
Sacramentum, q̃ melius ministretur per pium uirum, quàm impium, quomodo debeat intelligi. & quid de hoc dicat Augnstinus. f.24.col.4.n.1.
Sacramentum, q̃ non minus conficit publicus, quã peccator occultus & quomodo Iudas etiam baptizauerit, quamuis indiscussa conscientia, contra Witcleff f.26.col.2.nu.1.
Sacramentum quid. f.36.col.3.nu.1
Sacramentum, q̃ principaliter designet unitatem fidelium in corpore Christi, secundum Apostolum. f.39 col.1.nu.2.
Sacramentum, q̃ frequenter pro nudo signo sacramenti accipiatur, maximè pro ipsa re sacramenti, ut est ibi signata. f.39.col.1.nu.4
Sacramentum extremæ unctionis cur institutum. f.269.col.3.
Sacramentum unctionis quando signatum à Christo. f.41.col.3.nu.4.
Sacramentũ, & mysteriũ altaris esse solum corpus & sanguinẽ Saluatoris substantialiter in ueritate natura, uelatum autem figura panis, & uini, q̃ secundũ fidem ecclesiæ dicimus. f.52.col.2.nu.3
Sacramentum altaris q̃ sit unum, ostenditur. f.54.col.1.nu.2.
Sacramentum Eucharistiæ, q̃ sit uerum corpus Christi secundum essentiam, secundum exteriorem uerò figuram accidens sensibile, quod apparet. f.115. col.4.nu.5.
Sacramentum extremæ unctionis, q̃ à Christo, & apostolis fuerit institutum, contra Witcleff ostenditur. f.268.col.1.nu.2.
Sacrificij altaris unitas, sanctorum dictis demonstratur. f.55.col.1.nu.2
Sacrificium q̃ sit unum per mundum in omnibus ecclesiis, & sic una hostia, non multæ. & c. ex Ambrosio. f.43.col.3.nu.5.
Sacrificium altaris cum uarietate locorum, temporum sacrificantium quoq;, & uisibilium specierum, q̃ sit unum sine multitudine, & idem sine mutatione, & eximio modo unum supra omne iudaicum sacramentum, ostenditur. f.55.col.1.nu.1
Sacrificia facta per malos. f.48.col.4
Sagarellorum error tertius circa ordines religiosorum prælatorum, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum. & c. f.200.col.4.nu.4
Sagarellorum, & Valdensium error de potestate Papæ & quomodo hunc sequitur Witcleff. f.236.col.2. nu.7.
Saluator cur cœnatis apostolis suum corpus & sanguinem tradiderit. & qũo eis solis, aut saltem in eis uniuersis presbyteris præceperit in secundo sanguinis sacramento communicare. f.150.col.3.nu.5
Sanctificat Christus cibum nostrum quotidianum. f.11.col.4.
Sanctorum communionem. f.158.col.4.
Sanitas quid. f.86.co.2
Sanguinis sacramentum q̃ nõ indiscriminatim populis porrigendum, secundum doctorem de Halis, & Bonauenturam. f.155.col.4.nu.6
Sapientia, bonamentis qualitas, & primum donum, secundùm quam mens contemplatur æterna, quòd quibusdam uideatur quandoque esse accidens sine subiecto. & quid de hoc dicat Augustinus. f.130.col.4.nu.5.
Sapientia donum S. spiritus quandoque est sine subiecto. f.132.col.1
Sapientiæ diuinæ est scire uerum. f.130.col.1
Satanæ magna solutio quando sit futura. & quomodo per modicum tempus soluetur. & quare. f.33.col.1 nu.5.
Scribere cum naso quid. f.14.co.2
Scripta diuina cũ proferimus, quòd ea nõ captiuemus sensibus nostris, sed eis potius nostros captiuemus sensus. f.64.col.1.nu.2
Scripturæ loquutio secundum Augustinum, quòd res significans appelletur nomine rei significatæ. Et multa de hoc copiosissimè tractantur ibi. f.142.col.2.nu.3.
Sensus plures possunt elici ex eadem scriptura. f.65.col.4.
Semina inhæreses. f.52.col.4
Sensibus occupati, quòd sint à fide remoti. & qũo culpẽtur ab Augustino. & plura de hoc ibi contra Witcleff referuntur. f.78.col.2.nu.3
Sensuum experimento, quòd non sit ualde adhærendũ: & quare secundum Bernardum. f.78.col.2.nu.2
Sermo Christi est operator ius. f.111.c.1
Sententia etiam iniustè lata, quòd sit timenda f.234 col.3.nu.4.

Sentien-

Sentiendum qualiter sit, & loquendum de prælatis præscitis perpetuò ab officio ordinandi suspensis iuxta Witcleff. & quid super hoc dicant Augustinus, & Bernardus. f.206.col.1.nu.1
Septenarius numerus est numerus uniuersitatis. f.245.col.3.
Signaculum, seu Character, q̃ sit aliud quid à Spiritu sancto, uel uisibili sacramento, uel effectu sacramenti, quod est gratia. & quomodo sit indelebile ostenditur. f.192.col.1.nu.5
Signum intelligi pro signato, ut inquit VWiteleff, cum Theologus dicit, Panis est corpus Christi. q̃ sit ualde hæreticum. f.59.col.1.nu.4
Similitudo de artifice & securi. f.239.co.3
Similitudo de canali lapideo. f.17.col.2
Solui diabolum quid significat. f.34.col.2
Signum, quod imprimit Baptismus, unctio, & ordo, q̃ sit aliud, & alterius generis sanctitas, quàm sit illa coniugij, aut item pœnitentiæ. f.181.col.4.n.2.
Species Sacramenti sensibilis, q̃ quodammodo uocetur corpus Christi. f.85.co.1.nu.1
Species uisibilis panis, quod sit in sacramento sine substantia sua, ex Anselmo. f.138.co 3.nu.1
Spes, quod in Deo sit ponenda, non in homine. f.16. col.1.nu.3.
Spiritus. S. duo significat, aquam & animam. f.163. col.3.
Spiritus. S. quatenus detur ab homine. f.189.co.2.
Spiritus sancti gratia, quod suos habeat gradus, ex Augustino. f.161.col.1.nu.4
Spiritus sanctus, quod in solo Christo manserit, ex Origene. f.263.col.2.nu.2
Spiritus sanctus q̃ per manus impositionem detur. f.183.col.4.nu.2.
Spiritus sanctũ quatenus det homo & quid ibi dicant Ambrosius. & Augustinus. f.187.co.4.nu.6
Status peccatorum duo ab Ambrosio assignantur. f.265.col.4.nu.6.
Status, seu conseruatio suppositi. f.103.co.2.nu.3
Subdiaconi Nathinnæi dicti, qui & apud Græcos Hypodiacones uocantur. & quod sit eorum officium. f.191.col.2.nu.7.
Subdiaconos fuisse in primæua ecclesia, ex Clementis, & Anastasii Paparum dictis palam fit. f.191.co.3 nu.5.
Substantiam dicere esse accidens, quàm sit absona positio, ostenditur. f.132.co.3.nu.3.
Symbolum quid. f.180.col.2
Symbolum triplex. f.63.col.3.
Synodus prouincialis Episcoporum Angliæ londonijs contra VVitcleff. f.5.col.4.nu.2.

T

Tau signum. Et plura de eo ex Hieronymo, Anselmo, Isidoro, Cypriano. & c. referuntur. f.181 col.4.nu.4.
Taxatio uaria pœnarum pœnitentibus, & confessis, in qua fiat potestate. f.258.col.1.nu.3
Tentatio, quibus modis agatur secundum Bedam. f.256.col.1.nu.3.
Terra sitiens, & radius solis calens, quomodo diuersimodè bibant aquam. f.121.col.4
Theodosius imperator quomodo patrueles fratres, & consobrinos prohibuerit inter se coniugij nomine cõuenitur ex Ambrosio. f.220.co.3.n.6
Theodosii Imperatoris pœnitentia publica ab Ambrosio indicta, recensetur. f.245.co.1.nu.5
Thomæ dictum, quod non faciat pro VVitcleuistarum petitione, ut ministretur communio sub utraque specie. f.155.col.4.n.2.
Transubstantiatio quid secundum catholicos. f.120. col.4.
Transubstantiationis, & conuersionis nomina quomodo peruertat VVitcleff in suum sensum hæreticum. f.119 col.4.nu.1.
Transubstantiationis exemplum, qnomodo uideatur aliquantum propinquum a cibo, quem posti resurrectionem Christus accepit. & in quo istæ duæ transubstantiationes differant, ostenditur. f.121.col.3 nu.2.

V

VAldensium error octauus à Guidone, recensetur. f.211.col.2.nu.3.
Valdensium error circa extremæ unctionis sacramentum, à Guidone, & Alano recensetur, & quomodo hunc sequatur VVitcleff. f.268.col.1.nu. 1
Veritas quid. f.142.col.2
Veritas per bonos iudices est liberanda f 2.co.1
Veritates tres connexæ in sacramento. f.74.co.3.
Verum, & unum conuerti. f.109.col.1.nu.5
Via Domini, quæ sit, & quis corruat in ea. f.10.col.1. num.3.
Via domini. f.10.col.3
Viæ duæ malæ. f.14.col.1.nu.1
Vinum nouum, & eius effectum implorat Auctor. f.10.col.1.nu.2.
Virgæ in serpentem essentialis mutatio, & serpentis in uirgam. f.113.col.2.nu.2
Virginitas Mariæ. & quid de hoc dicant Hieronymus & Anselmus. f.124.col.2.nu.4
Visibilis gradus & sensibilis per accidens. f.92.col.2. nu.2.
Viuere q̃ possit quis ex uirtute dominici corporis per diuinũ miraculũ lõgo tempore. & secessum posse ei exinde fieri omnino denegatur. f.105.co.1.nu.1
Unctio extrema sacramentalis quod non nisi oleo per Episcopum consecrato compleatur, contra VVitcleff. f.268.col.1.nu.3.
Unctione ecclesiæ quanta ægrotis bona statim contingant. f.268.col.2.nu.5
Unctionis sanctæ forma, quod non tam corporis, quàm animæ sit fomentum, & à longo æuo nostris usibus repromissa. f.195.col.3.nu.7

Vnctionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnctionis extremæ uirtus. f.185.co.4.nu.5
Voluntas Dei,q̃ in omni sancto opere sit prior,posterior liberi arbitrij. f.22.col.2.nu.4
Vocatio,iustificatio,glorificatio,q̃ fiãt in nobis,præde stinatio autem nostra in Deo f.207.co.1.n.3
Vrbani Papæ decretum pro Sacramento Confirmationis.& de necessitate eius ex concilio Laodicen.& Aurelien. f.183.col.4.nu.4.
VValerãnus,auctor de officijs.& quomodo suspectus fuerit circa fidem.&c.& quid de eo dicat Anselmus.& q̃ hic putatur esse,de quo VVitcleff loquitur,& plura de hoc ibi. f.80.col.4.nu.2
VVitcleff,& discipuli eius,quo sæpe obtendant auctoritates Augustini,Hieronymi,Chrysostomi,& aliorum sanctorum patrum ecclesiæ, contra catholicos f.1.col.4.nu.1.
VVitcleff sectatores,nolites magistri sui purgare infamiam,dicentes,q̃ non ea docere studuerit in quibus cum maculauit ecclesia,reijciuntur. f.3.col.1.nu.1
VVitcleff errata recensentur. f.3.col.1.nu.4.
VVitcleff protestatio,ut ignaris suam ostendat innocentiam. f.9.col.1.nu.1
VVitcleff proteruia notatur. f.9.col.1.nu.7.
VVitcleff superbia ostenditur. f.9.col.1.nu.8
VVitcleff prima,& generalis iniuria,quæ cuncta concernit sacramenta,q̃ Deus ex fide non concurrat cũ ministro ad sacramenta celebranda, sanctorum auctoritatibus prosternitur. f.11.col.1.nu.1
VVitcleff,quomodo errat cum Donatistis, non distinguens effectum,uel fructum sacramenti à sacramento. f.15.col.2.nu.1
VVitcleff,qui semper nititur tollere fidelibus populis fidem sacramenti certificam,confutatur.f.24.co.4 nu.3.
VVitcleff,qui dicit prælatos præscitos à Deo suspendi perpetuo tam ab officio,quam beneficio.&c. & sic non posse conficere,confutatur. f.27.co.3.nu.1
VVitcleff Satanas quo tempore fuerit solutus,ostenditur. f.33.col.1.nu.4
VVitcleff quomodo æmulatur Arianos hæreticos, qui coloribus uerborum suam instaurabant hæresim ita ut in nullo uiderentur à catholicis alieni.f.35.co.4. nu.2.
VVitcleff,q̃ loquatur Christum,& occultet Antichristum,ostenditur.& quid de Sacramento dicat. f.35.col.4.nu.4.
VVitcleff,quomodo à Samaritanorum idololatria non recedat.& quid de eis dicat Chrysostomus. f.45. col.4.nu.2.
VVitcleff,quòd sit idololatra,ostenditur. f.45.col.4. nu.8.
VVitcleff,qui dicit sacramentum altaris esse corpus in figura,& panem in natura,sanctorum auctoritatibus confutatur. f.52.col.2.nu.5
VVitcleff,qui sæpe uocat Augustinũ,& alios ecclesiæ doctores mendaces pro suarum hæresum tuitione, quomodo non debeat mouere eum,qui uult esse granum firmum in Christi ecclesia. f.54.col.1.nu.3
VVitcleff,qui figuram solam corporis Christi,& sanguinis in sacramento concessit,confutatur.f.57.co. 2.nu.1.
VVitcleff,qui dicit,q̃ post consecrationem remanet panis,& unum,eo q̃ in nullo articulo triplicis fidei ecclesiæ sit iste articulus declaratus, confutatur.& q̃ sit triplex Symbolum. f.61.col.2.nu.6.
VVitcleff,qui per scripturam euangelij more magistri eius Berengarij,arguit hostiam consecratam esse panem in natura,confutatur. f.63.col.2.nu.1
VVitcleff,& sui sequaces,quomodo sint Iudæorum gnonum sectatores.& in quo f.64.col.1.nu.3.
VVitcleff,qui in sui erroris argumentum assumit textum Apostoli.1.ad Corint.4.Panem, quem frangimus.&c.uolens ex hoc probare hostiam consecratam esse panem naturalem, multorum auctoritatibus confutatur. f.65.col.3.nu.1
VVitcleff,qui pro erroris sui corroboratione de hostia consecrata,q̃ sit panis in natura assumit illud orationis dominicæ,Panem nostrum quotidianum.& c.cõfutatur.& multa ibi da pane quotidiano per doctores sacros.& quo secundum Hieronymum, et alios,panis ille dicatur Epiousios,non naturalis.& c.contra Witcleff. f.67.col.1.nu.1
VVitcleff,qui pro sui panis usualis in hostiæ consecrata defensione adducit illud Luc.24.cap.Cognouerũt eum in fractione panis.confutatur.& q̃ non intelligatur de pane usuali,seu communi, ostenditur. f.68.col.3.nu.1.
VVitcleff assignat uel causas quibus uult posse concedi angelum esse uisibilem. f.96.col.1
VVitcleff,qui post falsificationẽ uerborum Christi & eius Apostoli,adducit doctores sanctos commemorantes panem,confutatur. f.69.col.3.nu.1.
VVitcleff,qui dicit modernam Romanam ecclesiam hæreticam,& priori contrariam,confutatur.f.73.co. 2.nu.1.
VVitcleff,q̃ sit falsarius Nicolai,illius decreto cõuincitur. f.73.col.2.nu.6
VVitcleff, quomodo usurpet sibi uocem hæreticorum antiquorum,iactantium se, & dicentium, Diuites facti sumus.&c.& quid super hoc dicat Hieronymus. f.75.col.4.nu.6
VVitcleff,qui testimonium sumit ab humanis sensibus q̃ eucharistiæ sacramentum non sit corpus Christi secundum substantiam suam propriam in altari,sed ut prius panis materialis,& putribilis, reijcitur. f.78.col.1.nu.1.
VVitcleff,qui ad fallaces sensus,& iudicium humanũ relicto documentum fidei immo ad mures peruenit, ut testimonium perhibeant de suo sacramento, confutatur. f.79.col.3.nu.1.
VVitcleff sophisma,Iste panis est corpus Christi, ergo est,& manet panis. q̃ sit idem cum Berengarii eius,magistri argumento,ostenditur. & de eius solutione per Lanfrancum,Innocentium, Ambrosiũ. &c. f.82.col.1.nu.1
VVitcleff fallacia,Cæci uident,ergo cæci sunt: ergo mirent cæci.Claudi ambulant.&c.diluitur.f.82.col.1 nu.4.
VVitcleff,q̃ sit de hæresi Anthropomorphitarum.& quomodo sit contra eum beatus Ignatius.f.85.col.1 nu.3.
VVitcleff,qui rationes quasdam physicas adducit ,ne corpus Christi uideatur corporaliter,aut sentiatur in sacramento,confutatur. f.92.col.2.nu.1.
VVitcleff,qui dicit se notasse ex dictis Augustini,q̃ caro,& sanguis solùm spiritualiter sunt edendi,confutatur.& multa de hoc ibi f.96.col.3.nu.5
VVitcleff,q̃ non saluetur in sua logicali glosa, quòd corpus Christi est in sacramento corporaliter,i. per modum corporis,multorum auctoritatibus ostenditur. f.99.col.3.nu.1
VVitcleff,qui contẽdit sanctũ sacramentũ dominici corporis esse obnoxium cõbustioni fortuitæ,& digestioni humanæ,confutatur. f.105.col.1.nu.6
VVitcleff quantas abominationes,quamque horridas expuat ad desolandum sanctissimum sacramentum corporis Christi fidelibus. f.107.col.1.n.1
VVitcleff,qui negat,& dissimulat fidem conuersionis simplicis panis in corpus Christi per transubstantiationẽ altissimi.&c.confutatur. f.109.col.1.nu.1
VVitcleff aduersus Isidorum obiectio diluitur.f.113. col.3.nu.2.
VVitcleff,quomodo mentiatur in Ambrosium.q̃ nolit per conuersionem panis in corpus Christi,mutari panis naturam. f.119.col.4.n.2
VVitcleff conuersio recensetur,& eiusdem confutatio ex Augustino,Chrysostomo, Cassiodoro, Hilario, Lanfranco.&c. f.117.col.4.nu.3
VVitcleff de transubstantiatione obiectio, & ad eandem responsio. f.121.col.3.nu.3
VVitcleff de multiplicatione corporis Christi obiectio & ad eam responsio. f.122.c.4.n.4
VVitcleff replica ex Augustini uerbis prauè ab eo intellectis desumpta,diluitur. f.122.col.4.n.6
VVitcleff,nitans fidem fateri catholicam,quomodo incidat in errorẽ reproborum Gentilium Democriti, & Leucippi,ostenditur. f.124.col.2.nu.1
VVitcleff calumnia,de terminis,quos ad expositionem fidei sacramenti ecclesia adinuenit,quia non sint in usu scripturæ Canonice.&c.diluitur. f.125.col.4 num.1.
VVitcleff,qui uetustate patrum hæresim suam corroborat,& fidem elidit ecclesiæ,more quorundam Gallorum in partibus Massiliæ ciuitatis contra Augustinum,ut refert Prosper.&c.confutatur.f.127.col. 3.nu.1.
VVitcleff,prima ratio,impugnans accidens sine subiecto,& eiusdem ex philosophorum dictis solutio.& plura de hoc ibi. f.129.co.1.n.4
VVitcleff,qũo in materia de accidente,Parmenidis,et Anaxagoræ errores sequatur. f.132.col.3.n.2
VVitcleff,qui omnes rerum possibilitates in definitionibus naturarum intendit ponere,confutatur. f. 134.col.3.nu.2.
VVitcleff glossa dicentis Anselmum non concessisse accidens sine subiecto.& ad eandem responsio.f.138 col.3.nu.2.
VVitcleff glosa uolentis Hugonem non concedere accidens sine subiecto,diluitur. f.138.col.3.nu.3.
VVitcleff,qui secundum glossam suam uult Lincolniẽsem non intellexisse accidens sine subiecto,confutatur. f.140.col.3.nu.1
VVitcleff error primus,qui contra leges scripturæ extendit loquutionem figuratam ut propriam,& sine auctoritate figuram transfert in locum proprij. f.142.col.2.nu.2.
VVitcleff,error secundus in materia de figuris,recensetur,& plura contra eum ibi adducuntur.f.142.co. 2.nu.4.
VVitcleff qui concedit, Spiritumsanctum columbam. &c.modo suo ab Auctore confutatur.& multa cõtra ibi ex Anselmo, Gregorio Nisseno.&c. adducuntur. f.145.col.1.nu.3
VVitcleff qui dicit Augustinum solum reputatiuè loqui,quicquid ne necessitate Baptismi scripsit, confutatur. f.159.col.2.nu.6
VVitcleff qui peruertit textum euangelij,Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritusanctõ.&c.dicens intelligi de aqua,quæ efluxit de latere Christi, & non de aqua baptismali, confutatur.f.167.col.1. nu.1.
VVitcleff quomodo uincat Pelagium. & Vincentium Hæreticos.ostenditur. f.167.col.1.n.2
VVitcleff,qui prætermissa necessitate euangelij pro Baptismi perceptione, assignat necessitatem absolutã erroneam omnium futurorum, Augustini auctoritatibus confutatur. f.176.col.2.nu.1
VVitcleff qui dicit,q̃ in Baptismo non remittũtur peccata omissionis confutatur.& qũo in hoc fatagit in perfidia superare Pelagium. f.178.col.1.n.1
VVitcleff qui dicit,q̃ Christus non fuit sic Chrismate unctus,ut nunc Christiani , & ideo non sit curandum de huiusmodi unctione confutatur.f.185.c.4.n.1.
VVitcleff q̃ sit Donatista,& plus quàm Donatista, conuincitur.f.189.col.3.nu.8.
VVitcleff mendacium circa ordines,ab Auctore detegitur.& q̃ fuerint plures duobus Christi ecclesiæ designati,ostenditur. f.191.col.2.nu.3
VVitcleff,qui dicit;q̃ multitudo cleri est onerosa, & infundata in lege Christi.&c.confutatur. f.200 col.4.nu.1.
VVitcleff alter Pharao. f.200.col.4.nu.5.
VVitcleff, qui ualidè molitur contra fidem sacramenti ordinis propter culpam ordinantis, confutatur. f.204.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f.204.col.1.nu.1.
VVitcleff, q participet duplicem hæresim, Massilianorum uidelicet, & Achaicorum. f.204.col.1.nu.2.
VVitcleff, qui literas episcoporum testimoniales pro clericis ordinandis contemnit, confutatur. f.210. col.1.nu.1.
VVitcleff nouum dogma dicens, unius uxoris uirũ, sic debere intelligi, ut cum una uxore cõtinenter uiuat diluitur, & piura de hoc ibi. f.212.col.4.nu.2.
VVitcleff, qui signa sensibilia, quæ sunt de ratione ecclesiastici sacramenti, suspendit à sacramento matrimonij, confutatur. f.216.col.4.nu.1
VVitcleff dictum contra uerbum de præsenti, quòd hæc conuertuntur, Te accipio in uxorem & (Te accipiam in uxorem) multorum auctoritatibus diluitur. f.216.col.4.nu.2.
VVitcleff, qui sanctorũ patrum nuptijs nostras satagit coæquare, culpatur. Et quid contra illus, & similiũ temeritatẽ dicat Augustinus. f.220.c.3.n.9
VVitcleff, qui dicit confessionem auricularem esse hæresis inductiuam, & in scriptura infundabilem, confutatur. Et quomodo authoritatem, & exemplum sumpserit confessioni ecclesiæ detrahendi ab Apostata Iuliano, Massilianis, & Iacobitis. f.232 col.3.nu.1.
VVitcleff, qui arguit, q propter anterioritionem sanationis leprosorum, quibus Christus dixit, Ite, ostendite uos sacerdotibus. ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ, confutatur. f.130.col.3.nu.1.
VVitcleff, qui semper pugnat pro sua libertate, qua quis stet suo iudicio pro commissis, refutatur. Et plura ibi contra eũ ex Augustino, Hilario, & Ambrosio adducuntur. f.234.col.3.nu.5.
VVitcleff, qui potestatem clauium non considerat, sed fictitiam esse inquit, confutatur. f.236.col.1.n.1.
VVitcleff, qui ut ecclesiasticæ detrahat potestati, contra successorem Petri, merita Petri obtendit, Augustini & Ambrosij auctoritatibus confutatur. f.239.col.1.n.3
VVitcleff contra confessionem sacramentalem cauillationes, pro ignorantia proportionis pœnæ ad culpam, de minoritate scientiæ sacerdotis, & de incertitudine confitendi, ex Augustino, Hugone, & Ambrosio, diluuntur. Et plura de hoc per totum Cap.f.247.col.1.nu.1.
VVitcleff cauillatio contra confessionem sacramentalem pro incertitudine clauium. Et quid contra hãc ex Augustino Auctor referat. f.250.col.4.n.2.
VVitcleff primæ accusatio cõtra cõfessores catholicos de leuitate nimia. Et ad eã respõsio. f.250.c.1.nu.1
VVitcleff aduersus confessores, de seueritate nimia, secunda accusatio, diluitur. f.250 col.1.nu.2.
VVitcleff tertia contra confessores, quia confessos nõ produnt, accusatio, refellitur. f.250. col.4 nu.3.
VVitcleff quid de ueniali, & mortali peccato dicat. Et multa ibi contra eum ex Augustino adducuntur. f.256.col.1.nu.4.
VVitcleff, qui asserit nullum esse mortale peccatum, nisi finalis impœnitentiæ, & præscii, Gregorij, & Augustini dictis ab Authore confutatur f.260. col.2.nu.1.
VVitcleff semper stolidus ostenditur. f.269.c.4.n.1.
VVitcleff quæ crimina in ministris sacramentorũ obijciat f.269.col 4.nu.2.
VVitcleff, qui in omni sacramento obseruat pro regula, quòd sacramentum habet suum pretium ex merito sacerdotis, non omnino ex instituto Christi, & merito Saluatoris, confutatur. Et quomodo in hoc sit Donatista. f.268.col.1.nu.4.
VVicleuistæ magistrum suũ extollentes & sapientissimum iactantes, ut simplicium animæ sub scientiæ falso nomine terreant, q non sint audiendi, sanctorum auctoritatibus ostenditur. f.2.col.3.nu.1
VVitcleuistæ uolentes magistrum suum Witcleff excusare, dicentes non omnia asserere, quæ episcopi, uel Patres ipsi imponunt, aut in dictis eius inueniũt q nullo modo sint audiendi. f.3.col.4. nu.1
VVitcleuistæ hæretici, quo à Pelagianis eorum patribus quasi hæreditarium habeant mendacium in quo conueniant iactantes suum dogma laudatum in remotis partibus, in studijs generalibus, & potissimũ in Oxonia. f.4.col.4.nu.2
VVitcleuistæ, qui roborant partem suam pro communione sub utraq; specie, auctoritate euangelij, sibi te ex hoc omnes, confutantur. & quo illorum articulus, quod id petunt, sit hæreticus. f.150.col.2.nu.1
VVitcleuistarũ fraus circa quasdã literas sigillo uniuersitatis Oxoniensis falsò & furtiuè signatas pro illorum falsæ doctrinæ approbatione. f.4.col.4.n.1
VVitcleuistarũ uaria, & peregrina doctrina, ex qua in orthodoxos quosdam Principes, & uulgares manauit opinio, q auctor eorum Witcleff nunquam fuerit per uiam suam ab ecclesia reprobatus, aut iudicialiter ab episcopis in hæresibus condemnatus, q nullo modo sit audienda. f.5.col.4.nu.1
VVitcleuistarum uesaniæ referantur, & potissimum Guillelmi cuiusdam Iacobi. f.45.col.4.nu.7
VVitcleuistarum, & Berengarianorũ hæresis de Eucharistia, q antecedat in malum hæresim eorũ, qui sumebant Eucharistiam intinctam. f.146.c.4.n.4.
VVitcleuistarum obiectum ex Canonem Gregorij, & ex Zosimo, diluitur. f.153.col.1.nu.2.
VVitcleuistarum error de laicis, circa sacramentorũ ministrationem. Et quomodo sit contra Apostolum. f.202.col.1.nu.4.
Vulgi authoritas, q in fidei subtilitatibus non sit petenda. Et quid de hoc dicant Seneca, Celestinus Papa, Lactantius &c. f.75.col.4.nu.2.

FINIS.

REVERENDI

REVERENDI PATRIS, FRATRIS THOMAE VVALDENSIS,

Theologi præstantissimi, atq; Carmelitarum in Anglia Prouincialis, in Tractatum de Sacramentis contra Vvitcleuistas,

PRAEFATIO.

Heb.13. DOctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Heb. 13. Regalibus iussis uestris obtemperãs, inclite domine Anglie rex Henrice, Christi gratia triumphator inuicte, doctrinalis antiquitatum ecclesiæ IESV CHRISTI contra Vvitcleuistas nostrates hæreticos uolumen ingredior tam secundum opus mihi arduum, & ingens, sed utinam tuæ Christianissimæ charitati, quantùm optatum, tam competens, tam accepta bile, quàm erit acceptum. Non latet hunc terrarum orbem quo stomacho istorum nouellorum hæreticorum detestaris infamias. Prodit hoc te tacente

Psal.104. Sap.9. ignis iugis supplicij: qui te uel magis in te Christo iubente in synagoga eorum frequenter exarsit, flamma combussit peccatores. Prodit hoc assistrix tua sapientia, quam regni pontificibus obtulisti, ut cum eis laboraret semper, arderet semper scire, quid ei acceptum esset coram Deo, omni tempore. At quis fide sedulus, non gauderet eximiè, cùm tantus Princeps non diu post primæ unctionis, & fastus regij sacramentum gauderet se in causa Christi, & ecclesiæ primum erexisse ue xillum, & super

Psal.144. hoc deuotissimè Deo caneret, Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum? Nec in hoc gaudens, quòd erratici spiritus, quibus inflantur hæretici, subiicerentur ei: sed quia speranit (tali auspicante principio) nomen suum in cœlis esse conscriptum: speranit se ex hoc hæredem plusquàm Ducis Guillelmi,

Exod.2. Iud.6. ducis Moysi, qui libans Deo primitias probitatis, ut Israelitam erueret, iugulauit Aegyptium, successorem etiam fidelem instituens Gedeonis, nocte destruxit aram Baal lucumque succidit, & domovum latibula, in quibus Lollardi sua conuenticula celebrabant, docentes doctrinas Balam, & offerentes contra Christum hæretica sacramenta. Imitabatur ex animo Ezechiam in regno, qui plùs aliis regibus in exordijs regni docuit populum audaciter frangere simulacra opinionum, & hæresum, quas

A furor Vuitcleuisticæ prauitatis in regno consculpsit: succidere lucos, altaria demoliri, quibus decepti uulgares, aut doctores eorum decumbebant in clero, & ne liberè docerent in ecclesiis, excelsas eis cathedras publica sanctione ecclesiæ fecerat interdici. Hæc prima bella tibi præstituis, his galeis caput dedicas recenter coronatum. His ducibus, his regibus, tibi plùs placet fide, quàm Eduardis, & Henricis illustribus, alioquin regibus carne succedere. At uerò hoc ipso inuitas me pauperculum seruum tuum, ut post Eliam patrem meum simili animositate decurram, quatenus inuocatione IESV Christi in hoc torrente scripturæ pa- 3. Reg. 18.
terna octingentos pseudo prophetas gladio perimam uerbi Dei, uel certè magis, ut tu ipse perimas hostes Christi, qui omniquaque cupis eos esse deuictos: prout in simili casu AMBROSIVS Ambrosius. loquitur ad Gratianum Augustum. Petis (inquit) Tom.3.
B à me fidei libellum (sancte Imperator) profecturus ad prælium. Nosti enim fide magis Imperatoris, quàm uirtute militum quæri solere uictoriam. Nam & Abraham trecentos octodecim duxit ad Gene.14 bellum: & ex innumeris hostibus trophæa reportauit: signoque dominicæ crucis, & nominis quinque regum, uictricumque turmarum subacto robore: & ultus est proximum, & filium meruit, & triumphum. Iesus quoque filius Naue, hostes quos Iosue.6. totius exercitus manu ualida superare non poterat, septem tubarum sacerdotalium sono uicit, ubi ducem militiæ cælestis agnouit. Ergo & tu uincere paras, qui Christum adoras, qui fidem uindicas, cuius à me libellum petisti. Hæc ille in principio primi libri ad Gratianum Augustum in Est liber cui
præfatione, quæ incipit, Regina Austri. AV- titulus, de
C CTOR. Ad opus ergo properans expectatum, quod ueram doctrinam & tradit, & exprimit ecclesiæ IESV Christi: simul omnes do- Heb.13.
ctrinas dæmonum elimandas censeo hac uoce Apostoli, Doctrinis uarijs, & peregrinis nolite abduci. HAYMO dicit in expositione huius Haymo. textus, quòd doctrinæ uariæ, & peregrinæ nouæ dogmata sunt hæreticorum, quibus abducuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus To.x.

cuntur, & separãtur simpliciores à ueritate fidei. *Quomodo autẽ sunt doctrinæ uariæ,* AVGVSTI, A *exponit sermone. 10. de uerbis Apostoli, dicens,* Nemo* uarietur: nemo leprosus sit. *Doctrina incon stans, non habens unum colorem, mentis leprã signi ficat, & istam Christus mundat. Forte in aliquo ua riasti, & inspexisti, & in melius sentẽtiam* commo uisti: *& quod uarium erat, unius coloris effectũ est. Hæc Augustinus.* AVCTOR. *Ecce uariam doctrinam dicit, quæ de lepra mentis erumpit, quam inconstantia parturit, nec commutat in me lius, quæ alterius coloris est in fundo scripturæ, alterius in garritu expositionis, uel assumptionis hæreticæ.*

*uarius

*commuta ti

¶DOCTRINA I.

SVMMA.

1 *Hæreticorum hominum doctrina prima quæ sit.*
2 *Doctrina prima ecclesiæ Iesu Christi hæreticorum doctrinæ primæ contraria.*
3 *Hæretici, quòd non habeant sermones Dei, quomo do fideles indocti debeant illud firmiter crede re.*

1 PRIMA † ergo doctrina omnium hære ticorum est transformare scripturas sacras ad detestabiles sensus suos: ea dem uerba Dei, sed alieno sensu uesti re. Contra † quam prima est doctrina ecclesiæ Ie su Christi: nullo mentis ausu peregrino colore doctrinas cælicas uariare, sed eo tãtum sensu, & ritu expositionis uti, quem eis tinctor cælestis te stimonio sanctorum patrum indixit. Vnde BE DA in expositione primæ canonicæ Ioannis, tra ctans hunc textum. Sicut unctio eius docet nos de omnibus. Significans (inquit) quia uerax est eadem unctio, id est, ipse spiritus, qui docet ho- C mines, mentiri nõ potest. Ideò sicut docuit uos, manete in eo, doctrinis uarijs, & peregrinis noli te abduci: ea fide, eo ritu, quo ipse docuit, in illo manete. Hæc ille. AVCT. Et fideles † indocti, si uelint esse fide cõstantes, debent firmiter crede re, quòd hæretici non habent sermones Dei, ne que sensum eorum, quia secretis Dei non inter sunt, quærente de tali hæretico Hieremias pro pheta. Quis enim adfuit in cõsilio domini? Vbi HIERONYMVS libro. 4. commentarij, No lite (inquit) credere ò uulgus indoctum, prophe tis uobis falsa pronuntiantibus, qui dicunt, Hæc locutus est dominus, Pax erit uobis. Vnde enim posiunt Dei nosse secretum? aut quo annuntian te domini didicere consilium? Quomodo ad eos diuinæ *dispensationis sermo peruenit? Hęc ille. AVCTOR. Bene dicit uulgus indoctum, quòd credit unum hæreticum habere sensum domi- 1.Io.4 ni contra totam eius ecclesiam. Cui dicit Ioan nes in epistola, Qui nouit Deum, audit uos. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spi ritum erroris. Spiritus ecclesiæ, est spiritus ueri tatis. Spiritus omnis, qui contradicit ecclesiæ, est spiritus erroris. Hoc credite de Witcleuistis, & eritis uulgus edoctum.

Doctrina prima hæreticorum.

Doctrina prima eccle siæ.

Beda.

1.Io.2.

Hier.13. Et Esa. 40. Hieron. To.5.

*dispositionis

¶DOCTRINA II.

SVMMA.

1 *Witcleff, & discipuli eius, quomodo sæpe obten dant authoritates Augustini, Hieronymi, Chry sostomi, & aliorum sanctorum patrum ecclesiæ, contra catholicos.*
2 *Hæreticus quidam quomodo contra sanctum Am brosium perquàm improbè uerba Niceni conci lij allegauerit unam tantùm in Christo fuisse na turam.*
3 *Hæretici omnes, quòd à sancta uniuersali ecclesia sint egressi, ostenditur.*
4 *Artemonis hæretici Samosatẽsium hæreticorum capitis, hæresis, quòd Saluator purus homo, & absque Deo fuerit, quomodo antiquitùs ab ipsis Apostolis traditum esse mentiuntur.*

1 BTENDIT † sæpe Witcleff, & disci puli eius contra catholicos authori tates Augustini, Hieronymi, Chriso stomi, & aliorum sanctorum patrum ecclesiæ: frequenter item dicta canonum, & Cõ ciliorum magnorum, uociferans, & strepens: sic habet Augustinus, ut docco, sic lex papa lis, & concilia. Quomodo ergo aduersa mi hi docentes, & tenentes, non sunt hæretici ca pitales? Propter has furias nolite abduci: nec C citò moueamini filij ecclesiæ: doctrinæ istæ dico uobis sunt uariæ, & peregrinæ. Cæte rum quomodo formidaret hæreticus iste fal sificare dictum Augustini, quando non timet falsum testem facere textum Dei? Nunquid sæpe probaui, & monstraui, & rursum infrà monstrabo, Deo præstante, quomodo de scri pturis falso interpretatis hæresim suam sem per nitatur obfirmare: & omnes sancti di cant omnes retrò actos hæreticos fecisse si militer? Ita & omnes falsi prophetæ patres eorum, scriptura teste, fecerunt. Ita ut do minus ipse querelam de eis faciens, & po pulum suum monens, dicat Hieremia. 23. No- Hiere.13 lite audire uerba prophetarum, qui prophe tant uobis, & decipiunt uos, uisionem cor dis sui loquentur, non de ore domini. Se quitur. Non mittebam prophetas, & illi cur rebant:

Ambrosius To.2. cap.6.

Veritas per bonos iudi ces est libe randa.

De consc. dist.2.

rebant: non loquebar ad eos, & ipsi propheta A bant. Si stetissent in concilio meo, & nota fecis sent uerba mea populo, auertissem utiq; eos à uia sua mala, & à pessimis cogitationibus suis. Et iterũ. Audiui quæ dixerũt prophetæ prophe tantes in nomine meo mendacium, atq; dicen tes, Somnia somniaui. Vsquequo istud in cor de prophetarum uaticinantium mendacium, & prophetantium seductionem cordis sui? Pro pheta, qui habet somniũ, narret somnium, & qui habet sermonem meum, loquatur sermonẽ mẽ um uerè. Ecce isti falsi prophetæ loquebãtur ser monem Dei, sed non uere. Similiter pseudo apo stoli deceperũt populum tempore sancti Pauli, dicẽtes, Ita dicit Paulus: & sub nomine Pauli scri 2.Thess.2 bentes epistolas. Vnde. 2. ad Thessalonicenses. 2. monens eos ut caueant, Rogamus (inquit) fra tres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & 3 *Vestro nostræ congregationis in idipsum, ut non citò B moueamini a nostro sensu, neq; per spiritũ, neq; per sermonem, neq; per epistolas, tanquam per nos missas. Notanter monuit Paulus fideles, ne citò moueretur ãsensu nostro, id est, apostolico: quia sensus est interpres uerbi, quem quandiu homo retinet, in uerbis falli non poterit. Quid igitur ideò mirarentur fideles, q̃ hæreticus iste uerba canonum, uel conciliorum corrupta pro 2 ducat, uel ad sensum omnino à condẽtibus alie num? Sic † item quidam hæreticus cõtra sanctũ Ambrosium uerba Niceni cõcilij allegauit, unã tantum in Christo fuisse naturam, perq̃ improbè, cùm ex toto nisu illud idem concilium duas in Christo naturas docuerit, & probarit. Vnde AMBROSIVS eum recitat, libro de incarna tione uerbi, parum ante medium, sic scribens, Legi, quod non crederem, nisi ipse legissem. Le gi, inquam, in cuiusdã libris sic positũ, Et Orga num, & eum à quo mouebatur Organum, unius C in Christo fuisse naturæ. Quod ideò posui, ut ex scriptis nomẽ deprehendatur auctoris: & aduer tatur, q̃uis exquisitissimis argumentis, & phale ratis sermonibus, non posse uim ueritatis obdu ci. Et hic mihi frequenter Niceni concilij tracta tum se tenere commemorat: sed in illo tractatu patres nostri nõ carnem, sed Dei uerbum unius substantię cũ patre esse dixerunt. Sequitur. Quo modo ergo Niceni concilij nomen obtenditur, & noua inducuntur, quæ nunquàm nostri sensere maiores? Hęc ille. AVCT. Videte qualiter hę resis ueritatem uocat in testem, sed per bonos iu dices est ueritas liberãda. Quomodo, inquit, Ni ceni concilij nomen obtẽditur, & noua inducun tur, quæ nunquàm nostri sensere maiores? Quo modo item quando Witcleff dicit legem Papa lem affirmare panem esse corpus Christi, in cap. Ego Berengarius? Quomodo item alia capitula 4 decretorum, & Decretalium? Quo ausu pro par te hæretica sacri cõcilij, & canonum nomen ob tenditur, quãdo nunquàm hoc nostri sensere ma iores? Sic mirum uidetur multis, qua te ueritate mendacij potuit is idem appellare sanctũ Thõ mam, & doctorem subtilem, & Gandauum, & alios doctores scholasticos, in authenticos te stes, ęp non maneat accidens sine subiecto in sa cramento altaris, in tractato suo de eucharistia? Sed hæresis impudica erubescit nuditatem suã, iõ consuluit sanctos uiros, ut sub simplici ueste patrũ, lupũ posit abscondere, & nedum abscon dere, sed per antiquitatẽ, & probitatẽ testium se comparare catholicis, quemadmodũ amicus il- Iob.15. le Iob typum gerens hæretici. Senes (inquit) & antiq; sunt in nobis multò uetustiores, q̃ patres tui. Sup quo textu GREGORIVS. 12. Moral. Gregorius. To.1. cap.15. sic inquit, Quòd † omnes hæretici à san ęta uniuersali ecclesia sint egressi, testatur Ioan nes, qui ait. Ex nobis prodierunt, sed non erant 1. Ioan.2. ex nobis. Sed ut ea, quæ asserunt, cõmẽdare *stul *multis tis mẽritibus hominum, quasi de antiquitate pos sint, antiquos patres se habere testantur, atque ipsos doctores ecclesiæ suæ professionis magi stros dicunt. Cumq; præsentes prædicatores de spiciunt, de antiquorum patrum magisterio fal sa præsumptione gloriantur, ut ea, quæ ipsi di cunt ẽt antiquos patres tenuisse fateantur, quate nus hoc, quod rectè astruere nõ ualent, quasi ex illorum authoritate confirment. Hæc Grego. AVCTOR. Benè dicit, ut ea, quæ ipsi dicunt, & antiquos patres tenuisse fateantur: & quæ rectè astruere non ualent, quasi ex illorũ authoritate cõfirment. Nonne AVGVSTI. sensit hanc in- Augustin. auriã irrogari sibi dũ uixit? Respiciatur liber re- libr. 1. Retra. cap. 9. tractationũ eius, ubi dicit Pelagiũ hæreticũ po- To.1. suisse in libro suo quoddam dictũ eius de libero arbitrio, & purgat se ibi de assensu hæretico. Pe Petilianus. tilianus itẽ in responsionibus suis allegat pro se To.7. Augustinũ i materia de baptismo: & Augustinus libũ edidit cõtra q̃dã capitula sibi falsò imputa ta in materia de prędestinatione. Credibile est si in carne uiueret, multo crassiorẽ librũ iam scri beret cõtra innumera quasi capitula falso impu tata p ipsum. Nõ tantũ aũt hæc, sed ut omnibus Paganis impudẽtius mẽtiantur, iactant scriptis, & uerbis innumeris sanctos patres ab antiquo & uniuersa Christi cõcilia ab apostolorum tem poribus suam hæresim approbasse. Proinde cũ auditis Witcleff, aut eius falsos sectatores dice re: Istæ nouæ sectæ unam nouã hæresim addide runt cõtra patrum dicta, & scripturã Christi, & apostolorũ eius, Nolite statim terreri uerbis fal lacibus, sed patres ipsos adloca, quæ iactat, ex quirite, & uidebitis eũ contra totã Christi eccle siã falsam de eis iactasse sentẽtiam, sed † & didi-

 cisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Artemon, Eusebius,

ciſſe ſic facere ab Artemone hęretico capite Samoſatenſium hæreticorum. de quo ſcribit EVSEBIVS lib. 5. eccleſiaſticę hiſtorię ca. 28. Hęc hęreſis purum hominem, & abſq; Deo fuiſſe Saluatorem contendit. Idq; antiquitùs ab ipſis apoſtolis traditum eſſe mentiuntur. Aduerſum quos unus ex his, quos ſuprà memorauimus, eccleſiaſticus ſcriptor, ita reſpondit. Aiunt, (inquit) etiã ipſos apoſtolos ita uel ſuſcepiſſe, uel cæteris tradidiſſe, ſicut nunc ipſi aſſerunt, & hãc ueritatem prædicationis eſſe ſeruatam uſq; ad Victoris tẽpora: & quomodo ſucceſſores ſcribentes aduerſum gentiles, uel aduerſum hæreticos, id eſt Iuſtinus, & Melciades, & Tacianus, & Clemens, & alij quàmplurimi de diuinitate Chriſti apertiſsimè dixerunt? Irenæi uero, & Melitonis, cæterorumq;, qui per idem tempus fuerunt, uolumina quis ignorat? Sequitur. Quomodo ergo tot ſecuris fidem prædicatam nunc iſti aſſerunt, q̃ à Victore exordium ſumpſerit? Hæc ibi AVCT. Ita Witcleff, quomodo non eſt confuſus, quãdo Innocentium tertium criminatur de accidente ſine ſubiecto, de præſentia corporali Chriſti in ſacramento, de confeſsione uocali, & huiuſmodi, quæ dicit ante ipſum eccleſijs inaudita? Reſpicite hunc Artemonem cum Victore Papa, & ſic uidebitis Witcleff mentiri, non Innocentium.

¶DOCTRINA III.

SVMMA.

1 *Vuiteleuiſtæ magiſtrum ſuum extollentes, & ſapiẽtiſsimum iactãtes, ut ſimplicium animas ſub ſcientiæ falſo nomine terreant, quòd non ſint audiendi, ſanctorum authoritatibus oſtenditur.*
2 *Hæreticorum frequens iactantia, quòd nullus eos intelligat, à Hieronymo annotatur. Et quomodo ex his ſunt ſapientes ſeculi, hæreticorum magiſtri, & Iudæorum Phariſei.*
3 *Figmenta mendacia, quòd ſint difficilia, & laborioſa.*

1 DOCTRINA tertia. Extollunt † Witcleuiſtæ magiſtrum ſuum, & ſapientiſsimum iactant, & prudentem, terrẽtes animas ſimplicium ſub falſo nomine ſcientiæ, ſi tam perito ſcripturarum obaudiant, & dicunt orthodoxos, nec omnes, qui ſuperſtites ſunt, poſſe dicere, quæ dictauit. Huic autem blaſphemiæ in prologo alterius uoluminis, eccleſiæ documẽta ſubſcripſi. Sed recolo dixiſſe AVGVSTINVM in principio libri de unico baptiſmo ad Conſtantinum, q̃ ipſe ſæpe ad eadem obiecta diuerſa reſponderit, tum propter tarditatem quorundam ingenij, qui & ſi nõ per hæc uerba, retento ſenſu, tandem intrabunt per alia: tum ut res multiplicata ad multorũ manus accedat. Reſpondere (inquit) diuerſa ſentiẽtibus & à regula ueritatis errantibus, ſæpiſsimè cogimur, etiam de ijs rebus, quas alijs atq; alijs ſermonibus frequentauimus. Quod utiliter exiſtimo fieri, ut propter eorum ingenia tardiora, qui putãt aliud dici, cùm aliquid legunt, aliter dici: & propter ipſam diſputationum copiam, ut non ſolùm ad diligentiores res rara perueniat, ſed * quodlibet è multis in manus etiam * negligẽtioris incurrat. Hæc ille. AVCT. Hoc autem, quod de ſapientia doctoris ſui, quod de noſtra tarditate, & eius altitudine ſermonis extollunt, de hæreticis frequenter iactatum legi: de orthodoxis autem quantumcunq; ſubtilibus inauditum. Et ideò in hoc ipſo, q̃ laudare magiſtrum quærunt, humiliant, cò q̃ Sapiens dicit, Prouer. 14. Doctrina prudentium facilis. Aut ergo prędicent magiſtrum ſuum, ut intelligatur à fidelibus, facilem: aut uerè (ut eſt) arguant imprudentem. BEDA ſuper illo textu, lib. 2. dicit. Doctrina prudentium facilis tunc erat, quando Cornelius cum omni domo ſua, & cæteri tales uerbũ humiliter audientes mox credebant: & accepto Spiritu ſancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoq; doctrinam fidei catholicæ prudẽs quiſq; dum cathechizatur, facilè percipit, quam hæretici quia peruerſè quærunt, nunquàm prorſus inueniunt, Hęc ille. AVCT. Et Hieronymus adaptat ſibi, & ſimilibus illud Eſaiæ. 29. Veh q̃ profundi eſtis corde, ut à domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera eorũ, & dicunt, Quis uidet nos? & quis nouit nos? Peruerſa eſt ueſtra cogitatio. Vbi HIERONYMVS in explanationis libro. 9. ſic. Aduerſus eoſdem, de quibus ſuprà dixerat, Perdam ſapientiã C ſapientium, & intelligentiam prudentium reprobabo: etiam nunc Dei ſermo dirigitur, qui ſapientes ſunt in ſemetipſis, & in conſpectu ſuo prudentes: de quibus rectiſsimè illud intelligi poteſt, Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, cùm ſcriptum ſit de Dei ſapientia. Si enim quis perfectus fuerit in filijs hominum, abſque tua ſapientia in nihilum reputabitur. Qui idcirco arbitrantur Deum ſua neſcire conſilia, quia in tenebris ſunt opera eorum, & dicunt, Quis uidet nos? aut quis nouit nos? Hæc † autem dicunt & ſapientes ſeculi, aut hæreticorum magiſtri, & Iudæorum Phariſæi, quòd nullus eos intelligat. Hęc Hieronymus. AVCTOR. Blaſphema ecce trinitas præceptorum ſolet ita dicere, quòd nullus eos intelligit. Nos autem non ita dicamus de aliquo orthodoxo, quia non hoc conſueuit eccleſia Ieſu Chriſti. Et in. 2. lib. contra Ruſinum HIERONY. Dydimi interpretationes

Cicures Enniani. uel ut alibi legitur ſimiani.
Cap. 1.
Hieronym. To. 2.
* quodlibet modo
* negligentiores
Beda. ſuper uerb. Act. 2.
Auguſtin. To. 3.
Eſa. 29.
Hieronym To. 5. 1. cor. 1.
Pſ. 63.
Sap. 3.
Hieronym To. 2.

Auguſti. To. 7.

ris exodion, in quo ille caſſo labore conatur alienum errorem defendere, q̃ Origenes quidẽ bene dixerit, ſed nos ſimplices homines, & Cicures Enniani, nec illius ſapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere poſſumus. Hæc ille. AVCTOR. Sed & fieri poteſt, ut qui intelligibilis nobis eſſe negatur, fuerit etiã minus intelligibilis ſibiipſi. Certè ubi erratit, ibi neſcius ſibi fuit. Sicut & idem HIERONYMVS lib. 1. contra Ruſinum, uerſus finem ſic atteſtatur. Quid ad te pertinet, ſi alius non intelligat quid uelis dicere, cũ non ad omnes, ſed ad tuos loqueris? Deniq; & ego ſcripta tua relegens, quanq̃ interdũ non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem: tamen nõ doleo, nec me pœnitet tarditatis. Id enim in legendo patior, quod tu pateris in ſcribendo. Hæc Hieronymus. AVCT. 2 Quid ergo erit nobis graue, q̃ nouũ Arium, aut Phyletum non datur intellexiſſe quod ſcripſerit, qui non omnibus, ſed ſuis clericulis calamũ tinxerit: & hoc ille patiatur ſcribens, quod nos dum legimus, putà q̃ ſe non intellexerit? Saltẽ quod tulit prouidus & profundus doctor Hieronymus ab æmulis ſuis, nos mediocriter feremus à noſtris. Non dubiũ quin ueri fideles cupiant eſſe faciles in dicendo, cum contrà hæretici, quia laborant tegere quod mendaciter proferunt, obſcurè loquantur. Vnde AVGVSTINVS de ue 3 ra innocentia, propoſitione. 66. Difficilia, † & laboriоſa ſunt figmenta mendacij. Qui enim uult uerum dicere, non laborat: quietiores enim ſunt boni, q̃ mali: & abſolutoria ſunt uerba ueraciũ, q̃ commenta fallacium. Hæc ille.

3

¶DOCTRINA. IIII.

SVMMA.

1 *Vuiteleff ſectatores, uolentes magiſtri ſui purgare infamiam, dicentes, quòd non ea docere ſtuduerit, in quibus eum maculauit eccleſia, reijciuntur.*
2 *Origeniſtæ taxantur à Hieronymo.*
3 *Origenis errores deſcribuntur.*
4 *Vuiteleff errata recenſentur.*
5 *Iudæorum inter Chriſtianos permanſio, quid utilitatis afferat.*
6 *Chartis hereticorum quòd cõuincantur hæretici.*

1 DOCTRINA quarta uaria, & peregrina iſtorũ Witcleuiſtarum eſt, qua 4 † ſectatores Witcleff nituntur magiſtri ſui purgare infamiam, & dicunt, quòd non ea docere ſtuduit, in quibus cum maculauit eccleſia, ſed dicunt fratres libros eius iam corrupiſſe poſt mortem, & deprauaſſe ſententias. Sed ideirco docet eccleſia filios ſuos, ne huic fallaciæ hæreticorum corda relaxent, ſed firmiter æſtiment, & nouerint iuſtè ſanctos patres, & perfidiam, & authorem eius cõdemnaſſe ſub nomine. Nam ipſe cum ſuperſtes eſſet in concilio prouinciali ſanctorum epiſcoporum Londonijs, in concluſionibus, & peruerſis dogmatibus ſuis iuſtam tulit ſentẽtiam. Ipſe autem ut digne cenſeretur hæreticus, eaſdem tuebatur, & defendebat poſtmodum in ſecũda parte ſermonum, & in Trialogo, ita, ut pudeat ſectatores ſuos cõtra os proprium uelle purgare magiſtrũ. Teſtantur item, & conuincunt eum ſuper peruerſo dogmate libri, quos à diſcipulis ſuis inquiſitores ui tollunt, quos ipſi econtrario magnificant, docent in angulis, & in alias terras deferunt, & ſcribendo multiplicant. Sed † quia conformem ſibi locum inueniunt argumenta HIERONYMI, duco in publicum quæ ipſe armata penna B contra fautores hæreſum Origenis inuexit, quorum unus aſſeruit errores illos additos, ac inſertos libris ſuis ab hæreticis. libro. 2. contra Ruſinum ſic ſcribens. Reſpondeat unde illi orta ſit ſuſpicio hæc ab hæreticis addita. Quia (inquit) de eiſdem rebus in alijs locis eiuſdem authoris catholicè dicta legeram. Videamus quod primum eſt, ut ordine uenerit ad ſecundum. Probo † ego inter multa Origenis mala hæc maximè hæretica, Dei filium creaturam, Spiritum ſanctum miniſtrum, Mundos innumerabiles æternis ſibi ſeculis ſuccedentes, Angelos uerſos in animas hominum, Animam Saluatoris fuiſſe, antequam naſceretur ex Maria, &c. Hæc in Origenis libris ego hæretica doceo, tu oſtende, in quo eius opere his contraria legeris. Nolo dicas, quæ de eiuſdem rebus in alijs locis eiuſdem authoris catholicè dicta legeram. Nec me mittas ad ſex millia eius libros, quos legiſſe beatum Papam Epiphanium criminaris, ſed ipſa loca nomina. Nec hoc mihi ſufficit, niſi dicta eadem ad uerbum protuleris. Non eſt fatuus Origenes: & ego noui: ſibi contraria loqui non poteſt. Hæc ille. AVCTOR. Et ego etiam contra fautores Witcleff his rationibus Hieronymi quare non utar? Non eſt nouella hæc excuſatio, quam affertis: ſed non uideo niſi ſolis hæreticis utilem. Dicitis à fratribus, non dicitis hæreticis, hæc addita mala: quanquam ſine hæretico dolo (ut arbitror) addi non poſſent. Sed ubi ergo in operibus eius illorum errorum ipſius aſſertione legetis oppoſita? Ipſe † dixit, & aſſeruit, quidlibet eſſe Deum. Deum eſſe uiliſsimã creaturam, quia materialem eſſentiam. Corpus Chriſti in ſacramento eſſe aliquid peius teſtudine, uel rana. Religione communi populi Chriſtiani nullam eſſe in eccleſia meliorem. Totum cœ

Origeniſtas taxat Hieronym. To. 2.
Origenis et rores.
Errata Vuitcleff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum episcoporum,& Paparum à Sylvestro dein ceps esse unum corpus Antichristi, & talia plura. Vbi in operibus eius reperietis eum asseruisse contrarium? Non me mittas ad multas eius chartulas, quas conscripsit. Non mihi sufficiet, nisi (sicut dixit Hieronymus) eadem dicta sana ad uerbum protuleris. Nō erat fatuus Witcleff, ut dicitis, ergo contraria sibiipsi loqui non potest: & sicut addit benè pòst in eodē libro HIERONYMVS. Alioquin omnia, quæ hæretica sunt, non erunt Origenis, sed hæreticorum. Omnes autem propemodum illius Tomi, his erroribus pleni sunt. Nihil Origenis erit, sed eorū, quorum ignoramus uocabula. Hæc ille. AVCTOR. Ita dico, si ista hæretica non sunt Witcleff, quia fingi possunt esse fratrum, sic omnia, quæ sunt hæretica, non erunt Witcleff. Et cùm non sit uel schedula eius à talibus libera, nihil'ta men erroris erit Witcleff: imò nec alicuius ante eum hæretici, sed benè dicta erunt illorum forsan: peruersitates autem hęreticę erunt illorum, quorum ignorant uocabula. Sed iterum ego solebam interrogare, cuiusnam sint peruersitates, quas prædicant discipuli Witcleff, & à quo doctore acceperint illas? Si illæ fuerunt corruptiones fratrum, quare sic odiunt fratres? Cur persequuntur ita magistros? Quare etiam fratres ab exordio prædicant, docent, latrāt in omni schola, in omni ecclesia contra corruptiones illas, cō tra dogmata, non (ut ipsi dicunt) aliena, sed propria? Saltem respuāt ipsi corruptelas fraternas: nolint hæreses illas defendere, quas (ut dicunt) non Witcleff ueridicus doctor, sed falsi fratres inuidentes claritati nominis eius inseruerunt post obitum. Detestētur palàm, abiurent ut noxium, abnuant ut dogma corruptum, quòd panis naturalis sit Eucharistiæ sacramētum, quòd solum figuraliter, & non in absoluta essentia sit ibi corpus Christi, quòd Deus est quidlibet, ꝙ summus Pōtifex propter dotem est manifestus Antichristus, & similia. Nam si ista sunt dogmata Witcleff, ritè debuit condemnari. Si sunt corruptelæ fraternæ, quis eos seduxit sequi peruersitates fratrum, quos tantum abhorrent, & omnibus uijs prędicant abolendos? Sed ꝉ idcirco dominus noster Christus uoluit pmanere Iudæos inter Christianos, ut ipsi nobis essent testes de gestis, & prædicatione Christi, dicente Psalmista, Ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. & AVGVSTINVS super Psal. 40. in fine. Modò fratres nobis seruiunt Iudęi tāquā capsarij nostri, *erudientibus nobis codices portant. Sequitur. Apud illos sunt prophetæ, & lex, in qua lege, & prophetis Christus prędictus est, quando agimus cum Paganis, & ostendimus hoc 1 uenire modo in ecclesia Christi, quod ante prędictum est de nomine Christi, de capite, & de corpore Christi: ne putent nos fiuxisse illas prædicationes, ex his rebus quæ acciderunt: quas existimant nos confinxisse, proferimus codices Iudeorum: nempè Iudæi inimici nostri sunt, chartis inimici cōuincitur aduersarius. Hęc ille. AVCTOR. Ita ꝉ ergo chartis hæreticorum cōuincentur hæretici: ipsi inimici nostri sunt, de ipsorum libris proferimus, quid ipsorum doctor docuerit, non quod nosipsi confinximus. Ipsi capsarij, ipsi codices nobis ferunt. Sic dominus Iesus Christus in euangelio suo dogma Pharisæorum interserit, Quicunq; iurauerit per tęplum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debet. Sic egregius Augustinus disputaturus cōtra Iulianum per. 6. lib. contra Faustum per. 22. libros, contra Manichæum in epistola fundamenti, contra eundem de natura boni, propositiones semper assumit hæretici: & tandem solutiones suas submittit. Sic dicit æquè sanctus AMBROSIVS lib. primo de patre, & filio ad Gratianū Augustum. ca. 8. ꝙ sancti patres interseruere sacrilegia dogmatis Ariani libris suis, ut ipsa peruersitas se proderet. Deus (inquit) ex Deo, lumen de lumine, Deus uerus de Deo uero, ex patre natus, non factus, unius substantiæ cum patre. Sic nempe nostri, secundùm scripturas dixerunt, patres, qui etiam sacrilega dogmata ideò suis inserēda putauere decretis, ut Arij perfidia ipsa se proderet, nè quasi fucis quibusdam, & coloribus illita uelaretur, Fucum enim faciunt, qui non audent explicare quod sentiunt. Censorię itaq; impietas Ariana, non expositione reseratur, sed damnatione detegitur, ut qui curiosè gestit audire, priùs damnatam cognosceret, ne laberetur, quàm expositam audiret ut crederet. Hæc ille. AVCTOR. Volo ergo satisfacere credituris, ut caueant, & errantibus ne insultent contra nos, ꝙ aliud imputemus, uel aliter, quàm ipse scripserit. Ipsa uerba eius producentur in medium cum annotatione locorum, & nedum hoc, sed cùm fucum facit, (ut dicit Ambrosius) deprehendatur, & si non à me, tamen ab alijs Fucum enim interdum facit, non audens explicare quod sentit, sicut in 2. parte de sermone Domini in monte, in materia de Eucharistia dicit patre posse quod sentit scienti camerare uerba sua. Et lib. de ideis, quòd non esset dicendum rustico, quòd equus esset Deus eius.

Hierony.

Ironia uidetur.

Errata Vuitcleff.

Iudeicur inter Christianos habitent. Ps. 58.

Augustin. To. 8

* Studentibus

Ambros. To. 2. de fide liber. cui hic est titulus, de Fide

Fucum facere quid.

¶DOCTRINA V.

SVMMA.

Vuiteleuistæ uolentes magistrum suum Vuitcleff excusare dicentes non omnia asserere, quæ episcopi,

scopi, uel patres ipsi imponunt, aut in dictis eius inueniunt, quòd nullo modo sint audiendi.

2 *Pilati percontationes, tribunalia necis Christi exercendo, notantur.*

3 *Hæreticus quòd semper sit in biuio, iungendo ueritatem mendacio, aut saltem uerisimile ueritati complicando.*

4 *Disputatoris fidelis & infidelis conditiones ab Augustino assignantur.*

5 *Hæreticorum priscorum mos peculiaris circa hæreses suas, semper producere illas sub tertia persona, quasi alij hoc dixissent, & non ipsi.*

1 DOCTRINA quinta Witeleuistarū uaria, & peregrina est, ꝙ ꝉ magister suus Witcleff non omnia asserit, quę Episcopi, uel fratres ipsi imponunt, aut in dictis eius inueniunt. Quia inquisitiuè (inquiunt) aut argutiuè multa dicit, quę asserere nō proponit. Sed econtrariò docet, & monet ecclesia Iesu Christi, ne in his friuolis excusationibus permittant sibi Witeleuistas nidificare prostibulum. Nam ubi Witeleff assumptum suum hæreticum ratione corroborat: & falsè tortis scripturis, & patrum dictis defendit, & sine solutione, aut declaratione ueritatis oppositę cum multiplici blasphemia, & aggeribus scandalorum quàm bene tutum reliquit præsidium, qualiter tibi uideri potest, cum sola arguitione, aut tentatiua inquisitione procedere? Vbi tu uides, ubi 4 me latęt cor eius hæreticum? aut quia tantùm arguit uel interrogat? Aut putas solum argumentum non posse proficere, ut causa hæretica ualidè militet, subuertat efficaciter? Respice attentius coloratum biuium Tullianum: quanta uiratiocinatio, aut concinna subiectio causam exaggerat, quali cuspide uulnerat aduersantem. Interrogatio sola non citiùs porrigitur, quàm soluatur. Ant nō erunt isti tūc solidi aduocati ad excusandum Pilatum, qui hoc modo penè semper in quirendo exercet tribunalia necis Christi? Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Quid faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Quid enim mali fecit? Regem uestrum crucifigam? Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te? Quid est ueritas? Et ut scires more Rhetorico etiam planam asserentis, & affirmantis mentem in nuda ratiocinatione, uel interrogatione uestiri, cùm Christum interrogat argumento concludens, Ergo rex es tu? Christus hoc eum asseruisse respōdit, Tu dicis (inquiens) quia rex sum ego. Egeni ergo Rhetorici hoc modo excusant hęreticum. Non affirmat, quia interrogat, argumentatur, uel inquirit: imo affirmat, & eo arctiùs, ꝙ sic argumentatur, & non soluit. Sicut uir, qui fraudulēter nocet amico suo, & cū fuerit deprehensus, dicit, Ludens feci. Proue. 26. Eo enim fallere intendit simplicem, & 3 eò si deprehendatur, aufugere. Semper ꝉ in biuio est hęreticus, & semper iungit ueritatem mendacio, aut saltem uerisimile complicat ueritati: sicut idola Paganorum amphibologica cultoribus suis solebant dare responsa. HIERONYscribit in illud Esaiæ. 41. *Hæc, quę uctura sunt, indicate nobis. Si aliquis dixerit, multa ab idolis esse prædicta: hoc sciendum, ꝙ semper mendacium iunxerint ueritati: & sic sententias temperarint, ut seù boni, seù mali aliquid accidisset, utrumq; posset intelligi, ut est illud Pyrrhi regis Epirotarum. Aio te AEacida Romanos uincere posse, Et illud Crœsi. Crœsus Halym transiens, perdet exercitum. Et tādem in fine expositionis huius. Quicquid de idolis, & gentibus diximus, referamus ad dogmata prauitatis, & ad principes eorum hæresiarchas, ꝙ Christo pacem ecclesiæ nuntiante, & monstrante eis ueritatis uiā, ipsi sequantur errorem, & uento, ac turbini comparentur. Hæc Hierony. AVCT. Ita igitur hucusq; proficit disputatio Witeleuistica, ut cautè illaqueet innocentem, & tamen possit defendi ante iudicem. Quo contrà disputator fidelis planè arguit, nullum fallit, & ne ipse fallatur, prę cauet: quemadmodum AVGVST. conditiones utriusq; fidelis scilicet disputatoris, & infidelis asignat lib. 1. contra Cresconium Grammaticum, ca. 15. *Qui ꝉ (inquit) disputat, quid sit uerum discernit disputando, à falso. Quod qui non possunt, cùm Dialectici uideri uolunt, per insidiosas interrogationes captant incautorum assensiones, ut ex eorum responsionibus concludant, unde illos, uel in aperta falsitate deceptos rideāt, uel occultam falsitatem deceptis persuadeant, quam plerumq; etiam ipsi existimant ueritatem. Qui autem uerus disputator est, id est ueritatis à falsitate *decretor: primò id apud seip sum agit, nè non rectè discernens, ipse fallatur, quod nisi diuinitùs adiutus peragere nō potest: deinde cùm illud, quod apud se agit, ad alios docendos profert, intuetur primitùs, quid iam certi nouerint, ut ex his eos adducat ad ea, quæ non nouerant, uel credere nolebant, ostendens ea cō sequentia his, quæ iam scientia, uel fide retinebant: ut per ea uera, quibus se prospiciunt consentire, cogantur alia uera, quæ negauerant, approbare: & sic uerum, quod falsum anteà putabatur, discernatur à falso, cùm inuenitur consentaneum illi uero, quod iam anteà tenebatur falsum. Hæc August. AVCT. Ecce duplex disputatorum genus. Cuius generis est Witcleff uester, quem defenditis? nonne cùm arguit, aut inquirit, & inquisitio ipsa est hæretica, si non subiungat ueritatem responso, aut hoc intendit habere

Pro. 26.

Hæreticus semper est in biuio

Esa. 41. Hierony. To. 5.

* Accedant, & nuncient nobis quæcunque uentura sunt.

Enigmata idolorum.

* Crœsus transgressus Halim, maxima regna perdet.

Augustin. To. 7.

* Qui disputat, uerum discernit à falso.

* discretor est,

Pilati percontationes.

Io. 19.

M. 18.

Universidad de Deusto Biblioteca

bere pro uero,uel facit ut pœnam rideat innocē A
tis:& utroq; modo falsus est,& disputator hæ-
reticus?sicut iam docuit Augustinus.Per insidio
sas (inquit) interrogationes captant incautorū
assensiones,ut concludant unde illos uel in aper
ta falsitate rideant,uel occultam falsitatem dece
ptis persuadeant. Idcirco catholici doctores si
tale quid interrogent, statim ueram solutionem
aptant,unde ueritas pateat dicendorum. Quòd
autem dicis eum aliena promouere, quandoque
quibusdam inscijs lectoribus eius esse uidentur;
quantum noui, nullus scriptor catholicus, qui
contra eum antè hoc scripserit, sic offendit, ut
5 hæc illius esse dixerit.Sed † hoc noui,ꝙ isto mo
do priores hæretici suas hæreses produxerūt sub
tertia persona:quasi alij hoc dixissent,& non ip-
si: erubescentes contra fidem ecclesiæ suas pro-
dere nouitates: qualiter Pelagius putari potest B
fecisse: & detegit AVGVST. epistola ad Mar-
cellinum ca.3. Nos, (inquiens,)non negligēter
oportet aduertere,istum (sicut eum, qui noue-
runt,loquuntur)*præcauēdum uirum hanc argu
mentationem contra peccati propaginem, non
ex propria intulisse persona, sed quid illi dicāt,
qui eam non approbant,intimasse. Nec solùm
hoc quod modo proposui,eiq; respondi uerum
etiam cætera,quibus me in illis libris iam respō
disse recolui.Nā cùm dixisset, Si Adę(inquiunt)
peccatum etiam non peccātibus nocuit,ergo &
Christi iustitia etiam non credentibus prodest,
ꝙ in ijs,quæ respondi,cernis, quàm non solùm
non expugnent,quod dicimus,sed etiam nos ad
moneant quid dicamus,secutus adiunxit.Dein-
de aiunt,Si baptismus mūdet antiquum illud de
lictum:qui de duobus baptizatis nati fuerint:de
bent hoc carere peccato. Non.n. poterūt ad po C
steros trāsmittere quod ipsi minimè habuerunt.
Illud quoq; addunt (inquit) ꝙ si anima nō est ex
traduce,&c. Dicunt etiam(inquit)nulla ratione
concedi,&c. Vnde subdit Augus.Vides ne obse
cro quemadmodum hoc totum Pelagius nō ex
sua,sed ex aliorū persona indiderit scriptis suis?
Vsqueadeò sciens hanc nescio quam esse nouita
tem,quæ contra antiquam ecclesię insitam opi-
nionem sonare nunc cœpit, ut eam ipse confite
ri,aut uerecundatus,aut ueritus fuerit.Sequitur
infrà.Sed fieri potest,ut etiam istorum argumē-
tis,qui contra peccati traducem sentiunt,adhuc
fortasse ita moueatur, ut audire, uel nosse quid
contra eos dicatur, expectet.Hæc August. AV-
CTOR. Ecce biuium Augustini,ꝙ Pelagius in
tulit hæc argumenta ex personis aliorum, quia
erubuit propria confiteri,imò ipsius nō esse,as-
sentatores eius dixerunt: & sic amouerunt Augu
stinum de multis responsis,quæ tāquàm ipsi Pe-
lagio præparasset. Vel fortè erant aliorum: sed

Quod aliena nō imputentur Vuitcleff.

Augustinus To.2.

**prædicādū In calce epistolarū ibi ubi numerus reiteratur, & est epis.16. cui titulus de Baptismo paruulorū contra Pelagiū.Incipit. Charissimo filio Marcellino.*

quomodo alius eis responderet,expectat,& tūc
subdit AVGVST. Ego autem & si refellere isto
rum argumenta non ualeam,uideo tamen inhę-
rendum esse scripturis.Hæc ille.AVCT. Ita quan
tum possum consequar Augustinum posuisse,ꝙ
ipsius sint,quàmuis ut non sua quædam ex alio-
rū persona pronunciet: sed erubescit dicere pro
pria,quia tam pijs auribus sunt absurda.Nec exi
stimādum est eum,qui à cunctis penè retroactis
hæreticis aliquam hæresim sapuit,magistrorum
suorum uelle præterire cautelas.* Vel sint alie-
na, & si ipsi non placeant, aut pro eo non mili-
tent,non sint eius,saltem, ne seducāt simplices,
qualiter,eis respondeatur,expectent,& tandem
hæreant ueritati.

** Verū sint aliena & ipsi non placeāt. Igitur aut pro eo nō militent quā nō sint eius,aut saltem ne seducant simplices,sed qualiter eis respondeatur expectent,& tandem hæreant ueritati.*

¶DOCTRINA VI.

SVMMA.

1 *Vuitcleuistarum fraus circa quasdam literas sigillo uniuersitatis Oxonensis falsò, & furtiuè signatas pro illorū falsæ doctrinæ approbatione.*

2 *Vuitcleuistæ hæretici quomodo à Pelagianis eorum patribus quasi hæreditarium habeant mendacium,in quo conueniant,iactantes suum dogma laudatum in remotis partibus, in studijs generalibus,& potissimùm in Oxonia.*

3 *Oxoniense studium quomodo per decretum publicum duodecim electissimorum uirorum, plusquàm ducentarum hæresum Vuitcleff dogma deleuerit,& codices concremauerit.*

DOCTRINA sexta, per quam abdu-
cunt fideles doctrinis suis uarijs,& pe
regrinis hæretici Witcleuistæ affir-
mātes uoce ualida, ꝙ doctrina sua sit
laudata in remotis partibus, & in studijs genera
libus,Parisijs,Oxoniæ, Bononiæ,& per fines Hi
1 spaniæ, Angliæ,& Frāciæ cōprobata.Vnde,†ut
fertur,literas approbatorias furtiuè signari fece
runt sigillo uniuersitatis Oxoniæ,quas apud Pra
genses pro grādi authoritate monstrarunt. Sed
nolite abduci fideles ecclesiæ,state super petrā,
& in hac uentilatione hæretica sitis grana,nō pa
leæ:cum primo statu hæretico de Christi area di
2 spergendæ.Hic†mos hæreticis Witcleuistis re-
lictus est à patribus eorum Pelagianis,quasi hæ-
reditarium mendacium,in quo conueniant. Vn
de AVGVST. ita recitat Pelagianos fecisse li-
bro quarto contra duas epistolas Pelagianorum
in fine. Quid(inquiens)est,ꝙ rabiosa mentis cæ
citate nunc iactant toto penitùs occidente noa
minùs stultum,quàm impium dogma esse susce
ptum?Quādoquidem domino miserante,suam
que ecclesiam misericorditer gubernāte, sic ui-
gilauit

Vuitcleuistarū fraus

Augustin. To.7. Cap.12.

gilauit catholica fides, ut non minùs stultum, ꝗ A
impium dogma,quemadmodum Manichæorū,
ita etiam non susciperetur istorum.Hæc ille.AV
CTOR. Ita nempe quia ueros non possunt, fal
sos sibi fauores accumulant, & amicos suæ per-
uersitatis mendaciter iactitant, ne testibus desti
tuti,uilescant.Sed sicut Pelagiani capti sunt,ita
non dubium in mendacio uestro capiemini Wit
cleuistæ: quando felix Oxonia assumet contra
uos sententiam Esaiæ dicentis. Fortitudo maris
ait: Non parturiui,neque peperi, neq; enutriui
iuuenes,neq; exaltaui uirgines. Cùm autem au-
ditum fuerit in AEgypto: apprehendet eos do-
lor super Tyro. HIERONY. ibidem in com-
mentario lib.7.Non enim(inquit)parturiui, ne
que peperi,nec captos à te enutriui iuuenes,nec
eleuaui uirgines: quarum stultitia in euangelio
condemnatur.Mea enim parturitio,& partus,&
nutrimentum,& eleuatio uirginum,apostolorū
Christi parturitione deleta est:quorum unus lo-
quebatur,Filioli mei,quos parturio iterum,do- B
nec Christus formetur in uobis.Cùm hoc AEgy
ptus audierit, quæ hebraicè dicitur Mesràim,
quod interpretatur tribulans,& coarctans: etiā
ipsa terrebitur,se quoq; intelligens eadem, quæ
Tyrus passa est,esse passuram.Quod cum ad om
nia uitia referatur, potest & in hæreseon diuersi
tate sentiri:quando alia capta hæresi, alia pertre
miscit: & in alterius confusione alter capiēdum
esse se sentit.Hæc ille. AVCT. Captus est Pela-
gianista in falsò allegatis complicibus Occiden
tis:quia planè ab omni Occidentis ecclesia con
demnatus,aufugit.In hac iterum cōfusione Wit
cleuistarum turba capiendum se sentit, quando
3 audietur in mūdo quomodo†per publicum duo
decim electissimorum uirorum decretum Oxo-
niense studium plusquàm ducentarum hæresum
eius dogma deleuit,& codices cōcremauit.Tūc
potuit audisse Husita Bohemus fortitudinem C
maris, Britannicæ scilicet insulæ,dixisse fortem
Oxoniam:Non parturiui,neque peperi iuuenes
Witcleuistas,non ipsos in sua peruersitate nutri
ui:nec has stultiuagas uirgines exaltaui,imò de-
pressi:& quantum ad me attinet,in synodo san-
ctorum antistitum aut corripiendas, aut extra
ecclesię ianuas excludendas,abijciendas,& con-
culcandas penitus postulaui.

Esaia.23.

Hierony. To.5.

Math.25.

Gal.4.

AEgyptus.

¶DOCTRINA VII.

SVMMA.

1 *Papæ quòd sit obediēdum contra Vuitcleuistas dicentes non esse illius monitis attēdendum,aut decretis,appellantesque illum Antichristum.*

2 *Criminari ab inimicis ecclesiæ,quòd non sit parua parumque gloriosa consolatio.*

3 *Regum criminatio recensetur.*

4 *Hæreticorum mos peculiaris, iudices, & errorū suorum aduersarios, diris semper insectari calumnijs,etiam quos antè palpabant.*

DOCTRINA septima uaria & peregri
na Witcleuistarum,de qua moneo fi
deles ecclesiæ ne abducantur, aut se
permittant abduci,est,ꝙ non sit attē
dendum monitis,aut decretis Papæ:imò,cum di
splicet,resultandum,& impugnandum esse ipsi,ꝙ
non rectè doceat secundùm scripturę ueritatē:
& appellari debere Antichristum potissimum
& hæreticum profundatum audietis frequēter;
nam libelli eius his replentur blasphemijs.Attē-
1 dite† fideles, quid lex domini dicat Deuter. 17.
Qui superbierit nolens obedire sacerdotis impe
rio, qui eo tēpore ministrat domino Deo tuo,
in decreto iudicis morietur homo ille, & aufe-
B res malum de medio Israel:cunctusque populus
audiens,timebit, ut nullus deinceps intumescat
superbia.Præceptum hoc morale, nullus ambi-
git auditus:quod ne per tortuosum aliquē Wit-
cleuistam dicatur intelligendum de summo sa-
cerdote Christo,textus adiunxit,Qui eo tempo
re ministrat domino Deo tuo.ita per uicissitu-
dinem temporis sacerdotem temporaneum di-
stinguens à perpetuo,& eo,qui semper est uiuēs
ad interpellandum pro nobis. Et quid si dicat fi
lius contumax patrem suum hæreticum,nō ideo
liber mortem euadet,quā lex sacra taxauit?quia
sic proles Chamica, sic semen Chanaam, & nō
Iuda: sic uiperarū genimina quotidie uiscera pa
terna disrumpunt: & non solum sanctos, sed &
sāctissimos,peritissimos, & fidelissimos arguūt
infideles, reprobant inhonestos, iudicant impe
ritos.Respice etsi non à primis Donatistam illū
C presbyterum (contra quem beatus AVGVST.
librum scripsit de unico baptismo)quàm super-
ba fronte despexit Papas Romanos, & eius cle-
rum, quia contra suam hæresim decreta præscri
pserant.Quid ergo iam opus est(inquit) ut epi-
scoporum Romanæ ecclesiæ, quos incredibili-
bus calumniis insectatus est, obiecta ab eo cri-
mina diluamus? Marcellinus, & presbyteri eius
Melchiades, Marcellus, & Syluester traditionis
codicum diuinorum & thurificationis ab eo cri
mine arguuntur.Sed nunquid ideo etiam cōuin
cuntur, aut conuicti aliqua documentorum fir-
mitate monstrātur? Ipse sceleratos,& sacrilegos
fuisse dicit, ego innocentes fuisse respondeo.
Quid laborem probare defensionem meā, cùm
ille nec tenuiter probare conatus sit accusatio-
nem suam?Hæc Augustinus ibi cap.16.AVCT.
Idem calumniator hæreticus maledicis uerbis
insectatur

Papæ obediendum. Deut.17.

Gen.9. Daniel.13. Luc.3.

Augusti. To.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi prope fine cap. Criminati ab inimicis ecclesia.

insectatur multos episcopos Circensis ecclesiæ, A inter quos gaudet Augustinus se maledictorum
2 esse participem. Non † sanè (inquiens) parua est parumq; gloriosa consolatio cuiuscunque nostrum, si ab inimicis ecclesiæ cum ipsa ecclesia criminamur. Hæc ille. AVCT. Sic itidem eundē sanctum Augustinum, quia contra eorum hæresim uiriliter insudabat, Petilianus, & sui incredibiliter infamabant: & respondet Augustinus, q̄ non sic fuisset maledictus, si cum eis fuisset hæreticus: & promissis sibi remedijs contra falsa crimina, inter cætera intulit. *Nesciens (inquit) mercedi Augustini additur, quæ sciens detraxit. Lib. 3. contra eundem Petilianum cap. 7. Ira etiam non tantum Papas, episcopos, & clericos, sed & religiosos monachos mordaciter criminātur: & ne quem seruarēt, illæsum, in principes christianos Constātinum, Pium, & alios, infamias pessimas
3 instaurabant, dicentes. Quid † autem nobis est B cum regibus seculi, quos nunquam christianitas nisi inuidos sensit? Quod, ut breuiter doceā, Machabæos fratres rex persecutus est. Rex quoque tres pueros. Rex quæsiuit animam pueri saluatoris. Rex iustissimum Danielem ferinis moribus (ut putabat) obiecit. Ipseq; dominum Christum iudex nequissimus regis occidit, & cætera multa, penè folio magni libri. Et respondet Augustinus
4 ibi. lib. 2. cōtra Petilianum. respon. 92. Sic † semper mos est hæreticis, iudices, & aduersarios errorum suorum diris insectari calumniis, etiam quos ante palpabant, dum nihil contra eos agebant: sicut tu ipse magne princeps Henrice probasti, quia Witcleuistæ nostri applaudentes tuis principiis præclarum regem dixerunt, & habere te potestatem primam corrigēdi clerum, & tollendi eis dotem, & libris docuerūt, & uerbis. At postquàm uibrasti in eos ecclesiasticum gladiū, C publicis cōiectis schedulis, & famosis libellis, ap
2 pellabant te principem sacerdotum. Sed ueniamus ad primam. Nam quis sanctum Papā Gregorium nisi filius diaboli dixerit, aut uita improbum, aut fide suspectum? Sed hæretici illius tem
3 poris, quia contra disciplinam ecclesiasticā moliebantur aufugere, hoc eum non patiebant asserere, prout ipse in Registro conqueritur, epistola ad Secundianum seruum Dei reclusum, quæ 1
incipit, Dilectionis tuę, scripta. Peruersi (inquit) homines, qui trium capitulorum occasione reperta ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehēdi pertimescunt, subesse sedis apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt: dum neq; in fide recti sunt, neq; bonis operibus intendere student, ut certare pro fide uideantur. Sicq; fit, ut quotidiè deteriores fiant, dum in eis culpa *grassescit, quæ quasi de zelo feruoris ui-

Regum criminatio. Mach. 7 Dan. 3. Matth. 2. Dan. 14. Matth. 27.

Augu. To. 7

Gregorius lib. 7. Ep. 53. To. 2.

*grassescit

deri etiā laudabilis appetit. Sed iuxta hoc, quod Matth. 7.
scriptum est, Ex operibus eorū cognoscetis eos, ustam eorum tua charitas attēdat, & meritum intentionis aspiciat. Hæc ille. AVCT. Posset ergo contumax Witcleuista se scuto malignationis suæ contegere cōtra patrem, si non similiter inuectiuis stylo quasi eodem reprehēdisset sanctum & illibatum in fide Gregorium, quo ipse iam debacchatur in Papam. Sed certè cadē sunt feriendi sententia, qui eadem peruersitate rebellant. Vnde sapiens ait. Oculus, qui irridet patrē, Pro. 30.
& despicit senectutem matris, effodiant eū corui de conuallibus, & comedant eum pulli Aquilarum. Quem textum tractans HIERONY. in Hieronym. To. 5.
commentario Esa. lib. 7. exponens cap. 22. Statim (inquit) ut sensus hæreticorum irriserit creatorem patrem, & senectutem ecclesiæ matris despexerit, effodietur à teeris & immundis uolucri Hic fuit Gregorius 12
bus, qui referuntur ad contrarias fortitudines, Psal. 12
nec possunt istiusmodi dicere, Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxiliū mihi. Hæc Luc. 10. Zacha. 3.
ille. AVCT. Et bene dixit, qui irriserit creatorē patrem: quia Christus dixit apostolis, & eorum successoribus, Qui uos spernit, me spernit: & qui tangit uos, tangit pupillam oculi mei.

¶DOCTRINA VIII.

SVMMA.

1 *Witcleuistarum uaria, & peregrina doctrina (ex qua in orthodoxos quosdam principes & uulgares manauit opinio, quòd author eorum Witcleff nunquam fuerit per uiam suam ab ecclesia reprobatus, aut iudicialiter ab episcopis in hæresibus condemnatus) quòd nullo modo sit audienda.*

2 *Synodus prouincialis episcoporum Angliæ Londonijs contra Witeleff, & de damnatione, & eiusdem querela. Et quomodo uocet illud concilium terræmotus.*

3 *Concilij Nicæni mititas in Arium, notatur. Et de eius deportatione, & exilio. Et plura de Ario, &c.*

1 DOCTRINA † octaua uaria & peregrina Witeleuistarum docet ulteriùs sectatores suos: ex quibus etiam in orthodoxos quosdam principes, & uulgares manauit opinio, q̄ Author eorū Witcleff nunquam sit per uiam suam ab ecclesia reprobatus, aut iudicialiter ab episcopis in hæresibus cōdemnatus: innouantes, quasi ecclesia foret nimis simplex & nescia, tantum illaqueare doctorem, aut quia omnino fuisset immunis ab obiecta sibi perfidia. Docēt autem ecclesiastica acta temporum

porum illorum q̄ contrarium in uniuersitate A
2 Oxonensis, ipso præsente gestum sit: quid † etiā in synodo prouinciali episcoporum Angliæ fac-
3 tum sit, ipso referente, & de dānatione sui quærente, multiplici loco scripturarum eius agnouimus. Vocat enim illud concilium terræmotus, eo q̄ ipso die terræmotus insonuit: quia tunc cō tra se, & suos, quos Christi membra dicit, synodus patrum decreuit: sicut etiam terræmotus inualuit, quando cœtus pontificum Iudæorum in Christi mortem exarsit. in. 4. ter damnati trialo. cap. trigesimo sexto. Et notat tempus. Anno (inquiens) domini. M. C C C L X X X I I. recenter & pertinaciter in suo concilio terræmotus Londoniis fratres generaliter intoxicauerunt regnum nostrum &c. Item de eodem ante capite. 27. in tractatu de oratione dominica. Item in secunda parte sermonum, sermone. 54. & frequentiùs alibi. Testatur item epistola Gregorij tunc Romani pontificis ad uniuersitatem Oxonensis. quę incipit, Mirari coguntur ac dolere. ubi uersus finē subiungit, Dictumq; (Ioannem intelligens Witcleff) authoritate nostra capiatis, seu capi faciatis, & ipsum uenerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Cantuarien. & episcopo Londoniē si. aut eorum alteri sub fida custodia trāsmittatis. Hæc ibi. AVCT. Itaq; nec uecors, nec iners tunc fuit ecclesia: quoniam ipsum uiuum sicut & mortuum iusta nouit iniustum ferire sententia. Et dato q̄ moderatiori modo, quo posset, patrū synodus decreuisset contra nouellum hæreticū, cuius germen ad modicum pullulauit, & modico potuit ut putabant sarculo extirpari, nunquid ita patrū pietas debet interpretari simplicitas, & misericordia dicetur inertia? Quòd si omnino contendant pro condēnatione personæ, hoc norum sit, quòd si ex uerbis suis iustificabitur, & ex uerbis suis condemnabitur homo decreto Christi Matthæi. 12. Cuius peruersum dogma damnatur: & ipse author dānatur in dogmate. Ipsum reum uoco in testem: q̄ multùm distant in iudice potuisse damnare cùm parcit, & actu damnare si uelit maximè ubi comperta perfidia, tacēte C
iudice, reum accusat, & uincit. Aut dicant isti hę retici defensores, q̄ mulier non fuit in adulterio deprehensa, nec Christus eam potuit, aut ausus fuit condemnare ut uoluit, quia non condemnauit, sed pepercit ut Deus, quam homo etiam misit indemnem. Nemo te cōdemnauit? nemo domine: nec ego te cōdemnabo: uade, iam amplius noli peccare. Hæc erat uox, & pietas capitis: hæc etiam pietas membrorum eius: adulterij rea erat illa fœmina. Sic enim dicit scriptura. Ille adulterij uerbi reus. Illi misericorditer parcitur, & isti sola pietas & sancti concilij suffragatur. Nec tamen hic aut illa de suis uiribus gloriętur: quia

Matth. 12.

Ioan. 8.

uterque in factis adulterinis lapidatur, uterque sola gratia liberatur. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Nec † hoc citra Christum sine exemplo fecerunt patres præcedentis ecclesiæ: quia simili forma facer ille cœtus patrum in electissimo illo Nicæno concilio, præstantissimo post apostolos, non defuit in Arium. sicut EVSEBIVS in ecclesiastica refert historia cap. 13. lib. 10. scripsisse Constantinum de Nicæno illo concilio. Quandoquidem (inquit Eusebius) tāta fuerit concilij moderatio, ut non in personam eius, sed in dogmatum prauitatem lata esset sententia. Hæc ibi. AVCT. Ecce persona Arij non erat ibi damnata in se, qui tamen notam damnationis ex hoc cōtraxit, quia damnabatur in dogmate: sicut etiam eundē Arium CASSIODORVS lib. 2. historiæ tripertitæ cap. 9. sine distinctione personę uel dogmatis ab eodem cōcilio dicit esse damnatum. Ideo (inquiens) Synodus Arium & consectatores eius anathematizauit omnes: adijcientes neq; accedere eum in Alexandriam: præceptumq; principis repente eundem Arium, & qui circa Eusebium & Theoginum, & qui cum eis, exilio deportauit. Hæc ille. AVCT. Et in proœmio ATHANASII. Cùm apud Nicænam urbem à trecentis decem & octo episcopis ex euangelicis apostolicisq; doctrinis spirituali uigore præditis fides ecclesiæ confirmaretur, ibi Arij perfidia, Constantino imperatore præsente, detegitur. Et cùm eius perfidię dogma eorundem episcoporum sententia refutaretur, ab ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cunctorū inserperet mentibus. Sed ubi imperator comperit integrā ab episcopis fidem ecclesiæ, ut est ab apostolis tradita, sanctiùs confirmari: præcepit eundem Arium ut rebellem sacræ fidei exilio relegari. Hæc ille. AVCTOR. Et pòst zelo sororis suæ Constantiæ reuocans eundem Artū, fecit aliud conuocari concilium episcoporum apud Alexādriā: quia Arius dixit se in priori Niceno concilio frustra damnatum. Quo concilio durante, Imperator mortuus est Nicomediæ: legauitq; Constantio fratri suo eiusdem terminationem concilij. Ipse autē super eōdem conflictu Probum secularem desi-
gnauit in iudicem. Probus item ab eo contemnitur, & ad personam itē principis appellatur. Cui finaliter PROBVS dixit. Imperatorum, & nimis de scientia præsumentis est prauitati potiùs studium dare, quàm ueritati *patientiam cōmodare: cùm id assertoribus fidei conueniat ueritatem potiùs sequi, quàm erroris, uel falsitatis cōpede præpediri. Horum igitur mos est, qui eum suæ perfidiæ causam ad finem usq; uenire cōsperxerint, metuentes, ne cunctis hominibus eorum perfidia innotescat, ad potioris se conferre præ-
sentiam

Ioan. 3. Nicani concilij mititas.

Eusebius.

Cassiodo.

Athana.

Probus.

*Intelligentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentiam ignorantes: quoniam & illic uictoria attribuitur, ubi potentiæ liberalis sententia promulgatur. Frustra igitur Arius uidetur de nostro iudicio ad principis appellare præsentiam, cum in conflictu certaminis nihil aduersum se senserit prauitatis, qui suam ignauiâ quibuslibet modis obtegere cupiens, ad principis nisus est cõferre sententiam: quem constitit Athanasium ab Homousij defensione, quod est unius substantiæ, diuellere penitus nõ potuisse: sed ut eius superflua decreuit intentio cum ne faciat eo modo refræ- Manſuetus.
nabo, nè uicti personam nõ sustinens, de adepto temporis spatio glorietur. Mœrè uerò solertiæ erit, uniuersa, quæ ab utrisq; in nostra cognitione prolata sunt, gloriosis sensibus pij principis intimare, ut fallidicis ambagibus procul amotis, ad uictoriæ palmam putatæ fidei assertor ualeat peruenire. Hæc ille. AVT. ET MANSVETVS Mediolanensis, epistola ad Constantinum de fide. Amplissimus (inquit) princeps zelo orthodoxæ fidei animatus, congregauit sanctũ cõ- 1
cilium. 318. sanctorum patrum in Nicea urbe Bithyniæ, in qua sancta synodo nefandæ sectæ serpentinam malitiam unà cum Authore suo Ario in perpetuum fecit damnari, & æterna animaduersione percelli. Hæc ille. AVCT. Ecce quot sancti patres per ecclesiastica gesta fulciti, testãtur Arium damnatũ per se: & dogma in se. Vna (inquit) cũ authore suo Ario Constantinus dogma dicit damnatum: authorẽ uerò eius sine animaduersione mansisse. Cùm uerò Constantinus damnationi præsens interfuit, falli non potuit: sed aut zelo seductæ sororis hæreticæ potuit circumueniri, ut emolliret sententiam, peruersitati hæreticæ totum crimen imponens: quæ si uentre malo parta non esset, peccare non* potuit, dicente domino. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. At sancti patres scelus ipsum in authore dãnabant, non authorem in scelere. Incantatum pomum in arbore, terram in opere, ineptum fructum in germine, & communem infectionis iniuriam in capite suffocabant.

*potuisset. Ezech. 18.

¶DOCTRINA IX.

SVMMA.

1 *Constantiense concilium in Vuitcleff adducitur, contra Vuitcleuistas, qui dicũt, magistrum suũ, non obseruato iuris processu, & ordine, fuisse damnatum.*

2 *Pelagianistæ hæretici, quòd damnati fuerint in Palestina sine examine (quod petebant) præcedente.*

3 *Hæreticorum in damnatione, quòd processus iuris sint quandoque soluendi, ostenditur.*

DOCTRINA nona uaria, & peregrina est, qua docẽt Witcleuistici sectatores, unde simplices fideles conturbent: q̃p iniquo, aut non obseruato iuris processu, Magister ipsorum infamis sit dãnatus diu post obitum, non auditus quid responderet: aut inquisitus legitimè quid erraret. Addentes item in odiũ catholicæ partis, q̃p per clericum quendam suadentem, & quosdam in concilio, & Papã hæreticos, damnatio processit Sus- Dan. 13.
sannica cleriei tam fidelis. At contra fideles moneo, nè in hac suasione turbentur. Est enim una de doctrinis uarijs & peregrinis, quam fingunt Wtcleuistę ad abducendum catholicos populos. Imò breui termino concludentes noueritis ad examen omnes uocatos edicto publico, & locum eis oblatum esse, qui uel pœnitentiam saltẽ eius probare finalem: sicut gesta ecclesiastica in Sess. 8.
concilio Constantiensi testantur, quæ sic habent in fine sententiæ. Examinatis † demum testibus super impœnitentia finali, pertinaciaq; dicti Wit- Concil. Constãt. Vuitlef.
cleff per commissarios deputatos, per dominum Ioannem Papam modernum, & hoc sacrum cõcilium: seruatisq; seruãdis, prout in tali negotio postulat ordo iuris. De cuius impœnitentia, & finali pertinacia, per euidentia signa, testibus legitimis cõprobata fuit legitimè facta fides. Propterea instante promotore, & procuratore concilij, edictoq; proposito ad audiendum sententiam ad hunc diem: hęc sancta synodus declarat, definit, & sententiat eundem Ioannem Witcleff fuisse notoriè hæreticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse. Anathematizatum ipsum pariter & eius memoriam condemnando decreuit; decernitq; & ordinat corpus eius, & ossa, si ab aliis fidelium corporibus discerni possint, exhumari, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari secũdum canonicas & legitimas sanctiones. Hæc ibi AVCT. Quid iam habent Witcleuistæ obijcere C
prædictis? Saltem pudeat eos mentiri de cætero magistrum suum mandatum post obitum sine examine competenti, & processu legitimo: quã quam antiqui patres certis de causis sine examinatione quinque damnauerunt etiam conuiuentes sibi hæreticos, quandoque etiam iuris ordi- 2
ne non seruato. Nam † Pelagianistæ hæretici dã- Hæretici quando sine examine damnati possint. Augustin. To. 7.
nabantur in Palestina sine præcedente examine quod petebant: quia scilicet fuerunt notorij, & in toto seculo detestandi. AVGVST. scribens contra Iulianum Pelagianistam. libro tertio, capite primo, in fine. Si (inquit) putatis ideo uos esse uictores, quia non uobis datum est quale desideratis examen, Maximianistæ uos ad ista uana loquia præcesserunt: quanuis dederit uobis ecclesia catholica iudicium, quale debuit, ubi nostra causa finita est. Illis autem nullum dare dignata:

gnata est: quia non à nobis sicut uos, sed à Donatistis fuerant segregati. Si autem in Maximianistis uidetis non esse consequens, ut qui conferre in aliquo iudicio nõ sinuntur, putari debeant de ueritate considere: nolite ulterius hæc uana iactare nobis, quia sufficiat, quòd uos ecclesia catholica, & materna bonitate sustinuit, & iudiciaria seueritate, uel potiùs medicinali necessitate damnauit. Hæc Augustinus. & parum antè idem Idem
Augustinus. Vestra (inquit) apud competens iudicium communium episcoporum modò causa finita est: nec amplius uobiscum agendum est: quantum ad ius examinis pertinet: nisi ut prolatam de hac re sententiam cum pace sequamini: quod si nolueritis, à turbulenta, uel insidiosa inquietudine cohibeamini. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quàm planè probat Augustinus sententiam damnationis in Pelagianos iure examinis prætermisso: à qua ipsos resilire nõ licuit. Nota item Maximianistas non debere examinari in specie, nec iudicari, & tamen damnatos haberi: quia non debuerunt à Donatistis in damnatione disiungi, à quibus fuerant in sola parte diuisi: qualiter iam Hussitæ omnes sunt in Witcle- B Hussitæ.
uistarum fonte damnati: quanuis ab eis in hæresi 3
eucharistiæ sint semoti. Sunt † item processus Processus iuris quandoque in hæreticorum damnatione soluẽdi: si scilicet seditiosi fuerint, uel pluries turbuenti. Vnde AVGVSTINVS ubi iam suprà, item ad Pelagianos loquẽs. Nec uos (inquit) nec alios decipiatis, uelut talem uocem habentes ad uersum nos, qualem nos aduersus Donatistas, quos ad collationem nobiscum uenire per imperialia iussa compulimus. Illorum enim furor occupauerat Aphricam totam, nec prædicari à catholicis ueritatem contra suum patiebatur errorem uiolentis aggressionibus,* latrocinantibus, *latrocinationibus.
itinerũ obsidionibus, rapinis, ignibus, cædibus, multa uastantes, cuncta terrentes, cum quibus per episcopos, quos communes nõ habebamus, nihil agere poteramus. Quod uerò fermè centũ annos maiores nostri cum eis egerant, populorum memoria non tenebat. Hæc igitur necessitas compulit, ut saltem gestis nostra collatione confectis, eorum cõtunderemus inuerecundiã, & reprimeremus audaciam. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quod dicunt Witcleuistæ fe- 1
cisse ecclesiam, quanuis non ita fuerit: potuit legitimè esse factum: propter seditionem scilicet, & furoris audaciam. Sed quòd detrahunt sententijs latis contra suam perfidiam, quòd damnauerunt inauditum, quòd iudicauerunt nõ inquisitum, quòd catholicos authores uel iudices appellant hæreticos, & suos, quos ecclesia damnauit, orthodoxos prædicant & fideles, quid aliud faciunt, quàm quod omnes hæretici prio- 7
res, cùm condemnarentur, egerunt? Idem enim contigit in Nestorianis hæreticis, qui condemnatum Nestorium in Ephesino Concilio in quadam furtiua Epistola scripserunt catholicum, & sanctum Cyrillum condemnatorem eius hæreticum, prout GREGORIVS habet in no- Gregorius To. 2 lib. 7. Epi. 53.
no libro registri Epistola ad Secundianum seruum Dei reclusum, quæ incipit. Dilectionis tuæ scripta. Epistola (inquit) quam reuerendissimus Ibas denegat suam, quòd in extrema parte Synodi iaceat, agnoscis: quæ uidelicet Epistola Nestorium inauditum, & inquisitione non facta, damnatum asserit. Cyrillum uerò in Apollinaris dogma * tendisse suspicatur. Et si totus superior textus prædictæ Synodi legitur, quantum hæc Epistola eidem Synodo aduersetur, inuenitur. quia scilicet sancta Synodus, & Nestorium sicut est hæreticum denuntiat, & beatum Cyrillum patrem catholicum ueneratur: Epistola ergo, quæ illum defendit, qui à Synodo damnatus est, & eum accusat, qui à Synodo uneratur, proculdubio definitioni sanctæ Synodi probatur aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere, quòd hanc Ibas eo tempore scripserit, quo adhuc Cyrillus, propter duodecim capitula, quæ nec dum exposuerat, dubius habebatur: & in hæc ipsa Epistola perpende, quia legitur, quòd inter orientales episcopos & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amotæ dubitationis, hæc eadem Epistola scripta est, constat quia non est catholica, quæ patrem catholicum, atque in toto Synodi uoluimine laudatum, hæreticum appellat. Hæc Gregorius. AVCTOR. Ex his omnibus consulo, cauti sitis fideles, magisque hæreatis parti communis, & maioris ecclesiæ: & quousque sancti antistites eius scripta damnant detestemini, & catholicos reputandos, studete laudare cum patribus.

¶DOCTRINA X.

SVMMA.

1 *Doctores hæretici, quòd apud discipulos suos nutrietatem suæ doctrinæ, mentiendo sibi colorem persecutionis, aut odij, soleant contegere.*

Epiphanius in Origenis doctrinam.

2 *Boemorum hæresis narratur.*

3 *Boemorum scientia recensetur.*

4 *Petrus cognomine clericus, alter Palladius.*

5 *Arianorum crudelitas, ex Cassiodoro.*

6 *Ecclesiæ quanta sit clementia atque mansuetudo, ostenditur.*

7

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOCTRINA decima uaria & pere- 1 grina est, qua † doctores istiusmodi solent apud discipulos suos uarietatem suæ doctrinæ contegere: mentiendo sibi colorem persecutionis, aut odij. Isti (inquiunt) episcopi, & fratres, odio habẽt nos gratis, & idcirco non tàm ueritate, quàm odio persequuntur. Sed contra hanc, doctrina ecclesiæ Christi docet filios suos hostium fidei detestari causas, non animas, non personas: qualiter † in Epistola EPIPHANII ad Ioannem Cõstantinopolitanum habetur. Nihil (inquit) mihi surripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi uel hæreditatem odium aduersus illum pugnamque suscepi: (sed ut simpliciter fatear) doleo, & ualde doleo uidens plurimos fratrum, & eorum præcipuè, qui professionem habent non minimam, & in gradum quoque sacerdotij maximum peruenerunt, eius persuasione deceptos, & peruersissima doctrina cibos factos esse diaboliin quibus completum est illud, quod dicitur, Super omnem munitionem * ludit & esse eius electæ: & congregauit sicut arenam, captiuitatem. Te autem frater liberet Deus, & sanctum populum Christi qui tibi est creditus: & omnes fratres, qui tecum sunt, ab hæresi Origenis, & aliis hæresibus & perditione earum. Si enim propter unum uerbum, aut duo, quæ contraria fidei, multæ hæreses abiectæ sunt ab ecclesia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruersitates, & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, Deiq; & ecclesiæ hostis extitit? Hæc ille. AVCTOR. Ecce qualiter fautores hæretici famam sancti patris sub nomine odij decolorare studebant. Sed nihil mihi (inquit) surripuit Origenes, sed uerè nec mihi Wicleff quicquam surripuit, nec in mea generatione: nisi fortè dum infans fueram ipse fuit. Causa personalis, aut rerum huius sæculi, Deo teste nulla nos diuidit, sed causa fidei læsæ: doctrinæ mortiferæ subuersarum gentium, innocentis populi fraus, & delusio, inter nos, & ipsum publicam pariunt actionem. Et uerè cum sancto Epiphanio doleo: sed quod dolendum est non satis doleo: quia eor non frangitur, sed superuinit dolori: uidens quòd in ordine sacerdotum, imò summo ordine sacerdotij, aut fautores, aut sequaces sint huius flagitiosi didascali. At † quis non dolore torquebitur, audiens præclarum illud regnum Boemiæ iam detentum, & totum penè per Wicleuistas esse possessum? Vbi, ut fertur, uulgariter quidam magnus Archiepiscopus noster coram tyro, & fortis dogmatista, contra Christi ecclesiam, quã tueri deberet, decertat? Ibi in

Epiphanius in Origenis doctrinam.

*Abacuch Cap. 1. *videbit*

Rationem hæresis.

A odium eucharistiæ panis grandis, ut uideatur, le natur in pãlo. Ita ut nihil desit, quin sic cõtra corpus Christi in sacramento, sicut illi contra idẽ corpus eius in ligno insultent, & dicant, Si filius Dei est, descẽdat nunc, & credimus ei. Ibi † quot cathedrales, & alias locales ecclesias deiecerũt? quot sanctos diris suppliciis peremerunt? Ita quòd sæuitiam paganorum excedat referre, ꝙ circiter duodecim claros doctores, quosdam religiosos, quosdam schematis clericalis in unã fornacem calcis ardentis trudentes, gloriosos martyres flammis coctilibus suffocauerunt. Quot item putas Christianos milites iugulabãt in prælijs? quot proceres? quot pios de populo? Ita ut non uacaret domus in oppido, non strata magna, aut uia uicinalis in regno à cadaue re funesto ense prostrato. Proh dolor peccatis nostris agentibus, sæpe resumpta bella ad nostrum uertebatur excidium. Sigismundus tunc B Cæsar, & Hungarorum rex illustris, bis cum sui periculo uix euadens, pios Christi exercitus fatanæ satellitibus deuorandos amisit. Sic iam ad nostra tempora redeunt Saturnia regna: & facto Athanasio patri defensori ecclesiæ præfertur Lucius † nostri temporis (ut fertur) Petrus dictus cognomine clericus, sacerdos simul, & tortor auxilio cautus armatorũ idololatrarũ, quo Christianos quosdam uerberet, quosdam suspẽdat, quosdam cogat effugere, pluriũ domos publicare non desinit. Iam redit paganus ille Palladius, qui sacras uirgines nudas circũferri iubet, & pollui: qui super altare Christi masculum puerum apistum fecerit celebrare: qui Zoïum armigerum Lucij defendat: si orthodoxos episcopos clericos & populos cogat ad Arium aut nunc ad Husitanum dogma deflectere: huic blandiendo promittens pecunias, quæstus, honores: huic carceres, supplicia, tormenta, flagella, uincula sustinere. † Et (ut scribit noster CASSIODORVS lib. 7. cap. ultimo Historiæ tripartitæ C de hæreticis) licèt malitia nunquam separentur alterutris: sunt tamen incredibilia, quę dicuntur, inhumana, crudelia, sæua, barbara, amara, sine misericordia: in quibus exultabant Ariani choros agentes, cùm uniuersa ciuitas ingemisceret. Non enim fuit domus, in qua non erat mortuus. Hæc & multò acerbiora ibidem. AVCTOR. Sed hæc ad expianda nostra facinora iustus Deus permittit. Sic (sicut dixi) ad nostra tempora reuertuntur antiquæ hæreticorum sæuitiæ, de quibus item AVGVSTINVS commemorat Epistola ad Victorianum inter Epistolas. 47. In regione (inquit) nostra Hipponensi: quoniam eam Barbari non attigerunt, clericorum Donatistarum, & circumcellionum latrocinia sic uastant ecclesias, ut Barbarorum fortasse

Matth. 27

Rebellantis sanctis.

Sigismundus

Petrus Alexandrinus.

Palladij sæuitia.

Cassiodori Ariani sæuitia.

Augu. To. 3 Epistola 133 secundum ord. nostr. princip. 47

DE SACRAMENTIS. 8

fortasse facta mitiora sint. Quis enim Barbarus excogitare potuit quod isti? ut in oculos clericorum nostrorum calcem & * cænum mitterent: quorum membra etiam cætera plagis horrendis uulneribusque sanciarunt? Depredãtur etiam domos aliquas, & incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt, & talia cæteris comminando: multos etiam rebaptizari cõpellunt. Hæc Augustinus. AVCTOR. HIERONYMVS quoque superbiam talium recordatur. tractans enim hunc textum. In die cũ stares aduersus eum quando capiebant. &c. Legimus (inquit) & uidemus quotidie, & comprobamus, quando persecutio cõtra ecclesiam oritur: multò persecutores peiores Iudæos, & hæreticos in Christianos fieri, quàm ethnicos. Et infrà. Eo igitur tempore, quo persecutionis impetu, & mortiferis uoluptatibus de ecclesijs quispiam corruerit, uidemus exultare hæreticum, gaudere Iudæum & unum esse de persecutoribus, & in ethnicorum eum numero computari. Hæc ille. B AVCTOR. Ita est, nunquam enim senuit mater ecclesia æmulos acriores, quàm est plebs hæreticorum degenerans: de qua Ieremias in threnis sub tropologia filiæ ex parte ecclesiæ. Lamię (inquit) nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei quasi struthio in deserto. Sed † & mater ecclesia in eam semper maternam exhibet pietatẽ. Quia etsi per correptionem eam pungat, tunc tamen suspendit aculeũ: nunquam sine audientia pura & modesta diiudicat: præcedunt monitiones, instructiones: in spiritu lenitatis dirigũtur eis clerici graues, aut sancti antistites, qui crimen arguant, & fidem ostendant. Blande terrent, aspere consolantur, expectatur pœnitentia sub sancta spe, extensæ concedũtur inducię: omniquaque mansuetudinem C suam contra furorem hæreticorum exercet pie tas orthodoxa. Quod & AVGVSTINVS testatur libro primo cõtra Parmenianum in fine, sic scribens. * Hæc cùm ita sint, & cum diuinis & humanis legibus ita damnentur: tanta est tamen mansuetudo Christiana, ut non solùm teneant basilicas, quas iam præcisi ædificauerunt, sed nec eas omnes tradiderint unitati, quas ab exordio unitas tenuit: & cùm ipsi Maximianistas de basilicis ad partem Donati pertinẽtibus per iudices à catholicis imperatoribus missos instãter exclusserint, tamen à multis locis, quos catholica ante unitas retinebat, nec ipsorum Imperatorum catholicorum legibus excludentur. Postremò si quid fortè aliquando immoderatius factum est, ut Christianam excederet lenitatem, displicet omnibus frumentis messis dominicæ, id est, in Christo laudabilibus Christianis, qui siue centenario, siue sexagenario, siue tricenario fru-

Acetum

Hieronym. To. 6. Adduc.

*Augu. To. 7 Cap. 6. * qua*

Thren. 4

Ecclesia cle mentia.

Gal. 6.

Matth. 13.

ctu in catholica ecclesia toto orbe succrescunt. Hæc Augustinus.

¶ DOCTRINA XI.

SVMMA.

Hæresis etiam si per aliquod tempus stet, quòd non sit à Deo, ut dicunt hæretici, & quomodo ullo tempore non præscribat malæ fidei possessor.
Habitare in monte qui dicantur, & qui in valle.
Beda quid de hæreticorum pertinacia dicat.
Hæresis quare ad tempus stet.
Hæreses uariæ recensentur.
Guilielmi sartoris supplicium.

NDECIMO loco docet hæresis † sectam suam per hoc esse à Deo, quia stat. Steti (inquiunt) iã circiter quadraginta quinquagintaue annis: nec persecutionibus episcoporum, nec fratrum, aut aliorum pseudo potest calumnijs obrui, aut machinatione dissolui. Sed contra prolem suam docet mater ecclesia, quòd possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. Nec absoluit turpitudinem criminis, sed magis accumulat diuturnitas temporis. Vis ne tu male possessor Saracenotum approbare dementiam: quia diutiùs, uidelicet iã mille annis in paganitatis suæ squalore durauit? O q̃ diuinam, q̃ sacram perpendis turbam dæmonum: choream luciferi, quæ à principio temporis hæresim, quam in superis edidit, sine fine collaudat, & sustiner. Idcirco remittit nos mater ecclesia ad filium suum Iudam: qui, ut scribitur Iudic. primo. montana possedit, nec tamen potuit delere habitatores uallis: quia falcatis curribus abundabant. Manifesti † peccatores in monte habitant, uelut sunt superbi, auari, lasciui, contentiosi, & consimiles: non potest celari quin peccant: non potest abscondi ciuitas supra mõtem posita. Sed alij peiores illis in uallibus habitant, qui peccatum hæresis, falsæ suæ humilitatis, & simulatæ sanctitatis fuco depingunt, & recuruæ scripturæ & acutæ rationis allegatione defendunt. Qui & eo tardius uincũtur, aut nunquam, quia simulandi, & se defendendi cõsuetudine animosos, & ipsa animositate proteruos, & post proteruiã inflexibiles, imò inexpugnabiles statuunt. BEDA † dicit faciliùs posse paganum flectere, q̃ hæreticum induratum lib. 2. super prouerbiorũ textum. Expedit magis urbi occurrere raptis fœtibus etc. Faciliùs (inquit) erat doctoribus sanctis furori gẽtilitatis occurrere, raptis ad se populis aliquibus, atq; à bestiali eius sæuitia ad fidei pietatẽ p̃dicãdo cõuersis, q̃

Extra de sentẽt. & re iu. iud. c. quoniã cõ.

Perduratio in malo.

Iudic. 1.

Habitantes in monte. Matth. 5 In valle.

Beda de hæreticorum pertinacia. Prouer. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæretico cuilibet cõfidẽti in sui ꝓsidia dogmatis. Quia nimirũ illud contra exteros, hoc cõtra uiscera sua certamen agebãt. Potest etiam ursæ nomine ipsa hostis antiqui malitia intelligi, cui fœtus rapimus, cum eos, qui erant filij diaboli, catechizando, & baptizando filiorum Dei societati adiungimus. Et hoc plerunq; multò leuiore modo perficitur, quàm si hereticum ad fidem rectam reuocare uel catholicum prauè agentẽ ad bonæ operationis statum reducere conetis. Hęc Beda. AVCT. Ecce Pharaonis indurati sequaces: ecce iudaicę obstinationis hæredes. Vsq; huc Iudæorum perfidia remanet: nunquid ergo roboratur à Deo? Sed quis uos ita fascinauit ò malæ bestiæ uentres pigri: quia sic Wiecleff uestrũ laudatis, inuocatis, adoratis? Nunquid in eo spẽ omnem ponitis, ut Christum uelitis relinquere, & sponsam eius matrem ecclesiam ne recedere semel à uestro Witcleff, & inferretis maculã gloriæ eius, quę totius mundi damnauerunt episcopi, & principes, & reges terræ despiciunt? Vere scio hoc ita esse: tam clari nominis est penes uos Witcleff, ut pro eo cõtra Christum negetis ecclesiam. In hoc sequaces estis hæreticorũ præcedentium: de quibus AVGVST. prima parte sermonum, sermone. 42. de pace & charitate. Quare (inquit) nõ uis? Quare huic promissioni, & hæreditati, & diuitijs inimicus es? Quare non uis? Propter Donatum, propter Cæcilianũ. Quis fuit Donatus? quis fuit Cæcilianus? utiq; homines. Si boni, bono suo, non meo: ergo & si mali, mali fratri meo. Tu Christum accipe, & zelantẽ eius apostolum attẽde. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis? Vt autem hoc diceret, uide quid diceret. Vnusquisq; uestrũ dicit, Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephæ, ego autem Christi. Nunquid diuisus est Christus? nunquid pro uobis Paulus crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Si nõ in nomine Pauli, multo minus i nomine Donati: & tamẽ adhuc post apostolicas uoces, post ecclesiæ declarationem, & toto mundo dilatationem, dicetur mihi: non dimitto Donatum: non dimitto nescio quẽ Caium Lucium Parmenianum mille nomina: mille feisturas. Priuabiste sequendo hominem tanta hæreditate, de qua modo audisti à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ? Hęc Augustinus. AVCT. Ecce Iudas Christi pugil potest omnes planè peccantes in ecclesia uincere, non autem peccatores in ualle: non hæreticos, qui cuneis falcatis abundant, scilicet, opinionibus suis astutis, quibus incumbunt, aut authoribus hæreticis, quibus plusquàm Christo, & toti ecclesiæ Christi confidunt. At si tantã eorum malitiam punire Deus distulerit: tamen bo

Vrsa. Exo.9. Act.7. Gal.3. Tit.2. Ecclesiastic. 33. & 47. Augustin. To.10. 1.Cor.1. Ps.72.

A no ecclesiæ suæ in eorum mora, & expectatione non dubiũ consulit. Sicut in angelo Satanæ apostolo suo sufficientiam gratiæ suæ Christus prouidit. unde glossa in prædicto textu Iudicũ, ubi dicit. Nõ potuit Iudas delere habitatores uallis. In hoc ipso fuit dominus cũ Iuda. Restringit. n. Deus propitius etiam in cordibus suorũ nimiæ prosperitatis excessum: ut in usus eorum cõuertat inimicos, non solùm quando uincuntur, sed etiam quando metuuntur. Illud ad commendandam suam largitatem, hoc ad reprimendam eorum elationem. Inimicus enim sanctorum est angelus Satanæ, quem sibi datum, & se colaphizantem dicit apostolus, nè magnitudine reuelationũ extolleretur. Hæc ibi. AVCT. Tres ecce causas in prędictis uidetis, quare Witcleuistarum secta non statim diuellitur, quia catholicis doctoribus ualde obsistunt, quia doctori suo nimis assistunt: & quia per eorum sæuitiam catholicorum insolentia castigatur. Nã ita planè scribitur Iudicum. 2. Iratus est furor domini in Israel, & ait: quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & uocem meã audire contẽpsit, & ego non delebo gentes, quas dimisit Iosue, & mortuus est: ut in ipsis experiar Israel utrum custodiant uiam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorũ, an nõ. Dimisit ergo dominus has nationes omnes, & citò subuertere noluit, nec tradidit eas in manus Iosue. Hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem. Nationes istæ in communi tropologia doctorũ semper designant hæreticos, quos derelinquit dominus uicibus suis per regna diuersa, & climata mundi, ut in eis castiget ecclesiã: & ista hæresis Witeleuistica hoc modo inualescit per Angliam, & (sicut dicit textus) non citò dominus uoluit subuertere illã. Nõ tamen affirmo hanc hæresim non casuram: imò C ueniet finis eius, cùm dominus dignum duxerit misereri suis supplicibus. Serpens enim uerus de uirga Moysi procreatus deuorabit Magorum uirgas: superabitque potenter doctrina doctrinam: quemadmodũ scribit AVGVSTINVS, libro suo de cataclysmo citò post medium. Doctrina Christi diffusa per omnes gentes, hæreticos superat dementes. In illo enim populo fratres, in quo multa miracula faciebat Moyses per uirgam, exurrexerunt Magi Pharaonis, facientes & ipsi prodigia contra Moysen famulum Dei: sed ad hoc facere quædam mira permissi sunt, ut mirabilius uincerentur. Magi Pharaonis quid aliud significabant, nisi omnes hæreticos ministros diaboli, qui sub nomine Christi deuorare cupiunt populum Christi? Scatent nunc hæreses in hanc terram tanquam serpentes Magorum: quos deuorauit, & deuorat ille serpens exaltatus

1.Cor.15. Iudic.1. Hæresis quare adpus stat. Iud.2. Exo.7. Augustin. To.9. lib.de cataclysmo 4. 5. Exo.7. Nu.21. Ie.3.

altatus in ligno. Sed quoniam non est huius temA poris ire per multos, ut singulorum capita conterantur: quomodo exurgunt, sic deuorentur.

Hæresis natiua. 5 Fuit † hic (ut nostis dilectissimi) uiperea doctrina Donatistarum: contrita est, consumpta est. Mox Maximianistarum serpentina fraus pullulauit: contrita est, consumpta est. Manichæorum uenenum aspidum subrepserat: contritum est, consumptum est. Pelagianorum nouum dogma à ministris diaboli tanquã Magis Pharaonis excitatum: illi nostro serpenti certamen indixit: conteritur, consumitur. Cum tot serpentum capita doctrina catholica contriuerit, cõsumpserit: ecce nobis unus anguis Arianus olim mortuus insultat, caput erigit, uelut uiuum se demonstrare conatur, quem iam olim constat occisum. Redi Moysis nostri uirga, serpens Christe sanctę equalem potestatem cum patre habens: redi, contere capita draconis super aquas, confringe caput draconis magni, uiuum se esse profitentis, sed ue2 B ram uitam non habentis. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce nõ timete fideles. Nouorum semper hæreticorum in ecclesia Christi generatio aduenit, & ipsa præterit: sola terra, sola petra ecclesiæ in æternum stat. Attamen nescio quomodo dicant Witeleuistæ doctrinam suam nõdum corruisse, & grauiter cecidisse, dum tot sententijs synodalium, & uniuersalium conciliorũ fulminatur, quatitur, damnatur: dum quotidiè uident magistros, & tutores suæ hæresis subire cẽsuras patrum ecclesiæ: & tandẽ terribilem ipsam sententiam principum exitialis flammæ ferre,

6 & interire suppliciis. Adhuc † dum ista dictarem, quidam hæresiarcha eorũ dictus magister Guillelmus, cognomento Sartoris, ulciscente Deo longæuam eius perfidiam, decretis sanctorũ põ3 tificũ damnatus est, & degradatus: finaliter adiudicatus per principes in ciuitate Londonensi infelicem uitam infelici terminauit incendio.

Guillelmi Sartoris supplicium.

¶ DOCTRINA XII.

SVMMA.

1 *Witcleff protestatio, ut ignaris suam ostendat innocentiam.*
2 *Arij perfidiam facinus.*
3 *Celestij Pelagij hæretici socij fraus.*
4 *Pelagij fraus.*
5 *Berengarij Witcleff magni magistri fraus.*
6 *Protestationis Witcleff forma, & eiusdem callida exceptio.*
7 *Witcleff proteruia notatur.*
8 *Witcleff superbia ostenditur.*

DOCTRINA duodecima, qua † docet Witcleff, ut ostendat innocẽtiam suam ignaris, protestationem se semper habere catholicam: q; si per scripturas, uel rationem uiuacem doceatur aliter dicere debuisse de sacramẽto altaris, de baptismo, de necessitate futurorũ, de religiosis perfectis, & huiusmodi, paratum se dicit ad credendum. Hanc protestationẽ frequenter interserit in trialogo, de sermone domini in monte: de Euchari stia, de apostasia, de Papa, & aliis locis multis: uolens ex hoc fugere, ut existimat, maculam hæresis, fouendo latebram protestationis. Huic tamẽ respõdet mater ecclesia, admonens filios gregis sui Doctrinis uariis, & peregrinis, nolite abduci. Iam ouina pelle lupus induitur: iam foueam suam uulpes ingreditur. Nam qualiter crederet ipsi christianus protestanti uocaliter, uel extra iudicii locum scripto, quòd non seducet finaliter plusquàm magistro eius Ario: qui † postquã damnatur à pleno totius orbis concilio: & cùm cõfessionem sibi oblatam, & ab eo lectam protestando iurasset, sub axillis manum, qua iuraret, apposuit: ubi occultam erroris sui schedulã firmauit, eam fidem se uelle tenere dum uiueret. Quam delusionẽ statim post Deus aperuit: cùm digereret intestina, & falsæ protestationis schedulę reuelarẽtur, ut habet AMBRO. * libro de patre & filio. ca. viij. Ecce iste nesciens aliunde cõfugere, non est ueritus publicè prodere ueritatem. Quid ergo faceret isti uersipelli hæretico tot instaurato cautelis magno, & antiquo labore collectis aliquis pius & doctus catholicus, quan quàm diuina reuelatione suffultus, & hac intentione simplici porrigeret planã fidem? Cælestius † itẽ Pelagij hæretici socius abiurauit hæresim illam coram Innocentio Papa, sed fefellit, dicente AVGVST. libro. 2. contra duas epistolas Pelagianorum * ca. 1. Respondisse fallaciter nouissimo exitu ostendit, cùm se subtraxerit examini, ne secundum Aphricana rescripta ipsa omnino de hac quæstione uerba commemorare, & anathematizare, quæ in libello suo posuit, cogeretur. Hæc ille. AVCTOR. Sic † etiam Pelagius quod subdolo ore damnauit in palestino iudicio episcoporum, post in libris suis falsiter reassumpsit. unde AVGVST. ibi * ca. 3. Obiectum quippe illi est ex uerbis discipuli sui Cælestij, q; etiam ipse diceret gratiam Dei secundũ merita nostra dari. Quod ille detestans, uel quasi detestãs ore dũtaxat anathematizare non distulit: sed sicut eius libri posteriores indicãt, & istorũ secta torũ eius * nudat assertio, ficto corde seruauit, do nec postea qđ metu tunc texerat negãtis astutia, ẽt in literis proferret audacia. Hæc ille. AVCT. Quis igitur, his attentis, mouetur in protesta-

Witcleff protestatio. Arij perfidiã facinus. Celestij fraus. Aug.To.7 *cap.4. Pelagij fraus. Aug.To.7 *cap.5. *nudata

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione ſubdola bilinguis hæretici? Nunquid†ité A
Berengarius magnus magiſter Witeleff optima 7
charitate,& ſimplici ueritate per ſacri orbis cõ-
cilij præſidentem Nicolaum, & patres qui ade-
rant,planè uictus, & iterum doctus catholicam
fidem iuramentum ſuum poſtmodum irritum
fecit:patres omnes deluſit, & recidiuum paſſus,
hæreſim,quã abiurauit, per ſophiſma reſtituit:
clamans per gentes,quòd dogma ſimm ſacrum
concilium fortiùs roborãſſet? Et ſic item clamat
cum eo Witeleff eius dilectus. Reuoluite fideles
eccleſiæ antiquas eius hiſtorias, & non erit uo-
bis pro magno,uel nouo, quòd iſte in hoc uoto
fallaci magiſtros ſuos imitari diſpoſuit. Siẽ.n.
temporibus Auguſtini, Donatiſtæ ſæui hæretici
poſtulabant, ut in magno totius Aphricæ conci
lio collatio fieret:& qui ſuperaret, ueram fidem
habere publicum firmaret edictum. Factum eſt:
cõſenſit gaudens pars catholica: proteſtationes
factæ publica complebant archiua. Id cogitãtes
orthodoxi patres(ut Auguſtinus ſcribit) quòd ſi B
hoc fieri uellent,adiuuante Dei miſericordia, fa
cillimè poterat quicquid in cauſa noſtra eſſet,
agnoſci. Si autem recuſarent, ſaltem diffidentia
eorũ fruſtra illis,qui hoc à nobis propoſcerant, 8
appareret. Factum eſt,cõuenti ſunt,recuſarunt,
quibus uerbis,quo dolo,maledictione, & amari
tudine plenis, nunc longum eſt demonſtrare.
Hæc Auguſtinus lib.3.contra Creſconium grã-
maticum cap.32 AVCTOR. Quid uultis er
go deludi uerbis falſis,uerbis mendacibus? Pro-
teſtatur ſe uelle corrigi,uelle doceri:iam humi-
lem creditis,iam docibilem: ſed uidete ſi docibi
lem Dei. Primò proteſtationis uerba perpendi
te,& ex his ſecutura facta diſcernite. In fine tra
6 ctatus ſui de blaſphemia. †Si(inquit)in iſtis erra
uero,peto humiliter à Deo ueniam,& ſubmitto
me correctioni, & informationi cuiuſcunque
creaturæ, quam ſibi placuerit ad hoc miniſteriũ C
limitare. Iam clamant Witeleuiſtæ,iam Lollar
di concinunt, ecce quàm generale uerbum, cu-
iuſcunque creaturæ. Sed iterum dico, ſed quàm
ſpecialis exceptio: quam ad hoc Deus uoluerit
limitare. Vbi putas inueniendus,ubi habẽdus,
quem Witeleff ut doceatur,admittet à Deo li-
mitari? Si Witeleuiſta quiquam docere plebẽ
attentet,pro rato, & firmo ſtatim uult haberi,
quòd ad hoc officium ſit à Deo limitatus. Si
autem aut corrigi per quemlibet doctum uirũ,
aut ſacrum antiſtitem,incipiet diſputare,an ad
hoc officium limitetur à Deo, imò pro diſputa
to habebit,& firmo, q; ſit uir apoſtata, pſeudo
frater,prælatus cæſarcus, aut de quatuor ſectis
unus. Et ſicut ſuprà dixit Auguſtinus de Dona-
tiſtis:quibus uerbis,quo dolo,maledictione, &
amaritudine plenis,erit numerare difficile,enar
rare prolixum. At† ſi uolebat faciliter emenda-
ri,cur temporis ſui prudentibus uiris & pijs au-
rem non dignabatur exponere? quot condocto
res inſurgebant pariter determinantes, & exhi-
berites contra eum tunc præſentem Oxoniæ,ſa-
nam fidem? At talia inducentes contra ſuas in-
ſanias, ut iam inſpicientibus acta peritis planè
pateat hæreticum ui fuiſſe proſtratum, ſed nec
ſic deuictum, culpatur in cõgregatione,ejicitur
ut contumax ab eo,cui incũbebat hoſpitio:tan-
dem excommunicatur:& poſt multa ducitur ad
prouinciale totius cleri concilium:ubi metropo
litano Cantuarienſis ſedis inſtante Guillelmo,
fides ipſi catholica declaratur: tandem hæreſes
eius damnantur in terminis: & nec ſic cõtumax
iſte confunditur, ſed proſilit ſtatim in conſueta
conuicia,paucis annexis ſophiſmatibus,& con-
ciliũ terræmotus appellat,pontifices Phariſæos,
& Satrapas,magiſtros omnes,& clericos congre
gatos canes, & cæſareos clericos increpat, &
blaſphemat. Mirares:qualiter eſt paratus doce-
ri per unum,nolens doceri per omnes? Aut ſi illos culpat,qui hoc tunc nitebantur efficere: cur
ſaltem an omni uita ſua unum aliquem non in-
uenit? Sed† ut amplius ferueant in ſuperbia,di-
cent ſectatores eius,quòd omnes in ſciendo pre
ceſſit. Verè ſic habent,& ita ipſe(ut putatur) exi
ſtimauit de ſe, impoſsibile ſcilicet eſſe doceri
per aliquem. Dicit enim in ſecunda parte de ſer
mone domini in monte,cap.27.ſe confiteri hu
militer, quòd per aduerſarios docto contrario
per impoſsibile uult errorem ſuum rennere,& ueritati contrariæ aſſentire. Sed docibilis Dei
AVGVSTINVS, non ſic luctabatur contra
clerum,ſed hæreticos:dicens hoc habere de mo-
re,libro ſecundo contra Donatiſtas,cap.16. Vi-
dent(inquit)ſe non habere quid reſpondeant: &
putant ſe non habere quid faciant,quid inquan-
tur non inueniunt,tacere non permittuntur. Ma
lunt peruerſis uocibus ueritati reluctari, quàm
confeſsis erroribus paci reſtitui. Hæc ille. AV-
CTOR. Ecce hi mores ueſtri,& magiſtri ueſtri
ò Lollardi: quare non poteſtis ſuſtinere ſanam
doctrinam ſicut dicit Paulus? Vultis iam mo-
res ſancti AVGVSTINI & ſanctorum pa-
trum in quærendo ueritatem audire? Ipſe libro
ſeptimo De bapti.paruulorum contra Donati-
ſtas poſt reſponſa præſulum,capite.53. Nobis
(inquit)tutum eſt in ea non progredi aliqua te-
meritate ſententiæ, quæ nullo in catholico re-
gionali concilio cœpta, nullo plenario termina
ta ſunt. Id autem * figura ſecuræ uocis aſſerere,
quod in gubernatione domini Dei noſtri & ſal-
uatoris Ieſu Chriſti,uniuerſalis eccleſiæ conſen
ſione roboratum eſt. Hæc ille. AVCTOR.
Ita ſi tu faceres, non tam abundanter errares.

Si

Berengarij fraus.

Aug. To.7

Proteſtatio nis uuitleff forma.

Exceptio callida.

Vuiteleff perbia.

Augusti. To.7.

Pſal. 44.

Matth.2. Luc.11.

Deprecatio culpæ.

2.Thim.4 Auguſti.

Cap.53. To.7.

Ambroſius To.2. * Fide Cap.9.

*Sit cum

Iſa.6.

Si tibi uidetur tutum in ea nõ progredi,quæ nul A
lo regionali concilio cœpta,nullo plenario ſunt
concilio terminata, dic, aut ſaltem dices poſte-
riùs,in quo regionali concilio hæreſis tua de eu-
chariſtia,aut cæteræ hæreſes,quas defendis,fuit
incœpta, uel accepta,& in quo plenario cõcilio
terminata? Aut e contrario dic te penè nullã hæ
reſim ſuſtinere adhuc,quæ nõ fuit in multis pro
uincialibus cœpta, & in plenariis conciliis pro
deteſtabili condemnata. Quomodo uis reputari
docibilis tam habens frontem attritam? Si autẽ
uis eſſe quod aſſeris, noli ultra Auguſtinum per
alicuius temeritatem ſententiæ ulteriùs progre
di,quàm te permittit catholici & approbati tra
ctatus concilij. Poſtremò quod uniuerſali eccle-
ſiæ conſenſione roboratum eſt, id aſſeras figura
ſecuræ uocis: & ſic ad declinandum uniuerſalis
Chriſti eccleſiæ cenſuras,querelas,& iurgia do-
ceris in paucis.

¶ INVOCATIO AVCTORIS IN exordium libri ſacramentorum contra Witeleuiſtas hæreticos.

SVMMA.

1 *Auctoris inuocatio in principio operis, atq; eiuſ-*
dem culpæ deprecatio.
2 *Vinum nouum,& eius effectũ implorat Auctor.*
3 *Via domini quæ ſit,& quis corruat in ea.*
4 *Hæreticorum conſuetudo,& praxis.*

Inuocatio auctoris.

1 AGREDIOR † igitur quod ſpopõ-
di,inuocans uelociſsimũ ſcribã Chri-
ſtum,quatenus meipſum calamum ſi-
bi aptum cõſtituat rutila ueritate ful
gentem,paterna fide conſtantem,nullis ex omni
pa te obliquãtem erroribus, nulla rationis ſimu
latione faillẽtem. Nil me delectet ſcribere,quod
nõ ædificet, adſit ſua uir tute quod proderit, quæ
rens inueniam, pulſans intrem,petens accipiam,
paũem ſcripturæ fidelis, onum gallinæ eccleſiæ
& paternæ traditionis æqualiter, & piſcem uita
cis rationis efficaciter,ut diuinorum ſacramen-
torum iniurias à truculenta manu Witeleuiſta-
rum,Ieſu iubente,ſemel uideam abſolutas. Oro
te,domine Ieſu, qui hæc ipſa primò donaſti fide
libus: oro ingiter: ſed dum neſcio, poteſt eſſe aut
error in ſenſu, aut in ſermone delictum. Idcirco
tuius oro cum tuo ſeruo AMBROSIO in fine
primi libri,quem edidit ad principem Gratianũ
de * patre & filio. O(inquiens) miſer ego,& com
punctio corde,qui cùm immunda labia habeam,
in medio quoq; populi inhabitem immunda la-
bia habentis, uidi dominum ſabaoth. Ergo ſi
Eſaias miſerum ſe dicit, qui uidit dominum ſa-
baoth,quid ego de me dicam? qui cùm immun-
da labia habeam, cogor de domini generatione
tractare? Quò igitur de his quæ metuo, locutu-
rus erũpo, cùm Dauid de his, quæ ſciat,ori ſuo
cuſtodiam * ponat? O ſi mihi quoq; unum de Se-
raphim candentẽ illum carbonem, quem de alta
ri diuino ſumpſit,utriuſq; forcipe deferens teſta
menti,immunda adurat labia. Aut quia tunc Se-
raphim deſcendit in figura ad prophetam, tu au
tem Domine,reuelato myſterio, ad nos in car-
ne ueniſti: non per legatum, neq; per nuntium,
ſed ipſe per te ab occultis meis conſcientiã meã
mundes: ut ego quoq; dudum immundus, ſed iã
per tuam miſericordiam fide mundus,illud Da-
uidicum canam, dicens. Pſallam tibi in cithara
Deus Iſrael, gaudebunt labia mea cùm cantare
ro tibi,& anima mea,quam redemiſti. Itaq; do
mine calumniatores tuos, & hoſtes relinquens,
cõfer te ad nos,& ſanctifica aures principis Gra
tiani(AVCT. Iam dico Henrici illuſtris princi-
pis Chriſtiani) omniumq; preterea, quorum in
manibus hic liber uenerit,uacuas mihi pſta: nec
ibi auditæ perfidiæ ſordes reſideant. Emunda er
go,emunda aurem,non fontanis poculis, uel ſtu
uiali auſtu:nec ſuſurro prætercurrẽtis rinuli, ſed
ſermonibus ad uicem aquarum operantibus,ſu-
pra nitorem aquarum perſpicuis,ac omni purio
ribus niue:illis utiq; ſermonibus, quibus dixiſti,
Si fuerint peccata ueſtra ſicut * phœnicium, ut
2 niuem dealbabo. Eſt† etiam poculum, quo ſecre
ta mentis mundare conſueuiſti: poculum nõ na
turæ ueteris Noe ex uite ſolenni, ſed poculum
nouum ex illo botrione peregrino: qui ſicut uua
de uite,ita ille in carne Crucis pependit è ligno.
Ex hoc ergo botrione eſt uinum, quod lætificat
cor hominis,ſobrietate inebriat,crapulam fidei
& ueræ religionis exhalat,crapulam caſtitatis in
C fundit. Hoc igitur * uino domine meus, domini
aurem auguſtæ mentis emunda: ut ſicut uino na
turali homines inebriati,quietem diligũt,timo-
rem mortis expellunt,iniurias non ſentiunt,alie
na non quærunt, ſuorum obliuiſcuntur: ita etiã
uino tuo crapulatus,pacem diligat,& fidei exal-
tatione ſecurus mortẽ infidelitatis ignoret,pa-
tientiam charitatis exhibeat,ſacrilegia aliena nõ
teneat: fidem etiam pignoribus ſuis præferat: ſe-
cundùm quod ſcriptum eſt, Relinque omnia, &
ueni, ſequere me. Hoc * uino, domine Ieſu, ſen-
ſus etiam noſtros dilue: ut te adoremus. te cola-
mus uiſibilium & inuiſibilium creatorem. Non
potes ergo inuiſibilis, aut bonus non eſſe, qui id
etiam tuis operibus contuliſti. Hęc ille. AVCT.
Hac oratione ſancti patris Ambroſij emundan-
te affectum,& illuſtrante conceptum, quaſi duã-
bus turmis audacter regredior, ut terram repro-
miſſionis ex parte Chriſti,& ſanctorũ ſorte per-
cipiam.

Pſal.38.

* petat ?

Pſal.18.

Pſal.70.

Eſa.1.

* coccinũ Gene.9

Pſal.103.

*poculo ebriorum naiura

Matth. 19.

*poculo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.32. cipiam. Sed erue me domine Iesu Christe de ma A saliam in tractatum. Sic enim AVGVST. scri- Aug.To.2
nu fratris mei Esau, quia ualde eum timeo: non bens ad Hipponensem ecclesiam dicit faciendũ. Est Epist.
quidem gratia tua opitulante fidem tuam defen Proinde (inquiens) fratres mei, qui timetis domi 137.
dere: non sophismata, & illusiua eius motiua cõ num, mementote quod ait apostolus Petrus. 1.Pet.5
stringere: nõ rationum eius extorta philosophiç, Quoniam aduersarius uester diabolus tanquam
aut logicæ, quam ipse nouus author inuenit, uasa leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Quẽ
diripere, in quibus confidebat: sed falsas eius uerò non potest deuorare seductum a nequitiã,
calumnias in sanctos ecclesiæ sacerdotes, præpo famam illius inquinare conatur: ut si fieri posset,
sitos, religiosos, antistites, principes orthodo opprobriis hominum, & malarum linguarũ de
xos, fratres, monachos, sãctimoniales, pijssimos tractione deficiat, ut sic in suas fauces ruat. Si au
maritatos & fœminas, uituperiosa eis assignata tem nec famam innocentis maculare potuerit,
uocabula, suspiciones criminosas, impositiones hoc persuadere tentat, ut per malas suspiciones
enormes: quales in catholicorum libris ego nun de fratre suo iudicet, & sic implicatus, absorbea Idem
quam, in sæuissimorum hæreticorum, imò uel tur. Et bene infrã. Nolite itaq; augere cruciatus
paganorum libris credo ante istum nullus inue meos deficiendo, uel in suspicionibus falsis, uel
nerit. Timeo mihi multùm: sustinere non pos in peccatis alienis. Nolite, obsecro uos: nam qui
Psal.5. sum, dubito an deberem. Domine tu deduc me dam de uobis super dolorem uulnerum meorũ
in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in addiderunt. Nam illi, qui gaudent de istis dolo-
Hieron. conspectu tuo uiam meam. Hunc uersiculũ mi ribus nostris, de quibus in persona corporis tan- Psal.68.
To.8. hi assumo: simulq; cum HIERONY. seruo tno B to antè dictum est, Aduersum me *insultabant q *loquẽ
domum tuam intrare me præparo. Ego (inquit) sedebant in porta: ualde tolerabilius sustinetur tur.
cupio intrare in domum tuam, & uolo intrare pro quibus tamen ipsis etiam orare, & bonũ eis
per uiam tuam rectam: sed quoniam continuata uelle dicimus. Ad quid enim aliud sedent isti? &
semitis meis scãdala ponunt inimici mei, & me quid aliud captãt, nisi ut quisquis episcopus, uel
in domum tuam cupiente, laqueos ponunt in iti clericus, uel monachus, uel sanctimonialis eccidi-
nere: propterea quæso te, ut tu dirigas (pijssime) derit, omnes tales esse credant, sed non omnes
pedes meos usq; in finem in uia tua. Meũ est po posse manifestari? & tamẽ ipsi si cum aliqua ma-
nere pedes in uiam tuam, tuũ est corrigere gres ritata adulteria inueniantur, nec proijciunt uxo-
sus meos: propter inimicos meos dirige in con res suas, nec accusant matres suas. Cùm autem
Psal.5. spectu tuo uiam meam, hoc est, uiam tuam re de aliquibus, qui nomẽ sanctum confitentur, ali-
ctam fac propter inimicos meos, qui insidiantur quid criminis, uel falsi sonuerit, uel ueri patue-
3 mihi. Hæc † uia, est lectio scripturarum, hoc est, rit, instãt, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc
Via domini nẽ in scriptis tuis, per quæ ingredi cupio in ec credatur. Hæc ille. AVCT. Quis non ista sæpius
clesiam tuam, corruam. Omnis enim, qui malè expetitur de nostratibus Witeleuistis, ô bone
intelligit scripturas, in uia Dei corruit. Hæc Hie domine Iesu? Quomodo non omnes per regnũ
ronymus in minori breuiario. AVCT. Ita domi ciuitatum uel uicorum domus talibus scandalis
ne scio inimicos certè plus tuos, quàm meos scã resonant uirorum sanctorum? His igitur hære-
dala mihi exposituros in uia. Sed præ omnibus ticis hostibus Augustini illos adiũgite, cùm eos
uereor, ne turbatus ruam in illum, qui hoc egit audire contiget, uel cùm capitaneum eorum,
Psal.73 de præterito: qui tam copiosè est malignatus in C quem talibus spumis stridere uideris, quanuis
Ro.13. sancto. Sed faciam (e donante) ne reddam malũ ego cum Augustino præteream, nihil aliud pro
1.Cor.6 pro malo, nec uincar à malo, sed uincam potiùs tunc imponens hæretico, nisi qui sit hæreticus, un Augustin.
in bono malum: ut sic ex una parte non uituperetur per me ministerium nostrum: & ex alia parte de uersus finem ibi concludit AVGVST. Ecce Hiere.3.
4 pro repellendis conuiciis, non relinquatur prin docuit nos Deus, ut q gloriatur, in domino glo- 1.Cor.1.
cipale negotium. Est † enim communis hæreti rietur. Nec obiiciatis hæreticis nisi quia nõ sunt
Hæreticorũ consuetudo. corum praxis, quam ille Witeleff nunquam præ catholici: nec similes eis sitis, qui non habendo
termittit in libris, deficiente sensu, intermiscere quod in causa suæ diuisionis defendant, non nisi
litigia ut uel sic famam eorum perdat falsis, quã hominum crimina colligere affectant, & ea ipsa
doque in parte ueris criminibus cõtra quos agit: plura falsissima iactant: ut quia ipsam diuinæ
uel ut prudens uideatur, quia responsa non de scripturæ ueritatem crimi nari & obscurare non
sunt: & utrobiq; fides patiatur excidium in men possunt, homines, per quos prædicatur, adducãt
tibus incautorũ. Sed Augustini cautela functus ad odium: de quibus & fingere quicquid in men- Eph.4.
in hac parte, rarò respõdebo conuiciis, quouſq; tem uenerit, possunt. Vos autem non ita didici-
locus aduenerit quædam purgandi pro simplici stis Christum: si tamen illũ audistis, & ab illo do
bus, sed tolerans, & orans pro perfidis, uelociter ctí estis. Hæc Augustinus. AVCT. Hos igitur hę
reticorum laqueos, hæc tẽdicula iurgiorum do-
na

na domine Iesu securè pertransire pede catholi A mis scripturarum sanctarum finibus sitient Dei
co, & affectu pacifico: ut ueritas sacramẽtorum iudicium contemnentes, & desiderantes uiam
tuorum de blasphemijs hæreticorum Witeleui Bersabee, quæ fuit in tribu Iuda: multaq́ue eccle
starum tanquam ex abysso liberata, prosiliat, & siæ imitari cupientes sacramenta, saturatos, &
omni laude dignissima, & salutis fructu plenissi repletos se esse dicunt: quibus Apostolus expro
ma fidelium corde credantur, & in effectibus brat Paulus, Iam saturati estis, iam diuites facti 1.Cor.4.
sentiantur. Amen. estis. Hæc ille. AVCTOR. Modernum hostem
sacramentorum alloquor Vuitcleff, ipsum inse
DE HAERESIBVS ANTIQVO- stum habeo, ipse mihi est dolori, qui noua quæ-
rum & Vuitcleuistarum contra dam instaurat conuicia sacramentis. Nec noua Hiero.5
ecclesiæ sacramenta. penitùs, sed quæ nouo picta sophismate, cister- iniuria pri
nas ueterum hæreticorum redolent dissipatas. ma.

¶Quod ex fide Deus concurrit cum ministro ad sacramenta celebranda. Cap. I. 1

SVMMA.

1 *Vuitcleff prima & generalis iniuria, quæ cuncta concernit sacramenta, quòd Deus ex fide non cõ currat cum ministro ad sacramenta celebranda, sanctorum auctoritatibus prosternitur.*
2 *Christus quòd membris suis assistat, ostenditur.*
3 *Christus quomodo cum ecclesia sua sit semper.*
4 *Christus quòd quotidiè cibum nostrum mensalem sanctificet, maximè si cum gratiarum actione* B *percipiatur.*
5 *Christus, quòd cooperetur salutem, etiam per ministrum peruersum, contra Vuitcleff.*

SACRAMENTA ueneranda Christianæ religionis, quæ à temporibus Apostolorum successiuè per tot annorum fluxus semper in ecclesia sua pa- Apoca.5.
tens liber uitæ septem signaculorum ritu seruauit, & numero: sicut à fidelibus populis in magna
uenerationc coluntur, ita inuadẽte diabolo, per
hæreticam prolem eius continuis denigrantur Apoca.6.
infamijs, & iniurijs distrahuntur. Ideo nil mirũ, C
si consequenter post duos equos, Christum, s. &
martyres, duo alij equi sessores habentes diabo
lum, & hypocrizantes hæreticos, secundum ex
positionem Hieronymi, septem signaculorum
apertioni se coniunxisse scribuntur. Sunt enim
ualida contra peccatum remedia, sancta contra
malas immissiones signacula, sunt contra mor
bos uiriorum loculi gratiarum: & idcirco ho
stes humanæ salutis nihil malè moliendo profi
ciunt, si sancta, & præueneranda sacramenta nõ
subruant. Quod quia statim non possunt, saltem 2
attenuare cultum, infirmare propositum, & sic
affectum plebis demutare proponunt: dicentes
se aliundè repletos Dei gratia, & sine talium si-
gnorum obseruatione satis diuites esse Deo: si- Amos.8.
cut & uetusti idololatræ. Viuit (inquiunt) Deus Hieron.
tuus Dan. Vbi HIERONYMVS in commen To.7.
tario super Amos, lib.3. Hæretici (inq́t) in extre

uerbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerbo uitæ,& ipsi nos audiuimus, & uidimus. Manus ergo,oculus, aut auris si sensum habeat, necesse habet consiteri hoc sibi ministrari de capite:nec potest aliquantum dubitare uirtutem capitis secum operari in diserctione sui sensibilis,quotiens sentire placet,habitis requisitis.Sed recta fides uacillare neminē sinit de præsentia redemptoris ad effectum operis, quotiens consecrare tentabitur in nomine saluatoris:imò iubemur hoc credere sub pœna incredulitatis nō tantùm in sacramentorum exercitio, sed & de uerbo uitæ salubriter audiendo,necessariā postulando:& huiusmodi qui quærit,inueniet: & pulsanti,aperietur:quia,Quicquid orantes petitis,credite quod accipietis,& fiet uobis. Qui credit in filium Dei,habet uitam æternam. Et baptizandus Eunuchus interrogatur, si ex toto corde credat. Et custodi carceris:Crede in dominū Iesum (ait Paulus)& saluus eris. Qualiter potuit hoc promittere Paulus,si non esset securus de cōcursu capitis? Hoc autem semper nitebantur apostoli facere, ne scilicet dubitarent gentes Christum cooperari eis. Audistis dispensationē gratiæ Dei,quæ data est mihi in uobis. Ephe.3. Et ibi. Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia. Et. 1. Corinth.3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.Quid est hoc dicere,nisi ego operam dedi, & Deus cooperabatur mihi? Et quomodo potuit probasse hoc Paulus tunc Wicleuistæ præterno de scripturis? sed ideo uoluit esse de substantia fidei credituris.Sed dicit Wicleff, Paulus fuit uerus Apostolus Christi in moribus:idcirco potuit esse certus de concursu capitis in suis operibus.Sed quid ergo de illo dices, qui in nomine Christi eiecit dæmonia,& non sequebatur eum,etiam nec pedibus? Marci.9. Et Iesus ait,Nolite prohibere eum. Nemo enim est qui faciat uirtutē in nomine meo,ut possit citò malè loqui de me.Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est.Cū isto ergo cooperabatur Christus,& ipsi assistebat quotiēs attentauit eijcere, quia non eiicit nisi in nomine Christi, & tamen non sequebatur Christum in moribus: imò nec pedibus sequi dignabatur. Ergo multò magis assistet Christus generaliter intendentibus per sacramenta publica salutem animarum, quamuis recedant à Christo taliter conficientes in sequelamorum.Et hoc est de substantia fidei argumētum.Si tamen negaueris consequens,quia aliud est de gratia Saluatoris,aliud de salute corporis: Quid dicis de his,qui non castè, sed pro quæstu, uel ex contentione prædicabant Christum?Ecce Christus astitit eis in prædicando.Vnde Apostolus gaudebat de fructu eorum,ad Philip.1. & tamen isti animosè resistebant Paulo.Nonne ergò

Iu.11. Matth.7. Io.3. Act.7. & 16.

Eph.3.

1.Cor.3.

Mar.9.

Philip.1.

A de substantia fidei nostræ est, quòd Deus cooperatur prædicanti in nomine suo, quanuis longè distet in moribus? AVGVSTINVS hoc habet argumentum contra Petilianum.libro.2. responsione.81.dicens.Quid enim dum omnimodo siue occasione siue ueritate Christus annuntietur? & in hoc gaudeo,sed & gaudebo. Videmus istos rem quidem sanctam,& castam, & ueram,non tamen castè annuntiasse, sed per inuidiam,& contentionem sine charitate,sine castitate.Certè paulò ante laudes charitatis aduersus nos dicere uidebaris ex Apostoli testimonio: quia ubi charitas non est,quicquid fuerit, nihil prodest.Ecce in his charitas nō est, & tamē erat Christi prædicatio:de qua se gaudere dicit Apostolus.Neq; enim malo illorum gaudet,sed bono nominis Christi. In ipso qppe charitas erat, quæ non gaudet super iniquitate, cōgaudet autē ueritati.Inuidiæ porrò,quæ in illis erat,diabolicum malum est:Hæc enim cecidit, & defecit.

Augustin. To.7. Philip.1.

B Hæc Augustinus. AVCT. Ecce isti per prædicationem suam in nomine Christi augebant in populo gratiam Saluatoris:& quomodo hoc, nisi cooperante domino,& sermonem confirmante? Quibus congaudebat Apostolus, quanuis extra charitatem,& per inuidiam prædicassent.

1.Cor.3.

Mar.16.

3 Non † est ergo diffidendum in sacramentis salutis concurrere cupiē ecclesiæ Christum ad salutem plurimò modis omnibus cōsidendum, di cente Christo, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Nobiscum est in miraculis,nobiscum in pronuntiatione Euangelij pacis, nobiscum indubiè in sacramentis cōficiendis,quia nobiscum est in moribus sanctificandis. Vnde Apostolus. 1. Ad Timotheum.4.Nihil reiciēdum, quòd cum gratiarū actione percipitur: sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. O bone Apostole, nunquid non & per ministrum sanctificatur, sed tantum per uerbum Dei,& orationem? Sed † in hoc certificas populum christianum, totiens cōcurrere Christum ad sanctificandum cibum nostrum mensalem, quotiens cum actione percipitur gratiarum.Quia estò, qp peccator sit qui ministrat, tamen in salutem Christus per uerbum Dei,& orationem non aberit inuocatus. Si igitur tanti pretij est apud Christum cōmunis esca prò salute populi corporali, ut ibi regulariter adsit inuocatus,quia sine exceptione dixit apostolus, non reiiciendum quicquam cum gratiarum actione perceptum, quia est sanctificatum per fidem:quomodo non confunditur Witcleff, dicens non esse de substantia fidei, qp concurrat in exhibitione sacramentorum? Et ista sunt medicamina totius corporis Christi, afferentia salutē spirituum,sine quibus in hac uita diuturna salus esse

Christus quomodo cum ecclesia sua.

Matth. 28.

1.Tim.4.

Sanctificat cibum quo tidianum.

Nota ratio nem.

esse non potest.Num paratus erit Christus cooperari,ad refectionem uētris,& elongabit se inuocatus,quanuis à non casto, ad recreationem mentis?Procul hinc tam detestabilis hæresis. Fugite † ò fideles ad dominum Christum, & indubitanter credatis eum cooperari salutem,etiam per ministrum peruersum. Quicquid garrit hæreticus,prælatus, quem uocat Cæsareum,si intēdat in nomine Christi conficere,non postponet effectum.Nemo enim est qui faciat uirtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.

1.Cor.12.

Et Apostolus dicit, Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu.Et nemo potest dicere,Dominus Iesus, nisi in spiritusancto. In nomine Iesu uirtutes facit minister malus: qui secundùm formam Christi, quāuis non moribus, sed ritibus intendit populum Iesu Christi pascere sacramentis. Cui cooperari quanuis facinoroso, indubiè nō dedignatur Dominus:quia nō per meritum ministri aderit, nec per eius demeritum aberit inuocatus. Vnde BEDA libro. B 6. super Lucam, tractans hunc textum. Væ homini illi,per quē tradetur. Qui de passione prædixerat,& de proditore prædicit,dans locū pœnitentiæ, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas,& occulta consilia,pœniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter,nè manifestè correptus,impudentior fieret. Mittit crimen in numero,ut agat conscius pœnitentiam.Prædicit & pœnam,ut quem pudor non uicerat,corrigāt denuntiata supplicia.Sed & hodie quoque,& in sempiternum uæ illi homini,qui ad mensam domini malignus accedit,qui insidijs mente conditis,qui præcordijs aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi secretis participare non metuit.Et infrā.Væ inquam homini illi,de quo Iesus,qui altaribus sanctis inter immolandum, ut pote proposita consecraturus adesse non dubitatur,astantibus sibi ministris cælestibus quæri co C gitur.Ecce,inquiens,manus tradentis me,mecū est in mensa. Hæc Beda. AVCTOR. Vide Witcleff manum traditoris sacerdotis in mensa cùm Christo, & indubiè tamen Christum adesse ipsi cum ministris cælestibus consecraturum ibi proposita.Non potes negare prædicta esse de scripturæ,ubi Paulus uoluit populum animo substantialiter credere,quòd Deus semper cooperabatur secum:gratiam dispensando in prædicationibus,in sermonibus,in curis in monitionibus,in omnibus, quæ fecit ad salutem plebis. Imò quòd uixit.Viuit enim(ait)in me Christus. Quod dixit,An experimentum eius quæritis,qui loquitur in me Christus? nec hoc audebat asserere tantùm pro se,ne præsumeret contra Christum dicentem pluribus,Nō uos estis qui loquimini,sed spiritus patris uestri,qui loquitur in uo

Beda. Matth.26. Luc.22.

Gal.2.

Matth. 10.

A bis.Et ideò affuit semper præsens, & cooperans gratiam in auditoribus uerbi euangelizati per inuidos & pseudo Apostolos: cooperans etiam gratiam sanctificationis cibi mensalis cum gratiarum actione percepti:cooperans gratiam sanitatis per septem filios Sceuæ, & alios malos, qui non ibant cum Christo:cooperans item gratiam sanctificationis hominis infidelis per mulierem fidelem. Et unde hoc nisi per gratiam sacramenti? Vnde & Apostolus mulierem docere non permittit.Et in his omnibus nō per mittit fides Christi dubitare fideles de concursu Christi per gratiam.Vnde nusquam dicit Apostolus, nusquā fides scripturæ æstimetis, uel putetis me habere gratiā pro uobis: uel cibus cum gratiarū actione perceptus putabitur sanctificari,uel infidelis putabitur sanctificari per mulierem fidelem.Nusquam sic dicit fides scripturæ,qualiter iste persidus cupit omnes incredulos fieri gratiæ cælitus ministratæ.Sed confidenter dicit,cō stanter affirmat,semper sanctificari cibum per Dei uerbum:& utrum infidelem per fœminam, quod sine præsentia Dei concurrentis a fidæ, nulla fides credi permittit.Hoc est ergò indubitanter de substantia fidei Christianæ, qp Deus cooperatur ad effectum sacramenti cum omni sacerdote,ad hoc ritè instituto, quāuis pessimæ uitæ, & damnatæ conuersationis exiterit, & omnino uitæ Christi contrarius.

1.Corin.7.

1.Timo.2.

Conclusio catholica. Vide Aug. super Io. tract.5

¶VNDE SVMATVR NECESSITAS DIVINI CONCVRSVS IN MINISTERIJS CELEBRANDIS. Cap. II.

SVMMA.

1 *Necessitas diuini concursus in salutaribus sacramentis celebrandis unde sumatur, ostenditur.*

2 *Concursus diuini euidentia, quòd frustra quæratur, quando potestas uidetur in effectibus contra Vuiteleff.*

3 *Sacramentorum primi temporis,& eorum, quæ sub lege scripta,uel sub gratia instituta sunt differentia.*

4 *Præceptum antiquum currens per creaturas, quòd simul arguat cooperantem Deum,& promittat effectum.*

5 *Homo quòd proposita, corpus Christi & sanguinem non faciat, sed Christus ipse pro nobis crucifixus.*

6 *Damascenus, quid de confectione Eucharistiæ dicat.*

7 *Deus quòd omni actioni concurrat, probatur.*

8 *Deus,quòd sacramentis Christianorum spiritualibus nunquam desit.*

Attendamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ATTENDAMVS† propiùs,& uidea A mus neceſsitatem prædicti cõcurſus diuini cum ſalutaribus ſacramentis. Quid enim cogit hoc credere? quid fideles neceſsitat? Primò omnium ſciendum,q̃ imperioſus Deus,qui cuncta potẽter gubernat, nihil incaſsum proponit. Dixit enim, & facta ſunt. Quicquid ergo dixerit,factum erit. Vis habere euidentiam facti? ſis ſecurus dicti diuini. Nec ſis dubius de facto, ubi diuini iuſſus fuerit certitudo. Ecce primus creator omnium, ſtellas cæli iuſsit lucere in firmamento ſublimi,& maiora luminaria diuidere noctem à die,& eſſe inſigna,& tẽpora per dies,& annos. Hucusque uirtus influxa tunc,mandatum creatoris exequitur. Nihil non iuſſum peragunt,nihil præceptum eis omittunt:ſed quicquid faciunt,cooperãte Deo, conſummant. Et indubiè ſi nõ adeſſet eis Deus ſine interpellatione:nec quod faciunt, facerent: nec quod ſunt,eſſent. Qui ergo neceſsitatem eis ſic faciendi indixit mandando, ipſe concurſum B ſuum continuum præſtat agendo,ipſe uirtutem ſuã ſecundis cauſis iungit, nec ſe ſeparat ad momentũ. Animalibus item terræ & piſcibus maris dixit omnipotens uirtus,Creſcite,& multiplicamini,& replete hinc aquas maris, & hinc terram. Hoc in principio iuſsit Deus,& uſq; nunc ſeruat effectus. Vnde AMBROSIVS in hexaemero lib.5.cap.1.de opere quintæ Diei. Venit(inquit)mandatum,& ſubito aqua iuſſos fundebatur in partus:generare fluuij, uiuificare lacus, mare ipſum cœpit diuerſa reptilium genera parturire,& ſecũdum genus effundere,quodcunque formauerat: Non exigui gurgites, non cœnoſæ paludes;uacabant, quin omnia datam ſibi creandi aſſumerent poteſtatem. Piſces exilibant de flumine, delphines præludebant in fluctibus,conchæ ſaxis,oſtreæ adiuerebant profundis,adoleſcebant echini. Væ mihi, ante hominẽ 3 cœpit illecebra,abundantia copiarũ, noſtræ mater luxuriæ; ante hominem deliciæ. Prior ergo hominum tentatio,quam natura. Sed nihil creatura deliquit:alimenta dedit,non uitia præſcripſit. Hoc tibi communia dedit,ne tibi aliqua uelut propria uindicares. Tibi ſuos fructus terra producit,tibi ſcatos,& accipenſeres,& omnes fœtus ſuos generant aquæ:& his non contentus, interdicta tibi alimenta guſtaſti. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ego adnoto, quòd omnia datam ſibi creandi aſſumerent poteſtatem. Eſt enim potentia ſecundũ philoſophos, proximum operandi principium. Fruſtra ergo quæritur quis, utrum 4 ſol poteſtatem habeat illuminandi mediũ,quando radium uidet à ſole diffuſum. Et † æquè fruſtra quæritur euidentia diuini concurſus,quando poteſtas uidetur in effectibus. Nam quomodo ageret, niſi poſſet? & quomodo poſſet, niſi Deus adeſſet operantem perficiens, & poteſtatem tribuens ad effectum? Hæc omnia quò tendunt? quia Witcleff noſter dicit,quòd multis uidetur difficile rationem reddere patentem, uel euidentiam ex ſide ſcripturæ, q̃ oportet Deum coaſsiſtere omni tali prælato infideli,& confiteri ſacramentum quodlibet, quod ſimulat ſe facrare,ſecunda parte de ſermone domini in monte,capite.4ª. Ecce fideli menti quã facile,quod forſan ſibi,& multis dixit eſſe difficile? Quis dixit in principio,fiat firmamentũ in medio aquarum? qui ſic dixit,ita factum eſt. Quis dixit, Fiant luminaria in firmamento cæli? & facta ſunt. Quis dixit,Producant aquæ reptile animæ uiuentis: & benedicendo ſubiunxit, Creſcite & multiplicamini? Quod quia cælis non dixit,plures eſſe non poſſunt. Quis tam potenter,& tam efficaciter cuncta ad eſſe deduxit? Nõne Deus? Et nunquid alius Deus,quàm is, qui iam cœnatus cum diſcipulis,accepit panem in manus ſuas Matth.26. dicens,Hoc eſt corpus meum. ac demum adiunxit,Hoc facite,quotienſcunque ſumitis in meã commemorationem? Ecce qui dixit, faciamus hominem;is dixit, Hoc eſt corpus meum. Qui dixit,Creſcite, ille idem hoc facite. Qui dixit, multiplicamini,& replete aquas maris:ille dixit, Matth.28. Baptizate oẽs gentes. Cur de neceſsitate oportet Deum coaſsiſtere omni piſci maris, & uolatili cæli,quando intendit alijs habitis generare? quia aliàs nõ poſſent implere præceptum illud, Creſcite,& multiplicamini &c.quoniam eadem neceſsitate oportet Deũ coaſsiſtere omni prælato in confectione cuiuſlibet ſacramenti, uel aliàs immanum dixiſſet eis Chriſtus, Hoc facite, quotienſcunque ſumitis. Nam idcirco dicuntur ſacramenta neceſsitatis. Vnde HVGO parte. 1. Hugo. lib.1.de ſacra.p. ciuilia c.3. C de Sacramentis lib.1.capite.3. Illud † quoq; interipſa primi temporis ſacramenta, quæ ſolo naturali lege erant,& ea, quæ ſub lege ſcripta, uel ſub gratia inſtituta ſunt ſacramenta intereſſe ſpicimus:quòd illa uoluntatis magis eſſe uidentur,iſta neceſsitatis. Illa ex uoto celebrata ſunt, iſta ex præcepto. Et idem capite.7. Sacramenta naturalis legis non ex præcepto indicta uidẽtur, ſed ex conſilio ad uotum proposita. Sacramenta uerò ſcriptæ legis & gratiæ neceſsitatem quandam execurionis inducere, propterea quòd non ex conſilio tantùm,ſed ex præcepto inſtituta noſcuntur. Hæc ille. AVCT. Ergo ſi ſunt ex neceſsitate propter præceptum, etiam ex neceſsitate exigunt diuinum concurſum. Præceptũ enim antiquũ currens per creaturas, ſimul arguit cooperantem Deum,& promittit effectum,ſicut dicit BASILIVS in hexaemero. Currit enim Baſilius Tom.1. (inquit)in conſtitutione mundi per omnẽ creaturam

Pſal.148. Gene.1.

Vuitcleff

Ambroſius To.4

Proximum operãtibus principium eſt potẽtia Ar.5. met. te.co.17.et nouo. met. te.co.2

curam Dei uerbum, ut ſubitò de terris omnia, A ægram, ſed perpetuam firmitatem. Item auctor DAMASCENVM ſanctum patrem. 4. libro Damaſce. 14.
quæ ſtatuit Deus, ſecundùm genera producãtur: & in futurum lege præſcripta ſecũdùm genus ſibi ſimilitudinemq; uniuerſa ſuccedant, ut leo leonẽ generet,tigris tigridem,bos bouem,ouis agnum, aquila aquilam: ſemel præceptum in perpetuum ino leuit naturæ. Et ideo miniſterij ſui obſequiũ præbere terra non deſinit,ut priſcæ animantium ſpecies reparabili generis ſucceſsione in nouas reparentur ætates. Hæc ille de opere ſextę diei. AVCTOR. Ita ergo cuncta animantia ſecundùm primum præceptũ lege perpetua in nouas ſuccedunt ætates: & ideò præſentiam ſuam diſpenſat eis omnipotens generali quodam pacto indicto cum natura:de quo ipſe dixit Ioan. 5. Pater meus uſq; modò operatur,& ego operor. De quo quidem concurſu certiſsimo nullus dubitat,qui uidet effectus,niſi nimis deliret cum academicis,dicens ſe neſcire quòd comedat. Cur ergo dubitaret quiſque ſuper generali concurſu Dei cũ uolentibus conſecrare,niſi nimis uelit errare, dicens non fuiſſe ſacerdotibus ſic præceptũ:Hoc facite quotienſcunq; ſumitis in meam commemorationẽ? Præceptum ergo ut prodit concurſum Dei generalem in naturis,ita neceſsariò in ſacramentis,maximè ubi terminus generalitatem exprimit tẽporis:ut ibi,quotienſcunque. Nuſquam tamen gerit creatura principalitatem operis: ſed cooperans Deo tam in propagandis fœtibus,quàm in myſteriis conſecrandis. utrobique enim uerũ eſt quod ait Chriſtus, Pater in me manens, ipſe facit opera. Prædicta enim omnia ſic combinas ſanctus pater CHRYSOSTOMVS in ſermone de proditione Iudæ, qui incipit, Paucis hodie neceſſarium eſt propè tinẽ. Nunc (inquit) præſto eſt Chriſtus, qui illam ornauit menſam, iſtam quoque conſecrat. Nõ † enim homo eſt, qui propoſita corpus Chriſti facit & ſanguinem,ſed ille, qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. Sacerdotis ore uerba proferuntur,& domini uirtute cõſecrãtur,& gratia: Hoc eſt(ait)corpus meum, hoc uerbo propoſita conſecrãtur. Et ſicut illa nox quæ dixit, Creſcite, & multiplicamini,& replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectũ ad generationem operante natura: & nox illa ſemel dicta eſt,ſed per omnes menſas eccleſiæ uſq; ad hodiernum diem, & uſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatẽ. Hæc Chryſoſtomus. AVCTOR. Audi mi Witcleff ſi non uis totam per orbem eccleſiam, ſaltem Chryſoſtomum. Illa nox,quæ dixit,Creſcite,ſemel quidem dixit, ſed omni tempore ſentit effectum. Illa eadem dixit, Hoc facite: & per omnes menſas eccleſię hucùſque,& uſque aduentum eius ultimum præſtat ſacrificio firmitatem. Non dixit dubitationem,aut reputationem aliquam inibecillem, &

Ioan.5.

Gene.1.

Ioan.14

Chryſoſto. To.3

5

6

B

C

7

curam Dei uerbum, ut ſubitò de terris omnia, A ægram, ſed perpetuam firmitatem. Item auctor DAMASCENVM ſanctum patrem. 4. libro Damaſce. 14.
quæ ſtatuit Deus, ſecundùm genera producãtur: & in futurum lege præſcripta ſecũdùm genus ſibi ſimilitudinemq; uniuerſa ſuccedant, ut leo leonẽ generet,tigris tigridem,bos bouem,ouis agnum, aquila aquilam: ſemel præceptum in perpetuum ino leuit naturæ. Et ideo miniſterij ſui obſequiũ præbere terra non deſinit,ut priſcæ animantium ſpecies reparabili generis ſucceſsione in nouas reparentur ætates. Hæc ille de opere ſextę diei. AVCTOR. Ita ergo cuncta animantia ſecundùm primum præceptũ lege perpetua in nouas ſuccedunt ætates: & ideò præſentiam ſuam diſpenſat eis omnipotens generali quodam pacto indicto cum natura:de quo ipſe dixit Ioan. 5. Pater meus uſq; modò operatur,& ego operor. De quo quidem concurſu certiſsimo nullus dubitat,qui uidet effectus,niſi nimis deliret cum academicis,dicens ſe neſcire quòd comedat. Cur ergo dubitaret quiſque ſuper generali concurſu Dei cũ uolentibus conſecrare,niſi nimis uelit errare, dicens non fuiſſe ſacerdotibus ſic præceptũ:Hoc facite quotienſcunq; ſumitis in meam commemorationẽ? Præceptum ergo ut prodit concurſum Dei generalem in naturis,ita neceſsariò in ſacramentis,maximè ubi terminus generalitatem exprimit tẽporis:ut ibi,quotienſcunque. Nuſquam tamen gerit creatura principalitatem operis: ſed cooperans Deo tam in propagandis fœtibus,quàm in myſteriis conſecrandis. utrobique enim uerũ eſt quod ait Chriſtus, Pater in me manens, ipſe facit opera. Prædicta enim omnia ſic combinas ſanctus pater CHRYSOSTOMVS in ſermone de proditione Iudæ, qui incipit, Paucis hodie neceſſarium eſt propè tinẽ. Nunc (inquit) præſto eſt Chriſtus, qui illam ornauit menſam, iſtam quoque conſecrat. Nõ † enim homo eſt, qui propoſita corpus Chriſti facit & ſanguinem,ſed ille, qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. Sacerdotis ore uerba proferuntur,& domini uirtute cõſecrãtur,& gratia: Hoc eſt(ait)corpus meum, hoc uerbo propoſita conſecrãtur. Et ſicut illa nox quæ dixit, Creſcite, & multiplicamini,& replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectũ ad generationem operante natura: & nox illa ſemel dicta eſt,ſed per omnes menſas eccleſiæ uſq; ad hodiernum diem, & uſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatẽ. Hæc Chryſoſtomus. AVCTOR. Audi mi Witcleff ſi non uis totam per orbem eccleſiam, ſaltem Chryſoſtomum. Illa nox,quæ dixit,Creſcite,ſemel quidem dixit, ſed omni tempore ſentit effectum. Illa eadem dixit, Hoc facite: & per omnes menſas eccleſię hucùſque,& uſque aduentum eius ultimum præſtat ſacrificio firmitatem. Non dixit dubitationem,aut reputationem aliquam inibecillem, &

Ioan.5.

Gene.1.

Ioan.14

Chryſoſto. To.3

5

6

B

C

7

Damaſce. 14.

Matth.26.

1.Cor.11.

Gene.1.

Pſal.32.

*ſuſtenta uit.

*obiibra

Luc.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum est,& erit quousque ueniat. Proba tu non esse Christi præceptum, aut certis terminis & exceptionibus modificatum: & tunc utaris exceptionibus pro personis,locis,aut temporibus assignatis. Si nim generaliter nullum annotans dixit,Hoc facite:si nullum tempus excepit: sed addidit,quotienscunque:si terminos nullos præfixit,sed donec ueniam ad finem mundi: utantur ecclesiastici sacerdotes liberè commissa sibi cælitùs potestate. Si quæras qua potestate?Respõdet Damascenus: sancti spiritus obumbrantis, & cooperantis sua Dei uirtute. Scit enim Christus nos nihil ab eo præceptum deducere posse sine eo ad effectum. Sic enim ipse dixit: Sine me nihil potestis facere. Concurrit ergo regulariter ad perficiendum quod præcepit. Sic enim ratio euidenter ostendit necesse fieri: & sic humanæ leges decernunt quodlibet in omni præcepto forg concessum, sine quo non potest expleri præceptũ. Christus præcepit singulis sacerdotibus hoc facere in sui memoriam, quod nisi cooperetur, non possunt: necessariò ergo cooperatur Christus,quotiens sacerdos, iustis medijs, se disponit ad actum. Item quia signa petis, aliam euidentiã facio tibi. Deus † concurrit regulariter in minoribus,ergo multò magis non deerit in magis necessarijs ad salutem. Antecedens probant quotlibet exempla. Nidificat passer, cooperãte Deo, descendit lapis,humectat latex, calor solis glaciem dissoluit: & ut ueniamus ad hominem,nec stat,nec sedet,nec fricat manus,non purgat oculos,quin quotiens libet ista facere, uel huiusmodi,etiam ultra debitum, statim Deus cooperatur ad actum. Sine Deo uermes non rodunt,nec tinea demolitur. Et quare nisi propter generalẽ influentiam,quam Deus pepigit cum natura? At ne obstaculum facias pro peccato consecrantiũ, quod posset Deum abigere, ne concurrat: ecce homicidæ iniustos gladios uibrant, unde perimunt innocentes: mendaces noxias linguas soluunt, piratæ mare nauigant, prædones rapinas exercent: Spiritus procellarum secundùm potestatem datã sibi à domino,pios, & malos nescios uiros torquent: mœchi & adulteri tenebras suas fouent,& in fornicibus,& latebris actus impudicos exercent,quibus singulis omnipotens Deus sciens bene uti malis, adest indubiè quo ad actũ substantiæ, quanuis detestetur maculam turpis culpæ. In his omnibus negari, aut dubitari non potest cooperatio Dei,quotiens creatura uoluerit sponte sua in actum procedere. Cur non uincit experientiam fides, ut per inuisibilem gratiam totiens Deus aderit inuocatus, quotiens pro salute plebis suæ etiam per impudicum ministrum interuentum fuerit salutaribus sacramentis? Maximè cùm (ut dixi)ille iubet hoc facere,quod supra, uel contra naturam existimas: qui cum natura semel pactum suum semper conseruare non desinit,ut habet RABANVS capite. 30. de corpore & sanguine domini. Verbo(inquit)patris dictum est:Crescite,& multiplicamini,& ecce adhuc hodie ex eo cuncta creantur, non noua,sed ex eodem semine. Ita & caro Christi eodem uerbo fit caro, quo uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vnde si ex illa benedictione tanta manet multitudo,quid putas ex carne Christi? Nunquam inefficax est ex se,qui tanta fecit ex nihilo. Et si panes duxerat quantitate substantiæ, quam natura non dederat, nunquid impotens est facere ex ali quo,quod sine semine ex utero creauerat? Pululat ergo illa ubertas carnis Christi, & manet integer Christus. Igitur sicut propterea quòd semel dixerit: germinet terra herbam uirentem, adhuc hodie ex eo, quæ per singulos nascuntur annos,omnino creantur: Sic utique & in eo q semel uoluit,& deinceps carnem & sanguinem in hac commemoratione iussit esse,fit quod iubetur. Quæ si quis nõ credit, impio deterior est: quia ille,quod dicit, approbare non potest: iste quod in multis cognouit contra naturam fieri, etiam in carne Christi non credit. Hæc ille. AVCTOR. Conuenit iste doctor superiori dicto Chrysostomi: simul & addit, quod Christus in commemoratione huius sacramenti hoc facere mandauit sacerdotibus: qui sic crescere,uel germinare primò imperauit naturis. Itẽ Deus excitauit corda patrũ ueteris legis ad sanctè inuendum sed obtentu præmij temporalis. Et nunquã defuit eis cùm conarentur capere quod spopondit: uel iustis actibus,uel medijs sacramentis. Sed omnia illa fuerunt propter ista bona spiritualia. Ergo multò magis Deus excitat iam corda fidelium,& cooperatur cum eis certificè iustis actibus & sacramentis ad capiendum uitam perpetuam. Conforme huic argumentum facit AVGVSTINVS contra Pelagianistas, & deridet negantes libro suo ad Prosperum, & Hilarium qui inscribitur de prædestinatione sanctorum. cap. 20. in medio cap. dicens. Agit quippe Deus quod uult in cordibus hominũ, uel adiuuando, uel *inducẽdo,ut etiam per eos impleatur, quod manus eius,& consilium prædestinauit fieri. Frustra itaq; quod regnorum & Paralipomenon scriptura teste probauimus: cũ Deus uult fieri, quod non nisi hominibus oportet fieri,inclinari eorum corda,ut hoc uelint,eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo,& ineffabili operatur: & uel le: ad causam, de qua disserimus, non pertinere dixerunt. Quid est aliud nihil dicere, & tamen cõtradicere: nisi fortè cur eis hoc uisum sit rõnẽ uobis aliq̃ reddiderũt quã uos in literis uestris tacere maluistis Sed q̃ illa esse possit,ignoro. An fortè q̃a ostẽdimus hoc Deũ egisse in cordibus hominũ,& ad hoc peduxisse,quorum ei placuit uoluntates ut rex constitueretur Saul siue Dauid? Ideo hæc exempla causſæ conuenire nõ putant, quoniam non hoc est temporaliter regnare in hoc quod est in æternum regnare cũ Deo: ac per hoc existimant ad regna terrena facienda Deũ inclinare: ad regnum uerò cæleste obtinendum Deum non inclinare,quorum uoluerit uoluntates? Sed puto propter regnum cœlorum, non propter regnum terrenum esse dictum, Inclina cor meũ in testimonia tua. Hęc ille. AVCTOR. Conformiter in præsenti Deus Iudæis nunquam defuit, quando uolebant seruare mandata & legalia sacramenta propter regnum terrenum, & commodum temporale, sed multò magis excitat hominum uoluntates, & excitatis,cooperatur ad obtinendum regnum cælorum. Ergo † sacramentis spiritualibus christianorũ Deus nunquam deest: quæ sunt cunctis Christianis ad consequendum salutem per eum publica promissa, & instituta remedia. Maximè cùm,ut dicis, de dominio ciuili capite. 7. Deus non potest dare cuiquam bonum creatum, nisi priùs dederit eidem bonum increatum.

Rabanus.

Sacramẽta

Ioan. 15.

Nota.

Deus omni actioni cõcurrit.

Psal. 148.

August. To. 7.

*indicãdo.

Exod. 25.

Eccles. 2.

Via duæ malæ.

¶NON SEMPER PROPTER MORTALE PECCATUM POTESTAS CONSECRATIONIS SACRAMENTALIS SUSPENDITUR IN PRÆLATO. CAP. III.

SVMMA.

1 *Viæ duæ malæ.*
2 *Peccatum quòd non sit, quicquid à peccatore fit contra Wiclef.*
3 *Deus quòd det, aut præstet alicui dum est in mortali aliquod bonum suum, & non tantùm bonis bona, ostenditur contra Wiclef, & ex Origene.*
4 *Deus quòd omnia det regna.*
5 *Deus quomodo corda hominum quò uult, inclinet.*
6 *Rex, aut Princeps temporalis, etiam malus, quomodo regnet ex dono Dei & quòd non amittat nomen, ius, aut officium pro quolibet mortali. Et quod idẽ sit de Papa episcopo, uel sacerdote.*

INGREDITVR autem iste peruersus prostibulum prędictæ hæresis Madian, in cõspectu totius Israel, duabus uiis, quemadmodũ scriptura dicit, Ecclesiastici secundo. Veh duplici corde, & labiis scelestis,& manibus malè faciẽtibus, peccatorũ terrã ingredientibus duabus uiis. Prima † est via actualis iniustitiæ, & secunda via præscientiæ.

A Quantũ ad primã,secunda parte sermonum sermone. 6. Dicit. Videtur (inquit) primò, q Deus quẽcunq; prælatum,uel uiatorem suspẽdit à suo officio,uel ministerio, quando incidit in mortale. Patet ex hoc, q eo ipso,quo q̃s irretitur mortali,peccat mortaliter q̃quid in hoc fecerit: sed cũ Deus nòn approbat,sed uetat, ut quis peccet mortaliter,patet, q omne talis prælati ministeriũ à domino ,phibetur. Sub hoc assumpto principio, probare conatur secunda parte sermone domini in monte ca. 44. multis uijs, q Deus nõ cooperatur cum tali prælato in celebrãdo sacramenta. Primò: quia cũ fructus huiusmodi sacramenti,qui foret sequi Christum in moribus, longè melior & utilior ecclesiæ,q̃ confectio huiusmodi sacramenti,in pœnam peccati talis prælati dimittitur: quare non inutilior. s. sensibilis ministratio sacramenti? Hæc Witcleff. AVCTOR. Instat ergo ad probandum, q peccator prælatus nõ conficit,quia suspenditur à Deo pp mortale: & hoc à posteriori, q̃a fructus sacramenti non consequitur,qui est sequi Christum in moribus. Quoniam planè sua sponte iam cecidit in hæresim Donatistarum: qui idcirco se ab uniuersali ecclesia præciderunt,& uniuersos ad se uenientes rebaptizabant,dicentes sacrilegum, & profanum mundum baptismum nulli posse præstare: quid iam pugnauimus contra primo dictum, q

2 † q̃quid quisquis fecerit in mortali,peccat mortaliter: cùm clypeus eius potissimus in hac parte sit puerile illud sophisma,Iste scribit cùm naso suo? Sed illud magis tangendum est: quod subsistialiter errat: q prælatus quisquam,aut sacerdos per quodlibet mortale est à sacerdotis officio eo ipso à Deo suspensus. Hanc hæresim planè tenet: hic fugam nullam capere prævalebit. Vnde & conclusio eius inter ter damnatas. 143. est

C Sicut rex princeps, uel dominus tempore, quo est in mortali,non sortitur nomen illius officij nisi nominetenus & satis æquinocè; sic nec Papa,episcopus,uel sacerdos dum lapsus fuerit in mortale. AVCTOR. Quantum † ad primã partem de dominijs temporalibus iam satis armauimus ueritatem in primo uolumine: simul & protosyllogismum eius deprehensimus, quo sibi uidetur insolubiliter hoc probare: quia Deus nõ dat,aut præstat alicui dũ est in mortali aliquod bonum suum,sed dat tantum bonis bona: quã hæresim scriptura ipsa damnauit in terminis. Ecclesiastes. 2. ut ibi habetur per Hugonẽ. Et ORIGENES palàm dicit hanc olim iam fuisse hæresim Iudæorum homilia. 16. super Leuiticum, Videamus (inquiens) quæ sit prima benedictio ijs, q ea,quæ mandantur,impleuerint. Dabo uobis, (inquit) pluuiam in tẽpore suo. Igitur primo ad Iudæos dicamus,& eos, qui simpliciter, uel corporaliter

3

Non quicquid à peccatore fit, peccatũ est. Scribere cũ naso.

Origenes To. 1. in prim. lib. Leuit. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poraliter intelligenda opinantur. Si pluuia hæc tanquam remuneratio pro laboribus datur iis, qui mandata custodiunt, quomodo & ijs qui mandata non seruant, una atque eadem pluuia datur temporibus suis: & uniuersus mundus communibus utitur pluuijs à Deo datis? Pluit enim super iustos, & iniustos. Quòd si iustis & iniustis datur pluuia, non erit eximia remuneratio ijs, qui mãdata seruauerint. Vide ergo, quòd etiam si Iudæi non acquieſcunt uerbis Iesu Christi domini nostri, tu tantùm qui nomine eius cẽseris, & Christianus appellaris, debes ei credere dicenti, quia pater suus cælestis communẽ hanc pluuiam pluit super iustos & iniustos. Et non debes putare, quòd iustis eximiam separauit portionem hanc, quam communem posuit ẽt cum iniustis. Quæramus ergo in scriptura quæ sit pluuia, quę sanctis tantũmodo datur: & de qua mandatur nubibus, ne pluant pluuiã istã super iniustos? Quæ ergo sit pluuia ista, ipse nos Moyses horum legislator edoceat. Ipse enim dicit in Deutero. Attende cælum quæ loquar: audiat terra uerba ex ore meo. Expectetur sicut pluuia eloquium meum. Hæc ille. AVCTOR. Vides ne Iudæos hic increpatos in hæresi: peruersè intelligentes scripturam, interpretabantur eam de pluuia corporali, quòd daretur solis iustis? Et attende, quòd ego nõ subornauerim Origenẽ, qui planè infert Christum dicere: pluuiam dare, & non tantùm illam pluere patrem cælestem super iustos, sed etiam iniustos. Tu autem in fauorem hæresis tuæ: Notanter inquis, dicit Christus pluit super iniustos, non autem dat. Imò dat, dicit Origenes. Nec est pluuia corporalis, nec aliquod bonum corporeum, quod Deus tãtùm iustis reseruat eximiam portionem. Sed exquirens eam Origenes, fugit reputationes tuas, & usurpationes superfluas: & planè fatetur esse solam pluuiam uerbi Dei, & rorem meriti spiritualis, referuans utique hanc hæresim obstinatis Iudæis: non existimans eã inter Christianos posse conferri. Tu (inquit) qui Christianus es, debes credere Christo dicenti: quòd pater suus cælestis communem pluuiam &c. Et ad hoc item est ratio. Nam dyscoli principes quantũlibet usurpent, nihil habent, quod non ab aliquo põtiore accipiant secundum illud Apostoli. Quid habes quod non accepisti? A quo ergo? Nunquid à dæmonibus secundùm idololatrarum perfidiã? Sed ipsi nihil concedere possunt suis cultoribus. Attamen error ille minor esset, quàm dicere, miseros ex seipsis tantùm habere dominia. Si ex Deo sic permittente quòd nõ conferente, adhuc restat quærere cùm ex se non reguent, quo dante regnum accipiunt? Restat omnino dicere, quòd Deo dante, non tamen ut eos remuneret, & tandem beatificet, propter merita, quæ non habent: dicente cum Origene iam suprà concorditer AVGVSTINO de consensu Euangelistarum libro 1. capit. 12. Ita ne istos mores dilexerunt dij hostes suarum ciuitatum fauendo hostibus earum? cùm potiùs nec illas deserendo presserunt, nec ad istos transeundo eos aliquid adiuuerunt: quia † non habent in potestate regnum dare & auferre: sed unus Deus, & uerus hoc agit occulto iudicio: nec cõtinuò beatos facturos, quibus terrenum regnum dederit, nec continuò miseros, quibus ademerit, sed beatos, & miseros propter aliud, & aliunde faciens temporalia regna, atque terrena, quibus uoluerit, & quandiu uoluerit, secundùm prædestinatum ordinem seculorum uel sinendo, uel donando distribuit. Hæc ille. AVCTOR. Deus ergo ipse solus regna distribuit, uel donando sicut Dauidi, Sauli, Cyro, & huiusmodi, quos dominari fecit signanter ex nomine, uel sinendo sicut Cæsari, & cæteris Romanis, quos non expresse uocauit ad regna. Non ita sinendo, ut Deo nolente, uel non tradente, accipiant sibi regna: uel aliquo citra Deum eis donante. Sed sicut Augustinus ibi dicit: siue sinendo, siue donando, Deus semper distribuit. Nam ita ex datione uoluntaria Dei accipit regnum malus ad pœnam, sicut bonus ad gloriam. Ita non uenit Saul reprobus ad regnum sine uoluntate Dei concurrentis & instigantis hominum uoluntates, quem Dominum postea pœnituit statuisse regem: sicut & Dauid, quem inuenit uerum secundùm cor suum: sicut comparat & indicat quantum in ipso erat sanctus AVGVSTINVS libro de correptione & gratia capit. 14. dicens. Non † est itaque dubitandum uoluntati Dei, qui in cælo, & in terra etiam illa, quæ futura sunt, fecit, humanas uoluntates non posse resistere quominus faciat ipse quod uult: quãdoquidem de ipsis hominũ uoluntatibus quod uult, cùm uult facit. Nisi fortè ut ex multis aliqua commemorem: quando Deus uoluit Sauli regnum dare, sic erat in potestate Israelitarum subdere se memorato uiro, siue non subdere, quod utique in eorum positum erat uoluntate, ut etiam Deo ualerent resistere. Qui tamen hoc nõ fecit, nisi per ipsorum hominum uoluntates: sine dubio habens humanorum cordiũ quò placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem. Sic enim scriptum est, Et dimisit Samuel populum. Et abijt unusquisque in locum suum. Et Saul abijt in domum suã in Gabaa. Et abierunt potentes, quorum tetigit Deus corda, cùm Saule. Et filij pestilentes dixerunt, * Quis saluabit nos hic? & inhonorauerunt eum, & non obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus est: nõ iturum

Matth. 6.

4

5

Deute. 32.

C

1. Cor. 4.

Augustin. To. 4.

Deus omnia dat regna.

1. Paral. 11

1. Paral. 12

*abisai

1. Reg. 8.

1. Reg. 9.

1. Reg. 10.

Psal. 88

Act. 13.

Augustin. To. 7.

Deus cuncta hominum quæ uult inclinat.

Regnum omnes ex dono dei.

1. Reg. 11.

1. Reg. 10.

Psal. 88

* Nunquid

iturum fuisse cum Saule quenquam eorum, quorum retigit corda Deus ut irent cũ illo? Aut isse aliquem pestilentium, quorum ut hoc facerent, corda non tetigit? Item de Dauide, quem Deus in regnum successu prosperiore cõstituit, ita legitur. Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur: & dominus erat cum illo. Hoc cùm præmissum fuisset: paulò pòst dictum est: Et spiritus Domini induit * Amasai principem inter. 30. & dixit, Tui sumus Dauid, & tecũ futuri fili Iesse. Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis, quia auxilia tus est tibi Deus. Nunquid iste posset aduersari uoluntati Dei, & nõ potiùs eius facere uoluntatem, qui in eius corde operatus est per spiritũ suum, quo inductus est ut hoc uellet, diceret, & faceret? Item paulò pòst ait eadem scriptura. Omnes hi uiri bellatores dirigentes aciem corde pacifico uenerunt in Hebron, ut cõstituerent David super omnem Israel. Sua uoluntate utique isti constituerunt regem Dauid. Quis non uideat? Quis hoc neget? Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona uoluntate fecerunt corde pacifico: & tamen hoc in eis is egit, qui in cordibus hominum, quod uoluerit, operatur. Propter quod præmisit scriptura, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus omnipotens, qui erat cũ illo, ad duxit istos, ut eum regẽ constituerent. Et quomodo adduxit? Nunquid corporalibus ullis uinculis alligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosque uoluntatibus eorum, quas ipse in eis operatus est, traxit. Si ergo cum uoluerit reges in terra Deus cõstituere, magis habet in potestate uoluntates hominum, quàm ipsi suas: quis alius facit, ut salubris sit correptio, & fiat incorrepti corde correptio ut celesti cõstituatur in regno? Hæc ille. AVCTOR. Videtis quanto passu probet scripturis testantibus Augustinus, quòd æquè Sauli, sicut Dauidi, quamuis alio conatu disposuit regnum, ita uoluntate sua. Excitauitque uoluntates aliorũ per spiritum suum, ut acciperẽt eos in reges. Et ubi magis potest apparere donantibus effectus, q̃ se uoluntarium exhibere, & alios uoluntarios facere? Credamus ergo omnes & singuli Christiani, quòd rex, aut princeps temporalis, etiam malus, regnat ex dono Dei, & per consequens non amittit nomen, ius, aut officium pro quolibet mortali. Sic nec Papa episcopus uel sacerdos sui potestatem ministerij: quia neutra potestas est de necessitate gratuita: sed sicut temporanea pluuia, quam pater cælestis dat iustis & iniustis largiflua manu sua. Et quia ut dixi, hæc positio est utiq; cognata hæresi Donatistarum, recitentur uniuersa motiua, & uidebitis, quàm aptè ipsa congruant Donatistis: nec fuerint ab ipso primò reperta, quæ tam laboriosè, quàm copiosè adnihilat Augustinus, & ibi ut loca petunt subruetur affirmatio eius de præscitis & quibuslibet iniustis: nec seruabimus eis loca distincta, quæ in peruersa conclusione uidentur unita.

1. Paral. 11

C

1

¶RESPONDETVR AD ARGVmentum Witcleff primum, quòd sacramẽtum potest conferri, & esse sine effectu fructus gratiæ saluatoris Ca. IIII.

SVMMA.

1 *Vuitcleff quomodo errat cum donatistis, non distinguens effectum, uel fructum sacramenti, à sacramento.*

2 *Sacramenti, & eius effectus distinctio.*

3 *Sacramẽtũ quid, & quis sit eius fructus. Et quomodo etiam à perditè uiuentibus in ecclesia detur, & accipiatur. &c. contra Vuitcleff.*

B

4 *Deus, quòd sacramentum gratiæ det per malos, ipsam uero gratiam non nisi per seipsum, uel per sanctos suos.*

5 *Sacramento Christi quòd diuina uirtus assistat, sicut ad salutem benè utentium, siue ad perniciem malè utentium.*

PRIMVM igitur motiuum est hoc: quia fructus sacramenti, qui est sequi Christum in moribus, dimittitur: quare ergo non inutilior, scilicet sensibilis ministratio sacramenti? Dubium fuisset mihi à quo dimitteretur fructus huiusmodi sacramenti, nisi quia statim annexuit in pœnã peccati talis prælati, quod mihi uidetur ipsum uelle fructum sacramenti ei dimitti, cui confertur in pœnam peccati peccatoris conferentis: ita ut ipse non fructificet in susceptione sacramenti cui confertur per manum criminosi ministri. Dicitur, q̃ † hic erras cum donatistis: quia effectum, uel fructum sacramenti à sacramento non distinguis. AVGVST. lib. 6. de baptismo contra Donatistas in principio. Poterat (inquit) iam fortasse sufficere, quòd totiens repetitis rationibus, & multipliciter disputando uersatis, atque tractatis, adiunctis etiã scripturarum diuinarum documentis, iam ẽt cordardiores (quantum existimo) intelligunt baptismum Christi nulla peruersitate hominis siue dantis, siue accipientis posse uiolari. Nec ob aliud illis tẽporibus, quando ista q̃stio cõtra utilem consuetudinẽ disputationibus salua charitate atq; unitate altercãtibus discutiebatur, uisum est q̃busdã ẽt egregijs uiris antistitibus Christi, inter quos præcipuè beatus Cyprianus eminebat non esse apud hæreticos, uel schismaticos baptismum

Argumentum primũ Vuitcleff.

Responsio.

Augustin. To. 7. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacramenti & eius effectus diuersitas.

tissimum Christi: misi quia † non distinguebatur A sacramentum ab effectu, uel usu sacramenti. Et quia eius effectus atq; usus in liberatione à peccatis & cordis rectitudine apud hæreticos non inueniebatur, ipsum quoque sacramentum illic non esse putabatur: sed cõuertentibus oculos ad interioris paleæ multitudinem cùm & ij, qui in ipsa unitate peruersi sunt, & perditè uiuunt, appareant remissionem peccatorum nec dare posse, nec habere: quia non malignis, sed bonis filijs dictum est: si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur: habere tamẽ, & dare, & accipere baptismi sacramentum, satis eluxit pastoribus catholicæ ecclesiæ toto orbe diffusæ, per quos postea plenarij Concilij authoritate originalis consuetudo firmata est, ẽt ouẽ, quæ foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus suis foris acceperat, uenientem ad Christianæ unitatis salutem ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à uulnere sanari, characterem tamen in ea dominicum agno B sci potiùs, quàm improbari. Hæc ille. AVCT. Iam audis aliud esse sacramentum, alium effectum, uel secundùm te fructum sacramenti. Sacramẽtum † est, quod præstatur exterius. Fructus eius, uel effectus, rectitudo cordis. Sacramentũ ipsum à perditè uiuentibus in ecclesia datur, & accipitur: & in oue errãte. i. in hæretico, uel schismatico approbatur: ubi rectitudo cordis, aut sequela Christi nulla esse cognoscitur. Et hoc ergo minus per te scilicet sacramentum datur, uel accipitur à ministro, quando quod magis est scilicet fructus, uel effectus sacramenti, non consequitur. Ita ergo definiuit uniuersalis ecclesia per totum orbem: ut negaretur argumentum, quod feceris: quia fructus, & effectus sacramẽti dimittitur, quod est maius: ergo sacramentum minus non præstatur, nec Deus cooperatur. Et uide q̃ C nihil proficis arguendo: fructus miraculi Christi cùm sanaret dæmoniacum, surdum, & mutum, dimitteba ur à conuersione pharisæorum ne sequerentur Christum in moribus: imò suo peccato interpretabantur in malum, dicentes eum in Beelzebub eiecisse dæmonia, ergo multò magis miraculum Christi nullum erat, nec deitas concurrebat ad sic agendum. Item prædicatio Christi non habebat fructum in uolentibus eum lapidare, aut in fratribus suis: de quibus dicitur, fratres eius non credebant in eum: ergo nec Christi prædicatio fuit ulla: nec cooperabatur ipsi Deus, quia non habebat effectum. Quod si aliter est: quare non concurrit Deus cum malo presbytero, aut suscipiente iniusto ad susceptionem sacramenti, quamuis abiit longè, nec concurrat ad effectum gratiæ sacramenti? Vnde AVGVST. lib. 5. de baptis. cap. 21: Sacramentum † (inquit) gratiæ dat Deus per malos: ipsam uerò gratiam nõ nisi per seipsum, uel per sanctos suos: & ideo remissionem peccatorũ uel per seipsum facit, uel per illius columbæ membra, quibus ait. Si cui dimiseritis, dimittentur, si cui tenueritis, tenebuntur. Baptismum uerò, quod est sacramentum remissionis peccatorum: quia nulli dubium est habere posse, etiam homicidas, qui in tenebris sunt usque adhuc: quia de cordibus eorum fraternum odium nõ excluſum est: siue nulla eis peccata dimissa sint, si non mutato in melius cor de baptizati sunt: siue cõtinuò dimissa redierint per seipsum, quia Dei est sanctum esse cognoscimus: & siue tradatur siue accipiatur à talibus, nulla eorum peruersitate uiolari. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si bonus minister baptizet bonũ, præstat indubiè ipsi (quod sine concursu Dei nõ esset) sacramentum gratiæ, & gratiam sacramenti. Si uerò malus minister, & malus accipiens: sacramentum quippe percipit, sed non gratiam sacramenti. Malus uerò minister in baptizato fide li nec gratiam adimit, quia tunc Deus dat per seipsum: nec item malus uiolat sacramentum. Vnde AVGVSTINVS libr. 5. de bap. cap. 8. Non est (inquit) aqua prophana, & adultera, super quam Dei nomen inuocatur, etiam si à prophanis, & adulteris inuocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomẽ adulterum est. Baptismus uerò Christi uerbis Euangelicis consecratus, & per adulteros in adulteris sanctus est: quamuis illi sint impudici, & immundi: quia ipsa sanctitas eius pollui non potest. Et † sacramento suo diuina uirtus assistit, siue ad salutem bene utentiũ, siue ad perniciem malè utentium. Aut uerò solis, uel etiam lucernæ lux cùm per cœnosa diffunditur, nihil inde sordidum contrahit: & baptismus Christi potest cuiusquam sceleribus inquinari? C Si enim ad ipsas res uisibiles, quibus sacramenta tractantur, animum cõferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si autem ad id, quod illas agitur: quis non uideat non posse corrumpi? quamuis homines, per quos agitur, pro suis moribus uel præmia percipiant, uel pœnas luant. Hæc ille. AVCTOR. Iam uidetis Witcleff fuisse sectatorem Donatistarum, & pugilem, eo quòd cum eis propter ministrũ malum, & (sicut ipse dicit) prælatum Cæsareum, diuinum irritat sacramentum. Augustinus e contrario dicit: quòd baptismus Christi nomine cõsecratus, etiam per adulteros, & in adulteris, sanctus est, sanus est, uerus ergo baptismus est. Quòd si locus quæstionis hoc peteret, idem de reliquis sacramentis assereret. Sacramentum confirmationis aut ordinis, uerum est, imò nec minus est per adulterum ministrum, uel in adultero consecrato. Sacramentum eucharistiæ uerum est, uenerabile corpus & sanguis

Matth. 16. 18. 20.

Sacramentum Fructus

Augustin. To. 7

4 lib. 5. de baptis. cap. 21: Sacramentum † (inquit)

Augustin. To. 7

Io. 20.

sanguis Christi consecratus est, uel adultero cõ A secrante, uel adultero communicante. Et quomodo si Deus nõ cooperetur tali ministro: quãuis in uita sua dicat contrarium uitæ Christi: & ideirco tam in ipso quàm in accipiente adultero fructus deficiat gratiæ sacramenti? Si quidem accipiens castus fuerit, iniquitatẽ ministri cautè deuiter: & gratiam integram consequetur. Vnde *Augustin. To. 7* lib. 3. contra Cresconiũ ca. AVGVSTINVS. Cũ ergo (inquit) baptismus Christi, siue per iniquum, siue per iustũ ministratus, nihil aliud sit, quàm baptismus Christi: ab homine cauto, & bono fideli, iniquitas hominis est uitanda, non Dei sacramẽta damnãda. Hæc ille. AVCTOR. Ecce baptismus Christi per malũ quemlibet ministratus, nihil aliud est quã baptismus Christi: ergo ipsum operatur præsentia Christi. Ideò supra dixit, quòd sacramenti sanctitas pollui non potest: sed sacramento suo diuina uirtus assistit, uel ad salutem bene, uel ad pernicie malè utentium. Non ergo desinit Deus cooperari malis consecrantibus, quia nõ est ipsorum proprium, sed Dei, quod consecrant sacramentum.

¶ INFIDELIS SACERDOS NON derogat sacramento. Cap. V.

SVMMA.

1 *Sacerdos infidelis, quòd non deroget sacramento, ostenditur contra Wuitcleff. Augustini auctoritatibus.*

2 *Christus quòd non desinit cooperari qualicunque flagitioso ministro in confectione sacramentorum.*

3 *Spes, quòd in Deo sit ponenda, non in homine.*

4 *Deum bonum sine bono ministro per uenerabile sacramentum influere gratiam suam hominibus, & cooperari etiam odientibus eum ministris, quòd secundùm ecclesiæ fidem omnino sit credendum.*

Aug. Wuitcleff

TERVM instat Witcleff. Videtur multis difficile dicere rationem patẽtem, uel euidẽtiam ex fide scripturæ, quòd oportet Deũ coasistere omni tali prælato infideli, & conficere sacramentum quodlibet, quod simulat se sacrare. Primò quia in alijs operationibus Deus non coasistit, illà opera practicando. Vt licèt unus Cæsareus prælatus dixerit, quòd absoluit à pœna & culpa; & præcipit angelis, ut ducant eum ad paradisum: tamen nec est fides, nec probabile, quòd Deus conficit totaliter, ut falsus satrapa talis fingit. Quare ergo non sic foret in confectione huiusmodi sacramẽti? Adhuc peto. An quia falsè fingit? & tunc si æque falsè conficit, consentio ego tibi: ad neutrum Deus asistit. Aut si falsè fingit, sed uerè conficit, quis fatuus comparationem tuam pessimam non deridet? Quia idem erit, spiritus disciplinæ effugiet fictum, ergo effugiet syncerissimum

mini in monte. AVCTOR. Stuperem ualde audiens, quòd de tam crudis ratiunculis, tã acerba mendacia, & tàm spissa protrahit maledicta: nisi amicum eius Petilianum ingentem & fronto *Petilianus.* sum hæreticum, quem ipse sequitur omni pede, quandoque uidissem, qui sic ex more haberet in libris, maledictis copiosis exercere catholicos, dicens. Quem doces traditor? Quem condemnas traditor? Quem occidis? Postremò quem doces, an quem feceris homicidam? &c. AVGVSTINVS autem aggrediens respondere *Augustin. To. 7.* maledico, sic inquit. Certè proposueras plenè discutere baptismũ trinitatis, & intentos nos multùm feceras: sed (quod facillimum uobis est) q̃ citò ad solita maledicta te uertisti. Hoc reuera copiosè facis. Proponis enim tibi quos uis, in quos inueharis quantum uis: in quàm magna sermonis latitudine: uno breuissimo uerbo, quod dicitur, ꝓba, in arctissimas coarctaris angustias. B Hoc enim dicit tibi semen Abrahæ: in quo cum omnes gentes benedicantur, non curant cum à *Gen. 22* te maledicuntur. Hæc ille lib. 2. contra Perilianũ responsione. * 32. AVCTOR. Optimè pater Augustine, & ego utar hoc consilio contra hunc **cap. 33* aduersarium tuum: & totius seminis Abrahæ. Cũ prælatos, infideles simulatores, falsos satrapas, & fictores appellat, dicam, proba, cum mẽdacia sua fingit demandando angelis, & absoluendo à pœna & culpa, dicam, proba. Sepiùs enim prohibitiones talium in canonicis regulis audire potuerit, exhibitiones nunquam quantum occurrit: & hoc facto, iam argumentum eius plenius solueretur, si saltem de claritudine ueritatis esset si delibus satisfactum. Iam enim suprà monstraui euidenter ex fide, quòd Deus necessariò coasistit presbyteris conficientibus aut consecrantibus, modo quo Christus iussit, & intendit ecclesia. Ipse enim dixit, & facta sunt: sine ipso autem C nihil est factum. Ipse ergo euidenter, & omni rectitudine fidei coasistit his, quæ iussit ad quod libet consecrandum. Ipse enim non simpliciter, sed in grandi præcepto dixit. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos. Ipse præcepit, & dixit: Hoc facite quotiensc unque. Quomodo ergo si aliquotiens non concurrat, potest eius creatus sacerdos baptizare omnes gentes, aut quotiensc ũque facere uiaticum sacramentum? Dicis, quòd non est fides, nec probabile, quòd Deus conficit totaliter ut falsus satrapa talis fingit. Quare ergo non sic foret in confectione huiusmodi sacramẽti? Adhuc peto. An quia falsè fingit? & tunc si æque falsè conficit, consentio ego tibi: ad neutrum Deus asistit. Aut si falsè fingit, sed uerè conficit, quis fatuus comparationem tuam pessimam non deridet? Quia idem erit, spiritus disciplinæ effugiet fictum, ergo effugiet syncerissimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

simum sacramentum, Si intelligis eum falsè fingere, quia falsus est satrapa: & ideo nec hic, nec ibi uera conficit sacramenta: iam hoc est, quod dixi ibi, quòd tu conficeris Donatista. Sic enim in magno Concilio Cecilius dixit à Bilta, ut habet cum AVGVSTINVS lib. 6. de baptismo. Ego (inquiens) unum baptisma in ecclesia sola scio, non apud hæreticos, ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi omnia per mẽdacium aguntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramẽtum interrogat, cuius os, uel uerba cancer emittunt, fidem dat in fidelis, ueniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit Antichristus, benedicit à Deo maledictus, uitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deũ inuocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit alta re sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere. Ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire, & sine baptismo, & uenia delictorum communi care compellitur. Quam rem fratres fugere, ac uitare debemus, & à tanto scelere nos separare.

Augustini. To. 7. cap. 8.

A existentem secundùm Cyprianum & Paulum, si non sit hæreticus, posse conficere uerum baptismum: & tamen omnis talis est scelestus, prophanus, sine fide, sine spe, blasphemus, Antichristus, sacrilegus, antistes diaboli: & si quid peius dicitur, ut ibi probat. Ergo propter illa mala nõ negatur hæreticis, quin uera conferunt sacramenta. Falsum ergo assumpsisti principium mi Witcleff, quòd omnis uir præscitus, aut irretitus mortali peccato sacerdos, est eo ipso à Deo suspensus, ne possit uera sacramenta conferre: & ideò hæreticè conclusisti, quòd Deus totaliter non consistit cum falso satrapa in confectione secũdùm ritum ecclesiæ uenerabilis sacramenti. Iam nõ ultra parcas blasphemis appellationibus: uoca prælatos Cæsareos, falsos satrapas, Antichristos, pseudo Apostolos, sacrilegos, impacatos, dæmoniacos, aut diabolos: quid ecclesiæ & sacramentis? In his omnibus præuenit te à Bilta

B Cecilius. Sit sacerdos Apostolicam intentionẽ habens, & auctoritate scripturæ & uniuersalis Concilij tibi dicit Augustinus; nihil minus uera sacramenta quę confert ad salutẽ nalitura, quãdo charitas aderit susceptu ris. Cuius ratio est, quia Christus est, qui baptizat, aut consecrat intus, etiam si sit malus, & dæmoniacus sacerdos, qui conficit foris: non deserit Christus sacramẽtum, quanuis malum habuerit instrumentum.

1 Augustinus respondet. Quoniam † talis est quis quis etiam intus cõfitetur se nosse Deum, factis autẽ negat, quales sunt auari, inuidi, & qui propter fraternum odium, non meo, sed sancti Ioãnis Apostoli testimonio dicuntur homicidæ, & spem non habent, quia malam conscientiam gerunt, & pfidi sunt, quia non id agunt, quod Deo uouerunt, & mendaces, quia falsa profitentur, & dæmoniaci, quia diabolo, & angelis eius in suo corde præbet locum, & uerba eorum putredinẽ operantur, cum corrumpunt bonos mores per colloquia mala. Et infideles sunt, quoniã quod Deus talibus minatur, irridentur. Et scelerati, quia nefariè uiuunt. Et Antichristi, quia mores eorũ Christo aduersantur. Et à Deo maledicti, quia ubique tales scriptura sancta execratur. Et mortui, quia carent uita iustitiæ. Et impacati, quia

C contrarijs factis cum Dei sermone confligunt. Et blasphemi, quia per eorũ perditos actus nomini Christiano derogatur. Et prophani, quia ab illo Dei sanctuario spiritualiter interiore seclusi sunt. Et sacril gi, quia in seipsis templum Dei malè uiuendo, corrumpunt. Et antistites diaboli, quia fraudi, & auaritiæ, quæ est idololatria, seruiunt. Tales autem nonnullos, imò plurimos, & Apostolus Paulus, & Cyprianus etiam intus esse testantur. Cur ergo isti baptizant? Hæc Augustinus. AVCTOR. Intelligas quid arguit Augustinus. Cecilius arguit, quòd hæreticus nõ confert sacramentum, quia mendax est, quia cancer, quia sceleratus, maledicus, blasphemus, sacrilegus, prophanus, antistes diaboli, Anticluristus: ergo nõ potest baptizare. Augustinus respõdet: suarum, inuidum, & scelestum intra ecclesiam

1. Cor. 15.

Augustini. To. 7. Hieron. Rom. 4.

2 Cooperari † ergo non desinit Christus qualicunque flagitioso ministro. Vnde lib. 3. contra Petilianũ cap. 49. AVGVSTINVS. Dicite, quod dicit ueritas, & catholica ecclesia: quia non solũ cum malus minister est baptismi, uerùm etiam cùm bonus & sanctus est, nõ est in homine spes ponẽda: sed in illo, qui iustificat impium, in quẽ credentibus fides ad iustitiam deputatur. Cùm enim dicimus: Christus baptizat, non uisibili ministerio dicimus: sicut putat, uel putari cupit nos dicere Petilianus: sed occulta gratia, occulta potentia in spiritu sancto: sicut de illo dictum est à Ioanne Baptista: Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Nec sicut Petilianus dicit, iam baptizare cessauit, sed adhuc id agit non ministerio corporis, sed inuisibili opere maiestatis. Quòd enim dicimus, ipse baptizat, non dicimus ipse tenet, & in aqua corpus credẽtium tingit, sed ipse inuisibiliter mundat: & hoc uniuersam prorsus ecclesiam. Neque enim Apostolo Paulo non est credendum qui de illo dixit, Viri diligite uxores uestras, sicut Christus ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitę. Ecce quòd Christus sanctificet: ecce quòd Christus etiam ipso lauacro aquę & uerbo, ubi ministri corporaliter operari uidentur, ipse abluit, ipse mundat. Nemo ergo sibi arroget quod Dei est. Sic est certa spes

Augustini. To. 7. Hieron. Rom. 4.

Ephe. 5.

1. Cor. 3.

Hiere. 17. Iac. 39. Luc. 12.

hominum, cùm in illo fidit, qui fallere non potest: quoniam maledictus omnis, qui spem suam in homine ponit: & Beatus cuius est dominus Deus spes eius. Ipsius namq; dispensator fidelis mercedem accipiet uitam æternã. Dispensator autem infidelis cum cibaria dominica distribuit conseruis: absit ut per suam infidelitatem cibaria inutilia faciat. quoniã quę dicũt (inquit) facite: quæ autẽ faciunt facere nolite. Quod ideo contra malos dispensatores præceptum est, ut bona Dei per ipsos accipiantur. mala autẽ ipsorum uita ex dissimilitudine caueatur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quò tẽdit iste tàm spaciosus texus Augustini, nisi ad probandum Christum inuisibiliter cõsecrare, & in spiritu sancto cooperari quantũ libet flagitioso ministro? quia nõ potest dispensator inutilis per infidelitatem suã cibaria domini inutilia facere. Quomodo ergo suspendit dominus ministrũ cui cooperatur ad

B effectum? Falsum est, mendacium est blasphemũ est. Et utique blasphemũ: quia ad tantum magnificare ministrum, ut sine bonitate eius non sit bonum sacrificium, est habere eum ita necessarium sicut Deum: quia sine ipso neq; Deũ. Et hoc est spem habere in alio, quàm in Deo. Maledictus autem omnis homo, qui in homine ponit spem suam. Et nunquid ita est dicis? Non, sed ideo magis spero in Deo: quia quæro iustum & sanctum ministrum. Iustitia enim & sanctitas non nisi à Deo est. Sed adhuc ibi es cum Cresconio Donatista, qui hoc ipsum respondit. Vnde lib. 3. contra eum cap. 8. AVGVSTINVS. Maledictus

Augustini. Spe in Deo ponere. 3 † homo qui spẽ suam ponit in homine. Quod a me in illa epistola commemoratum cum sit, te intelligére ostendis, ut ideo magis dicas iustum & fidelem, per quem hoc sacramentũ celebretur inquirere, quia spem, & fiduciam Dei, non hominis habes. Dei autem esse fidem atq; iustitiam,

C quam semper in ministris eius attendis. Hoc uerum dicis, quia bonorum omnium nihil habemus, quod non accepimus: & ideo fides, & iustitia nobis à Deo est. Sed cum dicis hanc tibi dominum dare non posse, nisi habeat eam homo, per quem baptizaris, spem profectò ponis in ho

4 mine. Hæc ille. AVCTOR. Omnino † ergo credendum est secundum fidem ecclesiæ: Deum bonum sine bono ministro per uenerabile sacramẽtum influere gratiam suam hominibus: & cooperari etiam odientibus eum ministris, quia semper uerum est illud Apostoli. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementũ dat Deus. Plantet Paulus, nihil est; riget Iudas, nihil est. Solus autem confert uel defert sacramẽto, qui sacramẽtum dat Deus. An dicat Witcleff non præstare Deum semini incrementum, si contingat illud seminari per colonum malum, & con

1. Cor. 3.

uersatione contrarium uitæ Christi? Aut qualiter cooperabitur & concurret Deus ad quodlibet, quod falsus agricultor finxerit seminare? Quod si poterit: quare non potest in sacramento maioris gratiæ concurrere pernicioso ministro? Rogo ne præcipiti capite comparationem damnes, quam fecit Apostolus: & Augustinus eam explanat tractatu super Ioannem. 5. & tertio de Trinitate. Vt habet Beda in collectario super Epistolas Pauli textu co. 1. Corinth. 3. Quid ergo est Apollo? quid uerò Paulus? AVGVSTINVS. Apostolus discernens interius Deum creantem & formantem ab operibus creaturæ, quæ admouentur extrinsecus, & de agricultura similitudinem sumens, ait, Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Ergo in ipsa uita nostra mentem iustificando formare nõ potest nisi Deus: prædicare autem extrinsecus Euãgelium & homines possunt, non solum boni per ueritatem, sed etiam mali per occasionem. Ita creationem rerum uisibilium Deus interius operatur: exteriores autem operationes siue bonorum, siue malorum, uel angelorum, uel hominũ, siue etiam quorumcunque animalium ita rerum naturæ adhibet, in qua creat omnia, quemadmodum terræ agriculturam. * Si fuerit iustus minister, computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro: cũ istis computo iustos ministros, quia iusti ministri gloriam suam non quærunt: ministri enim sunt: pro ducibus haberi nolunt: spem in se poni exhorrescunt: ergo computo cũ Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui uerò fuerit superbus minister, cum diabolo computatur: sed nõ contaminatur donum Christi: quod per illum fluit purum, quod per illũ transit liquidum, uenit ad fertilem terrã. Putat quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre nõ potest: sed & per lapideum canalem transit aqua ad areolas. In canali lapideo nihil generatur, sed hortus plurimum fructũ affert. Spiritualis enim uirtus sacramenti ita est ut lux: & ab illuminandis pura excipitur: & si per immundos transeat, non inquinatur. Hæc Augustinus. AVCTOR. Iam uides (quod suprà dixi) de concursu regulari Dei ad sublunares effectus, bene probare, & euidentiam fidei facere, quia Deus cooperatur cum ministris malis, regulariter gratiam sacramentis. Et igitur infideliter conuinceris dixisse, quòd Deus suspendit omnem principem seculum rem ab actu iure dominandi: & omnem sacerdotem ab officio consecrandi, dum est in mortali. Vel saltem exi de occultis finibus fidei, reproba contra omnem experientiã, quòd Deus suspen-

Hiere. 17.

Tractatu. 5. super Io. 9.

1. Corin. 3.

nota similitudinem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit colonum malum à poteſtate colendi, & eo ipſo, quòd non concurrit cum ipſo ad centuplũ incrementi: nolo cõparationem deſpicias Apoſtoli: nec argumentum irrideas Auguſtini, Ideò adduco mecum diſputatorem illum egregium doctori tuo Creſconio inuehentem. libro. 3. cõtra eundem. * capite ſeptimo. AVGVSTINVS. Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus. Quod ego ex Apoſtolo cùm in meis literis poſuiſſem, ita reſpondere uoluiſti, ut diceres: Dei quidem dare eſt incrementum; ſed ſicut qui plantat, & rigat non niſi colonus fidelis, & diligens quæritur: ſic in ſacramento baptiſmatis non niſi fidelis, & iuſtiſſimus operarius adhibetur. Quaſi uerò quod infidelis colonus plantauerit, propter eius infidelitatem non germinet. Vis ſeminis, & fœcunditas terræ, cęliq; temperies hãc efficaciam diuinitus acceperunt, ut ad propagandos fructus, plantatorem, uel rigatorem operarium tantummodo expectent: qua mente operetur, qua laboret intentione non curent, utrum dominum agri fideliter diligat, an ſua, non illius lucra conquirat. Hæc Auguſtinus. AVCTOR. Ecce non ſuſpendit Deus opificem malum, cum quo concurrit, & cooperatur effectum. Nemo enim aliquem ſuſpendit, uel prohibet facere, cui ſtatim cooperatur & hoc promouet, quod horreſcit. Dat ergo & cooperatur: iuſtus Deus incrementum per colonum peruerſum tritici ſeminati: & ita etiam ſacramentum ſemen conſecrat per medium Antichriſti.

Auguſt. ep. 8. 1. Corint. 3

¶ QVOD SACERDOS INFIDElis fide formata, aut alias fictus, non minus conficit ſacramentum. Cap. VI.

SVMMA.

1 *Fidei error, quòd nihil adimat ſacramentis, cõtra Wiiteleff, ex Auguſtino.*
2 *Hæretici omnes, atq; infideles, quòd baptiſma uerum præſtare poſſint, oſtenditur.*
3 *Fides formata, quæ dicatur. Et quomodo de homi nis charitate ſacramenti pendeat ueritas.*
4 *Deus, quòd ſine fide formata cooperetur infideli miniſtro uſque ad ſpiritus humani ſalutem, figuraliter oſtenditur.*

Argumen. Wiicleff.

ARGVIT item Wiceleff contra regularem Dei cõcurſum in perficiendis ſacramentis prædicto loco de ſermone domini in mõte. Deficiente intentione, & fide, ut contingit in pica, & graculo, Prælatus talis non conficit: quia fides formata ipſi deeſt, per quam Deus cooperaretur cũ tali intentione ſui operis ex ſupplendo. Cùm ergo nec ratio, nec fides ſcripturæ cogit, quòd Deus in tali miniſtro hoc perficit, uidetur quòd hoc non ſit tanquam catholicum ſimpliciter aſſerendum. AVCTOR. Iſte penuria ueritatis inuoluit ſe circulariter uagis uerbis. Primò loquitur de nuda fide, & intentione. Poſtmodùm aſſumit ſibi in robur argumẽti fidem formatam: & tunc informiter ingerit, concludendo abſentiam Dei quòd nihil cum tali miniſtro de ſacramento perficiat. Vt autem ſolidam ponamus contra eius ueruſtias eſcam, qua fidelis cibetur cùm iſta perlegerit, & uitet toxicum in buccellat ſupoſita intentione Chriſti, & eccleſiæ, & fide, quanuis nõ omnino recta rectitudine ſubiecti, ſed obiecti, dicitur, quòd ſacramentũ eccleſiæ ſatis integrũ Deus perficit cũ miniſtro. Nam ex parte ſuſcipientis, quòd † etror fidei nihil adimit ſacramentis AVGVSTINVS docet de unico baptiſmo cap. ij. dicens. Prorſus fieri poteſt, ut aliquorum habeant baptiſmum, & non habeant fidẽ ueram: ſicut fieri poteſt, ut uerum habeãt euãgelium, quòd malè intelligẽdo falſi aliquid credãt de Deo. Nunquid propter ipſam fidei falſitatẽ etiam euangelium, quod apud eos inuenitur, deteſtandum, aut emendandum putabimus? Nec illos Corinthios arbitror, quos in ſchiſmata diſſiluiſſe Paulus redarguit, ueram fidẽ habuiſſe in eo, quod dicebant: Ego ſum Pauli. Hoc enim falſum erat. Veruntamen baptiſmum habebant: ex cuius ueritate, ut iſtam corigerent falſitatem, ab eo ipſo audiunt: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt? aut in nomine Pauli batizati eſtis? Erant illic etiam, qui mortuos reſurgere nõ credebant: & in eo utique nõ ueram tenebant atque habebant fidem: ex eo tamen, quod uerum habebant, quoniam credebant Chriſtum reſurrexiſſe, in quo fuerant baptizati, dat operam Apoſtolus etiam illud curare, in quo eis fides ſana non erat. Hæc ille. AVCTOR. Perpẽde quid dicit fides ſcripturæ ad Corinthios. Dicit eos habere ueru baptiſmũ, qui fidem baptiſmi, aut reſurrectionis ultimæ non habebant: ex eo tamen qđ inerat ſcilicet generali fide Chriſti, fuit quod defuit corrigendum. Idem ẽt libro de baptiſmo contra Donatiſtas. 3. capi. 14. ſic dicit. Nec intereſt cũ de ſacramẽti integritate & ſanctitate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus ſit ille, qui accipit ſacramentũ. Intereſt quidem plurimùm ad ſalutis uiam, ſed ad ſacramẽti quæſtionem nihil intereſt. Fieri enim poteſt, ut homo integrum habeat ſacramentum, & peruerſam fidem: ſicut fieri poteſt, ut integra teneat uerba ſymboli, & tamen nõ rectè credat, ſiue de ipſa trinitate, ſiue de reſurrectione, uel aliquid aliud. Neque enim parua res eſt in ipſa intus catholica tenere integram

Reſi onſeo

Auguſtin. To. 7

integram fidem, ita, ut omnino non de aliqua creatura, ſed de ipſo Deo nihil aliter credat, quàm ueritas habet. Et infrà. Quis autẽ carnalis & animalis homo non per phantaſmata ſui cordis euagetur, & conſtituat ſibi Deum, qualis pro ſuo carnali ſenſu placuerit: atque ita credat tantùm longè aliter, quàm Deus eſt, quantùm à ueritate uanitas differt? Veriſimam quippe ſentẽtiam dixit Apoſtolus plenus lumine ueritatis: 1. Cor. 2. Animalis homo, non percipit ea, quæ ſpiritus Dei ſunt. Et tamen de his hoc dicebat, quos iam fuiſſe baptizatos ipſe manifeſtat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce queſtio fidei eſt impertinens ſacramento. Quòd ſi omnes iſti ſine uera fide uerum habuere baptiſmũ: quomodo hoc, ſi Deus ad hoc agendum non affuit per miniſtrum? Sed dicis: de intentione & fide miniſtri loquitur argumentum: quomodo ſi illa deſit Deus per eum aderit ſacramentis? In eodem capite. 15. reſpon 3 det AVGVSTINVS. Quamobrem † ſi euangelicis uerbis, In nomine patris & filii & ſpiri- B tuſſancti Marcion baptiſmum conſecrabat: integrum erat ſacramentum, quamuis eius fides ſub eiſdem uerbis aliud opinantis, quàm catholica ueritas docet, non eſſet integra, ſed fabuloſis* uanitatibus inquinata. Nam ſub eiſdem uerbis, id eſt, In nomine patris & filii & ſpirituſſancti, non ſolùm Marcion, aut Valentinus, aut Arius, aut Eunomius: ſed ipſi carnales paruuli eccleſiæ, 1. Cor. 3. quibus dicebat Apoſtolus: Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus ſi poſſent ſinguli diligenter interrogari, tot diuerſitates opinionũ fortaſsis quot homines numerarentur. Animalis enim homo nõ percipit quæ 1. Cor. 2. ſunt ſpiritus Dei. Nunquid tamen ideò non integrum ſacramentum accipiunt? Aut nũquid ideò ſi profecerint, & opinionum carnalium uanitatem emendauerint, denuò quod acceperant, repetendum eſt? Accipit qui ſque ſecundùm fidem ſuam: ſed quantum capit gubernante illa Dei miſericordia, de qua præſumens idem Apoſtolus Philip. 4 dicit. Si quid aliter ſapiris, id quoq; uobis Deus reuelabit. Laquei tamen hæreticorũ, & ſchiſmaticorum propterea carnalibus nimium pernicioſi ſunt, quia ipſe* prouectus eorum intercluditur, confirmata ſententia uanitatis aduerſus catholicam ueritatẽ, & cõfirmata animoſitate diſſenſionis aduerſus catholicam pacem. Sacramenta tamẽ ſi eadem ſunt, ubique ſunt integra: & ſi prauè intelliguntur, & diſcordioſe tractantur: ſicut ſcriptura ipſius euangelii ſi eadem ipſa eſt, ubique integra eſt: etiam ſi innumerabili ſalſarum opinionum uarietate aſſeratur. Hæc ille. AVCTOR. Iam habes planè, quomodo Marcion, & Arius, & omnes hæretici infideles præſtiterunt uerum baptiſmum iis, quos lauerunt in nomine patris & filii & ſpirituſſancti. Multò magis, qui intra eccleſiã ſunt paruuli, & aliqua parua fidei opinione lapſa ſcunt. Adhuc arguas, adhuc quæras quid dicas, & picas tuas conſulas, & augureris in graculos. Si columbam euangelicã Io. 1. aſpexiſſes audiens, quoniã hic eſt qui baptizat, abrenuntiaſſes in breui Donato, & Creſconio: nec propter hominum crimina proſcripſiſſes eccleſiæ ſacramenta. Quis tibi miſer dedit audaciam poſt Donatum in uniuerſo orbe damnatũ dicere: quia fides formata deeſt prælato, per quã Deus cooperaretur ipſi: ergo nec ratio, nec fides ſcripturæ cogit, quòd Deus in tali miniſtro hoc perficit? Quid † eſt fides formata, niſi fides Fides formata charitate ueſtita? & ita de charitate hominis pẽdet ueritas ſacramenti: & nõ erit uerum dicere, hic eſt qui baptizat, ſed hi: nec ſpiritus, quem inſufflauit Chriſtus, peccata dimittit his, quibus ipſa dimittuntur: ſed homines in ſocietate charitatis unà ſimul coniuncti. Et Auguſtinum non uideris: quomodo AVGVSTINVS libro. 2. Auguſtin. contra Parmenianum dicit poſt medium, inquiens. Illud ex euangelio, Sicut miſit me pater, & ego mitto uos: & hoc cùm dixiſſet, inſufflauit & dixit: Accipite ſpiritũ ſanctum: ſi cui dimiſeritis Io. 20. peccata dimittẽtur, & ſi cui retinueritis retinebi tur: contra nos eſſet, ut cogeremur fateri ab hominibus hæc non per homines fieri: ſi poſteaquã dixit, & ego mitto uos, ſubiecciſſet continuò, Si cui dimiſeritis peccata dimittentur eis etc. Cùm uero interpoſitum eſt, inſufflauit, & ait illis: Accipite ſpiritum ſanctum: & deinde illatum per eos, uel remiſsionem, uel retentionem fieri peccatorum, ſatis oſtenditur, non ipſos id agere, ſed per ipſos utiq; ſpiritum ſanctũ: ſicut alio loco dicit, Non enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Matth. 10. C patris ueſtri, q loqtur in uobis. Spiritus autẽ ſanctus in eccleſia præpoſito uel miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus non eſt, operetur per eum ſpiritus, & eius mercedem in ſalutem ſempiternam, & eorũ regenerationem, uel ædificationem, qui per eũ ſiue conſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt: quoniã ueriſime ſcriptũ eſt: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: deeſt quidẽ ſaluti eius, ut auferat ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine Sap. 1. intellectu: miniſterium tamẽ eius nõ deſerit, quo per eum ſalutem operetur aliorum. Hæc ille. AVCTOR. Audi iam per non fictum præpoſitum: id eſt, hominem ſanctum ſancto miniſterio reſpõdentem Deum cooperari in ſalutem eorum, qui per eum, uel conſecrantur, uel euangelizantur: & ipſi mercedem perpetuam. Per fictum uerò nihil ipſi ad meritum: ſed propter fictionem, & malitiã, miniſterium tamen eius non deſerit, quo per eum ſalutem operetur aliorum. Ecce iam quod arguebas antè: Deum non coaſa iſtere ipſi ad ſacrar dũ quodlibet

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodlibet quod simulat se sacrare: imò quodlibet dicit Augustinus tuus: si saltem non simulet sacrare seipsum qui fictus iã est, sed aliud quidlibet capax consecrationis diuinæ. Non enim Deus deserit ministerium suum quominus per
4 eum operetur salutem aliorum. Attolle † oculos 1
tuos in mõtes scripturarum, unde tibi ueniat auxilium à Domino: & uide quòd Naaman Syrus adhuc incredulus, manu item infidelis & pagani ministri in carne mundatus est usque ad animæ sanitatem, & hoc non sine cooperante Deo, ergo sine fide formata cooperatur Deus infideli ministro usque ad spiritus humani salutem. Et idcirco Eliseus in persona Dei patris absolutè dixit, Lauare, & mundaberis. Non dixit, Lauate ab aliquo fideli. Et ne forte hoc fuit in figuram baptismi nostri? Ergo in uero baptismo Christi Deus cooperatur etiam cum præposito infideli. Patet euidentia fidei ista per hoc medium, quòd Deus non intimius assistit figuræ, quàm ueritati, nec imbecillius operatur. Item Deus coope- B
Io.11. rabatur Caiphæ infideli pontifici ad prophetiã: unde accelerabatur mors Christi in salutem credentium, & multa huiusmodi.

Aduerte figuram. Psal.121. 4.Reg.4.

¶QVOD CELEBRATIO SACRAmentorum est opus ordinati. Cap. VII.

SVMMA.

1 *Sacramentorũ celebratio, quòd ordinati sit opus, non laici contra Vuitcleff.*
2 *Numa Pompilius, quomodo uoluerit sua prophana sacramenta sic publicare, ut passim tractarentur a uulgo.*
3 *Laicus & sacerdos diuersi.*
4 *Firmianus de muliere sacerdotem agente.*
5 *Fideles in primitiua ecclesia recensentur. Et quomodo ex his nullus sacramenta contulerit, præter presbyteros.*
6 *Sacramentum ordinis ab Augustino commemoratur & baptismi. Et qui possint illa conferre.*
7 *Baptizare quòd non liceat laico citra necessitatem.*

Argu. Vuitcleff.

ITEM sic arguit Witeleff incredulus de cooperatione Dei in sacramentis ecclesiæ, Si (inquit) Deus non cooperatur laico quantumcunque fideli, & deuoto, conficiendo huiusmodi sacramentum, quæ ratio necessitaret, quòd Deus necessariò cõficit cum peiore? Nec ualet excusatio, quòd hoc fit, ne ecclesia seducatur: quia hoc cõtingit, & est uerisimile, quia propter peccatum hypocritæ consentientis peccato talis prælati, est rationabile apud Deum, quòd populus taliter seducatur. Et ad idem uadit textus scripturæ, & dictum Gregorij super illud Iob. 34. Qui regnare Iob.34.
facit hypocritam propter peccatum populi. Hæc Witcleff ibi in sermone domini in monte. AVCTOR. Mira † deductio, si 1 eius non coope- Solut.
retur deuoto laico ad conficiendum sacramentum, quomodo cooperetur cum peiore presbyteros, id est, si laicus deuotus non potest celebrare missam, quomodo presbyter indeuotus? Et idem erit, si deuotus presbyter non potest contrahere matrimonium cum femina: quomodo deuotus laicus potest hoc cooperante Deo? uel
Io.1. si uero Israelitę Nathanaeli nõ cooperatur Deus ad apostolatus officium: quæ ratio necessitaret concurrere cum peiore Iuda ad opus Apostolicum? Sed hoc agit Deus, ut malitia patefaceret stoliditatem auctoris, & innata proteruia ruditatem. Nescio tamen, an si ruditas mentis hoc fecit, an iniuratio, ut sic ulnam irrogaret sacramentis iniuriam Christianis. Primò quia dicit ministrationem sacramentorum esse opus laicale: per quod populus in signis Iudaicis communiter est deceptus capite 20. de officio pastorali. Et in hoc lib. prætactio capite præ cedente, dicit: Credat fidelis in dominum Iesum Christum, & baptizetur à laico, & est in uia sufficienti ueniendi ad patriam: cum Christus, qui mentiri nõ potuit, dicat Marci ultimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. AV-
2 CTOR. Ecce † paganus rex Numa Pompilius Numa.
noluit sic publicare sacramenta sua prophana, ut passim tractarentur à uulgo. cunctis paganis hoc nõ licuit. Et dominus in lege ueteri pro san- Deut. 17.
guine pecudum immolando tantam reuerentiã indixit sacerdotibus, quãtã inuictis regibus sub mortalis interminatione supplicij indixit. Et quid est laicus nescio, nisi forte differentiam sta Laicus
tuas uel modo tuo identifices laicum sacerdoti: Laicus &
C sacerdos di-
uersi.
sicut magister tuus olim fecit Petilianus, dicens
3 laicum Timotheum. At † contra eiusdem lib. 2.
respõsione. 106. AVGVSTINVS. Erras (inquit) ut dicitur, toto cælo per superbiam, dum non uis communicare orbi terræ per humilitatem. Nam neque hoc laico dictum est: & nescis quemadmodum hoc dictum sit ad Timotheum. Augustin. To.7
Apostolus enim cũ scriberet hoc, monebat eundem: cui alio loco dicit, Noli contemnere gratiam, quæ in te est, per impositionem manuum presbyteri. Et multis aliis documentis ostenditur, quòd nõ erat laicus. Hæc Augustinus. AVCT. 1. Timo.
Sufficit ergo pro præsenti, quòd ecclesiastici moris est alium laicum dicere, & non eundem, sed alium sacerdotem. Quod si ita est, quid uratet arguere, Deus non cooperatur deuoto laico ad exercitium sacramẽti: ergo nec indeuoto presbytero:

sbytero: nisi quòd irritare uelit officium, cui ni- A
hil operis æstimat reseruatum? Quid mihi cum officio sacerdotis, si nihil fuerit potestatis? Cuncti laici prædicent, ipsi missas celebrent, ipsi baptizent: quia iam est ministratio sacramentorũ opus laicale: etiam fortè opus fœmineum: & ita uerum erit, quòd ordo, sexus, ætas, conditio, nullo hic gaudet priuilegio: nihil plùs sacerdos, quã laicus, aut laica præstat, aut efficit per ecclesiæ sacramenta: & ita passim cunctis licet quod sanctum est. Et adhuc Donatistis magnis hæreticis hoc turpe fuit auditu, quod est Witcleuistis pro cis honestum. Vnde pro inconuenienti maximo hoc catholicis obiecerunt, sicut attestatur contra Cresconium libro. 2. cap. 30. AVGVSTIAugu. To.7
NVS dicens. Adhuc pergis, & dicis, quòd causam nostram non probaui: faciamus, & quodam modo nos esse peccatores fateamur: quemadmodum nobis obijcitur ius baptismatis, qua no bis licentia uendicemus? Non de merito actuũ. B
Nuita imo
erratia tra-
ctamus.
Non de * uno sententiam detractamus: sed cuique licere dicimus. Attende certè ex his, quæ dicta sunt, non cuique licere nos dicere, sed ei pœnam esse, qui sanctum tractat illicitè: & eum esse corrigendum, non sanctum, quòd illicitè tradat, illicitè rescindendum. Sicut homines non legitimè lege utentes, corrigi uolumus: non ipsam legem irritam dicimus: sicut DE I testamentum illicitè per os suum assumentem reprehendimus: non ipsum testamentum negamus, aut scindimus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Augustinus hoc imputatum ab hæreticis tanquàm turpe reiecit: quòd scilicet ministrare sacramentum baptismi cunctis liceret, quia solis sanctis non licuit. Verumtamen quia ianua salutis est, à quibus datum est, non reijcitur: sed tamen propter hoc non à cunctis dari debuit: sed ex istorum ausu quod sequitur antiquorum patrum tempore horror erat audiri, sicut inter Epistolas Cypriani ad ipsum Cyprianum Epistola continet FIRPsal.49
Firmianus
De muliere
sacerdotem
agente.
C
MIANI circa medium sic scribentis, Quædam
4 † mulier in extasi constituta, cùm prophetem se præferret, & quasi spiritu sancto plena sic ageret. Ita autem principalium dæmonum impetu ferebatur, ut per longum tempus sollicitaret, & deciperet fraternitatem, ut mirabilia quædam, & portentosa perficiens, etiam mouere se terrã polliceretur. Sequitur. Atque illa mulier, quæ prius per præstigias, & fallacias dæmonis multos ad deceptionem fidelium mouebat, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, ut & inuocatione non contemptibili sanctificare se panem & eucharistiam se facere simularet, & sacrificium domino cũ soli- 5
to sacramento precationis offerret: baptizaret quoq; multos, ulitata, & legitima uerba interro gationis usurpans, ut nihil discrepare ab ecclesiastica regula uideretur. Quid ergo de huiusmodi baptismo, quo nequissimus per mulierem baptizauit? Hæc ille. AVCTOR. Si enim Witcleff catholicè dixit, hæc mulier arreptitia usurpans sacra mysteria, quid ergo mali fecit? Putas displiceret ista ipsi, an potius placuisset, & fuisset pro auctrice magna dogmatis pestilentis? Cuius itẽ typo à sectatoribus suis instituebatur quædam iuuencula filia cuiusdam coriarij in ciuitate Lon- Iuuenis
doniarum, quæ coram eis missas publicas in uul quadã hæ-
retica publi-
ce missas
celebrabat.
gari anglico celebrabat, ut tunc tempore regis Richardi secundi fama personuit, & usque nunc durat. Procul hæc à ritu Christi fidelium: quæ itẽ à mundi exordio, non solùm sanctis, sed prophanissimis gentibus sunt indigna memoriæ. Numera temporum status, & in lege naturæ non passim quilibet, sed primogenitus erat sacerdos: cui prærogatiua sacrificandi Deo soli licebat. Exo.
Nume. 17.
Vide statum legis, & magna Dei diligentia per pulcherrimum uirgæ florem ex omnibus tribus Leui præeligitur, sanctificatur, remuneratur, & in honoris culmine collocatur: ita ut intra templum omnia sacra sola pertractet, & nullam de eis alienæ tribui deferat potestatem. Quid iam pro statu gratiæ circa sacramenta ministranda putamus Christus auctor instituit, aut apostoli successores? Apostolis audio dictum, & eorum habentibus commissam potestatem, Ite, docete Matth. 28.
omnes gentes, baptizantes eos. &c. Et item. Ac- Ioan. 20.
cipite spiritum sanctum, quorum remiseritis. Matth. 16.
&c. Et item. Hoc facite quotiensçunque sumitis. & cætera similia. An putas quia in his uerbis non solos sacerdotes in apostolis intellexit, sed cunctos fideles ingressuros ecclesiam? Sit inter ecclesiam Christi & te, iudex, executio facti, interpres semper uerissima sensus uerbi. Petrus, Iacobus, Andreas, & cæteri Apostoli: item Iudas Scarioth baptizasse leguntur. Nicodemus quan C
quam fidelis, aut Nathanael, cui dolus non erat, baptizasse non leguntur. Beata uirgo mater domini, aut aliæ mulieres, quæ cum domino circuibant ministrantes ei, ut uxor Chusæ, aut alius quilibet, uel quælibet præter discipulos domini sacramentum tunc temporis nulli leguntur contulisse, aut uerbum domini publicè prædicasse. Vide in actibus Apostolorum, uide ipsorum Epistolas, ultra discipulos, quos Christus instituit, nullus baptizauit, aut manus cuiquam imposuit præter presbyterum ad hoc primitus institutum. * Priscilla † & Aquila fideles * prisca
erant, Andronicus * & Iulia: Apelles & Pro- *iunia
bus, Philologus & Iulia, Nereus & soror eius Fideles in
primitiua.
Olympia. Quis istorum aliquem scit exercitatum fuisse in sacramentorum collatione? nisi fortè, quòd administrandum astitit aliquid ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma. 16. Hieron. To. 9.

imuando presbyterum: quod hucusque laicis licet, & tunc licuit fœminis: sicut Febes soror Apostoli putabatur implesse ministerium diaconissæ: sicut exponit locum illum Hieronymus ad Romanos ultimo. Et sic etiam priuatim potuit fœmina docere per domos. Solennis autem Sacramentorum exhibitio cunctis laicis præcludebatur per totum hoc tempus: quo tamen ecclesia maiori fuit angustata penuria ministrorum. Quòd si liceret ex institutione diuina singulis, non tunc uacaret à laicis, & reseruaretur presbyteris. Idcirco ab institutione Christi sciamus in his præferri presbyteros, & eorum esse muneris, & proprium potestatis. Vnde AVGVSTINVS quasi pro regula habet hoc libro primo de baptismo contra Donatistas sic dicens. Non tamen dici fas est, non datum esse quod datum est: aut ut non hoc dedisse quisquam calumnietur: eum hoc dedisse quod acceperat cõfitemur. Sacramentum enim baptismi est quod habet qui baptizatur: & sacramentum dandi baptismi est, quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit: sic etiam ordinatus si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismum non amittit. Nulli enim sacramento iniuria facienda est. Hæc ille. AVCTOR. Duo

Augu. To. 7 cap. 1.

Sacramentum ordinis.

6 †ecce sacramenta commemorat, baptismi, & ordinis. Sacramentum baptismi habet baptizatus, nec amittit: sacramentum dandi baptismi non quilibet baptizatus: sed ordinatus habet, nec amittit cùm recedit. Sed nec per hoc excludo laicis potestatem baptizandi, si necessitas fuerit. Sed ubi necessitas non imminet, præfero ordinatum. Et omnino interdico, nè usurpet laicus potestatem, prout ab Apostolis traditum tenet tota per orbem ecclesia: & Augustinus recitat libro secundo contra Parmenianum

Augusti. To. 7. *Lap 13.

C *circa tertiam partem, sic dicens. Si laicus aliqua pereuntis necessitate compulsus dederit, quod cùm ipse acciperet quod dandum esset, addidicit, nescio an quisquam pie dixerit esse repetendum. Quod †nulla cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est. Si autem necessitas urgeat, aut nullum, aut ueniale delictũ est. Sed & si nulla necessitate usurpetur, & à quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non potest dici non datum, quanuis recte possit dici illicitè datum. Illicitam ergo usurpationem corrigit reminiscẽtis, & pœnitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad pœnam usurpatoris quod datum est: uel eius, qui illicitè dedit, uel eius, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur. Hæc ille. AVCTOR. Planè ecce dicit Augustinus, quòd si laicus sine necessitate periculi det baptismum, alieni iam usurpat muneris potestatem: & si non pœniteat, manebit ad pœnam. Ideo Donatistæ hæretici non audebant ad tantum distendere hæresim suam, quoniam habebant pro inconuenienti magno committere laicis non ordinatis ministerium sacramentorum. Quod supposuit eis, cùm disputaret libro tertio de baptismo contra Donatistas. AVGVSTINVS. Nam si non nisi in ecclesia præpositis, & euangelica lege, ac dominica ordinatione fundatis licet baptizare, nunquid tales erant, qui fundos insidiosis fraudibus rapiebant, & usuris multiplicantibus fœnus augebãt? Arbitror enim, q̃ illi dominica ordinatione fundati sunt, q̃bus, cũ formam daret Apostolus, ait, Non auarum, nõ turpilucrum. Tamen tales ipsius Cypriani tẽporibus baptizabant, quos coepiscopos suos fuisse cũ magno gemitu cõfitetur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce iã est Augustinus in tuo casu: Deus nõ cooperatur cũ laico quædã

Augusti. To. 7. cap. 19.

Ad Tit. 1. Timo. 3.

B sacramenta uolente recõferre, q̃a solis ordinatis, & ecclesiæ præpositis hoc licet. Pete ab eo, quæ ratio necessitat, q̃ Deus conficiat cũ peiore, raptore putà, aut fœneratore ppósito, utrunque est ab eo datum, pete alterius rationem.

¶QVOD DEVS CONFICIT CVM malo ministro, ne ecclesia seducatur. Cap. VIII.

SVMMA.

1 Deus, quòd concurrat malis ministris, ne ecclesia seducatur.

2 Sacerdoti malo quòd astet Deus in sacramenti ministratione, ne ecclesia seducatur.

3 Sacramentum gratiæ, & gratia sacramenti quomodo ualde inter se distent, & quòd sine alterutris esse possint.

4 Sacramenti ministratio quòd non semper sit uniformis, & uniuoca cum ministro, ostenditur.

QVANTVM ergo dictum sit ad hoc, q̃ ministratio sacramentorum non est opus laicale, maximè illorum, quorũ necessitas non postulat laicos, sed est opus sacerdotale, & cum eo Deus conficit, quãuis peior sit, destituens laicum meliorem. Sed quid infert, attendamus. Nec ualet excusatio, q̃ hoc fit, ne ecclesia seducatur: quia hoc contingit, & est uerisimile, quòd propter peccatum populus taliter seducatur, sed in grandi populo nõ omnes congaudent hypocritæ. Nunquid propter malos fallet Deus electos, ne concurrat, præstans gratiam sacramentis? Tu dicis excusationẽ non ualere, sed CHRYSOSTOMVS dicit eam ualidam, & adducit eam super Ioannẽ

Chrysost. To. 3.

Moralium

Concurrit malis ministris Deus, ne ecclesia seducatur.

1 Moralium. 85. in fine hom. dicens. Hæc dico †nõ acceptans eos, qui sacerdotium indignè dispensant, sed miserans, & lachrymans. Non tamẽ pp hoc aio iustum esse ab ijs, qui principatui subijciũtur, iudicari: * Et si uita eorum ualde detracta bilis fuerit. Tu uerò si tibi ipsi attẽderis, nullo læderis in his, quæ commissa sunt ei à Deo. Si, n. p asinam uocem emitti fecit: & si per uatem bene dictiones spirituales elargitus est: & in rationabiliore, & immunda lingua Balaam agens propter eos scilicet Madianitas offendens Iudæos, multò magis propter uos, qui deuoti estis; & si ualde mali sunt sacerdotes, quæ eius sunt, omnia operabitur Deus, & mitter Spiritum sanctum. Neq; enim qui mundus est, à propria attrahit spiritus

*Esi malo, & ultimè uiuant. Nu. 22.

2. Cor. 3.

munditia, sed gratia est, quæ totũ operatur. Omnia enim, ait, propter uos, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, quæ enim commissa sunt sacerdoti Dei, solùm est donari: & quantacunque humana præuenerit sapientia, minor quàm gratia illa apparet. Sequitur. Et quid dico sacerdotes? Neque angelus, neque archangelus operari quid potest in eis, quæ data sunt à Deo, sed pater, & filius, & Spiritus sanctus omnia dispensant. Sacerdos autem suam mutuatur linguam, & suã tribuit manum. Etenim neq; iustum esset propter alterius malitiam in notas nostræ salutis eos, qui fidei aduenient, noceri. Hæc igitur uniuersa uidẽtes, & Deum timeamus, & sacerdotes eius honorabiliter habeamus, omnem eis præbentes honorem. Hæc ille. AVCTOR. Quàm copiosè probauit Chrysostomus sacramenta ecclesiæ, quæ sunt maximè Dei opera, non posse peruerti, uel abesse propter malitiam alicuius. Quia diuina sunt communia nobis opera salutis, in quæ non posset Spiritus quisquam cæleſtis: nec tamen sunt propria sacerdotis, sed Trinitatis magnificæ, ad quæ sacerdos manum exponit, & linguam. Et ideò concludit non esse iustum propter alterius malitiam noceri debere salutis nostræ signaculis. Hic intendens, quòd propter iustitiam personalem non debet rei communi pluribus derogari: sicut propter uitium unius hominis non limitur infici communis humanitas. Neque quia uirginitas unius est temerata, idcirco tota uirginitas communis est corrupta; imò una seruata, uirginitas est salua. Et ego dico omnibus uiatoribus corruptis ex impossibili per accidens per mortale, sacramenta CHRISTI sunt integra, quia Dei dona sunt, & non hominum, sed pro hominibus constituta. Et sic

2 approbatur excusatio nostra per Chrysostomũ, quòd † Deus astat sacerdoti malo in ministratione sacramenti, ne ecclesia seducatur. Et ò quàm mirabilis Deus, qui ita permittit cæcari hæreticum sua malitia, quousque adducat pro se, q̃d

A contra se plana fronte decertat. Ad idem (inquit Witcleff) uadit textus scripturæ, & dictũ Gregorij, qui regnare facit hypocritã pp peccata populi. Ad quid uadit textus iste? ad hoc, q̃d propter peccatum prælati in exhibitione sacramenti cõtingit seductio populi. Cõbinentur ergo simul p batio, & assumptum. Populus seducitur in sacramentis p peccatũ prælati: quia Deus facit regnare hypocritam pp peccata populi. O malè prouisse, peccatũ populi est in causã quare Deus regnare facit hypocritam: suam ergo, & non prælati culpã accuset in causam. Et GREGORIVS ibidem. Nimirũ sua culpa fuit peruerli recto ris subiacere ditioni. Culpã ergo proprij operis magis accuset, q̃ iniustitiam gubernantis. Scriptum nanq; est, Dabo tibi reges in furore meo. Quid ergo illos nobis præsse despicimus, quorum super nos regimen ex domini furore suscipimus? Hæc ille. AVCTOR. Ad hoc ergo probandum uadit textus ille, & dictum Gregorij, q̃ regimen prælati damnum sentit ex peccato populi. Tu autem econtrariò conaris asserere gra

Iob. 34.

Gregorius. lib. 25. mo. ca. 14. To. 2.

B uem iacturam populi propter peccatum hypocritizantis prælati. Sic sæpe cõmonui. Attendant diligenter fideles huius hæretici probamentis in scripturis patrum dictis, & rationibus seductiuis. Nusquã enim uerè sunt, & uerè procedunt. Nec tamen intendo dicere, quin sit aliquando uita pastoris detrimentum plebi, sicut ibi subdit. GREGORIVS, nõ autem ex dato illius textus, dicens, Certum uerè est, quòd ita sibi inuicem, & rectorum merita connectuntur, & plebium: ut sæpe ex culpa pastorum, deterior fiat uita plebeium: & sæpe ex merito plebium, mutetur uita pastorum. Hæc ille. AVCT. Verum est, quòd uita ex uita inficitur per consensum. Sed quid hoc ad sacramentum? Chrisostomus dixit suprà. Et si uita sacerdotum ualde detractabilis fuerit,

Gregorius.

C tu uerò non læderis in ijs, quæ commissa sunt ei à DEO. Vitam habet unusquisque malam à se, sacramenta tantùm à DEO. Sacramenta fidem respiciunt, uita mores. Multùm ergo distant mores peruersi prelati, & sacramenta fidei. Quia † item ualde distant, & sine alterutris esse possunt sacramentum gratiæ, & gratia sacramẽti: & potest Deus ad sacramentum concurrere propter fidem, & non causare gratiam propter culpam. Quemadmodum in Nazareth sacramẽtũ uerbi euangelici Christus usq; ad multorũ admirationẽ edocuit, & tamen præter q̃ in paucis infirmis nullam uirtutis imaginem ibi fecit. Tunc enim fuit gratia curationum effectus fidei acceptæ, sicut gratia fidei effectus uerbi. Iustè ergo gratia sanitatum priuatus est populus, quia fructum in eis fidei non protulit eorum faciente proteruia, uerbum gratiæ Saluatoris. Sicut er-

3 Sacramentum gratiæ & Gratia sacramẽti.

Luc. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

go uerbum Christi fuit uerbum sacramenti sine effectu gratiæ populi,& per hoc sine effectu miraculi. Ita potest esse sacramentum uerum Eucharistiæ,uel baptismi, sine gratia baptizati, uel communicati,& econtrario. In signum ueri sacramenti si peccator conficiat,quia est uerum sacramentum,bonis proderit ad salutem:ipsi quia usurpauit,ad pœnam. Sicut uerbum euangelij præsumenti ad pœnam, audienti benigne ualet ad meritum. Vnde contra Cresconium libro. 2. cap. 37.* AVGVSTINVS Sicut iste prædicator si ius sibi prædicandi testamenti diuini usurpauerit,sibi nihil prodest,audientibus autem, & facientibus, nō ipse,sed quod prædicat,prodest. Ita & ille,qui ius baptismatis sibi usurpare non debuit,sibi nocet,qui bonum malè usurpauit, nō ei,qui bonum bene perçepit.Hæc ille. AVCT. Præter hæc tamen notandum existimo iam dicē dum,cp̄ non semper uniformis est, & utilioca sacramenti ministratio cum ministro. Imò quāuis minister adulter sit,uel ancilla,potest tamen per medium sacramentum propagatus finis esse proles legitima. Et item ministro existente uiro legitimo, & sponso ecclesiæ, potest sine culpa eius per medium sacramētum propagari spuriū mtulamen. Ita ergo uir hypocrita, non generat omnes hypocritas,etiam consentientes, uel propter unitate pacis tolerantes hypocritam: & multos forsan generabit hypocritas per media sacramēta legitima,qui sibi nec consentiunt moribus,neque tanene. Sed cùm mali filij euangelizantur à pijs ministris,uel imbuuntur ministerijs,tunc,dicit Augustinus,Rebecca eos parit,sicut Esau. Si autem per pastores non castos pessimi generantur, tunc Sara quidem eos generat, scilicet per Agar. Item spirituales à carnalibus initiati pastoribus,Rachele faciente,prodeunt per ancillam. Spirituales autē,& boni filij, à bonis pastoribus procreati,sicut ex Sara per Isaac, uel ex Lia per Iacob fideliter renascuntur. Libro primo contra Donatistas,ca. 16. AVGVSTINVS:Quæ peperit Abel,& Enoch,& Noe, & Abrahā ipsa peperit Moysen,& prophetas& quæ istos, ipsa & Apostolos,& martyres nostros, & oēs Christianos. Sequitur. Itē quę peperit Cain,& Cham, & Ismaelem,& Esau,eadem ipsa peperit & Datan,& alios in eodē populo similes:& quæ istos, eadem ipsa & Iudam pseudo Apostolum, & Simonem Magum,& cæteros usque ad hæc tempora pseudo Christianos, in affectione animali pertinaciter obduratos:Et infrà. Sed cùm tales à spiritualibus euangelizantur,& sacramētis imbuuntur,tanquam per seipsam Rebecca eos parit,sicut Esau. Cùm autem per illos, qui non castè annuntiant Euangelium,tales in Dei populo generantur,Sara quidem,sed per Agar parit. Itē

Augustin. To. 7. *29

Ministratio non uniformis.

Gene. 25.

Gene. 16. Gene. 36.

Augu. To. 7 Gene. 4. 5. & 11. Exo. 2.

Nume. 16. Luc. 6.

Act. 4.

Philip. 1.

boni spirituales,quādo euangelizantibus, & baptizantibus carnalibus generantur,Lia quidem, uel Rachel iure coniugali eos, sed per ancillarē uterum parit. Cùm uerò per spirituales in Euangelio generantur boni fideles, sicut ex utero Saræ Isaac,uel Rebeccæ Iacob in nouam uitam, & nouum testamentum nascuntur. Hæc ille. AVCTOR. Quòd ergo populus aliquis seducatur, non argui statim debet ex uerisimili culpa pastoris, quamuis hoc interdum eueniat, sicut topicè refert Chrysostomus:Sicut nec bonus filius statim arguit,cp pastor est bonus,hoc posito, quòd subditus sit de ijs, qui audiunt corde bono, & optimo:quæ dicunt uobis, facite: pastor autem eum iis,qui dicunt,& non faciunt.

Matth. 15 Matth. 15

¶QVOD ORATIONES MALORUM sacerdotum non faciunt, quin Deus adsit consecrationibus sacramentorum. Cap. IX.

SVMMA.

1 *Orationes malorum,quòd non obstent sacramentis,ostenditur.*
2 *Sacerdos uerus ut quisque sit,quid requiratur.*
3 *Oratio in cuiuslibet polluti sacerdotis ore reperta ex euangelicis uerbis transumpta,& euangelicis mysterijs adaptata, quod non debeat dici blasphema,contra Vuitcleff.*
4 *Sacramenta Dei propter hominum uitia uiolans, quomodo semper errat,ut Vuitcleff.*
5 *Sacramentis Dei,quòd nihil obsint hominum malorum mores,quo illi,uel omnino non sint,uel minùs sancta sint,sed ipsis malis hominibus.*
Intercessor sine gratia.
Deus quomodo peccatorem audiat.
Deus quòd indubitanter, & omni fide concurrat ad sacramenti confectionem, quæ sine euangelicis uerbis nusquam est,siue fidelis conficeret,siue hæreticus.&c.

SIMILITER, inquit, ualde iustus,propter indignitatem personæ, pro qua oratur,communiter non auditur:quę ergo euidētia necessitandi Deum, ad audiendū sacerdotē reprobū,mediante oratione blasphema taliter deprecātis? Hæc Witcleff, ubi suprà de sermone dñi in monte. AVCTOR. Iā † uult orationes malorum esse in cā, quare Deus nō cooperetur regulariter sacramētis:si tū assumptū nō erranter æquiuocet ab inducto. Noli declinare ab orationibus,quibus in mysterijs utimur inuocando. Nec te lcuiter transferas ad deprecationes,& instantias personales. Et q̄dem in sacramentali oratione duo inuocantur instāter, Ipsa,scilicet sacramenti, & salus eius, cui sacramento-

Oratio malorum obstant sacramentis

1

cramentum porrigitur. Sacerdos uerò reprobus propter improbitatem suam ueritati sacramenti non derogat,quāuis propter indignitatem forsitan utriusq;, salutem eius spiritualem non adiuuat. Sed sciendum esset,cur orationem blasphemam appellas,quam tota per orbē ecclesia uerbis euangelicis cōformatam,aut approbat, aut ipsa prouidit in cælestium mysteriorum traditione solenni. O linguam maledicā, O blasphemum discipulum,& docilem magistri cui Petiliani,quem priùs audisti sic dicere, & delectatus es scribere,quod dictauit: sicut contra eundem libro. 2. responsione. 29. eum recitat AVGVSTINVS. Petilianus dixit. Aut si quisquā carmina sacerdotis memoriter teneat,nunquid inde sacerdos est, quòd ore sacrilego carmen publicat sacerdotis? Et Augustinus respondet. Vt̄. n. fit quisque uerus sacerdos,oportet ut non solùm sacramento,sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est,Sacerdotes tui induantur iustitia. Qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit Caiphas Pontifex persecutor unius & ueris simi sacerdotis,quanuis ipse non sit uerax:quod tamen dat,uerum est,si nō det suum,sed Dei: sicut de ipso Caipha dictum est. Hoc autem non à se dixit,sed cùm esset Pontifex,prophetauit. Et tamen ut eo quoque simili utar, quod ipse posuisti,si audias ab aliquo uel prophano precem sacerdotis,uerbis,mysteriisque euangelicis conformatam,nunquid potes ei dicere, Non est uera,quāuis ipse non solùm uerus non sit, sed etiā malus sacerdos sit? Cū Apostolus Paulus quoddam testimonium uerum esse dixerit Cretensis, nescio cuius prophetæ, qui inter prophetas Dei non computabatur. ait enim, Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces,malæ bestiæ,uentres pigri. testimonium hoc uerum est. Si ergo Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonio,quia uerū cōperit,etiam ipsi attestatus est,cur nos apud quēlibet inuenerimus,quod Christi est, & uerū est: etiam si ille,apud quem inuenitur, peruersus, & fallax est,non discernimus uitium, quod homo habet,& ueritatem,quam non suam,sed Dei habet,& dicimus,sacramentum hoc uerum est, sicut ille ait testimonium hoc uerum est? Nunqd ideò dicimus,etiam ipse homo uerax est: quia dicimus hoc sacramentum uerum est? sicut & Apostolus nunquid ideò prophetam illum inter prophetas Dei computauit: quia quod in eo uerum inuenit, uerum etiam firmauit? Hæc ille. AVCTOR. Ecce miser homuncio, ecce Donatistæ germinis surculæ rediuiuæ. Oratio † ex euangelicis uerbis transsumpta, & euangelicis mysterijs adaptata in cuiuslibet polluti sacerdotis ore reperta,nunquā debuit dici blasphema:si cut nec catholicus quisquā euangelicū uolumen maledictū appellat, nec Euangeliū ipsum dicit blasphemum,uel hæreticū,quādo in ore,uel manibus Witcleuistæ turpissimi est cōpertū. Apostolus honorauit uerbum Ethnici: & tu blasphemum pronuntias uerbū Dei:quia in ore repertū est(ut dicis) reprobi sacerdotis? Nec rantū ideò orationē sanctā contaminas, sed propter malū sacerdotē uiolas,imò adnihilas sacramentū. Vnde. AVGVSTI. Vos(inqt) necesse est, ut semp erretis,quādiu pp hominū uitia Dei sacramēta uiolatis,aut uos pp Dei sacramenta, quæ in uos uiolare ēt uestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Hæc ille. AVCT. Audi,quos Augustinus alloquitur,Vos ꝓ uōs Witcleuistę,uos Donatistæ necesse est ut semper erretis, quādiu pp hominum uitia Dei sacramenta uiolatis. Hominis uitium est,cp sacerdos est reprobus. Sed nunquid ideò sacramentū Dei iustè uiolasti? etiā impunè dixisti orationē eius blasphemam? Scio,sacerdos est non uerus,pp uitium, sed uerè tamen est sacerdos pp ordinē,& ueram,& sacram orationem fundit,quia euangelicā:& uerū sacramē tū cælesti uirtute conficit,quia diuinū. Sicut Caiphas prophanus fuit propter uitiū, & inde non uerus:uerè tamē Pontifex erat pp euangelicum testimoniū:& uerā non blasphemā, cooperante uirtute cælesti,edidit propheriam, quia diuinā. Iam arguas,quod dixisti. Ecce nō iustus,sed ualde iniustus Caiphas pro indigno fauore Iudaici populi loquitur prophetiā. Nunquid sine diuino concursu? Quæ ergo ratio necessitandi Deū ad audiendum, & inuandū sacerdotem reprobum, mediāte prophetia blasphema, sic loquentis maximè,ut Deus generaliter sic concurrat, dicente Euangelio, Cùm esset Pontifex anni illius? Et econtrariò, non tantū ualde, sed maximè iustus Christus pp indignitatē populi Nazareni, populi,quem docuit uerbū Dei, nō audiebatur ut faceret eis generaliter sanitatē: nunquid iō uerbū eius nō fuit uerū Dei uerbū, quia nō audiebatur ad salutem? Et nunquid ideo habuit Deū minus assistentem sibi,tā quo ad uerbi sacramentum, q̄ quo ad salutis effectū? Ita est nō minus Dei sacramentū, cui necessariò Deus adest per orationē sacrā inuocatus uerē, nō ueri, sed reprobi sacerdotis. Vnde idē AVGVST. cōtra Petilianū lib. 2. respō. 47. sic scribitur. Memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorū hominum,quō illa,uel omnino nō sint,uel minus sancta sint,sed ipsis malis hominibus,ut hęc habeāt ad testimoniū dānationis,nō ad adiutoriū sanitatis. Hæc ille. AVCT. Ecce mores malorū hominū nihil obsunt sacramentis, quo uel omnino nō sint,uel minus sancta sint. Nihil ergo minus cooperabitur Deus sacramētis ꝓpter mores malo

Oratio'qua blasphema.

Petilianus.

Aug. To. 7. cap. 30.

2

Psal. 131.

Io. 11. & 18.

Ad Tit. 1.

3

Aug. To. 7. cap. 47. 1. q. 1. c. Dominus. Nocent hic malis sacerdotes.

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum hominum. Imò, dicis, secundum Gregoriũ, Deus magis iratus, plùs odit hominem, pro quo talis reprobus deprecatur. Falsum dicis de Gregorio. Sed & si ita diceret, hoc contra malum hominem esset, nihil adhuc cõtra sacramentum, super quo talis sacerdos reprobus deprecatur. Veruntamen quod GREGORIVS dicit, est. Gregorius To.2. 6 10. ca. Pastoralium. Cuncti, † inquit, liquidò nouimus, quia cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desiderijs terrenis astringitur, caueat ne districti iram iudicis grauiùs accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis author ruinæ. Hæc ille. AVCTOR Irati, inquit, animus ad deteriora prouocatur. Nõ dicit cõtra eũ, pro quo interceditur. Nec dicit, quòd Deus sic magis sibi irascitur, nec cõtra sacramẽta prouocatur. Et quod posteà consuluit, astrictũ terrenis desiderijs, ut caueat, ne iudicis irã accendat: hoc utique consuluit, ne fiat subditis auctor ruinæ, delectatus loco gloriæ, non contra bonas preces orantis, uel contra diuina sacramẽta propter absentiã cooperationis diuinæ. Sicut & Balaam reprobus minister erat, propter quẽ tamen non magis irascebatur Deus populo, imò cui Deus magis attendebat, & fauebat, ut parceret populo: sicut deducit AVGVST. 2. contra Parmenianum. 8. Cum certum, inquit, sit, quòd peccatorem Deus audit: quod quidẽ inuenit in scripturis: Balaam propheta nõ de populo Iesu, sed alienigena, conductus ab inimico, ut populo Dei malediceret, conuersus à domino ad benedicendum est. Cuius uerba omnia bene imprecãtis audimus, & legimus: & cum aliud haberet in uoto uerba tamen precantis & bona sunt, & pro populo exaudiuntur à domino. Vnde nimirum est, si uerba bona, quæ pro populo dicuntur in precibus, & si à malis dicantur episcopis, exaudire tamen, nõ pro peruersitate præpositorum, sed 7 pro deuotione populorum. Veruntamen † quod scriptum est in euangelio, Deus peccatorem nõ audit, sed si quis Deum colit, & uoluntatem eius facit, hunc Deus exaudit: non à domino dictum est, sed ab illo, qui oculos corporis iam quidem restitutos habebat, sed ei oculi cordis nondum 8 patebãt. Vnde ipsum dominum adhuc prophetã putabat: nam cum posteà cognitum Dei filium adorauit. Ipse autem dominus cùm in uno templo orarent Pharisæus, & Publicanus, confitentem peccatorem peccata sua magis iustificatum dicit, q̃ Pharisæum iactantẽ merita. Cui similes isti sunt: quanq̃ n. iustificatus desiterit esse peccator, tñ ut iustificaretur peccator, orabat, & peccata cõfitebatur, & exauditus iustificatus est ut desineret esse peccator. Non utiq; desineret esse peccator, nisi prius exaudiretur peccator.

Augustin. To.7.

Num. 23

Deus quomodo peccatorem audiat.

Ioan. 9.

Luc. 18.

A Quãobrẽ nõ quidẽ oẽm peccatorẽ exaudire, sed tñ non omnem peccatorẽ non exaudire ueritas testis est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce peccatorem Deus exaudit, & preces dictas à malis episcopis, sicut & reprobi Balaam, & miseri Publicani: non pro peruersitate episcoporum, sed pro deuotione populorum. Vtrobique ergo uerum est, quod Augustinus dicit, Sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, sed ipsis malis hominibus, uel scilicet malis orantibus, uel ministris, ut hæc habeant ad testimonium damnationis, nõ ad adiutorium sanitatis: quemadmodum Iudas uerum sacramentum Eucharistiæ: & Samaritani uerbum prædicationis Euangelicæ. Sequitur. Est multis euidens, cùm talis Vuitcleff. uir duplex animo, atque manifestus hæreticus effundit orationes hypocriticas pro populo, licèt sit bonus, non prodest illi populo per orationẽ huiusmodi, sed plùs obest. Hæc Witcleff. B AVCTOR. Idem sæpe frustrà resumit, quæ nunquam probat. Oportet tamen respondere resumptis, ne fortè laqueus alicubi tensus, capiat innocentes. Orationes, inquit, uiri hæretici, non prosunt, sed magis obsunt populo, quãtis bono. Et sancta ecclesia dicit, quòd nec eius dicta, nec mala facta bonis obsunt, si malis non consentiant. Sed quia dicis, Vir duplex animo effundit orationes hypocriticas. Si orationes illæ errorum uerba contineant, & peccator forsan imperitus non intelligit, nescio an orationem talem dicis hypocriticã, aut si manifestus hæreticus sit, qui orat, & uel orationes ecclesiæ iuxta uerba euangelica constitutas effundit, uel scienter orationes fundit hæretim continentes, uel solum, quia non castus est, sed corruptus orator. Breuiter transeuntes dicimus, quòd ubi intentio comitatur ecclesiasticæ formæ, nec hæresis, nec corruptio nitæ nocet pijs populis, uel in se, uel in sacramentis edendis. Vnde lib. 6. contra Donatistas, responsione. 16. ca. 25. AVGVSTINVS, Sedatus à* Tuburbo dixit. In quantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum hæretico sermone uelut cancere infecta cumulant peccata. At Augustinus. Huic respondetur, quia † si non sanctificatur aqua, cũ aliqua erroris uerba per imperitiam peccator effundit: multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur quotidiè, si doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur contra catholicam fidem. Nunquid si manifestetur aliquos baptizatos, cùm illæ preces dictæ super aquam fuissent, iubebuntur denuò baptizari? Quid ita? quia plerunque precis uitiũ superat precãtis affectus: & quia certa illa uerba euangelica, sine q̃bus non potest baptisma consecrari

Nota.

C

Responsio Augustini. To.7. *Tuburbo

bo

secrari, tantum ualent, ut per illa sic euacuentur A quæcunque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur. Quemadmodũ dæmonium Christi nomine excluditur. Nam utique hæreticus si offerat precem uitiosam, nec bonũ habeat charitatis affectum, quo possit illa imperitia superari: afferat etiam aliquam precem, in qua loquatur cõtra regulam fidei: multi quippe irruunt in preces, non solùm ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorãtiæ simplicitatem, non eas ualentes discernere, utuntur eis, arbitrantes quòd bonæ sunt: non tamen quod in eis peruersum est, euacuat illa, quæ ibi recta sunt, sed ab eis potiùs euacuatur. Sequitur. Si autem malus est ipse, atque peruersus, si precem integram dicat, & nulla ex parte fidei catholicæ aduersam, non ideò ille rectus est, quia illa recta est. Et si in aliquibus peruersam precem asserat, Deus adest uerbis euangelicis suis, sine quibus baptismus Christi consecrari non potest: & B ipse sanctificat sacramentum suum ut homini, siue anteq̃ baptizetur, siue cũ baptizatur, siue posteà quandoq; ueraciter ad se cõuersus idipsum ualeat ad salutẽ, quod ad perniciẽ, nisi conuertetur, ualeret. Hæc ille. AVCT. Nihil omittit Augustinus, quod tibi responderi iam debuit. Sit manifestus hæreticus, sit uir duplex animo, effundat orationes hypocriticas, uitiosas, erroneas contra doctrinam fidei ecclesiæ factas, non euacuant uirtutem uerbi euangelici, quo minus effectum habeat sacramentum. Imò illud sufficit ex uirtute sua omne nociuum abigere in prece mala contentum. Et quod omnino ponderis est, Deus, inquit, adest uerbis euangelicis, sine quibus baptismus Christi cõsecrari non potest. Deus ergo indubitanter, & omni fide concurrit ad sacramenti confectionem, quæ sine euangelicis uerbis nusquam est, siue fidelis cõsecret, siue hæreticus, & hoc prece blasphema, ut tu dicis, uel uitiosa, & contra ecclesiæ fidem dictata uerbalia oratione catholica. Ipse enim qui dixit, Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus, ipse est, qui nec permittit descendere auem in terrã sine patre suo, quanto magis nec deuoram plebem ascendere ad sublimia sacramenta sine cælesti patre concurrente. dixit enim, Sine me nihil potestis facere.

Matth. 28.

Ioan. 15.

¶ QVOD DEVS VLTRA MERItum, & dignitatem orantis audit eum maximè tradentem diuina. Cap. X.

SVMMA.

1 *Deus, quòd ultra meritum, & dignitatem orantis audiat eum, maximè cùm tradit diuina, contra Vuitcleff.*

2 *Homo, quòd nullo modo possit esse, uel dici dignus salute, quæ ex Deo est, dignitate, quæ ex meritis est, sed sola dignitate Dei uocantis.*

3 *Dona sua, quòd in nobis coronet Deus, non merita nostra.*

4 *Voluntas Dei, quòd in omni sancto opere sit prior, posterior liberi arbitrij.*

5 *Gratia quòd detur, non uerò reddatur.*

6 *Equitis, & equi per Augustinum ad liberum arbitrium & gratiam comparatio.*

VARE ergo necessitaretur ad audiendum orationem huiusmodi traditoris fallacis: cũ sine oratione Deus facit secundum dignitatem personæ? Witeleff in eo loco. AVCTOR. Quare necessitatur Deus dignificare istam personam ad gloriam propter merita sua, cùm antequàm esset digna ex meritis, Deus prædestinauit eam ad eundem gradum gloriæ, & ad hoc præstandum, necessitatur Deus absolute? Num quid sine tali significatione Deus facit, sicut prædistinauit facere illi personæ? scio, dices, quòd non. Assumpto cõcesso, quare non: ita tibi dicet ecclesia Christi, quòd sine oratione tali Deus non sic faciet. Sed re uera non est hæc simplex illatio, imò cõtra orationes acerrimè pugnat. Sed de hoc superest tractare loco suo inter sacramentalia, præstante Deo. Hæc tamen uerba prædicta contra orationes sacramentales fidelium facerdotum scripsit ante eum magister eius Petilianus Donatista, cùm blasphemaret in ecclesiam, ut recitat AVGVSTINVS eundem contra se, lib. 2. responsione. 53. cap. 53. sic scribẽs Petilianus dixit, si precem domino facitis, aut funditis orationem, nihil uobis penitus prodest: uestras enim debiles preces cruenta uestra conC scientia uacuat, quia dominus Deus magis purã conscientiam, quàm preces exaudit, domino Christo dicente, Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Voluntas itaque Dei bona est. Hæc ille. AVCTOR. Ergo non est nouum, quod Witeleff iam furés dixit, quod traditores uocat orthodoxos presbyteros, sicut idem etiam Petilianus sæpe uocauit. Idem responsione. 35. respõdit. Traditores quidẽ nõ solũ nõ probatis, sed nec patres uestri patres nostros probare potuerũt. Et infrà. Quia secũdũ apostolicã uocem unusquisque nostrum proprium onus portabit: nec ille raptor noster est, nec uester est, quotquot non estis raptores, nec quispiam traditor, aut noster, aut uester est, quotquot non sumus traditores. Et ideò nos catholici sumus, qui secundum istam sententiam non deserimus unitatem: uos uerò hæretici, qui propter

Argumentum Vuitcleff.

Responsio.

Augustin. To.7.

Augusti. cap. 30.

Gal. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter quorundam hominum crimina, seu uera, seu falsa non uultis tenere cum Abrahæ semine charitatem. Hæc ille. AVCTOR. Interrumperem nimis integritatem scribendi, si semper disgredi uellem, quando possem ostendere calumniosa uerba, & motiua, & fugas, & inuectiones eius in priori hæreticorum antiquitate compertas. Penè nihil habet de suo, quod facit ingenium: & penè nullum dimittit errorem ante dànatum. Ita secundùm Psalmistam, Omnis iniquitas oppilabit os suum. Nam uidere potestis, quia non suffecit ipsi hæresis Donatistarum in euacuando sacramenta ecclesiæ, & fidem cõcussus CHRISTI propter hominum demerita: idcirco uolat super pennas uentorum usque in hæresim Pelagianorum, dignificãs homines per propria merita. Attende quid dixit, Sine oratione Deus facit secundùm dignitatẽ personæ. Exponit hoc latiùs infrà, dicens, Et cùm oportet omnia hæc dona à DEO procedere, & non est medium ad impetrandum à DEO in hoc adiutorium, nisi uel ex dignitate populi, uel ex dignitate huiusmodi sacerdotis: uidetur, quòd necesse est perturbationem gratiæ, charitatisque carentiam in populo residere. Hæc Witeleff. AVCTOR. Nec instet Witeleuista termino dignitas, quia magister eius intelligit ibi dignitatem ex humanis meritis in officio pastorali, cap. 20. Quæcunque oratio uiatoris non proderit nisi si 3
bi incognitè de quanto DEVS acceptat meritũ sic orantis. Hæc Witeleff. AVCTOR. Sed 1
† quid igitur facit DEVS ex pura gratia, si non prodest cuiquam, nisi secundũ merita sua? Apostolus dixit ad Romanos. 11. Si autem gratia, iã non ex operibus, alioquin gratia iam nõ est gratia. Tu autem dicis non esse medium ad impetrandum aliquid à Deo, nisi ex dignitate hominis, & merito sic orantis. Nulla ergo gratia subuenit, ubi opera gratiam, non gratia opera præuenit. Alioquin gratia iam non est gratia, dixit Apostolus, si quomodo sit ex meritis. Ideo AVGVSTINVS secundo libro Retractationum cap. 57. commemorat se dixisse libro quodam de. 6. quæstionibus contra Paganos expositis, quæstione. 2. in hæc uerba. Salus religionis huius, per quam solam uera salus ut raciter promittur, nulli unquam defuit, qui dignus fuit, & cui defuit, dignus non fuit. Non ita dixi tanquam ex meritis suis quisque dignus fuerit: sed quemadmodum, ait Apostolus, non ex operibus, sed ex uocante dictum esse, maior seruiet minori. Quam uocationem ad Dei propositum asserit pertinere. Vnde item dixit, Scimus quia diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum uocati sunt sancti. de qua uocatione ait, Vt dignos suos habeat uocatione sua sancta. Hæc ibi. AVCTOR. Hoc 2. Tim.
† ergo recitare duxi pro regula Christianæ loquutionis de dignitate hominis penes Deum, quia nullo modo potest homo esse, uel dici dignus salute, quæ ex Deo est, dignitate, quæ ex meritis est, sed sola dignitate Dei uocãtis. Quomodo ergo non est homini medium ad impetrandum à Deo adiutorium in confessione sacramenti, nisi ex dignitate populi, uel ex dignitate huiusmodi sacerdotis: quia oratio non proderit, nisi Deus accepret meritum sic oranris? Falsum est, hæreticum est. Quid habes, quod nõ acceperis? Nihil ergo est tui meriti, sed ab illo accepti. Vnde si coronat te Deus post labores, non tua merita, sed facta ita que sua coronat, sicut Psalmista dicit, In misericordia, & miserationibus. Vbi AVGVSTINVS super Psalmum. 102. sic ait. Iam fortè quasi arrogans esse ceperas, cum audires, coronat te: ergo magnus fuisti, ergo luctatus fuisti, cuius uiribus? Tuis, sed ab illo subministratis. Nam luctaris, manifestũ est: & ideò coronaberis, quia uinces: sed uide qs prior uicerit: uide quis te faciat etiam secundò uictorem. Ego, inquit, uici seculum, gaude te. Et unde gaudeamus, si ille uicit seculum, quasi nos uicerimus? Ita planè gaudeamus, quia nos uicimus. Qui enim in nobis uicti sumus, in illo uincimus: ergo coronat te, quia dona sua coronat, 3
non merita tua. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † coronat Deus, sed non merita tua, coronat autem non nisi in misericordia, & miserationibus: ergo sola, & pura dona sua coronat: & quia non merita tua, ideò ex gratia. Et subiungit ibi de Apostolo AVGVSTINVS. Plùs omnibus illis laboraui, Apostolus ait, sed uide quid adiunxit, Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et C
post labores omnes expectat ipsam coronam, & dicit, Bonum agonem certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. De cætero superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex. Quare? quia agonem certaui. Quare? quia cursum consummaui. Quare? quia fidem seruaui. Vnde certasti? unde seruasti? non autem ego, sed gratia Dei mecum. Ergo & quòd coronaris, illius misericordia coronaris. Hæc ille. AVCTOR. Ista fides est, ista spes catholica contra Pelagianos hæreticos dignificantes homines ex meritis proprijs, etiam ante gratiam Dei, sicut iam Witeleff facit consequenter catenans errorem errori. Nullum bonum suum temporale, uel spirituale potest Deus dare, uel præstare existenti in peccato mortali. Hoc docet omni corde, ut in alio uoluminе tactũ est. Cùm ergo potestas consecrandi sit aliquod magnum, & diuinum bonum: nulli potest hoc dare, uel præ 1
stare, nisi existenti in gratia. Ideò si sit bonum spirituale,

Psal. 106.

Psal. 67.

Vuitcleff.

Ro. 11.

Ro. 9.

Ro. 8.

Dignitas.

Psal. 102. Aug. To. 8.

Deus coronat nobis Dei

Augustin.

Vuitcleff.

spirituale, confert secum gratiam. Si autem bonum temporale, præsupponit gratiam in sumente: quia ut dicit in de domimio ciuili, ca. 7. Deus nulli dat bonum creatum, nisi prius det sibi bonum increatum, scilicet gratiam: & sic oratio nihil confert, quia nisi fuerit dignus ex præuia gratia, nihil orando consequitur. Fateor autem me sustinere potuisse affirmatiuam talem. Quòd si populus fuerit dignus, uel sacerdos, Deus aderit sacramẽtis: uel Deus bene acceptat meritum sic orantis. Sed quando per negatiuam omne aliud medium adiuuandi excluſit, & solã dignitatem sacerdotis admisit, uel populi ad obtinendum adiutorium, adeò ægrè tuli, quòd gratiam Dei præuenientem excluſit, quæ nos blasphemos, & reos gehẽnæ prius inuenit: & de peccatorum uoragine euocat, euocatos conuertit, conuersos dignificat. Et quis post peccatum surgit, nisi per gratiam euocantem? Hoc est ergo ante omnia merita nostra primum beneficium Saluatoris, excitare per gratiam. Cui largitur B
Deus istam primam gratiamẽ homini iam iustificato, an adhoc peccatis detento? Si secundum, ergo Deus dat peccatori, & inimico suo optimum bonum suum, quia gratiam. Si primum, non ergo omnes, qui peccauerunt, egent gratia Dei, secundum fidem Apostoli ad Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Et ibi pòst. Vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi, quia homo iustus factus est, & dignus ex meritis gratia illa prima: & hæc fuit hæresis Iudæorum, de qua loquitur AVGVSTINVS in libro intitulato super quasdam propositiones Apostoli ad Romanos, dicens, Hoc autem exemplum quibusdam Iudæis obiectum est, qui Christo * crediderunt, & de operibus ante gratiam gloriabantur, & dicebant se ipsam euangelij gratiam per sua bona opera præcedentia meruisse, cùm bona opera in nullo esse possent, nisi C
qui acceperit gratiam. Est autem gratia, ut uocatio peccatori * prærogetur, cùm eius merita nõ nisi ad damnationem* præcesserunt. Quòd si uocatus uocantem secutus fuerit, quod est iam in libero arbitrio, merebitur & Spiritumsanctum, per quem bona possit operari: in quo permanens quod nihilominùs est in libero arbitrio, merebitur etiam uitam æternam, quæ nulla possit labe corrumpi. Hæc ille. AVGTOR. Ecce uocatio diuina gratia est, quam nulla merita præcedunt, nisi ad pœnam. Sed meritum uiatoris adest ei per hoc, quòd applicat se uocanti per liberum arbitrium, & sic potest mereri gratiam, & Spiritumsanctum. Et idẽ AVGVSTINVS 4
in hypognosticon lib. tertio. In † omni, inquit, 6
opere sancto prior uoluntas Dei, posterior libe

Respondeo.

Ro. 3.

Aug. To. 4. prop. 60.

* credidерant

* prorogetur * præcesserint

Aug. To. 7. Voluntas Dei prior.

Ro. 11. Gratia datur, non redditur.

Aug. To. 7.

Ro. 8.

Eques, & equus. Aug. li. 3. To. 7. circa mediũ lib.

ri arbitrij, id est, operatur Deus, & cooperatur homo. Quòd si dicas, ut dicere consueristi, quia ego prior nolui, uoluit Deus: iam meritum facis, ut gratia ex operibus iam non sit gratia, sed merces: & hoc loco redargnit te Apostolus, dicens, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia † igitur donatur, non redditur: quia si redderetur, quasi ex debito, non ab Apostolo ex gratia, sed ex operibus, diceretur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce hæc est prima uocantis gratia, de qua hic loquitur, quæ ex uoluntate Dei donatur ante motum liberi arbitrij. Necessariò ergo ante omnem gratiã iustificantem: quia qui fecit te sine te, non te iustificat sine te. Hæc ergo gratia à Deo donatur, iniquo, & mortali peccato detento, quod tu uitas ut toxicum. Et qualiter Deus prior excitat per gratiam ad capiendum indulgentiam peccatorum: ita quoque in alijs Deus prior excitat mentes fidelium ad sic orandum, & sic operandum. Cui excitationi quasi expergefacta mens humana quandoque applaudit per liberum arbitrium, & tunc causatur meritum. Vnde in eodẽ hypognosticon AVGVSTINVS. Oportet, (inquit) ea orare pœnitentem, quæ ad eius emũdationem expediunt, quod ut faciat unde sit, audi. Similiter autem ait Apostolus, Et spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis (id est, postulare facit) nos gemitibus inenarrabilibus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ultò Witeleff iste processus Augustini, quòd Spiritussanctus præuenit nos in orando, faciens nos orare quod prosit, nõ autem ex meritis nostris, sed ex gratia præueniente omne meritum nostrum. Falsum ergo errore Pelagiano infectũ, dixit Witeleff. Oratio uiatoris non proderit, nisi sibi incognitè, secundum quòd Deus acceptat meritum sic orantis. Falsum est, quia ante acceptationem talis meriti ipse excitat ad orandum, ut possit mereri sic acceptari. Quia quòd spiritus sic adiuuat infirmitatem nostram in orando, principium est operis: quòd autem iste orãs sic mereatur, liberi arbitrij est cooperantis effectus. Meliùs ergo, & item Christianiùs dixisset iste, quòd auxilium nullum habemus in orationibus sacramentalibus ad aliquid impetrandum à Deo, nisi per gratiam Dei: sicut ait Apostolus, Et omnis dignitas siue populi, siue sacerdotis, etiam si per gratiam uocantis, uel cooperantis Dei sit quædam dignitas, tamen totum diuinæ gratiæ debet attribui, ut qui gloriatur, in domino glorietur ad modum illum, quo dici solet, Eques iste cucurrit triginta millia hodie, quia equũ, cui insedit, tot currere fecerit. Sicut † in eodem hypognosticon opere comparans gratiam sessori,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sessori,& liberum arbitrium, uel hominẽ equo, A dicit Augustinus. Sicut ergo homo sedens in iumento,cùm peregerit iter,quod incessit, dicit, Feci hodie utputà triginta millia,cùm ille sedens in iumento cucurrit triginta millia.Sed nõ ea cucurrisset,nisi à sessore tam directus in uia,quàm gubernatus fuisset. Rectè ergo sessor quasi gratia in figura dicit, feci triginta millia.Ipse enim fecit,qui iumentum facere fecit:cùm utrisque labor itineris imputetur.Ita gratia,& liberum arbitrium peragit sine dubio iter fidei, dum Dei Christianus facit præcepta:sed nõ,ut suprà dixi, Aug.To.7 sine gratia dirigente uel gubernante.Hæc,ille. Et super quasdam propositiones ad Roma. propo.21.Quod autẽ ait, Ei autem,qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secũdùm debitum,dixit, quemadmodum homines hominibus reddant mercedem. Nam Deus per gratiam dedit, quia peccatoribus dedit per B fidem, ut iustè uiuerent, ideſt,ut bene operarentur. Quod ergo bene operamur iam accepta 1 gratia,nõ nobis,sed illi tribuendum est, qui per gratiam iustificauit.Nam si debitam mercedem uellet reddere,pœnam redderet, debitam peccatoribus.Hęc Augustinus. AVCTOR. Sic si secundùm dignitatem solius sacerdotis,uel populi deberet Deus adiutorium suum impẽdere,pœnam,non gratiam redderet eis condignam pro mercede.Quòd si ex pratia eos dicas dignos,ergo secundùm fidem Apostoli ipsam Dei gratiã potissimum ponc medium impetrandi, cùm gratia sessor,homo est iumẽtum, & sessori debetur nomen laboris,qui ex utrisque perficitur.Ita totum Dei gratiæ tribuendum est, quod eius est, & liberi arbitrij cooperatione perfectum.

¶QVOD CHRISTVS SINE SANctitate conscientiæ sacerdotis conficit sacramentum. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Ministri sanctitas,& eiusdem malitia, quòd nihil conferat,adimat,uel deroget substantiæ sacramenti,ostenditur.*

2 *Deus quòd nõ dicatur cogi, nec proprie necessitari,ut putabant hæretici.*

3 *Christi assumptio à diabolo in sanctam ciuitatem, quòd nõ ex imbecillitate fuerit domini,sed de inimici superbia,qui uoluntatem Saluatoris necessitatem putat.*

4 *Augustini ad argumenta Petiliani Donatistæ(dicentis,quòd ministri sanctitas simpliciter requiratur ad Dei præsentiã in sacramẽtis)responsio.*

5 *Anastasij Papæ rescriptum ad Anastasium Imperatorem pro ministratione sacramentorum per Achatium hæreticum.*

Petilianus quòd falsum sibi finxerit principium, cui Vuiteleff innititur,scilicet, quòd cõscientia sanctè dantis attendatur, &c. Augustini uerbis ostenditur.

GENERALIS color,quo instaurat sibi motiua contra regularem concursum Dei ad sacramentorum cofectionem,semper assumitur de nita reproba ministrorum: pro qua uidetur sibi euidenter cõcludere subtractionem diuinæ præsentiæ sacramentis.Et ideò inchoat semper rationem facere à prælatis Cæsareis,mẽdosis episcopis,prælatis infidelibus,falsè fingentibus, sacerdote reprobo,& hypocrita, uiro duplici, & manifesto hæretico,& similibus:quasi hoc assumptum sufficienter euacuet sacramentum. Ne igitur simpliciter istа legentes in hoc Donatistarũ laqueo capiantur,quem ipse tendens intẽdit: ponamus propositionẽ,quam protestatur ecclesia directè oppositam:Quòd † sanctitas ministri nihil confert,& malitia eius econtrario nihil adimit, uel derogat substantiæ sacramenti. Sed omnino ex fide ita cõficit Deus sacramẽtũ cooperante malo,sicut bono,& sancto ministro. Quo contrà ipse dicit loco prædicto.Fingendo de Deo, sine inspiratione,& sine ratione scripturæ, q̃ Deus sic faciat,Antichristi more seipsos magnificant supra Deum:quia dicunt se scire,quod Deus nescit:& dicunt se cogere Deum facere,quod aliter nisi p̃istos hostes Dei, Deus non faceret, sed ubi maior blasphemia? Hæc Witeleff. AVCT. Nota q̃ dicit hostes Dei,recordãs semper illius principij sui hæretici,quòd Deus nihil potest da re inimico suo,qualem reputat omnẽ ministrũ catholicum:ideò nulli tali dat potestatem conficiendi sacramentum. Quòd autem dicit prælatos cogere Deum facere, odiotum terminũ inducit,& mendosè id facit: quia nullus catholicus ita dicit. Et pòst dicit ibi, Prælatum Cæsareum ui cogere subditum suum,ut hoc credat. Sed sequitur in hoc termino Cecilium Donatistam, qui hoc similiter imposuit orthodoxis. Vnde de baptismo contra Donatistas libr.6. respon.1. eum recitat AVGVSTINVS. Ecce (inquiens) ad qualia cogitur ecclesia cõsentire, & sine baptismo,& uenia delictorum communicare compellitur. Et Augustinus respondet. Iam uerò quòd indignatur,& dicit,Ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire,& sine baptismo &c.ostenditur illos etiam tunc ueriora sensisse, qui non recesserunt à pristina cõsuetudine ,quæ postcà Concilij ũiuersitate firmata est.Hæc ille.AVCTOR. Sed † discant omnes Witcleuistæ,& Donatistæ, ecclesiam Christi non dicere Deum

Matth.4. Hiero. To.9. — Assumptio Christi. — Anselmus — Argumẽ.1 Petiliani. — Responsio. Augustini. Vuitelef 2. Tho. To.7 — Augu.To. — Argum. 2. Petiliani. — Responsio.

Deum cogi quomodocunque, imò nec propriè A necessitari: sed hoc putant hæretici habentes scholam magistri sui diaboli,qui putauit Christum necessitatum,& coactum in montem assumi, quem uidit assumi,sed sua uoluntate. Vnde in cõmentario super illo Matth.4.Hieronymus. Tunc(inquit) assumpsit eum diabolus in sanctã 3 ciuitatem. Assumptio † ista,quæ dicitur,non ex imbecillitate domini uenit,sed de inimici superbia,qui uoluntatem Saluatoris necessitatem putat.Hæc ille. AVCTOR. Vide Witcleff, qui uoluntatem Saluatoris gratiosè concurrentis saluteris sacramentis,appellasti necessitatem,dixisti coactionem, quãtum scholæ Satanæ conuenisti?Si autem uis scire curam ecclesiæ,qua coercet abusum necessitatis,& coactionis à Deo,ut deatur ANSELMVS secundo Cur Deus homo,ca.17.Vlteriùs autem non immoremur cõtumelijs eius,sed docto in superioribus concursu Dei regulari cum ministris ecclesiæ,authoritate scripturę,& patrum experiẽtia,& ratione, B 4 uideamus † si sanctitas ministri simpliciter requiratur ad Dei præsentiam in sacramentis. Fũdamentum huius hæresis Petilianus Donatista ad hoc unum principium redegit cõpendij.Cõscientia dantis attenditur,quæ abluat accipientis,supple conscientiam per bapti smum. Quod si bona conscientia fuerit,benè baptizat: mala, potiùs maculat,quàm baptizat. Et facit argumẽ 5 ta, quæ AVGVSTINVS seriatim absoluit lib.1.contra eundem,ca.5.Sæpe(inquiens)mihi ignota est humana conscientia, sed certus sum de Christi misericordia.Hæc ille.Et.4.libro cõtra Donatistas.c.23.Cũ baptisma uerbis euangelicis datur,qualibet ea peruersitate intelligat ille,per quem datur,uel ille,cui datur,ipsum per se sanctum est,propter illum,cuius est Et si quisque per hominem peruersum id accipiens, non accipiat tamen ministri peruersitatem, sed solã mysterij sanctitatem in bona fide,& spe,& charitate unitati compaginatus ecclesiæ, remissionem accipit peccatorum, nõ per uerba,sicut cancer serpentia, sed per euangelica sacramenta de cælesti fonte manantia.Hæc ille. AVCTOR. Ecce Augustinus est certus de misericordia Christi concurrentis per primum, & secundum baptisma datum fatetur per euangelica sacramẽta manãtia de cælesti fonte Christo: quanuis per peruersum ministrum ex.2. Secundum argumentum Petiliani est hoc.Omnis res origine,& radice sua consistit:& si caput nõ habet aliquid, nihil est:peccator sacerdos est sine origine,& radice,& capite bono,ergo nihil præstat.Respondet Augustinus,Origo mea Christus,radix mea Christus, caput meum Christus. Item Petilianus.Nihil bene regeneratur,nisi bono semine re

Anastasius

generetur: sacerdos malus habet omne semẽ falsum.Respondet Augustinus.Semen, quo regeneror, uerbum Dei est: quod obedienter audire sum monitus,etiam si ille, per quem audio, quæ dicit mihi,ipse non facit. Item Petilianus. Quæ peruersitas,ut qui suis criminibus reus est,alium faciat innocentem?Respondet Augustinus. Me innocentem non facit, nisi qui mortuus est p̃p Roma.4. delicta nostra,& resurrexit p̃p iustificationem nostram.Non enim in ministrum, per quem baptizor,credo,sed in eum, qui iustificat impium, ut deputetur mihi fides ad iustitiã.Item Petilianus.Arbor bona bonos fructus facit,arbor mala Matth.7. malos.Et nunquid colligunt de spinis uuas? non potest ergo malus minister bona facere sacramẽta.Respondet Augustinus.Hoc ergo fructus bonus est, ut arbor bona sim hoc autem, non qui 1.Cor.3. plantat,& qui rigat,mihi dabit, sed qui incremẽtum dat Deus.Item Petilianus. Qui baptizatur à mortuo,nõ ei prodest lauatio eius. Respondet B Augustinus.Viuit Christus,iam non moritur,& 1.Cor.3. mors illi ultrà non dominabitur: de quo dictum est,Ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto. Bapti Luc.3. zantur autem à mortuis,qui baptizantur in idolorum templis. Non enim & ipsi à sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationẽ, quã putant quoniã homines fuerunt,ita modo sunt, ut neque super terras, neque in requie cæli sint. Hæc ille.AVCTOR. Ad† hoc consonat referi 5 ptum ANASTASII Papæ ad Anastasium Imperatorem,qui sedit tempore Augustini ,in Epistola sua decretali ad eundem pro ministratione sacramentorum per Achatium hæreticum, in qua sic.Glorioſissmo, & clementissimo filio Anastasio Augusto ,Anastasius Episcopus. & infrà,uersus finem. Secundùm ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat,quòd nullum de ijs,quos uel baptizauit Achatius,uel quos sacerdotes, siue Leuitas,secũdùm canones ordinauit, ulla ex nomine Achatij portio læsionis attingat ,quo forsitan p̃ iniquum tradita sacramenti gratia minùs firma uideatur.Nam & baptismum(quod procul sit ab ecclesia)siue ab adultero, uel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum:quia uox illa, quæ sonuit per columbam, omnem maculã humanæ pollutionis excludit, Luc.3. qua declaratur,& dicitur, Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & igni. Nam si uisibilis solis Nota similitudinem. istius radij,cùm p̃ loca fœtidissima trãseunt,nulla contactus inquinatione maculantur: multò magis illius,qui istum uisibilem facit, uirtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cũ fuerit sacrilegus,atque fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa,beneficia per impiũ data, nulla ex hoc detrimẽta sumpserunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.23. pserunt,declarante hoc ipsum domino manifestissima uoce. Scribæ, inquit, & Pharisęi super cathedram Moysi sedent,quæ dicunt,facite, quę autem faciunt, facere nolite:dicunt enim, & nō faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectū quilibet in ecclesia minister pro officio suo uidetur operari:hoc totum contineri implente diuinitatis affectu,ita ille, per quem Christus loquitur, 1.Cor.3. Paulus affirmat. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat,est aliquid,neque qui rigat, sed qui incremētū dat Deus. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ita adduxi,ne Augustinus uideretur solus dixisse prædicta,cùm in rei ueritate tota sententia eius in prædictis depēdeat à consuetudine ecclesiæ antiqua, & auctoritate uniuersalis concilij, sicut ista iam Anastasij scripta benè testātur. Ita hæc omnia responsa Augustini, & Anastasij generalem concursum Christi in sacramentis probant, nec impediri eius efficientiam posse propter peruersitatem ministri: quasi uterentur tali argumento. Virtus influens simpliciter prima, quia à nullo dependet per nullū posterius impeditur ab obiecto capaci, Sicut lumen solis, infectio aeris non impedit quo minùs transeat per medium: similiter nec infectio sacerdotis uirtutem operatiuam Christi, quæ à sanctitate eius non depēdet, sed ipsa est prima uirtus, ipsa caput fidei, ipsa omniū sacramētorum fons, & origo.

6 Per † hæc igitur omnia falsum ostenditur Petilianus finxisse sibi principium, cui Witeleff innititur:quòd conscientia sanctè dantis attenditur, quæ abluat accipientis. Quod beatus AVGVSTINVS una quæstione manifestè conuincit. Quid(inquit) si conscientia sacerdotis sit mala, sed hoc lateat baptizatum, uel aliàs communicatum:nonne tunc baptizat,uel cōficit? Si sic,ergo perfidia, uel uita reproba sacerdotis non officit sacramento. Si nō,ergo omnia sacramenta sunt æquè dubia, sicut est ministrātis cōscientia. Ista q̄stio Augustini reddidit Donatistas solicitos: ista supra modum perplexos, & uigilare fecit omnes:quam tamē AVGVSTINVS instāter, & sine cessatione pulsauit, lib. 3. contra Petilianū. ca. 15. Legite, inquiens, nunc eius copiosissima maledicta, quæ in me iratus, & inflatus effudit:& uidete utrum quærenti mihi responderit, unde sit abluendus, qui accipit baptismum, cùm dantis conscientia polluta est, & hoc ignorat accipiens. Obsecro uos, quærite attentè, omnes excutite paginas, omnes dinumerate uersiculos, omnes syllabas enucleate, & dicite mihi, si in ueneritis ubi responderit, cùm dantis conscientia polluta est, unde sit eius abluenda, qui hoc accepturus ignorat. Sequitur. Ad hoc respondere flagitate, neminem relicta causa conuiciose aliena

Augustin. To 7.

Aug. To. 7. in princip. cap.

A ri permittite, si conscientia sanctè dantis attenditur. Videte, quia non dixi conscientia dantis, sed conscientia sanctè dantis. AVCTOR. Plura magno passu sequente ibidem Augustinus interserit. Compulsus ergo Petilianus satisfacere quæstioni, tandem post multa. Sed discutienda, (inquit) est ministrantis conscientia, sicut fuit sanctitas Ioannis Baptistæ, & econtrario. Augustinus. Si (inquit) exemplo Ioannis quilibet nūc discutiendus esset baptista, quicquid de se quisque dixerit, credendus erit. Quis est autem fictus, quem fugit utique (sicut scriptum est) Spiritus sanctus: quin de se optimè credi uelit: atque id agat, quibus uerbis potuerit? Iam ergo cùm fuerit interrogatus quisnam sit, & responderit se esse Dei fidelem dispensatorem, nec cuiusquam criminis macula pollutam habere conscientiā: hæc erit tota discussio, an etiam mores eius, & uita diligentius intuenda est? Ita sanè, sed nō hoc B scriptum est fecisse illos, qui Ioannem in deserto Iordanis interrogauerunt quis esset. Sequitur. Magis apostolica illa sententia satis hanc incutit curam, ubi ait, Probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. Quòd cùm solicitè, ac de more ubique penè ab omnibus fiat, unde tam multi reprobi post tempus gestæ dispensationis huius inuenti sunt? nisi quia & humana diligentia plerunque fallitur: & nonnulli primùm boni in deterius commutantur. Quæ cùm tam crebrò accidant, ut dissimulare, ac obliuisci neminem sinant, quid est, quod contumelioscè nos breuiter docet Petilianus à baptizando discutiendum esse baptistam? Sequitur. Quia intelligo te(inquit) ignorare ordinem sacramētihoc tibi breuiter dico, & tu baptistam discutere, & ab eo discuti debuisti. Hæc ille.

Vuitcliff. Matth.26. Augustin. To.7. Sacramentū quo melius per pium uirum ministratur, quam per impium. Augustin. To.7 Aug. To. 7. Cap. 3. 1. Tim. Matth.23. Ioan.15 Vuitcleff.

C ¶QVOD MELIVS MINISTRATVR SACRAMENTVM PER SANCTVM UIRUM, NON TAMEN CREDITUR IN EUM, SED IN CHRISTUM PER EUM. Cap. XII.

SVMMA.

1 *Sacramentum quòd melius ministretur per pium uirum, quàm impium, quomodo debeat intelligi. Et quid de hoc dicat Augustinus.*

2 *Sacramenta quòd non ideò ueriora, & sanctiora sint, quia per meliorem ministrentur, ostenditur.*

3 *Vuitcleff, qui semper nititur tollere fidelibus populis fidem sacramenti certificam, confutatur.*

4 *Reputare uerbū, quo utitur Vuitcleff, ab Authore explicatur. Et multa de sacramentorum participatione, contra Vuitcleff.*

5 *Confidere in prælatis, & ecclesiæ ministris quomodo liceat.*

6 *Fidei*

6 *Fidei quomodo incurrat periculum, qui à quolibet ministro detur, contemnit credere, uel condere sacramentum.*

VCAEQVE laborat Witeleff pro Donatistis ne quisquam credat sacramenta consecrari per ministrum peccatorem, quia nec fides (inquit) nec ratio compellit credere, q̄ Christus cooperetur perfido tali ministro. Quæsito ergo quem signabit, cui aderit Christus, ut de certo conficiat, necessariò dabitur sanctus minister iustus sacerdos. Sic enim dicit. q. trialogi. cap. 10. quòd sanctos sacerdotes decet illud officium, cùm Christus specialiter iniungit eis sic facere, dum annectit, Hæc quotiēscunque feceritis, in mei memoriam facietis. Sic ergo quandocunque Christus operatur cum homine, & solum tunc conficitur sacramentum. Hæc Witeleff. AVCTOR. Quo modo pertinenter cōcluderet hanc exclusiuam, B nisi exclusiuè intelligeret antecedens, quòd solos sanctos sacerdotes decet consecrationis officium, quia solis eis concurrit Christus, & solùm tunc conficitur sacramentum? Item restat probandum, quòd specialiter sanctis sacerdotibus 2 iniunxit Christus hoc officium, dicens, Hæc quotiescunque feceritis, cùm priusquam Iudas exiret, hoc iniunctum simul cum omnibus Apostolis sine exceptione sui, uel prærogatione alicuius alterius una generalitate sermonis accepit. Ipsa enim uerba Saluatoris hoc exprimunt, ubi nō dixit, Hæc quotiescunque feceritis uos iusti sacerdotes, uos fideles Apostoli, sed simul, & æquè omnibus, simul Petro, & Iudæ, hæc quotiescunq; feceritis. sicut æquè omnibus sanctam cœnam dispersit, dicente AVGVSTINO. 2. libro contra Petilianum, responsione. 21. Nonne (inquiens) erat munda, & pacifica illa cœna tanti sacramenti, quam priusquam Iudas exiret, Christus omnibus dedit? Hæc ille. AVCTOR. Non tamen ego nego, quin decentiùs sanctus minister baptizat, & pudicum ministrum meliùs decet consecrationis officium, quàm iniustum, quis hoc negaret prouidus? Melius † etiam ministratur sacramētum per pium uirum, quàm impium. Meliùs, inquam, non ipsi sacramento, sed ministro: nec ideò peiùs ministratur ei, qui accipit sacramentū propter reprobum ministrum, quantùm est de substantia sacramenti, sed quantū ad circunstantiam aliquam orationis, cordis compunctionis, uel huiusmodi. Vnde contra Cresconium libro. 4. ca. 20. AVGVSTINVS. Quæris, per quem meliùs fiat, quod à Christo fieri concedis. Vbi & tu, quantum uideo, non negas hoc fieri posse ēt per ministrum malum, sed dicis meliùs posse si per bonum. Hoc & nos suademus, hoc uolumus, sed quærimus per quem meliùs fiat. At per hoc abluit CHRISTVS, & per maculosam non sanctè dantis, sed meliùs per mundam sanctè dantis cōscientiam dat fidem CHRISTVS, & per ministrum malum, sed meliùs per bonum fit CHRISTVS origo Christiani: & per dispēsatorem infidelem, sed meliùs per fidelem Christianus radicem figit in Christo. Etiam per colonum reprobum, sed meliùs per bonum potest Christus caput esse Christiani. Et per Felicianum, sed meliùs existimas per Primianum. Paruitaque inter nos in hac re, aut forsitan nulla dissentio est. Nam & ego dico meliùs per bonum ministrum, quàm per malum dispensari sacramenta diuina: uerùm hoc propter ipsum ministrū melius est, ut eis rebus, quas ministrat uita, & moribus congruant, non propter illum, qui etiam si incurrerit in ministrum malum dispensantem ueritatem, securitatem accepit à Domino suo monente, ac dicente, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite, dicunt enim, & non faciunt. Addo etiam ad hoc esse meliùs, ut ille, cui ministratur, ministri boni probitatem, ac sanctitatem diligendo, faciliùs imitetur. Sed † non ideò ueriora, & sanctiora sunt, quæ ministrantur, quia per meliorem ministrantur. Illa nempe per seipsa uera, & sancta sunt propter DEVM uerum, & sanctum, cuius sunt: & ideò fieri potest, ut accedens ad societatem populi DEI, alium inueniat, à quo facile baptizetur, alium eligat, quem salubriter imitetur. Certus est enim sanctum esse sacramentum CHRISTI, etiam si per minus sanctum, uel non sanctum hominem ministratum est. Se autem eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puniri, si indignè acceperit, si malè usus fuerit, si non ei conuenienter, & congruè uixerit. Hæc ille. AVCTOR. Ita igitur præfert ecclesia in ministrando sacramenta sanctum, non tamen si C ministret, excludit iniquum. Per ſ, inquit Augustinus, sacramentum sanctum est, propter eum, cuius est: & quomodo propter eum, si ipse non adiuuet? Ipse enim dixit, Sine me nihil potestis facere. Certum est ergo eum concurrere cum quocunque ministro, quia certus est accipiens sanctum esse sacramentum, quod accepit ab eo. Hoc dicit Augustinus cum ecclesia: sed hoc Witeleff abdicat, quantum potest, dicens non hoc credendum esse, sed reputandum, uel supponendum, in loco iam dicto Trialogi, postquàm cooperari CHRISTVM dixit. Quod reputari debet (inquit) de nostris sacerdotibus, & supponi: ueruntamen quia istud non est fides, non oportet quòd credatur ab ecclesia, sed quòd probabiliter supponatur: nec oportet, quòd ambigatur, cùm multa sint proponenda uti-

 ti, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti, quæ nec debet dubitare, nec concedere, nec negare: ut proposito mihi, q̃ sim prædestinatus, tibi, nec talia cõcedo, nec nego, nec dubito, sed reputo unã partem. Hæc Witeleff. AVCTOR.

3 Ecce † quod semper dixi: nonne uerum est, q̃ iste nititur tollere fidelibus populis fidem certificã sacramenti? Non (inquit) debet credi, non eis fides danda, nec quicquam eis de ueritate debet concedi, sed faciliter reputari. Sanctus Augustinus econtrà dixit, sumentem sacramentum esse securum, quanuis per ministrum iniquum. Securitatem (inquit) accipiet à domino suo, monente, ac dicente, Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Et iterũ. Certus est enim sanctum esse sacramentum Christi, etiam si per minus sanctum, uel non sanctum ministratum est. Si igitur certus est, quomodo nõ potest hoc credere, de quo certus est? Quomodo non potest hoc aliquo modo concedere si uerũ, uel negare, si falsum est, de quo certus est? O ergo nouellum, & inauditum Grammaticum, uel non uult aliquo modo credere, uel concedere Abraham iustificatum ex fide secundùm Apostolum: quia secundùm textum scripturæ credidit Abraham Deo, & reputatũ est ei ad iustitiam. Nunquid ideò credendus non est accepisse iustitiam, quia reputata est ei fides ad iustitiam? Et nunquid credi poterit, q̃ per solam fidem iustificat Deus impium nuper conuersum, quia dicit Apostolus, Credenti in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam? Roma. 4. HIERONYMVS in annotationibus. Conuertentẽ impium per solam fidem iustificat Deus, non per opera bona, quia non habuit. Simul attendendum, q̃ non peccatorem iustificari per fidem, sed impium, hoc est, nuper credẽtem, asseruit. Hæc ille. AVCTOR. Certum † est igitur reputare æquiuoce dici pro opinari, æstimare, conijcere, ascribere, & uerè esse, quorum nullum exeludit credere, uel affirmare. Quia quod horum significat, ad minus arbitrationem quandam indicat, siue tacitam, siue plenam. Aliàs exponatur textus ille Esaiæ de Christo. Cauete ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. Nam ibidem in commentario, in fine primi libri, HIERONYMVS. Ergo sic est intelligendum. Cùm hæc uniuersa uentura sint uobis, & prophetali spiritu prædicãtur, moneo, atque præcipio, ut quiescatis ab eo, qui secundùm carnem quidẽ homo est, & habet animam, & ita spirat, & naribus anhelitum trahit, ut nos homines spiramus, & uiuimus, sed secundũ diuinam maiestatem & excelsus est, & reputatur, & creditur. Hæc ille. AVCTOR. Hic, qui reputatur & excelsus, excelsus est, & reputatur, & creditur. Sed tantò maiorem parauit Christianis iuriam, quantò strictiorem mandauit eis reputãdi modum, sub quo nec sacramentis suis crederent, nec Deum adesse, concederent quouis modo. Sed quare hoc? quia fortè minister est in mortali, uel præscitus: & tunc, ut dicit, non concurrit ipsi Deus. Et idem putat uerè credere sacramentis, & credere ipsis ministris. Et sub hoc Donatistarum uersiculo cum ipsis irridet benè credulos orthodoxos, dicens, Dimissis istis ridiculis infidelibus, cõfidentibus de prælato Cæsareo. Et frequenter improperat nos dicere, non sufficit credere in Deum, sed oportet credere in Papam, uel Episcopum, uel ministrum, uel aliquẽ de quatuor sectis. Sed econtrariò pro cunctis fidelibus respondet hæretico AVGVSTINVS. Caput meum Christus, origo mea Christus: Christum credo, Christum adoro, cuius sacramenta integra etiam per ministrum malum fide certus accipio. Quid dicis insane? Quomodo dicis tenere te fidem catholicam, qui contemnis credere sanctorum communionem? Id est, secundùm AVGVSTINVM, spiritus societatem cum sanctis, & participationem in sacramentis, libro septimo de baptismo contra Donatistas respõsione quadragesimaquinta. Communionem credo eam, dicit, quæ pertinet ad columbæ societatem. Nam in participatione sacramentorum proculdubiò communicabant eis neminem iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquem, si diuersum sentiret, amouentes. Hæc ille. AVCTOR. Quòd si participare sacramenta est pars fidei, quomodo nõ est credendum saltem in domino tradi, uel confici sacramentum? Antiqua fides dicit, Bonũ est confidere in domino, quàm cõfidere in homine. Hæc recens perfidia dicit, q̃ in sanctorum communione per participationem sacramentorum, nec est bonum confidere in domino, nec in homine, sed neutraliter reputare. Planè defendi nõ potes, qui uetas concedere sacramenta, uel credere, sed solùmodò reputare. Et quid est sic non credere, nisi decedere? Et propter ministros homines in Christi sacramenta, & in symbolum fidei irruis sine fide, cùm nec oportet: quia non sibi uendicant fidem dari, sed Christo, qui sacramenta constituit, qui solus dat incrementum ministris uniuersis à Papa deorsum uersus confitentibus unà cum Paulo: quòd neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat DEVS. Nihil est minister ad iustificandum, uel ut fides detur in ipsum, aliquid tamen est ad dispensandum, & ad erigendum, ut credatur in Christum, & quòd ipse operatur in dispositio saltem per sacramentum. Vnde contra Petilianum libro. 3. capit. 54. AVGVSTINVS. Iam uolo (inquit) quærere, utrum non sit aliqd minister Christi. Quis hoc dixerit?

Quomodo

Matth. 23.

Roma. 4.

Hieronym. To. 9

Reputare.

Esa. 2.

Hieronym. To. 5

Augustin. To. 7

Augustin. To. 7 cap. 17

Psal. 5

Augustin. To. 10.

1. Corin.

Augustin.

Quomodo ergo uerum est, neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus, nisi quia ad aliud aliquid est ad aliud non est aliquid? Ad ministrandum, ac dispẽsandum uerbum, ac sacramentum aliquid est, ad mundãdum aũt, & iustificandum, non est aliquid: quia hoc non operatur in interiore homine, nisi per quem creatus est totus homo: & qui Deus manens factus est homo. Ille scilicet, de quo dictũ est, Fide mundans corda eorum, & credenti in eum, qui iustificat impium Hæc ille. AVCTOR.

Act. 15 Ro. 4.

Considere in prælatis licet.

5 Quid † igitur mali faciunt bene creduli Christiani confidentes in Papa, uel Episcopo dicente, Credite in eum, qui iustificat impium? Credite per ministeruum nostrum in sacramenti eius susceptione, accipere uos remissionem peccatorum à Christo omnium Saluatore? Hoc non est, credite in nos, sed in Christum, neque in ministeriũ nostrum, sed sacramentum eius continere gratiam cælicam. Et exemplum habent Apostoli Pauli fideles subditi in prælatis istis confidere, non solùmodò reputare. Nam cùm quosdam inuenerat pessimos, qui sub spe rebaptizãdi peccabant, Confidimus autem, inquit, de uobis dilectissimi meliora, & uiciniora saluti: & si ita loquimur ad Hebræos. 6. HAYMO. Quia non habuit unde eos ad præsens laudaret, laudat eos de spe futura; quam habebat de illis. Optima quæque opera de uobis confidimus, nec tractque saluti proficua, quanuis ita loquimur. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo potuit Apostolus sine peccato confidere in istis sub spe futuræ emendæ, in quibus nihil laudandum inuenit, cur non potest populus confidere in prælatis suis iubentibus eos confidere in domino, in quo nihil non laudandum inueniunt? Aut quis Witeleuista hæreticus non uult sibi credi dum prædicat, quòd uerbis eius quisquis obtemperat, diuinam gratiam sibi procurat? Et quid ergo dicent catholici, quòd iste Lollardus prædicat, non crede in Deum, sed crede in Lollardum? Non ita, sed quanuis meritiatur, intelligit, crede per uerbũ meum in Deũ: & quòd accepturus sis hoc modo salutem: nec peius inde faceret, si non pessimè prædicaret.

Hebr. 6. Haymo.

Augustin. To. 10.

6 Ideò † sicut non uitat perfidiam, qui non credit in Dei uerbum, etiam per non bonum prælatũ: ita fidei incurrit periculum, qui à quolibet ministro detur, contemnit credere, uel concedere sacramentum. Vnde AVGVSTINVS de uerbis domini, sermone undecimo. Dicitur (inquit) uerbum contra Spiritũ sanctum, cùm ex dispersione ad congregationem nunquam uenitur, quæ ad remittenda peccata accepit Spiritum sanctum, ad quam cõgregationem, etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum reprobum, & fictum aliquis accesserit corde non ficto, in ipso Spiritu sancto remissionem accipit peccatorum. Qui Spiritus in sancta ecclesia etiam illo tempore, quo uelut in area cùm palea triturantur, sic operatur, ut nullus ueram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur: atq; ita reprobos fugiat, ut etiam per eorum ministerium probos colligat. Hæc ille. AVCTOR. Vides quòd ille in Spiritum sanctum peccat, qui à dispersione ad congregationem fidelium per sacramenta uenire dissimilat. Quid igitur, si consulat Witeleuista quendã in extremis positum, peccator ille sacerdos est, & profundus hæreticus, non cooperatur ei Spiritus sanctus, ut per ministerium eius, remissionem peccatorũ accipias, & ita decidit. nonne peccati illius irremissibilis ipse est auctor, & opifex? O igitur firmiter hæreamus per fidem cælicis sacramentis: non reputemus, quin affirmemus, concedamusque cum eis operari Deum in pijs mentibus indefectibili, & infatigabili charitate salutem, & gratiam, nihilque operationi eius obsistere. Quia si bonus minister est, gratius aderit: si reprobus, tamen sic operatur, ut nullius ueram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur: & sic reprobos fugiat, ut per eorum ministerium probos colligat. Quinimò si minister est mortuus, non tamen Christus, qui consecrat. Vnde contra Parmenianum libro secundo cap. 10. AVGVSTINVS. Et (inquit) apud Christianos sunt aliqui præpositi, uel ministri, qui propter iniquitatem, & impietatem suam mortui *dicuntur: uiuit tamen ille, de quo dictum est in Euangelio, Hic est, qui baptizat. Quia, sicut dicit Apostolus, Christus resurgens à mortuis, non moritur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo si hic est, qui baptizat, cum ministro, iam mortuo ex fide, certum est, hic est, qui cooperatur in sacramentis cum mortuo. Vtrum ista sint credenda, ut Augustinus nunc dicit, an leuiter reputanda, tu uideris. Hoc autem cum Augustino uniuersa per orbem Christi credit, & affirmat ecclesia: quod contra totum orbem credere, uel affirmare improbus inhibet Witeleuista.

Augustin. To. 7

*sunt Ioan. 1. Ro. 6.

¶ QVOD PECCATOR PVBLICVS non minus conficit, quàm occultus. Cap. XIII.

SVMMA.

Sacramentum quòd non minus conficit publicus, quàm peccator occultus. Et quomodo Iudas etiã baptizauerit, quanuis indiscussa conscientia, contra Wiitcleff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consecrans siue sit bonus siue malus, quòd semper operetur Deus, in conficiendo sacramentum, latissimè probatur ex Augustini authoritatibus.

Conscientia ministrantis sacramenta, quòd non sit attendenda, sed Deus & Christus, in quem creditur.

SI † autem per hoc soluitur difficultas, quòd discutienda esset cõscientia ministrantis, adhuc quærendum esset, cur Iudas ministrauit indiscussus, qui & si latuit baptizatos, qa occultus traditor erat, tamen Christum latere non potuit, qui in ministrum eum designauit: ita, ut non reputatiuè, sed uerè, & assertiuè contulerit sacramentum. Vnde contra Petilianum libro. 3. cap. 55. AVGVSTINVS. Neque enim dicturi sumus Iudam non baptizasse cum adhuc inter discipulos fuerit, quando faciebat, quod scriptum est, Ipse non baptizabat, sed discipuli eius: aut quia nondum Christum tradiderat, qui loculos habebat, & ea, quæ mittebantur, auferebat: qui pecuniæ custos innocens nõ potuit esse, dispensator tamen gratiæ sine accipientium damno fuit. Hæc ille. AVCTOR. Cur ergo Christus omniscіens, quem latens peccator latere non potuit, uirum hypocritam, & traditorem non discussit, aut saltem iam notum non repulit? Aut quomodo hic habebat è priuilegio, quòd Christus secum concurreret: ita ut certa sacramenta præ alijs modernis presbyteris, nec tantùm reputata conferret? Hic omnes Donatistæ communi consilio suo de difficili tamẽ dedere responsum, quòd secus est de sacerdote malo manifesto, qa ipse nihil confert. Secus item de sacerdote malo occulto, quia tũc Christus conficit, & ministrat. Cui item ne à magistris suis discordaret, consonat Witeleff, in tractatu suo barbarico de simonia. Concedo (inqt) quòd isti cæci pro se ratiocinantur hæretici, non tamen ad intellectum eorum, & hoc est, quòd sacramentum in se conficitur uirtute uerborum Christi, nec potest meliorari per bonum sacerdotem, nec peiorari per malum. Sed cupidi, & elati sacerdotes nunquã probabunt, quòd Deus habet aliquam uirtutem in ore eorum, nisi forsan ad damnandum eos iustiùs, propter præsumptionẽ suam. Et statim infrà. Traditio Iudæ fuit tam secreta, quòd nullus Apostolorum eam nouit: sed conuersatio sacerdotum modernorũ est satis publica omnibus timentibus Deum, & sic ministratio eorum sacramentalis non potest acceptari propter ipsorum traditionem publicam, sicut fuit Iudæ. Sequitur. Et sic nullius maledicti sacerdotis, cuius maledictio non potest cognosci, non potest peiorare sacramentum, cũ Christus ipse ministret illud suis amatoribus. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nihil hic oportet me loqui, sed arguat AVGVSTINVS lib. 2. cõtra Parmenianum, circa medium, ubi sic dicit, Si ergo tunc homo baptizat cùm baptizator manifestus est bonus, cũ uerò baptizator est malus, tunc Deus baptizat, aut angelus: & unusquisque *spiritualiter nascitur qualiscunq; fuerit, à quo baptizatur: optent, qui desiderant baptizari, ut homines, per quos baptizantur, non sint manifesti boni, sed latẽtes mali, ut sic Deo, uel angelo baptizante, sanctiores renasci mereantur. Hæc ille. Item in Epistola ad Donatistas. & est. 98. Videte (inquit) enim quàm peruersè, & impiè dicatur, quod dicere soletis, Quòd si bonus sit homo, ipse sanctificat eum, quem baptizat: si autem malus sit, & nesciat ille, qui baptizatur, tũc Deus sanctificat. Hoc si uerum est, optare ergo debent homines, ut à malis ignoratis baptizẽtur potiùs, q̃ à notis bonis, ut magis à DEO, q̃ ab homine possint sanctificari. Sed absit à nobis ista dementia. Quare ergo non uerum dicimus, & rectè sapimus, q̃p semper Dei est illa gratia, Dei sacramentum, hominis autem solum ministeriũ? Qui † si bonus est, adhæret Deo, & operatur cũ Deo: si autem malus est, operatur per illum Deus uisibilem sacramenti formam: ipse autẽ donat inuisibilem gratiam: Hoc sapiamus omnes, & non sint in nobis schismata. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quoniã sæpe uocas Augustinum tuum, tibi præ alijs offero condemnatorem tui, non auctorem. Erubesce uel nunc proteruc, & audax hæretice, ubiq; caperis, non habes quò fugias. Si maledicti sacerdotis, cuius maledictio cognosci nõ poterit, sacramẽtum peiorare non poterit: quia tunc Christus ministrat illud, optandum est ministerium Christi per pessimum latenter peruersum præ ministerijs bonorum mortalium sacerdotum. Sed absit à nobis ista dementia. Sed semper est Dei gratia, si operetur bonus, gratiùs cooperatur ei Deus. Si autem malus, operatur per illum Deus uisibilem formam sacramenti, dans inuisibilem gratiam. Et sic siue bonus sit, qui cõsecrat, siue malus, semper operatur Deus. Quare ergo tu dicis, nunq̃ posse probare elatos sacerdotes, q̃p in ore eorũ operatur Deus aliquã uirtutem, q̃n per eos operatur uisibile sacramẽtum, & inuisibilẽ gratiã, non reputatiuè, ut tu solus reputas, sed assertiue? Hoc, inqt Augustinus, sapiamus oẽs. Et per os Balaã Deus edidit q̃phetias aliquandiu in salutẽ, & gratiã gentis suæ: & p̃ eos, qui dicent in illo die, Domine in noĩe tuo prophetauimus, & uirtutes multas fecimus: quibus itẽ dicet, Nõ noui uos. Et iuxta loquẽdi modũ tuũ, præscitus semper suspenditur, qa notus est Deo finis eius. Suspẽditur ergo malus, quãuis occultus: quia Deo non est occultus, sed notus.

Item

Item tunc non subtraheret se Deus à consecrante, propter peccatum, sed propter famam peccati, & plus offenderet Deum notorietas peccati apud homines, quàm apud semetipsum. Item si quia crimẽ ministri esset occultum, tectum sub bona fama, quanuis falsa, posset fieri sacramentum, & populo prodesse per concursum Christi: ergo falsa fama ministri, esset in casu optanda ecclesiæ, non cauenda: quo contra Christus ait, Cauete ab ijs, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Hoc modo minauit, & duxit AVGVSTINVS Cresconium Donatistam ab inconueniẽte uno in aliud, quorum quodlibet tibi patet, lib. 2. contra Cresco. cap. 17. Videamus, inquit, quemadmodum ostendas rectè dixisse Petilianum, uel quemlibet alium, conscientia sanctè dantis attenditur. Vbi ego dixi, quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit: quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu contrà, non quid à te homine acuto, sed quid à uestris dicatur, diu locutus es, quod totum breuiter ita dici potest. Conscientiam dantis attende, non secundùm eius synceritatem, quæ in illa uideri non potest, sed secundum famam, quæ de illa, seu uera, seu falsa est, quia uidelicet eius est hominis: quia & si sceleratus occultus sit, sufficit accipienti, quòd bonæ sit æstimationis, nondum cognitus, nondum iudicatus, nondum ab ecclesia separatus. Vide, obsecro te, in quod præcipitium compulerit homines angustia non inueniẽ di quà exirent. Ita ne dantis maculosa conscientia potest accipientis abluere, si habeat famam bonam, & tantùm ad abluendum poterit, quantùm bona si bonam famam fallendo cõtraxerit? Hæc ille. AVCTOR. Sic nanq; Witeleff iste patronum inuenit, ut diceret, Maledictus sacerdos, cuius maledictio non potest cognosci, non põt derogare sacramento. Sic dicit Cresconius, Si sceleratus occultus est, sufficit quòd sit bonæ æstimationis nondum cognitus. Sed quomodo uult, quòd maledictio eius nõ possit cognosci? Hoc limitat idem magister eius ibi statim, ut recitat AVGVSTINVS. Ideò inquis cõscientiam dantis attendo, non ut quod fieri nõ potest de latentibus iudicem, sed ut si quid de eo in publica conscientia est, non ignorem. Propter hoc enim ab omnipotenti Deo dictum est. Quæ nota sunt uobis? Quæ occulta mihi? Semper igitur attendo conscientiam dãtis: & quia ipsam non uideo quid de ea in publico notum est, quæro. Nec ad rem pertinet, si aliud sit in secreta conscientia, aliud in publica fama. Sufficit enim scisse, quia necdum eius, à quo accipio, damnata cõscientia est. At AVGVSTINVS infert. Non ergo ipse attẽditur homo bonæ conscientiæ, non ipsa attenditur, quæ uideri non potest, sed fama attenditur, quæ etiam falsa esse potest, quod ipse confiteris, atque concedis. Et in cap. 18. cuncta resumens. Si hoc dicitis: quòd cũ sanctus homo baptizat, sancta eius conscientia diluit accipientis conscientiam: cum uerò conscientia dantis latẽter immũda est, tũc Deus, angelusve abluit, cauete ne qui uobis hæc dicentibus credunt, occultos malos optent inuenire, à quibus baptizentur, ut multo sanctiùs ab ipso Deo, uel angelo eius abluantur. Hanc absurditatem, uel deridẽdam, uel detestandam cùm uerbis præcedentibus Petiliani perspiceres consequentem: sed à me in epistola mea commemoratã cautè tu quidem quasi nihil horum dixerim, rem tantam silẽdam petisti. Sed confugisti ad nescio quid absurdius: ut cùm maculosa conscientia dantis occulta est: & ideo non potest accipientis abluere, tũc falsa fama eius accipiens abluatur: & in eo uerita tem falsitas operetur. Nunc & accusa calũniosè dialecticos, quòd fugiendi uersutia sermonis efficiãt, ut si falsum est, uerum sit: si uerum est, falsum sit. Ecce tale aliquid ipse in sacramẽta Christianæ regenerationis immittis: imò peius, magisque fugiendum. Hæc ille. AVCTOR. Totum hoc recitandum duxi, ut possit uideri perspicuè totum fundamentum huius hæresis detectis uestibus: sicut dicit propheta: Denudasti fundamẽtum eius usque. &c. Neque absque pondere relin quendum, quòd Witcleff ministerium Iudæ propter peccatum occultum ultra iam superstitum ministeria sacerdotum. Et hoc sumit pro fundamento, differentiam, scilicet Iudaicæ traditionis occultæ, & traditionis publicæ modernorũ, quasi ex hoc facto uolẽs laudare Ioab: quia non palàm percussit Amasa, sed furtiuè sub ósculo. Planè Iudas iste nihil faceret pro parte eius, si foret uir mente prudens, & constans, & cuires argumentorum suorum attenderet, quæ fecerat contra nostros, scilicet, quia fructus sacramenti, scilicet, sequi Christum in moribus, in pœnam peccati talis prælati dimittitur. Nonne item in pœnam peccati Iudæ? Item deficiente fide formata talis non cõficit. dices ne, quòd sic, si defectus lateat sicut Iudæ? Item ualde iustus quandoque non auditur: quæ ergo necessitas ut audiat Deus sacerdotem reprobum? Ego quæro quę necessitas ut audiat Iudam & traditorem occultum, & non publicũ? Sed ecclesia dicit: nec quia Iudas occultus, uel alius manifestus, sed qa per utrunque ui sacramenti Deus concurrit operando per gratiam; mali ministri tantùm per uisibile sacramẽtum. ubi suprà, AVGVST. Nostri hoc (inquis) de scripturis probant: quoniam Iudas traditor antequàm damnaretur, omnia sicut Apostolus gesit. Quid hoc ad Petiliani senten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam fixam atque definitam? conscientia sanctè dantis attenditur: nisi quòd Iudas iste nimiũ contra uos est: cùm uerbis alienis inconsideratè prolatis, patrocinium præbere conamini. Cùm enim Iudas, sicut Apostolus, baptizaret: quandoquidem malus erat, quia fur erat, & ea quæ mittebantur, in commissos sibi loculos auferebat: non† utique conscientia eius attendebatur, sed DEVS & CHRISTVS, in quem credebatur. Neque enim & ipsius mali hominis *falsa fama bonam credentes, accipientes abluebat: nec generabat in homine gratiam diuinæ ueritatis falsitas humanæ opinionis. Hæc ille. AVCTOR. Erras ergo, imprudenter erras, dicens, quòd ministratio sacramentalis moderni sacerdotis non potest acceptari à Deo, sicut fuit Iudæ propter traditionem eius publicam. Et ad probandum ministrationem eius ratam, intulisti traditionem eius fuisse tam secretam, quòd nullus Apostolorum eam nouit, quasi propter traditionem suam occultam foret DEO plùs acceptus: & falsitas humanæ opinionis generare posset in homine gratiam diuinæ ueritatis. Quo contra libro. 7. contra Donati.* cap. 2. post responsũ, AVGVSTINVS. Apparet (inquit) & in eis esse posse, atque ab eis dari posse sacramentum CHRISTI, qui non sunt in ecclesia CHRISTI, in quâ non nisi unanimes & concordes habitare, Cyprianus* ille testatur. Neque enim saltem hoc dici potest: tunc baptizare possent, cùm latent: quoniam illi Paulum Apostolum non latebant, quos in Epistolâ suâ ueracissimus testis notat, & gaudere se dicit, quoniam & ipsi Christum annuntiabant. Hæc ille.

*falsò bona fama credentes

*10. Augustini. To.7.

*ipse

Philip. 1.

¶QVOD PRAELATI POSSINT conficere, quanuis præsciti. Cap. XIIII.

SVMMA.

1 *Vuitcleff, qui dicit prælatos præscitos à Deo suspendi perpetuò tàm ab officio, quàm beneficio, &c. & sic non posse conficere, confutatur.*

2 *Hæreticus, & quantocunq; peior, etiam si sit præscitus, quòd possit conferre sacramentum utiq; uerum ad alterius salutem.*

3 *Prælatos præscitos, quòd Deus perpetuò non suspendat.*

4 *Prælatus, aut presbyter infidelis, quanquã à Deo iudicatus, & suspensus, & simul forsitan ab ecclesia condemnatus, quòd uerum si intendat, conficit sacramentum, sicut ueri characteris retinet sanctitatem &c.*

5 *Mali quatenus cognoscendi.*

A RESTAT iam uidere, utrum diuina præscientia turbet fidem super concursu Christi cum prælatis, quando intendunt cõficere. Vuitcleff dicit sic esse: secunda parte sermonum, sermone. 6. Prælatos (inquit) præscitos Deus suspendit perpetuò, tam ab officio, q beneficio, quod occupant in ecclesia militante: patet sic. Quicunque tales prælati iniustè faciunt extra gratiam prædestinationis quicquid fecerint: sed Deus suspendit de iure suo quemcunque in illo casu positum, in quo non posset beatitudinem promereri: ergo. Nam constat ex fide, quòd quilibet præscitus in illo casu ponitur, in quo ex Dei absoluta potentia nõ posset beatitudinem promereri: quia aliter foret possibile præscitum esse beatum, uel Deum iniustè detinere mercedem à suo famulo promerente. Et ex isto musitant quidam tam de seipsis, quàm prælatis alijs: an uerè conficiunt, uel sacramenta aliqua administrant. Ad quod solebam dicere, quòd sicut fidelis non debet de talibus nimium musitare, sic non debent partem affirmatiuam talium ut fidem accipere, sed citra fidem ex bonis operibus uel malis partem sequentem tanquam probabilem reputare. Hæc Vuitcleff. AVCTOR. Ecce qualiter iste uelut aqua dilabitur. Ab errore primo incipit confirmare sequentem: uolens habere, p probato quã sic dixerit, sicut Petilianus hæreticus inuichens Augusti no. Vnde contra eundem libr. 3. cap. 11. recitat AVGVSTINVS. Iudicibus uobis. s. auditoribus suis, nec testem, nec argumentum requirit, cui hoc solũ est probare quod dicit. AVCTOR. Primò† qa dicit, quòd prælatos præscitos Deus suspendit perpetuò tam ab officio &c. Negat fortè fidelis. Probat: quia quicunque talis prælatus iniustè facit quicquid fecerit extra gratiam prædestinationis. Et si hoc admitteretur gratia prosequendi, quod tamen ut fidele negamus, nõ posset inde sequi, quòd nihil facit: quia ex fide hæreticus, uel schismaticus sacramenta ministrans, aut presbyter degradatus, uel laicus, non præuentus necessitate legitima, iniustè facit: nõ tamen non consecrat, uel non ministrat. Quot probationes fideles adducit AVGVSTINVS ad hoc contra Donatistas hæreticos per lib. 7. Contra Petilianum per libros. 3. Contra Crescõnium, per lib. 4. & loca plurima. Vnde lib. 6. de baptismo. cap. 5. Nihil (inquit) interest ad baptismi sanctitatem quanto quisque peior id habeat, & quantò peiori tradat: potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus: sed perniciosè tradere. Ille aũt, cui tradidit, potest salubriter accipere, si ipse nõ separatus accipiat. Sicut plerisq; accidit, ut catholico animo, & corde ab unitate pacis nõ alienato, aliqua necessitate

Vuitcle

Augusti. To.7.

Augusti. To.7

tate mortis ingruentis in aliquẽ hæreticũ irruerent, & ab eo Christi baptismum sine illius peruersitate perciperent, & sine defuncti, siue liberati nequaquam apud eos remanerent, ad quos nũquã corde *transierunt. Sequitur. Quia & illud in homine iusto, & in homine iniusto semp sanctum est, quod neque alicuius æquitate augetur, neq; alicuius iniquitate minuitur. Hæc ille. AVCTOR. Hæreticus† ergo, & quantocunque peior, etiam si præscitus, potest conferre sacramentum utique uerum ad salutem alterius: quia prædestinatis, & reprobis sacramenta fidei sunt communia, charitas separata. Vnde ibidẽ lib. 5. cap. 27. AVGVSTIN. Sunt (inquit) etiam qui dam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant: aut etiam in hæresibus, uel in gentilium superstitionibus iaceant, & tamen etiam illic nouit dominus, qui sunt eius. Nãque in illa ineffabili præscientia Dei multi, qui foris uidẽtur, intus sunt, & multi, qui intus uidẽtur, foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui (ut ita dicam) intrinsecus & in occulto intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorum. Horum munera concessa diuinitùs partim sunt propria, sicut in hoc tempore infatigabilis charitas, & in futuro uita æterna: partim uerò cum malis peruersisq; communia, sicut omnia cetera, in quibus sunt & sacrosancta mysteria. Hæc ille. AVCTOR. Hic habes ex Augustino, quòd multi sunt de ecclesia prædestinatorum, scilicet, de horto conclusõ, qui adhuc foris sunt, id est, extra ecclesiam præsentem, qui bus unà cum aliis peruersis, id est, reprobis, sacramenta possunt esse cõmunia. Et sic quanquã sint in statu præscientiæ, in quo non merentur statum beatitudinis, uera tamen conficiunt sacramenta: & hoc est fides. Sed reuertamur ad primum, ubi dicit, quòd † prælatos præscitos Deus perpetuò suspendit. Quare? Quia iniustè faciunt, quicquid extra gratiã prædestinationis faciunt. Et ergo nihil faciunt, scilicet, nec conficerant, nec baptizant. pessima deductio. Ergo si præscitus occidat, uel percutiat innocẽtem, quia iniustè facit, ideireo nihil facit: quia Deus suspẽdit eum ab officio iudicis, aut præfecti: & hæreticus si prædicet uerbum domini, non prædicat: quia Deus suspendit eum, eo quòd iniustè facit, quicquid facit. Vnde lib. 3. de baptismo AVGVSTINVS. Non itaque ideo nõ sunt sacramẽta Christi & ecclesiæ, quia eis illicite utũtur, non hæretici solùm, sed etiam omnes iniqui, & impij: & tamen illi corrigendi, aut puniendi: illa uerò agnoscenda, & uenerãda sunt. AVCTOR. Non dicit reputanda, sed agnoscenda, & uenerãda: ergo asserenda, non dubium à quibuscunque impiis celebrentur: ergo si à præscitis, qui puniri

*transierant.

2. Timo. 2.

Caut. 4.

Augusti. To.7.

A possunt, corrigi finctenus non debẽt: quia potestas sanctificãdi non tollitur à præscitis. Aliter quærendum esset, quomodo sanctitas sacramẽti remansit in Saule, cùm spiritus Dei bonus recessisset ab eo, Vnde lib. 2. cõtra Petilianum respon si. 48. AVGVSTINVS. Si satis absolutum tibi uidetur quod dixisti: qui nõ fuerit innocens, non habet sanctitatẽ: quæro si non habebat Saul sacramenti sanctitatem, quid in eo Dauid uenerabatur? si autem habebat innocẽtiam, quare innocentem persequebatur? Nam eum propter sacrosanctam unctionem, & honoranit uinum, & uindicauit occisum: & quia uel panniculum ex eius ueste præscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem: non uitæ suæ: nam hoc sine innocentia nemo potest, sed sacramentum Dei, quod in malis hominibus sanctum est. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo sanctitas sacramenti Sauli B non defuit, quem iam Deus suspẽdit, & abiecit ut reprobum, uitæ innocẽtia destitutũ, nec fuit in eo sanctitas illa, & tantùm secundum reputationem, quem Dauid non reputauit iustum: nec minus eum nouit à Deo suspensum, & tamen uerè honorauit ut regẽ, uerè sciens cum ministrare regalis ordinis sacramẽtum: Cur ergo suspensus à Deo prælatus, uel propter præscientiæ maculam (ut tu fingis) uel propter actualem iniustitiam, si intendat ministrare, non ministrat sacramentum, sicut secum retinet ordinis sacramentum? Et ideo uolo te nosse ex hoc facto Saulis, qui diu postquàm suspensus est à DEO ne regnaret super Israel, regnauit tamen de facto, & uerũ exhibuit exercitium sacramenti, quod uerũ habuit. Ita † prælatus, aut presbyter infidelis, quãquam à Deo iudicatus, & suspẽsus, & simul forsitan ab ecclesia condemnatus, uerum si intendat, conficit sacramẽtum, sicut ueri characteris C retinet sanctitatem: non nego tamen quin iniustè. Vnde contra Crescõnium lib. 2. capite uigesimo primo. AVGVSTINVS. Si autem (inquit) *quæris quomodo *baptizent quos damnauit ecclesia? respõdemus, Sic eos baptizare, quo modo baptizant quos damnauit Deus antequã de illis quicquam iudicaret ecclesia. Qui enim mente puersa, uidetur intus esse cũ foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Paulus autẽ Apostolus dicit. Ecclesia subdita est Christo. Non ergo debet ecclesia se Christo præponere: ut putet baptizare posse ab illo iudicatos, à se autem iudicatos baptizare non posse: cum ille ueraciter iudicet: ecclesiastici autem iudices, sicut homines plerunque fallantur. Baptizant ergo quantũ attinet ad uisibile ministerium, & boni, & mali. Inuisibiliter autem per eos ille baptizat, cuius est, & uisibile baptisma, & inuisibilis gratia.

1. Reg. 10.

Augusti. To.7.

1. Reg. 10.

1. Reg. 24.

4

Nota.

Augusti. To.7.

*quærat *baptizant

Ioan. 3. Ephe. 5.

Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc ille. AVCT. Quã planè dicit Auguſt. quòd iudicatus à Deo baptizat, & ſic ab eccleſia condemnatus. Quid dicemus amplius? ſuſpenſus à Deo, interdictus à Deo, non hac de cauſa, uel illa, ſed indifferenter hac & illa, uerè baptizat. Sit præſcitus, ſit diabolicus, uerè conficit quantum attinet ad bonitatem ſacrificii: non quantùm ad errorem ſacrificantis iniuſtè: nec tantùm quo ad exteriorem famam: ſed ipſe Chriſtus, inquit Auguſtinus, baptizat interius, præſtans inuiſibilem gratiam, Ipſe Chriſtus concurrit. Ipſe Deus Chriſtus cooperatur iniuſtis, malis, præſcitis, à Deo iudicatis, & ſuſpenſis, Sic enim dicit. Ipſe inuiſibiliter baptizat per eos. Et in decretis. de conſecra. diſt. 2. cap. Vtrum ſub figura. Et in ſermone de corpore Chriſti, qui incipit, Veritas. ait AVGVSTINVS. Intra eccleſiam catholicam in myſterio corporis & ſanguinis Chriſti, nihil à bono maius, uel à malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito conſecrantis ſacerdotis, ſed in uerbo ſaluatoris, & in uirtute ſpiritus ſancti corpus Chriſti efficitur. Si enim eſſet in merito ſacerdotis, nequaquàm ad Chriſtum pertineret. Nunc hic ſicut ipſe eſt Chriſtus qui baptizat, ita idem Chriſtus, qui per ſpiritum ſanctum hanc oblationem ſuam efficit, carnem, & uinum transfert in ſuum ſanguinem. Hæc ille. AVCTOR. Bonus metaphyſicus in hoc Auguſtinus: quaſi diceret: per ſe effectus reſpicit cauſam per ſe, non per accidens. Ideò ſi meritum ſacerdotis eſſet per ſe cauſa ſacramenti, excluditur Chriſtus, uel cõcurrit per accidens. Benedictus Deus, qui ſic per filium ſuum Auguſtinũ uſque ad nihilum confregit inimicum. O quot machinas Witeleff, quot magniloquas uanitates eius prædicta ſententia Auguſtini concuſſit? Quotiens ſolet ſimplices terrere lectores, & dicere: non confidendum in abſolutionibus Papæ, & indulgentijs prælatorum: non metuendas eorum ſuſpenſiones, & cenſuras: quia niſi Chriſtus operetur cum eis, nihil agunt? Et huic uero falſum annectens ſupponendum ait peruitas eorum, & opera, quòd Deus ſuſpendit eos ut reprobos: & per conſequens nihil approbat, quod conantur. Saltem ſi faciant quod rectum putauerint, quando uis ipſi ſint curui, Deus per eos abſoluit, & ligat, dimittit, & retinet, diſpenſat, & approbat: nõ dico præſumptorem miniſtrum iuſtificans, ſed pficiens ſacramentum. Sed hoc (inquit) non eſt accipiendum pro fide. Viderint Chriſticolæ nõ infecti, utrum magis crederent Auguſtino: non qa Auguſtinus ſic dicit, ſed quia fidem dicit: & per hoc fidem eſſe, quã aſſerit: an infideli Witeleff, quem eccleſia orbis terræ damnauit ut perfidũ: nihilque de fide ſcripturæ, aut ſanctorum patrũ ducenti in oppoſitum. Quod autem dicis per

Auguſtin. To. 10.

A opera eorum debere agnoſci: poteſt † eſſe quantum requiritur mihi, ne imiter eũ in malum: ſed quid ut certus reddar me uerum ab eo ſuſcipere ſacramentum? pars fidei hæc eſt, nec ſufficit reputari. Idcirco Auguſtinus cõuincit Donatiſtas ponere ſpem ſuam in homine, & cõſidere in homine: quod credo mitiorem errorem eſſe, quàm pro ſacramentis habendis nec in homine confidere, nec in Deo: ſed ſolùm leuiter reputare. Audi ipſum iccirco ex parte eccleſiæ dicere, In domino confido. AVGVSTINVS. Quid iſti faciunt, cùm illis commemorantur tam innumerabilia, & quotidiana peccata, & ſcelera eorum, quibus plena eſt illa ſocietas? nunquid poſſunt dicere, In domino confido quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montẽ, ſicut paſſer? Non enim confidunt in domino, qui tunc eſſe dicunt ſancta ſacramenta, ſi per ſanctos homines dẽtur. Itaque cùm ab eis quæritur qui ſint ſanctiſ erubeſcunt dicere* nos ſumus: qui etiam ſi non erubeſcant hoc dicere, ij, qui audiunt, pro ipſis erubeſcunt. Itaque iſti cogunt eos, qui accipiunt ſacramenta, ſpem ſuam in homine ponere cuius cor uidere non poſſunt. Quid eſt enim dicere: ego quod do ſanctum eſt, niſi ſpem tuam in me pone? quòd ſi non es ſanctus oſtende cor tuum: quod ſi non potes, ubi uidebo quòd ſanctus es? An fortè dicit quod ſcriptum eſt: Ex operibus eorum cognoſcetis eos? Video planè mira opera, quotidianas uiolentias circumcellionum ſub presbyteris & epiſcopis ducibus circunquaque uolitare: & terribiles fuſtes Iſraeles uocari. Sequitur. Nam ſi dantis, & accipientis meritum ſit: dãtis Dei, & accipientis cõſcientiæ meę. hæc enim duo non mihi incerta ſunt: bonitas illius, & fides mea, quid te interponis de quo certum ſcire nihil poſſum? Sine me dicere, In domino confido. Nam ſi in te confido: unde confido ſi nihil mali iſta nocte feciſti? Poſtremò ſi uis ut credã tibi, nũquid poſſum ampliùs, quã de te credere? Vnde ergo confido in eis, quibus heri communi caſti, & hodie communicas, & cras communicabis? Hæc ille in expoſitione pſal. 10. AVCTOR. Ecce q̃ bene Auguſtinus inquiſiuit de ſanctitate miniſtri. Nec ibi certũ potuit obtinere reſpõſum, quantò magis de prædeſtinatione? Et ibi infert certitudinem ſacramenti, quaſi neceſſariam fideli: & cùm inuenerit certitudinem ex parte Dei, quia bonus eſt: & ex parte credentis, quia fidelis eſt: petit Donatum: quærit à te, quid te interponis ut ſiam incertus? Sed idcirco Deum excludis ſicut & miniſtrum quantum ad certitudinem ſacramenti: quando dicis, non oportet credere nec negare de ueritate ſacramenti, ſed tantummodo reputare. Et nunquid ſicut Saul reputabat manus Philiſtinorum fore ſuper Dauid?

Quæſtiones ſecundo ſimiles.

Hiere. 17. Pſal. 117.

Pſal. 10. Auguſtin. To. 8

*non

Manh. 7.

1. Reg. 18.

Peſſima,

Peſſima, & non ferenda blaſphemia prohibetis in ſacramẽtis fidei omni bono dicere ſaltem, In domino confido: me, ſcilicet, ſuſcepiſſe uerum ſacramentum, ſed tantummodò reputo. Reputatum ergo uel leuiter curandum, uel paruipendẽdum penitus ſacramentum: quod non curandũ eſt eſſe certificum. De prædeſtinatione autem cuius intuliſti exemplum, item falsè doces: quia hanc affirmabo per ſpem: certè ſic eccleſiæ ſacramenta per fidem.

¶QVOD PRAESCITI NON NE ceſſariò excluduntur à ſacramẽtorum fructibus, uel ab eccleſia electorum. Cap. XV.

SVMMA.

1 *Præſciti, quòd non neceſſariò exeludantur à ſacramentorum fructibus, uel ab eccleſia electorum, oſtenditur.*

2 *Præſcitus, quòd poſſit prædeſtinari ad gratiam. Et quomodo Auguſtinus appellet eccleſiam prædeſtinatorum hortum concluſum &c.*

VR non poſſet præſcitus conficere, cum ſecundum Auguſt. uel plùs eum turbet diuina præſcientia, quam humana ratio eſſet ſatis abſcondita, niſi anne ſeret eum eſſe ſic ſuſpenſum ſuſpenſione ſua phantaſtica: quia quilibet præſcitus in illo ſtatu ponitur, in quo ex Dei abſoluta potentia, non poſſet beatitudinem promereri. Quàm inſipienter? cum ſemper dicant fideles eccleſiæ: non ex ipſo actu conſecrandi, uel miniſtrandi quenquàm promereri, ſi malus ſit, quicquam ad ſalutem: ſed non minùs tamen cõficit, uel miniſtrat. Sed hic principia eius coincidunt, ſecundùm quę neceſſe habebat ſic dicere. Primò, quòd nullus extra gratiam prædeſtinationis, uel ſtatum meriti, poteſt quicquam boni miniſtrare, uel facere. Secundò, quòd cum omnia quæ euenient neceſſariò abſolutè euenient: ſi quiſquam ſit præſcitus, impoſsibile eſt eum abſolutè ſacramenta conficere: ſicut ad numerum gratiæ, uel ad mẽbra eccleſiæ pertinere. Sed ut tecum dicam, hic es cum clientela tua in capitulo ignorantium. Et miro modo reſumis argumentum Donatiſtarum, patrum tuorum: & in eodem loco beati AVGVSTINI reſponſum celebre non aduertis, contra Creſconium, libro ſecundo, capit. 14. & 15. Vbi uocabat eccleſiam, baptiſmum, & ſacramẽta, hortum concluſum, fontem ſignatum, puteũ aquæ uiuæ, cui nemo communicabat alienus, id eſt, non ſanctus. Dicit enim. Hæc † ueſtri de uiſibili baptiſmatis ſacramento accipientes tantum errant, ut res abſurdiſsimas fateri cogantur inuiti: quòd ad illum. ſ. fontem, qui proprius unicę columbæ, de quo dictum eſt: Nemo alienus cõmunicet tibi, ad hortum concluſum, puteumq; ſignatum potuerat accedere Simon magus, quẽ legimus à Philippo baptizatum: potuerunt accedere tot ficti, de quibus gemens loquitur Cyprianus: ſeculo uerbis ſolis & non factis renuntiantes: tot epiſcopi auari, de quibus ipſi idem teſtatur: fundos inſidioſis fraudibus rapientes, uſuris multiplicantibus fœnus augẽtes. Iſti quippe baptizati, & baptizantes uiſibili baptiſmo reperiuntur. Ad illum* tantùm fontem proprium, cui nemo communicat alienus, ad illum fontem ſignatum, hoc eſt ad ſpiritumſancti domum, quo charitas Dei diffunditur in cordibus ueſtris: nullus niſi mutatus accedit: ita omnino mundandus, ut nõ ſit alienus: ſed ſit cęleſtis particeps pacis, ſanctæ ſocius unitatis, plenus indiuiduæ charitatis, angelicæ ciuitatis. AVCTOR. Ecce nemo citra initium fidei ſic appropriauit eccleſiam, & fidei ſacramẽta, ſicut Donatus, & Witeleff: plus tamen Witeleff, quàm Donatus: quia Donatus ſolis iuſtis & ſanctis, qui ſaltem eſſent ſecũdùm famã ſancti: Witeleff ſolis iuſtis ueris & prædeſtinatis adultã. Vnde & turpiùs deuiauit à fide, docens non credendum eſſe Chriſtiano, uel concedendum, quòd aliquis iam uiator uerè ſacramenta conficeret nec uera eſſe ſacramenta collata per quenquam. Ratio, ne fortè ſit præſcitus: ſed tantùm reputanda pro talibus. Et ſic omne uiſibile ſacramentum quantumcunque celebretur à iuſtis, pro ſtatu uiæ eẽ alienũ à fide. Donatus autem non ſic, ſed ſi non eſſet à iuſto collatum. Vterque ergo plus iuſto clauſit eccleſiam: hic excludens omnes iniuſtos à participatione, & miniſtratione cæleſtium ſacramẽtorũ: ille omnes præſcitos & malos, & utrunque à cõmuni credulitate fidelium, malè damnans iuſtos & iniuſtos ad paria. Vterque error rapit ſibi hortum Chriſti concluſum: Donatus inde faciens eccleſiam ſanctorum: Witeleff prædeſtinatorũ. Sed dicatur tunc ad Auguſtinum: Ad hunc puteum: ad iſtum hortum concluſum, nonne Simõ magus peruenit, & uerè baptizatus ibi erat? Scriptura dicit quòd ſic. Nonne auari illi, & fœneratores epiſcopi? Cùm ergo iſti de numero prædeſtinatorum omnes non erant, ſaltem iuſti non erant: ergo quanquam erant tunc in illo ſtatu, qui non potuerunt beatitudinem promereri pro tunc, participabant tamen ab eccleſia uiſibile ſacramentum: & ſi non pro tunc inuiſibilem gratiam, ſicut dicit Auguſtinus. Iſti quippe baptizati & baptizantes uiſibili baptiſmo reperiũtur. Valde ergo improuidè dixit Witeleff, quòd non: quia nõ poſſet talis in iſto ſtatu beatitudinem

Prouer. 5.

Acto. 4. Cyp. ep. de lapſis.

*tamen

Auguſtin. To. 7 Cauſ. 4.

1 eſſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Horius con clusus. Augustin. To.7. Cant.4. Roma.2 Psal.44

2. Time.2.

ritudinem promereri. Dixisset autem melius dum eo in illo statu, sicut Augustinus dixit, quòd ad illum hortum conclusum nemo nisi mutatus accedit. Sed hoc te dicere non permittit dictio tua prior, quòd † præscitus nullo modo potest prædestinari ad gratiam: quod quàm falsum sit, quid AVGVST. asserit, audiamus: primò sentientes ab eo, quòd hortum conclusum sub allegoria ecclesiã prædestinatorum appellet lib. 5. contra Donatistas cap. 27. dicens. In quantum ergo lilium intantum hortus conclusus, & fons signatus, in illis uidelicet iustis, qui in occulto Iudæi sunt circuncisione cordis. Omnis enim pulchritudo filiæ regum intrinsecus: in quibus est numerus certus sanctorum prædestinatus ante mundi constitutionem. Illa uerò multitudo spinarum, siue occultis, siue apertis separationibus extrinsecus adiacet super numerũ. Annuntiaui, inquit, & loquutus sum: multiplicati sunt super numerum. Numerus ergo ille iustorum, qui secundùm propositũ uocati sunt, de quibus dictũ est. Nouit dominus qui sint eius: ipse est hortus coclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorũ. Ex hoc numero quidam spiritualiter uiuunt: & supereminentem uiã charitatis ingrediuntur. Infrà. Quidam adhuc carnales, & animales proiectus suos iustanter exercent: & ut cibo spiritualium fiãt idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriũtur. Sequitur. Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant, aut etiam in hæresibus, uel in gentilium superstitionibus iaceant: & tamen illic nouit dominus qui sunt eius. Nanque in illa ineffabili præscientia Dei multi, qui foris uidẽtur, intus sunt, & multi qui intus uidẽtur, foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui (ut ita dicam) intrinsecus, & in occulco intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorum. Hæc ille. AVCTOR. Planè detexit Augustinus hanc prædestinatorum tripartitam ecclesiam: uocans eam hortum conclusum ad sensum scripturæ. In cuius parte tertia continentur uiri flagitiosi, hæretici, pagani: & qui usque ad horam ultimam extra uineam domini commorantes, nõ nunc otiosi, sed male operosi: sacilegis actibus suis nullũ, aut uix ullum sabbatum concedentes: & tamen membra sunt ecclesiæ electorum. Inter quos, quia contingit multos esse presbyteros, & prælatos nonne ipsi sacramenta conficiunt, quæ prætendunt? Nonne reputans ipsos reprobos, & præscitos, ex malis actibus continuatus, & per hoc sacramentis per eos confectis decredens, quia falsè reputat, pœnam luet? Hęc est doctrina tua lib. de ecclesia & mẽbris. ca. 2. Videtur, inquis, quòd ecclesia de prælatis debet non supponere, A quòd sint membra sanctæ matris ecclesiæ. Non enim supponeret quòd sint tales, nisi ab euidentia capta ex opere, quo sequerentur dominum, id est, Christum. Non enim demonstratio, uel reuelatio est nobis expectanda in ista materia, sed sufficit nobis euidentia topica. &c. AVCTOR. Ecce isti omnes de parte tertia malè operãtur, & multi continuè: sicut beatus latro usque ad finem uersus. Nunquid sufficit falsa euidentia sũpta ex operibus malis, ut topicè falsam reputationem usurpes, ad excludendum eos de ecclesia electorum, qui Deo solo conscio intus existunt?

¶ QVOD PRAESCITVS, ET A Deo damnatus potest esse membrum præ destinatum ecclesiæ electorum Cap. XVI.

SVMMA.

1 *Præscitus, & à Deo damnatus, quòd possit esse membrum prædestinatum ecclesiæ electorum.*
2 *Desperandum quòd non sit de salute cuiusquam in hac uita quin saluus esse poterit.*
3 *Prædestinatus an possit perire finaliter.*
4 *Corona pro præmio ultimato accepta.*

SED ut altiùs iuestigemus, quod Deus donabit: an de numero præscitorum, quos hic spinas uocat: posset aliquis per ueram cordis contritionem & fidei sacramenta intra hortum illum conclusum intrare: hæc est tota quæstio, hęc controuersia Witcleff contra catholicos. Nõ (inquit) potest, quia necessario absolutè damnabit, & absolutè impossibile est eum, etiam si sit infans, sine mortali culpa in fine decedere: quia iam à Christo dãnatus est, & membrum corporis eius esse non potest. Mouebat hanc quæstionem quidam Donatista: sicut in dicto lib. contra eos. ca. 27. recitat Augustinus, inquiẽs: Nam dicat mihi aliquis quo modo irrepserint in hortum conclusum, in fontẽ signatum: quos sæculo uerbis solis, & non factis renũtiasse Cyprianus, & tamen intus fuisse testatur? Si enim & ibi ipsi sunt, & ipsi spõsa Christi sunt. Ita nè uero talis est illa sine macula, & ruga, & illa sponsa columba tali membrorum peste turbatur? An istæ sunt spinæ, in quarum medio est illa sicut lilium, quod in eodem cantico dicitur? Hæc Augustinus. AVCTOR. Totum hoc inquisitiue profertur. Et nota argumentum, si illi turpes ibi sunt: non dicit de * ibi, sed ibi in horto concluso. Ipsi sponsæ Christi sunt, & speciosa columbæ tali membrorum peste turbatur. Huic satisfaciens lib. 2. contra Cresconium cap. 21. dicit idem AVGVSTINVS. Tingere ergo possunt

Nota

sunt boni, & mali: abluere autem conscientiam non nisi ille, qui semper est bonus: Ac per hoc etiam nesciente ecclesia propter malam pollutã 2 que conscientiam damnati à Christo, qui iam in corpore Christi non sunt, quod est ecclesia: quoniam non potest Christus habere membra damnata: proinde & ipsi extra ecclesiam baptizant. Omnia quippe ista monstra absit, ut omnia in membris illius columbæ unicæ computentur: absit ut intrare possint limites horti concluſi, cu 1 ius ille custos est, qui non potest falli. Qui † tamen si confitentur, & corriguntur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arborib. horti concluſi, tunc in membris columbæ unicæ numerantur, nec tamen demùò baptizantur. Hæc ille. AVCTOR. Iam habes planè, damnatos à Christo nõ esse aliquo modo membra Christi, nec inter membra unicæ columbæ, id est, prædestinatorũ ecclesiæ computari: posse tamen esse cùm cõuertuntur, & corriguntur. Si isti damnati à Christo B fuerunt prædestinati, quomodo non fuerunt mẽbra corporis Christi, & ecclesiæ electorum, cùm ab initio erant de numero prædestinatorum? Si fuerunt præsciti, quomodo de non membris fiẽt membra, & correcti intrabunt hortum conclusum, niſi: hoc uerũ sit, quod tenet ecclesia, quòd præsciti possunt finaliter pœnitere, & sic prædestinari? Nec tunc fallitur Deus, qui sic præsciuit: quia (vt suprà dixi) lib. 1. primæ partis, Non tantum hoc præscit omniscius Deus, quod futurũ est, sed quod esse potest. Si igitur tantùm hoc possit esse, quod erit, sicut etiam ipse dicit, nil ponens differentiæ inter posse, & esse, adhuc sta ret error eius. Iam utrumque falsum est, & erroribus impræguatum. Primũ, quòd non membra, non tantùm secundùm reputationem humanã, sed etiam à Christo, ecclesia nesciente, damnata possunt intrare ecclesiam electorum, & esse mẽ C bra columbæ, & eo ipso prædestinari ad uitam. Hoc suprà monstrauit, & iterum contra Donatistas lib. 4. cap. 10. exhibet AVGVSTINVS. Nunc, (inquies,) quæritur, quomodo poterunt homines ex parte diaboli pertinere ad ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, de qua etiam dictum est, Vna est colũba mea. Quod si non possunt, manifestum est eam inter alienos gemere, & intrinsecus insidiãtes, & extrinsecus oblatrantes. Et differens solutionem huius usque in. 13. ca. De conuersione, (inquit) Nullius desperandum est, siue foris, siue intus constituti, quandiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit, & uisitat in uirga facinora eorum, & in flagellis peccata eorum. Hoc modo enim misericordiam suam non dispergit ab eis, si & ipsi misereantur aliquando animæ suæ placentes Deo. Sicut enim bonus, qui perseuerauc- A rit usque in finẽ, hic saluus erit: sic & malus, siue foris, siue intus, qui perseuerauerit usque in finẽ, 2 saluus non erit. Hæc ille. AVCTOR. Non † est ergo desperandum de salute cuiusquam in hac uita, quin saluus esse poterit. Certum tamen, & definitum est apud Dei præscientiam, quòd finaliter reprobandus saluus esse non ualet. Cui ueritati catholicæ, illud item fidele principium antecedit: aliud posse esse, aliud esse, uel futurũ esse, sicut lib. 2. de baptismo parnulorum. ca. 6. dicit AVGVSTINVS. Alia quæstio est utrum esse possit? Alia utrum sit? Alia, si non est, tamen posse esse, cur non sit? Alia utrum qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, nõ solùm quiſquam sit, uerumetiam poterit aliquãdo esse, uel posse. In hac quadripertita propositione quæstionum, si à me quæratur utrum homo sine peccato possit esse in hac uita, confitebor posse per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium. Et post multa. Si autem, quod secundò posueram, quæratur, utrum sit, esse non credo. Magis enim scripturæ credo dicenti, Nõ intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Hæc ille. AVCTOR. Vbi iam est, quod Witcleff nugaciter iactat omne possibile est uerum: & nihil posse esse, nisi quod fuit, est, & erit? Ecce quẽ dicis Augustinum tuũ, & inde sectatorestui glorianter te cognominabant Ioãnem Augustini. Ipse cõtra te disputat, & definiuit aliquod possibile, quod nunquã erit, hominẽ scilicet in hac uita sine peccato. Et ego constanter cum ecclesia æquè dico, Præscitum adhuc superstitem sine finali peccato posse esse, & per hoc saluari posse, sed nunquam sic futurũ esse, & utriusque cuẽtus præscium & omniscium esse Deum. Sed forsan obijcitur, quod Augustinus suprà tertio loco abhinc dixit de dãnatis à Christo, Nesciente ecclesia, absit ut intrare possint limites horti concluſi, quasi non possint absolutè intrare, qui reprobi sunt. Sed hoc refellit ipse, quando iam ostendit, per quam intrare possunt, dicens, Si confitentur, & corrigũtur, tunc intrant. Sed intelligit nõ posse intrare, nisi mutentur. Quo contrà, Donatistæ quidam insultabant catholicis, quando receperunt ad pœnitẽtiam ecclesiæ, uenientes de hæresi, dicentes eos receptos quales fuerant. Vnde contra Cresconium libro secundo. c. 9. AVGVSTINVS latè refert. Noli ergo, (inquiens,) ulteriùs in hac re non tãtummodo carnaliter, uerumetiam pueriliter sapere, ut tales quales erant, uestros à nobis suscipi existimes, qui cõuersione uoluntatis ab errore ueniunt ad ueritatem, à diuisione ad unitatem à dissensione ad pacem, ab inimicitijs ad charitatem, ab humana præsumptione ad diuinarum scripturarum auctoritatem. Non autẽ

Augustin. lib. 2. de peccatorũ meritis & remissione contra Pelagianos ad Marcellinum. To. 7 Cap. 7.

Psal. 142.

Præscitus saluari pũt

Aug. To. 7

prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius incipiunt esse nostri, quàm esse desti-
terint uestri. Hæc conuersio uoluntaris repente muta-
uit non solùm in teloneo peccatorem, uerumetiam in cruce latronem. Hæc ille. AVCTOR. Inter hæc tamen omnia prædicta de horto conclusō, & statu intrātium illā electorum ecclesiā, sciendum est, quòd Augustinus non semper loquitur uniformiter, sed quandoque dicit, illam esse prædestinatorum omnium: quandoque præcisè iustorum: quandoque membra eius esse, & intrare debere: quandoque intrare posse, qui extra sunt. Nusquàm tamen reperi cum dicere præscitum uirum intraturum esse, quāuis fortè intus esse uideatur: *uel si conuerti uelit, possit intrare. Prædestinatos autem malos dicit extra eam esse, quanuis in præscientia Dei esse intus uideantur, quia intus erunt. lib. 4. contra Donatistas. cap. 4. ubi dicit. Secundùm præscientiam, qua nouit Deus quos prędestinauerit ante mūdi constitutionem, conformes fore imagini filij B sui. Multi etiam, qui apertè foris sunt, & hæretici appellantur, multis, & bonis catholicis meliores sunt. Quid enim sunt hodie, uidemus: quid cras futuri sunt, ignoramus. Et Deo quidē, apud quem sunt præsentia quæ uentura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt. Nos autem secundū id, quod in præsenti est, quisque hominum quærimus, Vtrum in illius ecclesię mēbris, quæ una colūba dicta est, & sponsa Christi sine macula, & ruga hodie deputandi sunt &c. De auaris tandem in fine. In membris illius columbæ nec hi, nec illi sunt hodie, sed aliqui eorum fortasse futuri sunt. Hæc ille. AVCTOR. Hic agit de non membris secūdum præsentem iustitiam. Quod idcirco pondero: quia dicit, Tales hodie membra Chrsti ecclesiæ, & unice sponsę non sunt, quanuis futuri sunt, non obstante, quòd in Dei præscientia membra sunt. Falsiter ergo paralogizat Witcleff, quādo dicit hoc esse, quod apud C Deum est: quanquam penes homines aliter sit, uel secundùm præsentis iustitię statum. Sed † 3 quod exigit præsens tractatus dicere, si prædestinatus potest perire finaliter, restat ut probetur per scripturas: quanquam satis difficile sit probare. Dei spiritu enim dictum est angelo Philadelphiæ. Apocalyp. 3. Quoniam seruasti uerbū patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ uentura est in orbem uniuersum. Ecce ueniam citò, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Ecce huic proposito, ut uidetur, reuelauit Deus perseuerantiam finalem in bono: & sic prædestinationis ad uitā: cum quo etiam reuelauit periculum amissionis coronæ quod potuit imminere. Ergo prædestinatus ad, coronam potuit eam amittere. Sic enim accipi 4 tur hic corona † pro præmio ultimato beati, secundùm illud Apostoli de currentibus in stadio. 1. Cor. 9
Et hi quidem, corruptibilem coronā accipiant, hi autem incorruptam. Si dicat Witeleff non potuit eam amittere, sed si non teneret, posset, esset ergo ammonitio sine ratione: quia quàm absolute fuit impossibile eum coronam amittere, tam absolutè fuit impossibile eum non tenere per te. Item Ioānes Baptista dixit Hierosolymitanis. Matth. 3. Facite fructum dignum pœnitentiæ: & Matth. 3
nolite dicere apud uosmetipsos: patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Sequtur. Omnis arbor, quæ nō facit fructum bonum, excidetur. Ecce quidam istorum fuerunt prædestinati filij Abrahæ, si facerent pœnitentiam fructuosam, qui tamen si fructum nō faciant, excidi possunt, & alii loco eorum substitui, de lapidibus his, id est, duris gentilibus procreati. Sic enim, præponitur. Potēs est Deus. Et sequitur. Omnis arbor. &c. ergo prædestinati filij Dei possunt sua culpa perire. Sic enim hoc loco Matth. dicit CHRYSOSTOMVS in imperfecto. Timeant præcisionem suam, & faciant fructum: nam quanuis malus nec timore corrigitur, tamen bonus, nisi timuerit, perit. Hæc ille. Et AVGVSTINVS super Psalmum quadragesimum sextum. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Non enim remansurus est Abraham sine filiis, si uos damnaret Deus. Potens est enim & dā nare quos odit: & illi reddere, quos promisit. Hæc ille. AVCTOR. Si dicat Witeleffinonita possunt absolutè si minatur eis hoc Ioannes si non fecerint fructum: quàm fatua comminatio, & comminationis illatio? Si non possit de potētia Dei absoluta hoc Deus facere quod minatur, scilicet, præscindere eos: nec ipsi non facere fructum, quem mandauit: ut quid ergo minas facerem Deo, quòd subruam thronum eius nisi produxerit bonum spiritum in unitate ecclesiæ? cùm nec ego de potentia cuiusquam absoluta possem subruere sedem Dei: nec ipse diuinum spiritū non spirare? Alios textus scripturæ æquales istis possemus adducere: sed istos infero, quia ad hunc effectum eos fulcitos inueni per expositionem Augustini lib. de correptione & gratia. cap. 13. ubi probat ab intento, quòd prædestinatorum numerus est certus sine additione uel diminutione fienda: quanuis quidam de numero possint deficere. AVGVSTINVS. Hæc de his loquor, qui prædestinati sunt in regnū Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quicquam, nec minuatur ex eis: non de ijs, qui cum annuntiasset, & loquutus esset, multipli cati sunt super numerum. Ipsi autem uocati dici possunt, non autem electi: quia non sunt secūdum propositum uocati. Certū uerò esse numerum

rum electorum, neq; augendum, neq; diminuendum, quanuis & Ioannes Baptista significet, ubi dicit, Facite ergo fructum pœnitentiæ: & nolite dicere apud uosmetipsos, patrē habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. ut ostendat sic esse amputandos, si non fecerint fructum: ut non desit numerus, qui promissus est Abrahæ. Tamen apertiùs in Apocalypsi dicitur. Tene quod habes, nè alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est acceprurus nisi ipse perdiderit, certus est numerus. Quòd autem etiam perseueraturis sanctis sic ista dicuntur, quasi ipsos perseueraturos habeatur incertum: nō aliter hæc audire debent, quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quandiù in hac mortalitate uiuitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat? Quia id occultari opus est in hoc loco: ubi sic cauenda est elatio, ut etiā per Satanæ angelum nè extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus. Hinc Apostolis diceba tur, Si manseritis in sermone meo: dicente illo, qui eos utiq; sciebat esse mansuros. Et per prophetam, Si nolueritis, & obedieritis me, cùm sciret ipse, in quibus operaretur & uelle. & similia multa dicuntur. Nam propter huius utilitatem secreti ne fortè quis extollatur: sed omnes etiā, qui benè currunt, timeant: dum occultū est qui perueniant. Hæc ille. AVCTOR. Ecce certitudinem numeri prædestinatorum figit, sed incertitudinem personarū demonstrat: nè fortè quis extollatur (inquit) & timendum est, & huiusmodi. Quòd si impossibile foret extolli, quomodo fortè extolletur? Et quasi perseueraturos eos habeat incertum: certè nō de facto, sed quia possent non perseuerare si non manerent: ideo de possibili sunt incerti, qui tamen de facto sunt fixi. Et audiat item Witcleff casum paruum. Sumpto aliquo uno, quem Deus præscit tentandum C ad crimen mortiferum, etiam in tentatione lapsurum: in quo crimine auertens se à Deo migrabit à carne: nonne tamen poterit Deus isti facere tàm fortem in tentatione prouentum, ut non cadat? Arguit hoc Dei fidelitas in seruos fragiles. Fidelis Deus est, qui non patietur uos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. 1. Cori. 10. Ex hoc textu arguit, q̄ potens est Deus facere quod promisit, scilicet prouentum, ne tentatus, in tentatione succumbat. Item Deus non patietur quēquam tentari supra id, quod potest: ergo quilibet in hac uita tentatus, potest resellere tentatorem, & item potest sustinere. Quomodo ergo non scribit Witeleff directè cōtra fidē: quando dicit, q̄ talis non potest huic finali tenta 1 tioni resistere, nec potest Deus eum iuuare, ut posit sustinere, & non tuere? & Apostolus Paulus dicit oppositum. Forsan iam extraher de sinu truffarum suarum glossam illam euasiciam, quā alias recitaui, ubi egi de potentia Dei in primo lib. Potest (inquit) Deus, si uult, Adhuc Apostolus ait, q̄ Deus hoc uult, quia hoc faciet. Nō (inquit) patietur uos tentari, sed faciet cū tentatione prouētum. Et nunquid bene sequitur: Facit, ergo uolet facere? AVGVSTINVS dicit de homine, q̄ hoc potest, quod si uult, potest lib. 1. Retractationū cap. 21. *dicens. In potestate quippe hominis est mutare in melius uoluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur: de quo dictū est, Dedit eis potestatē filios Dei fieri. Cū. n. hoc sit in potestate, qd̄ cū uolumus facimus, nihil tā in potestate, q̄ ipsa uoluntas est. sed p̄paratur uoluntas à Domino. Eo ergo modo dat potestatē. Sic intelligēdū est qd̄ dixi postea; in nostra potestate esse, ut uel inferi bonitate DEI, uel excidi eius seueritate mereamur. Quia in potestate nostra nō est, nisi qd̄ nostrā sequtur uolūtatē. *Quia cū fortis, & potens p̄paratur à domino, facile fit opus pietatis, & quod difficile, atq; impossibile fuit. Hæc ille. AVCTOR. Iā glossa tua q̄d uales: q̄n hoc simpliciter posse Deū concedes, q̄ si uult potest? Potest (inquis) istū præscitum lapsurū iuuare nè ruat, si uult: ergo tunc potest. Hoc monstrat dicta fides Apostoli: sicut ex eo loco deduc it AVGVSTINVS per modū necessariæ sequelę. lib. de bono pseuerantiæ cap. 8. in initio cap. dicens. Vt. n. nō dicā, q̄ sit possibile Deo auersas & aduersas in fidem suā conuertere hominū uoluntates, & in corū cordibus operari, ut nullis aduersitatibus cedant, nec ab illo aliquo tentatione superati discedant; cū possit & quod ait Apostolus facere, ut non eos permittat tentari super illud, quod possunt. Vt ergo non id dicam, certè potest illos Deus præsciens esse lapsuros, anteq̄ id fieret, auferre de hac uita. Hæc ille. AVCTOR. Ecce datum prædictum, & amplius. Quia quos præsciuit esse lapsuros, potuit non tantum a tentationis impetu præseruare nè caderent: sed item tollere ab hac uita priusq̄ tā ualidè tentarentur. Sed tunc nullatenus damnarentur, si nō finaliter in mortali decederēt. Potest ergo Deus facere nè dānentur, quos de cętero lapsuros esse præsciuit.

¶ASCENDENDVM AD TRACTATum sacræ Eucharistiæ, uitando lites dialecticas quantum fieri poterit.
Cap. XVII.

SVMMA.

Eucharistiæ sacræ ad tractatum, quòd ascendendum sit uitando dialecticas lites &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Author inuehitur in Vuiteleff, tanquam omnium hæresiarcharum proteruiorē, & improbum &c. ad concitandum animos orthodoxos.*

3 *Ionathæ qui ab auctore recensentur. Et quòd ipse sit eius armiger contra Vuitcleuistas.*

4 *Patres sancti quomodo docuerunt ab auctoritate probatissimum modum esse ad disceptandum de fide.*

5 *Lanfrancus à Guimundo nobili uiro liberaliū scientiarum peritus dicitur. Et quomodo per eas Berengarium Vuiteleff magistrum turpiter fecerit confusum.*

6 *Participium errorum.*

7 *Philosophia humana quàm sit meretrix fornicaria uiro incauto, ostendit Origenes.*

1 VENITE † ascendamus ad montem domini, ut de sacramentis singulis, quod diripiebat hæreticus, in plenas manus prædas restituamus ecclesiæ. Verè. n. Esaiæ. 2. mons excelsus mons sacramentorum cælestium: altior Libano, procerior Oliueto. Ibi nanque in circuncisorum stationes, & ibi antiquorum hæresiarcharum greges penè omnes de tēporibus Saluatoris usque ad hæc tempora nostra multiformium dogmatum fœda lustra sternebant. Inter † quos omnes nullus isto Witcleff proteruior, nullus unquam surrexit improbior ad concitādum animos orthodoxos. Aut quis antiquus hostis ecclesiæ sic strepit litibus, sic frendit conuicijs, ut clerici catholici dicant, quid sacramentum in genere, quid in specie hostia consecrata: quid accidens sine subiecto, & similia, exasperās principes terrarum, & populos, nè obediant Papæ, nè obsecundent episcopis, nè subsidium uitæ impendant presbyteris, aut monachis, imò nec alimoniam fratribus? Quos omnes clericos dicit cæsareos: quousque docuerint populū, quid sit hostia consecrata. in libro de Eucharistia. in de papa. & centies alibi. unde de papa. cap. 4. in uulgari. Hanc quæstionem regna mittere deberent ad papam, ad sciēdum sensum eius, quid credere debeamus. Sequitur. Et ista regna nullum hominem sumerent in suum papam, priusquam de hoc eos instrueret per fundamētū legis Dei. Hæc Witcleff. Et in de Eucharistia cap. 4. Vix alter papa cum suis complicibus, omnes episcopi Angliæ cum suis doctoribus sciunt dicere, quid est hostia consecrata: quomodo ergo definirent ipsi in hæresi de tertia hostiæ conclusione? Hæc Witcleff. In quarto trialogi sub triplici fune oēs prædictos dicens hæreticos, Manifestum est (inquit) quòd omnes illi sunt dolosi hæretici. Dolo si dico, quia nosciunt communitates hominum in maiori parte sic credere: & nolunt, nesciant, aut non audent fidem suam illis detegere. Hęc Witcleff. AVCTOR. Hoc, quod dicit, non audent, ab exemplari Berengarij magistri sui subtraxit. Ipse enim dixit Humbertum episcopum fuisse in uecordia Paschasij Lanfranci, & uulgi, quando scripsit corpus Christi non figuraliter solùm, sed ueraciter in Eucharistię sacramento. *O miser homo quotiens in explanatione fidei sacramenti fideles præsules, & doctores uoluerunt, sciuerunt, & audaces erant scribere, & docere, quæ fidem istam concernunt: & cuncta malefica argumenta, & turbidas uestras phantasticas rationes fecerunt apertè, ut nihil tibi super sit in libellis tuis conscriptum, nisi quod est diu ante te per eos ad plana uerba damnatum? Non credis uerbis, senties acriùs, cùm dominus dabit ut ad te perueniam. Non † sum ego Ionathas strenuus ille princeps, Cyrillus scilicet, qui magistrū tuum confodit in concilio Ephesino Nestoriū: non Leo, non Nicolaus, aut Gregorius Papa, nō magnus Lanfrancus, Anselmus, aut Guimundus, omnes enim hi sunt Ionathæ, ego armiger eius, confessus, & notus indignus: signum habemus. Dixisti quotiens? Ascendite ad nos. Hoc & ecō- 1. Reg. 14 trariò dominus meus dixit mihi Ionathas. Ecce nos transmus ad uiros istos. Si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec ueniamus ad uos: quia scilicet non resistemus, sed ueniemus in fide matris ecclesiæ, tunc stemus in loco nostro, compescamus linguas, non moueamus arma doctorum, & scripturæ. Si autem dixerint Witcleuistæ incircuncisi, Ascendite ad nos si uultis: si sciatis, aut audaces fueritis disputare de fide: Ascendamus ad eos, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Quid ego ad ista? Perge domine Papa, aut custos ecclesiæ, Perge quo cupis: & ego tecum ubicunque uolueris. Ero, inquam, tecum, nec deseram, semper in authoritate dominorum meorum incedam, & in armis eorum pugnabo: qualiter item egregium AVGVSTINVM non pigebat facere, cum Academicos expugnaret. libro. 3. in fine. ubi, Quid (inquit) faciam, quem de castris meis foras truditis nisi implorabo auxilia * doctorum: cum quibus si superare nequeo, minùs pudebit fortasse superari? Hæc ille. AVCTOR. Et quid aptius? nihil sumit incircuncisus Witeleff & corde, & labijs, nisi argumēta, & armata dogmata magistrorū suorum, damnati simorum satellitum: præter quasdam sphærulas logicales, & glossas planè mendaces, quæ mouebuntur à digito. Et idcirco nihil præter scripturæ & sanctorum dicta contra eum ad bella producam. Sic † enim docuerunt sancti patres ab auctoritate probatilsimū modum esse ad disceptandum de fide, quibus omnia humanæ mentis subsident argumenta. Vnde AMBROSIVS, lib. 1. *de patre & filio ad

*4. in prin. ad Gratianum Augustum, cap. 3. *Nolo (inquit) argumento credas sancte Imperator, & nostræ disputationi: scripturas interrogemus: interrogemus Christum: interrogemus Apostolos: interrogemus prophetas. Quid multa? Patrem interrogemus, cuius honori studere se dicunt. Hæc ille. AVCTOR. Et quantum est ad sanctorū patrū documenta, nō simpliciter afferenda sunt, sed bona indagine perlustrata propter fictissimas glossas, quas iste sic sanctorum dictis sicut imperitus medicus humanis artubus rodētia pro lenitiuis, quousq; cuncta membra consumpserint, unguēta perfundit. Idcirco ergo discutienda sunt per partes, quousque pura exeat liquidæ ueritatis intentio doctoralis: quæ tunc necesse est omnes fideles figmentis hæreticis anteponant: prout AVGVSTINVS in conflictu suo cum Ecclanensi Iuliano profecit. Nunc (inquiens) mihi aggrediē dū est, quod tertio loco posui disputationis meæ ut sententijs episcoporum, qui scripturas sanctas ingenti gloria tractauerunt, tua (Iuliane,) dominō adiuuante, machinamenta subuertam. Sequitur. Sed nunc argumenta uestra ipsa, quibus agitis, nè prima hominum natiuitas originali peccato credatur obstricta, eloquijs sunt redarguēda sanctorū: quos oportet ut Christiani populi uestris prophanis nouitatibus anteponant: eisque potiùs eligant adhærere, quàm uobis. Hæc Augu. lib. 2. contra Iulianum in principio. AVCTOR. Et si istis attestationibus tam firmis incumbam, nunquid possunt Witcleuistis deesse calumniæ? Dicent me, non dubites, incertem logicæ, aut humanæ philosophiæ, quam arguebat Apostolus, quia in materia fidei tam tenaci, tam solida, dialecticè non contendo. Hoc solùm habebat eorum dominus Witcleff contra LANFRANCVM sanctum antistitem, cum diceret. Sic (inquit) tractans incedit, sicut nouitios suos in capitulo informaret. Sed † nobilis uir Guimundus in principio sui operis prædictum Lanfrancum dicit peritum scientiarum liberalium: & eas iā penè sopitas in Gallijs recreasse, & per eas magistrū Witcleff Berēgariū turpiter feciſſe cōfusum, & scholaribus destitutū. Attamē ipse LANFRANCVS in principio operis de Eucharistia contra eundem religiosè denouet in materia fidei dialecticas simultates. Relictis (inquiens) sacris auctoritatibus, ad dialecticam confugium facies. Et quidem de mysterio fidei auditurus, ac respōsurus, quę ad rem debeant pertinere, mallem audire, ac respondere sacras auctoritates, q̄ dialecticas rationes. Verum cōtra hæc quoq; nostri erit studij respōdere, ne ipsius artis inopia me putes in hac tibi parte deesse. Fortasse iactantia quibusdā uidebitur, & ostentationi magis, q̄ necessitati deputabitur. Sed testis mihi est Deus, & conscientia mea, q̄ in tractatu diuinarū literarū, nec proponere, nec ad ppolita respōdere cuperē p diabolicas ſſtiones. Hæc ille. AVCTOR. Quāus (inquit) sanctus Augustinus cum hæreticis philosophis multū quādoq; in eis ꝓfecit: sicut & sanctus Paulus Athenis cū philosophis philosophicè disputauit. Armis. n. suis pulchrè iugulandus est hostis. Et ut dominus dederit, cū domino meo Lanfrā co dialecticas & philosophicas rationes inducā, quantò breuiores ut ualeam: sed prout hæreticę intricationes hoc exigent: qui cas quamuis sine fructu, tamen sic sine numero iā mathematicè, iā sophisticè compulit, sicut nubes infecta, bufones. Vitabo tamen, sicut quantum potui euitaui, 1. Corin. 2. nè gloria fidei lateat in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, Et item patres sancti uiderunt in abusu eius euenisse ecclesiæ Christi larga discrimina. Ideo sanctus AMBROSIVS in lib. 1. de patre * & filio. cap. 4. Auferhinc (inquit) argumēta, ubi fides quæritur: loquatur in ipsis gymnasijs, iam dialectica taceat. Non quæro quid loquantur philosophi, requiro quid faciant. Soli in suis gymnasijs remanserunt. * Vide quā fides præponderet argumentis. Illi quotidie à suis consortibus deseruntur, qui copiosè disputant: isti quotidiè crescunt, qui simpliciter credunt. Non creditur philosophis, creditur piscatoribus. Nō creditur dialecticis, creditur publicanis. Illi uoluptatibus & delicijs orbem ligarunt: isti ieiunijs & doloribus exuerunt. Plures itaque iam cœpit illicere iniuria, quàm uolupras. Sequitur. Nunc uidea mus quid distant à gentibus Ariani. & infrā. Nōne ex philosophia omnem impietatis suæ traxerunt colorem? illi tamen quod uenerantur, amplificant: isti creaturam Dei filium asserunt esse, quæ Deus est. Hæc ille. AVCTOR. Ita & Witcleuistæ disponente Deo iam à consortibus deseruntur, saltem quo ad hæresim Eucharistiæ. Reuelauit enim eis Deus ad ignominiam magistri eorum quàm falsè scripturas, & fidei doctores extorsit: sicut patet iam penè per Angliam, & item Boemiā in Hussitis, utinam desereretur in alijs æquæ turpitudinis. Et nonne ex philosophia sua, sicut & Arius, omnem impietatis suæ traxit colorem? Bene dico suæ, non Aristotelis, non Platonis, sed † factus commune participium philosophorum, errores Democriti, & Anaxagoræ, Plotini, & Macrobij, cæterorūq;, quos propter errores abundè lędentes fidē, fides eiecit, ipse in unam massam doctrinæ suæ corruptionis intrusit: & huic omnem fidem ecclesiæ quantū potest, inclinat. Maximè enim de philosophia accidentis, quod in primęuis sa ere cœpit, in postremis cōmentor errauit: ut qa dogma ti Anaxagoræ de essentia accidentis, ꝙ sit ipsa substātia sic formata inclinauit iuuenilem auri-

Lanfrāc. Augustin. Lanfrāc. Ambros. To. 2. *de fide
Armis suis iugulandus est hostis. Ambrosius To. 2. *fidē ca. 5. in fine Participiū errorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

culam, nunquàm postea potuit assentire acci- A te à domino sabbati accepta, uellere spicas, & tã
dens posse esse sine subiecto. Et ad ultimũ con- diu uersare manibus, contritasq; purgare, donec Cap. 21.
sequens, ecclesiæ fidem perfidia commutauit, & ad ecclesiam perueniant. Dicet aliqu.s: quid tu
docuit non esse corpus Christi secundùm natu- tanta tritura discretiones huiusmodi granorum *extuli
7 ram in Eucharistiæ sacramento. O † quàm for- *exuisti? Quid deuentilasti? Cur propemodũ in
nicaria meretrix est humana philosophia uiro quæstionibus adhuc latent omnia? Affirma ali-
incauto? Docet hoc homilia. 20. super Nume- quid eorum, quæ multa posse intelligi disputa-
Origenes. ros uir prouidus ORIGENES. Si (inquit) rele- sti. Cui respondeo: ad eum ipsum cibum me sua
To. 7. gas quæ scripta sunt de Salomone, inuenies eũ, uiter peruenisse, quòd didici non hærere homi-
Homo. 20. & quidem cùm esset sapientissimus, multis mu- ni in respondendo secundùm fidẽ, quod respon
lieribus inclinasse latera sua, cum lex Dei dice- dendum est hominibus, qui calumniari libris no
Deute. 17. bat, Non multiplicabis tibi mulieres, ne fortè stræ salutis affectant, ut quicquid ipsi de natura
fornicari te faciant à Deo tuo. Ille ergo cùm es- rerum ueracibus documentis demonstrare pote
set sapientissimus, & ingentibus apud Deum me runt, ostendamus nostris literis non esse contra
ritis, tamen quia se tradidit multis mulieribus, de rium. Quicquid autem quibuslibet de suis uolu
ceptus est. Ego puto, q̃ multæ mulieres, multa minibus his nostris literis, & catholicæ fidei cõ-
dogmata, & diuersarum gentium diuersæ philo trarium protulerint: aut qua ẽt facultate ostẽ-
damus: aut nulla dubitatione credamus esse falsis-
quæ sophiæ nominentur. Qui cùm singula agnosce simum. Atq; ita teneamus mediatorem nostrũ,
re & perscrutari, ut potuit scientissimus, & sa- B in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Colos.
pientissimus uoluisset, semetipsum intra legis abscõditi: ut neque philosophiæ loquacitate se
diuinæ regulam tenere non potuit, sed decepit ducamur, neq; falsæ religionis superstitione ter-
eum Moabitica philosophia, & persuasit, ut ido reamur. Hæc Augustinus. AVCTOR. Non me
lo Moabitico immolaret. Similiter & Ammoni piget regulam recitare doctoris, quemadmodũ
tarum, sed & reliquarum gentium, quarum mu- sequi dominũ deprecor in præsenti. Spero enim
lieres dicitur recepisse & immolasse idolis ea- eius institutione & precibus facillimum esse ostẽ
rum. Grande ergo est, & uerè opus Dei tam mul dere de libris sanctis, quid ueri Witeleff asseruit
tis dogmatibus quasi mulieribus admisceri: nec de hostia cõsecrata: quid item erroris immiscuit
tamen à ueritatis declinare regula, sed constan- contra catholicam ueritatem: ita ut tenẽtes Chri
ter dicere: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta stum, cuius iste frustra legem appellat, neque phi
3. Reg. 11. Cant. 6. concubinæ, & adolescentulæ, quarum nõ est nu losophiæ suæ loquacitate seducamur: quam in
merus. Vna est tamen columba mea, perfecta libro de Eucharistia, & item de apostatis, cum
textus Orige. hẽt. Matris genitricis. textus Isidorij clarij. sic. Vna est columba mea perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. mea una est matri suæ, una* genitrici suæ. Hæc punctis, & umbris, & lineis gyratius quadam põ
ille. AVCTOR. Verè enim hanc gratiam do- pa uerborum contra accidens sine subiecto mul
mini, Witeleff non habuit: qui nec unam Chri- tiplicationem, transubstantiationem, & identi-
sti ecclesiam, & eius fidem inani philosophiæ, cam unionem corporis Christi singultit: neque
quã semel gustare cœperat, præferebat. Et (quod falsę religionis superstitione terreamur: quia nos
dolenter refero) non eius tantum sequaces, sed falsarios scripturarum Christi & Apostoli, & no
ecclesiæ sectatores: imò & religionis multi cul- C uum dogma in secundo millenario, soluti iam
tores: cùm istam philosophiam extraneam in li- Satanæ dispergentes: Augustini quoq; quosdam
bellulis eius legunt, incipiunt admirari: & statim libros pro titulis increpat. Ambrosium doctorem
capti laqueis nouitatis, incipiunt eius insana ue- apocriphum: omnes de secundo millenario
ba præferre doctoribus antiquis, & receptis. De iam hæreticos dydascolos nominat. Iam quos-
huiusmodi, non sine causa libro suo primo super dam ad contrarium sensum glossat: ob reueren-
Genesim ad literam in fine, conqueritur AVGV tiam (inquit) sed reuerentia, ut puto, illa, de qua
Augustin. To. 7. cap. 20. & 21. STINVS. Periculosiùs (inquiens) errant quidã Psal. 3.* Vuitleff
infirmi fratres, qui cùm istos impios de cælestiũ qui maligna loquuntur super me. Ego interim
corporum numeris, uel de quibuslibet elemento post hos reuerendos patres ecclesiæ, & eorum se
rum mundi huius quæstionibus subtiliter & co- quaces, quantum dederit Deus, in forma, & pro-
piosè disserere audiunt, euanescunt: & eos sibi cessu imitari conatus, tanquàm dominum meũ
cum suspirio præponentes, & magnos putan- Ionatham inops armiger, & minimus puerorũ, 1. Reg. 14.
tes, saluberrimæ pietatis libros cum fastidio re ascendam si forsan te uocantem, & totum ele-
petunt: & quos dulciter haurire deberent, uix pa- rum catholicum prouocantem in fastigio tui sen
tienter attingunt, à segetis asperitate abhorren- sus collocatum, utique reptando manibus & pe-
tes, & spinarum floribus inhiantes. Non enim dibus, scribens mecum, & consulens alios, ad
Psal. 33. Matth. 12. uacant uidere quàm suauis est dominus: nec in te, non per cuniculos abditos, sed ipsa uia præ-
sabbato esuriunt: atque ideo pigri sunt, potesta- rupta,

tupta, quam in tuis tractatibus ipse straueris, A hæresi, postquàm ipsam diabolus introduxit. Millenarius diabolus.
perueniam. Primò incipiẽs à sacramento Eucha 1 Hæc Witeleff. AVCTOR. Sic † de isto mille-
ristiæ, & ibi ad argumẽta tua de quintuplici euã narios & solutione huius diaboli fabulatur in tra
gelio: de doctorũ quaternario: demũ persequar ctatulis suis per mille loca tam latino sermone
descendentem ad blasphemias tuas ineptas: que editis, quàm uulgari. Vt ergo dicamus unde istũ
madmodum Psalmista ait: Fiat uia illorum tene millenariũ cœperit, & quibus auctoribus: In pri
Psal. 34. bræ & lubricum, et angelus domini persequens mo quantum hactenus legimus omnes scripto-
eos. Sequar inquit. Quem? ipse scio. Quomodo? res catholicos excludemus, & adibimus Chilia- Chiliastæ.
Prouer. 29 Luc. 22. Hiere. 2. Deus nouit. Fortè sicut sapiens dicit: Superbum 2 stas: id est, millenarios, uel Cherinthios, sic di-
sequitur humilitas. Et sicut duo discipuli homi- ctos à mille annis, qui hæreticè prædicabant: ut
nem aquæ amphoræ baiulum, quam Ieremias notat August. 9. lib. de hæresibus. & 20. de ciui- Aug. To. 6
Luc. 8. aquam turbidã prophetauit, & hæresibus sæculẽ tate Dei. Vnde autem sumpserunt errandi occa-
tam: cuius ideo tempestatem dominus increpa- sionem tam millenarij Chiliastæ, quàm millena-
uit. Luc. 8. ibi tamẽ cum discipulis pascha domi rij Witelemistæ, putatur quia in Apoca. Ioan. ca. Apoca. 20.
ni præparabo, quia non eum legitur præparasse, 20. scribitur, angelum descendisse de cælo, ha-
qui præcesit Christi discipulos, & ostendit ho- bentem clauem abysi, & catenam magnam in
spitium. manu sua: qui item apprehendit draconem serpẽ
tem antiquũ, qui est diabolus, & Satanas: & liga
¶QVOMODO WITCLEFF PRAE uit eum per annos mille, & misit eũ in abyssum,
cessit Satanæ mille annos solutionis suæ B & clausit, & signauit super illum, ut non amplius
contra Christum, & eius Euange- gentes seducat: donec consummentur mille an-
lium. Cap. XVIII. ni. Hic describuntur mille anni, quibus ligandus
est Satanas, & quibus regnent cum Christo fide-
SVMMA. les. Vnde sequitur. Et uidi sedes: & super eas se-
dentes: & iudicium datum est illis, & animas de-
1 *Millenarius diabolus. Et quid de eo fabulatur Vuitcleff.* collatorum propter testimonium Iesu, & qui nõ
2 *Chiliastæ qui, & unde dicti. Et unde sumpserunt errandi occasionem tam millenarij Chiliastæ, quàm millenarij Vuiteleuistæ.* adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius &c. ui
3 *Diaboli ligatura, & solutio narratur. Et quid super hoc dicant diuersi authores per totum cap.* xerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis.
4 *Witeleff Satanas quo tempore fuerit solutus, ostenditur.* Ecce per totam scripturam illam de regno Chri
5 *Satanæ magna solutio quando sit futura. Et quomodo per modicum tempus soluetur, & quare.* sti & sanctorum eius per mille annos scribitur:
de millenario uerò diaboli, qui tanto tempore
RVM huius pestis hæreticæ, in hoc C solueretur, puto nusquàm nisi in istis Witeleff
loco notarem, sicut in alijs suis hære- glossulis inuenitur. Quinimo textus scripturæ, q̃
sibus facere cõsueui. Sed præuenit me de solutione eius loquens, postea dixit, Et cũ cõ-
malignus Witeleff, postponens perfi- summati fuerint mille anni, soluetur Satanas de
diæ suæ & auctoritate & tempore fidem sacram carcere suo, & seducet gentes, q̃ sunt super qua-
ecclesiæ, uocans eam hæresim hostiæ consecra- tuor angulos terræ: definitum tempus eius suprà
tæ: & initium eius distribuens ab initio secundi dixit breue. Post hæc (inquit) oportet illum sol-
millenarij post aduentum Christi, quo solutum ui modico tempore. Nec tamen illo tempore se
dicit esse diabolum: & hanc ipsam fidem eccle- ducet ecclesiam, ut Witeleff supputat. Vnde AV Augu. To. 5
siæ Christi symbolicè ultra omnes hæreses calli GVSTINVS. 20. de ciuitate Dei. capi. 8. Non
dè introductam. ca. 4. ter damnati trialogi. Inter 3 †itaq; (inquit) per totum hoc tempus quodlibet
Vuitleff omnes (inquit) hæreses, quæ unquàm in ecclesia iste complectitur, à primo scilicet aduentu Chri
pullularunt, nunq̃ considero aliam plus callidè sti usq; in finem seculi, quod erit secundus eius
introductam, & multipliciùs populum defraudã aduentus, ita diabolus alligatur, ut eius hæc ipsa
tem. Et de sermone domini in monte. cap. 46. A sit alligatio per hoc interuallum, quod mille an
principio millenarij diaboli usq; hodie regnauit norum appellat numero, non seducere ecclesiã:
ista hæresis de hostia consecrata, ut patet legenti quandoquidẽ illam nec solutus utique seductu-
Epistolas decretales paparum cum suis glossato rus est. Nam profectò si * eius alligatio est non * si ei alli
ribus & sectis pertinaciter consentientibus huic posse seducere, siue non permitti: quid erit solui, gari
nisi posse seducere, permitti? q̃d ablit ut fiat. Sed
alligatio diaboli est non permitti exercere totã
tentationem, quam potest, uel ui, uel dolo ad se-
ducendos homines, in partem suam cogendo
uiolenter, fraudulenterve fallendo. Quod si
permitteretur in tam longo tempore, & tanta in

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmitate multorũ,plurimos tales, quales Deus illud perpeti non uult, & fideles deijceret, & ne crederent,impediret:quod ne faceret, alligatus est.Tunc autem soluetur,quando & breue tẽpus erit.Nam tribus annis & sex mensibus legitur totis suis suorũque uiribus fœuiturus:& tales erunt cum quibus ei belligerandum est:ut uinci tanto eius impetu,insidijsque non possint.Hæc ille.Et hoc integrum habet Hugo lib.2.17. parte de sacramentis.capi.3. AVCTOR. Pondera quod primò dixit Augustinus:Mille annis totis nõ esse soluendum diabolum,imò ligandũ:quos mille annos non usuales, sed sextum accipit millenarium huius mundi:in cuius tertio centenario natus est Christus secundum Eusebium, & Hieronymum,& demum usque in proximos mundi fines extendit.Vnde ubi suprà AVGVSTINVS. Mille anni autem duobus modis possunt quantũ mihi occurrit intelligi:aut quia in ultimis annis mille,ista res agitur.i.sexto die,cuius nũc spatia posteriora uoluũtur,sequuturo dehinc sabbato,quod non habet uesperam:requie scilicet sanctorum,quæ non habet finem,ut.99. millenarij tanquam diei nouissimam partem, quæ remanebit usq; ad terminum seculi,mille annos appellauerit,eo loquendi modo,quo pars significatur à toto.Aut certè mille annos pro annis omnibus huius seculi posuit,ut perfecto numero notaretur ipsa tẽporis plenitudo.Hæc ille.AVCTOR. Hic ecce duæ sunt acceptiones millenarij huius ligaturæ.Prima scilicet,quam prædixit ab aduentu Christi,usque ad finem seculi,quam tenet itẽ HIERONY. in explanatione dicta literali super Apoca,ubi dicit.Iste Angelus, custos inferni est:quando Christus passus est,tunc ligauit diabolum.Mille anni, notum testamentum intelligitur,quia perfectus numerus est.Et transumpta est expositio ista à libris LACTANTII diuinarum institutionum.ubi lib.7.cap.14.sic scripsit.Sciant philosophi,qui ab exordio mundi seculorum millia enumerant,nondum sextum millenariũ annum esse conclusum:quo numero expleto,consummationem fieri necesse est: & humanarum rerum statum in melius reformari, Cuius rei argumentum priùs enarrandum est, ut ratio eluceat.Mundum Deus & hoc admirabile naturæ rerum opus,sicut arcanis sacrę scripturæ cõtinetur, sex dierum spatio cõsummauit:dieq; septimum, quomodo ab operibus requieuerat, sanxit.Hic est autem dies sabbati, qui lingua Hebræorum à numero nomen accepit.Vnde septenarius numerus legitimus ac plenus est. Nam & dies septem sunt,quibus per uicem reuolutis,orbes conficiuntur annorum:& septem stellæ, quæ non occidunt,& septem sydera,quæ uocantur errantia: quorum dispares cursus,& inæquabiles motus, rerum, ac temporum uarietates efficere creduntur. Ergo quoniam sex diebus cũcta Dei opera perfecta sunt:per secula sex, id est annorũ sex millia,manere in hoc statu mundum necesse est. Dies enim magnus mille annorum circulo terminatur,sicut indicat propheta,q dicit. Ante oculos tuos domine mille anni tanq dies unus. Et ut Deus sex illos dies in tantis rebus fabricandis laborauit:ita religio eius,& ueritas in his sex millibus annorũ laboret necesse est, malitia præualente,atq; dominante.Et rursus quoniam perfectis operibus requieuit die septimo, eumque benedixit:necesse est ut in fine sexti millesimi anni malitia omnis aboleatur à terra,& regnet per annos mille iustitia,sitq; tranquilliras,& requies à laboribus,quos mundus iamdiu *pertulit. Hæc ille. AVCTOR.Iuxta hunc intellectum adnexo illi conceptu Augustini, secundum primã expositionem illo sexto millenario annorum, cuius tẽpora iam ultima uoluebantur temporibus Augustini,& Lactantij,foret tempus solutionis Satanę:& septimo millenario succedẽte illi,in quo nos nunc sumus,est Satanas alligatus sic permãsurus in uinculis usq; in finem eiusdem septimi millenarij:computando illum secundum Augusti.pro toto tempore usq; in finem mundi, quo superueniet Antichristus, Satana iam soluto:sicut ait LACTANTIVS.lib.7.cap.26.his uerbis.Diximus paulò antè in principio regni sancti fore, ut à Deo princeps dæmonũ uinciatur. Sed idem cum mille anni regni,hoc est.7. millecæperint terminari, soluetur denuò, & custodia emissus exibit,atque omnes gentes,quæ tũc erũt sub ditione iustorum, cõcitabit ut inferant bellũ sanctæ ciuitati.Et colligetur ex omni urbe terrę innumerabilis populus nationũ:& obsidebit, & circũdabit ciuitatẽ. Tunc ueniet nouissima ira Dei super gentes &c.Infrà. Cùm uerò completi fuerint mille anni,renouabitur mundus à Deo: & cælũ cõplicabitur,& terra mutabitur,& transformabit Deus homines in similitudinem angelorũ,& uersabuntur semp in conspectu omnipotentis,& domino suo sacrificabunt,& seruient in æternũ.Hęc ille.AVCTOR.Ergo per istũ septimum millenarium est diabolus alligatus: in quo patet insipientia Witcleff. dicentis iã eũ solutũ. Item quia uocat totũ millenarium solutionis Satanæ quando soluendus est tantũ in termino septimi millenarij secundũ Lactantiũ,id est in fine seculi,secundũ Augustinũ,breui tẽpore,secundũ euangelium, tribus annis & dimidio, secundum Danielem.& Apoc.12. Veh terræ,& mari:quia descendit diabolus ad uos habens irã magnã, sciens quia modicũ tempus habet.Ec.13.cap.Data est illi potestas facere malũ menses quadraginta duos,quos expressit Daniel tres annos,& dimidium,

Augusti.

Hieronym.

Lactantius. lib.7.institu.diui. qui inscribitur de beata uita, siue de diuino præmio.

*perfert

Lactan.

Danielis Apoca.

Gregorius. To.1

midium. AVCTOR. Secunda uerò interpretatio millenarij GREGO. placuit.18.li.Moraliũ cap.17.ubi Millenario(inquit)numero nõ quãtitatem temporis,sed uniuersitatem,qua regnat ecclesia,designauit. Antiquus enim serpens ligatus catena in abyssum mittitur :quia relegatus à bonorum cordibus,apud reproborum mẽtes reclusus, eis atrociùs dominatur. Hæc ille. AVCTOR. Et hanc expositionem sequutus CASSIODORVS super Apo.Ligauit(inquit)eum per mille annos,id est toto tempore,à primo aduentu Christi, usque ad aduentum Antichristi. Et sciendum,quòd in Abraham,& in alijs fidelibus diabolus ligatus fuit, sicut in istis præsentibus:sed in illis ligauit eum spes futuri Christi,in istis ipse adueniens Christus ligauit per mille annos.Tanto tempore Satanas ligatur,quãto perfectio iustorum cõsummatur. Millenarius enim perfectionem significat. Hæc ille. AVCTOR. Sic ecce per textum & per doctores, mille annis ligandus est Satanas:non autem per mille annos soluẽdus:sicut tu dicis à principio millenarij diaboli usq; hodie:quasi primo millenario Christi aduentus ligatus, deinceps sequenti millenario solueretur. Quo contrà textus scripturæ modi cum tempus solutionis eius exponit: quod Daniel ad dies computans mille ducentos nonaginta dies, idem tribus annis & dimidio secundum Augusti.& omnes, designat.Tunc(inquit)soluetur : quando breue tempus erit tribus annis, & computantur anni & menses usuales: quod utique tempus,breue est ad reliquum tempus, quo ligabitur,cõparatum. Vnde AVGVSTI. ubi suprà cap.23.ait. Tempus quippe, & tempora, & dimidium temporis unũ annum esse & duos ac dimidium: ac per hoc tres annos & semissem etiã numero dierum postposito eluceſcit. Hæc ille.AVCT. Ratio tamẽ huius breuis temporis est:quia si permitteretur tam longo tempore,sicet mille annis, ut amicus eius Witcleff exoptat,stãte infirmitate multorum multos deijceret, & ne crederent, impediret. Sic item habet textus domini Matthęi.24.Nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro.Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Quẽ textum.32. lib. Moralium assumens GREGORIVS, Nisi (inquit) abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Quia enim, & superbos nos, & infirmos dominus conspicit:dies,quos singulariter malos intulit,misericorditer breuiatos dicit, Profectò ut & superbiã terreat de aduersitate temporis,& infirmitatem refoueat de breuitate.Hæc ille.AVCTOR. Videtis ergo quàm falsò contra intentionem scripturæ, & omnis expositoris catholici, autoritate sua Witcleff mille annos pro tribus & sex mensibus Satanę annuit:

Cassiod.

Daniel.13.

Augu.lib. 20. de ciuitate Dei. To.5

Matth.24.

Gregorius. To.1 Cap.13

A per quos solutionẽ eius, & regnũ cõtra Christi statutum in discrimen electorum suorum extendit. Quod absit (inquit) beatus Augustinus. Et nunquid de hac peruersitate gaudebat, qui tam crebrò,& ultra modum sæpe opportunè importunè millenariam Satanæ solutionẽ diaboli introducit,clamat,ululat, exaggerat, prædicat, ultra regnum decies beatorum? Legite qui uultis nedum catholicorum, sed & hæreticorũ libros: ni fallor, non inuenietur quisquam sic regnum istud solutionis Satanæ prædicare citra milliarios Chiliastas:qui hæreticè millenariũ celebrabant, quo uoluptatibus cibi & potus carnalis impunè uacarent.Quibus tantũ consonat Witcleff, quantum pro cibario pane,& uino in sacra mẽto altaris ponendo, solutionem Satanæ ampliat.Quod nec errantissimis uiris Ario, Sabellio,Eunomio,Marcioni,Nestorio,& alijs ducẽtis pro tollendo Christus diuinam suam naturã & humanam per latissima terræ spatia Asiæ & B Africæ cõcedere dignabat. Sed† si uis scire quo tempore solutus erat tuus Satanas: puto priusquàm ab angelo ligaretur. Attamẽ quia cum solui,est tentare permitti, ualde laxatum eum puto,quando sæuiebat in Iob.quando item Christi discipulos expetiuit ut cribraret sicut triticum. Toto etiam tempore primitiuæ ecclesiæ, quando fecit principes orbis præciptare colũnas pretiosas ecclesiæ,decoriare martyres,dilaniare doctores. Magis autem quando per Arium,& tot hæreticorum greges uniuersis mundi partibus Christi fidẽ quassabar.Miror igitur,nec satis admiror,qua fronte peruersa soluisti eum pro mica panis secundo millenario Christi : & per tot uniuersales persecutiones mũdi, Nerones, Decij,Diocletiani,Valerij,Maximini,Iulianiuhæreticorum item Arij,Sabellij, Manichei, Donati, Pelagij, & quotlibet aliorum: sub quibus uix ciuitas una, pagus, uel oppidum penè per totum millenarium primum Christi unũ mensem uacabat habere pacificum,sine bellis dico, spolijs, & strage populi christiani : putas esse ligatum? Reuera tũc solui permissus est prouidente Christo, per partes;& soluitur item nunc, quantum fragilitas nostra potest portare solutum, Particulariter enim soluebatur in Gallijs tẽpore Berengarij magistri tui.Soluebatur item in Anglia per teipsum, non dubium laxas habens catenas in corde tuo:quas Cristus tamẽ bonus dominus non tam liberas esse permisit in gente. Soluitur etiam per Husitas tuos (quod dolenter dico)in regno clarissimo Boemorum. Ecce totiens & totis gẽtibus credi potest eum laxari pro parte: generali autem solutione illa solui eum, quam scriptura prænuntiat,temeritatis tuæ fuit edicere:quam nulli hominũ quo ad tempus, uel momẽtum

*Solui diabolum quid significet. Luc.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum placuit domino reuelare. Per Danielé autem tempus durationis solutionis eius expressit:& iuge sacrificium dominici corporis in illo breui tempore tollendum palàm edocuit. Sicut notat CHRYSOST. in imperfecto. homilia.49. Antequàm (inquiens) caperetur dimidiũ hebdomadę, Christus per suam doctrinam tulit de medio iuge sacrificium Iudęorum. Nam dicitur tribus annis & sex mensibus docuisse: qui numerus sit dimidium septimanæ annorum. Vt illud sacrificium, quod iugiter fuerat in usu, tolleretur, & ferretur domino sacrificium iustitiæ in operibus, sacrificium laudis in uoce, & sacrificium pacis per Eucharistiam. Sequitur. In dimidio hebdomadæ, hoc est in tribus annis & sex mensibus, hoc sacrificium tollendum est ab Antichristo, confugientibus Christianis ante eũ per loca deserta: nec erit, qui aut ecclesiã intret, aut oblationẽ offerat Deo. Hæc ille. AVCTOR.

Chrysost. To.2 non longe a principio ho.

5 Hæc † erit magna solutio Satanæ: qua licentia B data tentabit superare, si fieri poterit, etiam electos Dei. Sed absit ut uincat ecclesiam, dicit Augustinus. Nouit enim dominus qui sint eius. Sed ideo soluetur per modicum tempus: non per magnum mille annorum, quod tu appellasti millenarium diaboli: quia tunc equipararet tẽpus regni Christi, & electorum eius: quod ad mille annos scriptura teste protenditur. Item, si millenarius alligationis Satanę, est totum tẽpus à * fine sexti millenarij usque in finem seculi secundum primam expositionem Lactantij & Augustini, uel totum tempus à passione Christi usque in finem per expositionẽ Hieronymi & Gregorij, nusquã reperies unum millenarium solutionis eius, nisi eodem tempore sit simul alligatus, & solutus. Item sic redderemur certi de mora mundi per ferè sexcentos annos, cum iã de secundo isto millenario post Christum cõpleti sint tãtum quatuor centenarij, & de quinto centenario uigintiquatuor anni. Sed hoc est contra intentionẽ Christi in euangelio: & determinationem Augustini epistola ad Esichiũ. Sed de facili corrumperet iste si posset euangelium saluatoris, ad canonizandũ magnum annum Platonis. Item quia statim post millenarium regni Christi solutio Satanæ promittitur breui tempore. Non est autem millenario comparatus breue tempus, sed æquale. Nec potes dicere horas abbreuiandas & dies: ut mille anni computentur ex eisdem diebus æqualibus numero, sed uarijs in mensura. Hoc enim quidã sapuere deliri, ut in commentario Matthæi. 24. eodem textu refert HIERONY. Abbreuiatos (inquiens) dies non secundum deliramenta quorundam, qui putant temporum momenta mutari, nec recordantur illius scripti: Ordinatione tua perseuerat dies. Sed iuxta temporum qualitatem sentire debemus abbreuiatos, non mensura, sed numero. Vt quomodo in benedictione dicitur: Longitudine dierum replebo eum: sic & nunc abbreuiati dies intelliguntur: nè temporũ mora concutiatur credẽtiũ fides. Hæc ille. AVCTOR. Temerarie ergo ualde pacificasti regno Christi, & electorum eius, quod scriptura prędicat regnum diaboli, quod nulla scriptura, nullus catholicus senserit. Et ubi propitius Deus addidit pro magnó diebus Ezechiæ regis tantum 15. annos: tu larga manu tua pro tribus tantum annis & sex mensibus, concessisti diabolo mille annos. Nimirum, quia futurus est tibi magnus amicus ad peruertendã fidẽ sacræ Eucharistię, ut dicit Chrysostomus. Et idcirco magis laudibus eius insudas. Lauda cum ergo cum Iuliano hæretico: sicut deridens AVGVSTINVS hortatur. lib. 5. contra eundem. cap. 3. Lauda (inquiens) angelos malos: lauda eorum principem Satanam. Sequitur. Valde enim dissertus es contra gratiam Christi: & idoneus dicere panegyricum Satanæ & angelis eius: per quos multorum Deus iudex atque ultor est peccatorum, retribuens eis secũdùm opera sua. Et infra eodẽ cap. An etiam ipsum malignum spiritum laudare disponis? Eia quid moraris? Decet enim inimicum te gratuitę Dei bonitatis laudatorem spiritus esse mędacis: Nec laborabis inuenire quid dicas: laudes eius paratas habes, si hæc ipsa in eum uerba transtuleris, quæ posuisti in laude libidinis. Et infrà. Omnia hęc secũdùm tuos acutissimos sensus rectè dicuntur: & in illius immundi spiritus laudem. Ergo præconium * uocis tuæ in simili causa, aut mendaci redde spiritui, aut cõtumaci tolle libidinis. Hæc ille. AVCTOR. Dic ergo ei cũ Iuliano panegyricum, quem sic promoues ad regnum: quia nisi per tales suos amicos regnare non poterit. Preparasti ipsi in hæresi Eucharistiæ cathedram doctoralẽ: et ualde disertè sceptrum eius exagitas contra substantiam uiuificã carnis Christi.

Matth. 24. 2. Time. 2. *a principio Hieronym. To.9 Psal. 118. Psal. 90. *laudis

C

¶ DE ANTIQVIS HAERESIBVS Eucharistiæ, ex quibus Witeleff traxit hæresim suam de hostia consecrata. Cap. XIX.

SVMMA.

1 *Hæresis prima in Christi discipulis de hostia consecrata. Et quòd error hic discipulorum, non fuerit simplex, sed duplex. Et quomodo in utroque scandalizentur Witcleuistæ, & sunt discipulis deteriores, ostenditur.*

2 *Hæreses antiquæ circa Eucharistiam describuntur. Et qui fuerint earum inuentores. Et quomodo ex*

ex his traxerit hæresim suam Wiitcleff de hostia consecrata.

SI tamen tantam uim faciat Witcleff pro temporis antiquitate, per quam hæresim suam honorare decreuit: libẽter cõcedam ipsi tempus diu ante millenarium diaboli, quem ipse mendosè signauit: orthodoxæ tamen fidei de sacramento Eucharistiæ prærogatiua famæ sanctitatis & temporis sẽper salua, dicente Ambrosio lib. de sacramentis: anteriora esse sacramenta Christianorum, quàm Iudæorum, multò potiùs hæreticorum, quæ nihil sunt: sicut idolum nihil est, secundum Apostolũ. Vnde lib. 4. de sacramentis AMBROSIVS. Accipe (inquit) quæ dico: anteriora esse mysteria Christianorum, quã Iudæorum: & diuiniora esse sacramenta Christianorum, quàm Iudæorum. Et infrà. Ergo primò intellige sacramenta hæc, quæ accipis, anteriora esse, quam sint Moysi sacramẽta, quæcunque Iudæi habere se dicũt: & priùs cœpisse populum Christianum, quàm cœpisse populum Iudæorum, sed nos in prædestinatione, illi in nomine. Obtulit ergo Melchisedec panem & uinum. Hæc ille. AVCTOR. inde diffusè declarare incipit, quod prædixit. Primò † igitur, p antiquitate suæ perfidiæ de hostia consecrata recurrit ad primam hæresim discipulorum. Ioannis. 6. ubi cùm prædicaret Christus in Synagoga Capharnaõ de uenerabili carne sua posteriùs comedenda in hostia, dicens: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: ipsi dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire? & ex Vnde, ut habetur de cõsecratione. distinctione. 2. Prima quidem hæresis in discipulis Christi uelut à duritia sermonis eius facta est. Cùm enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit uitam æternam. illi non intelligentes, dixerunt adinuicem, Durus est hic sermo. Quis eum potest mãducare? Dicentes quia durus est hic sermo, separauerunt se ab illo; & remansit cum duodecim. Hæc ibi. AVCTOR. Error iste discipulorum non erat simplex, sed duplex. Vnus in intellectu: alter in affectu. Intellexerunt quippe carnẽ Christi dilaniandam, & cruda specie comedendam, qualiter uenditur in macello, secundùm illud super psalmo. 98. AVGVSTINI. Carnaliter illud cogitauerunt: & putauerunt, quòd præstiturus esset dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis. Dixerunt, Durus est hic sermo. Ipsi autem erant duri, non sermo. Hæc ille. AVCTOR. Item isti discipuli habebãt affectum curuum ad cibum corporalem, & panem terrestrem, secũdùm quòd exponit super Ioannẽ homilia. 46. CHRYSOSTOMVS. Non uerba Christi (inquit) erãt, quæ istos scandalizabãt: sed negligentia, & desidia, & indeuotio eorum, qui audiebant uerba. Etenim si Christus non dixisset ista, scandalizati essent utique, & non acquieuissent: cibo semper attendentes corporali, & terræ affixi. Hæc ille. AVCTOR. Conformiter in utroq; scandalizantur Witcleuistæ. Nam primò sunt eis deteriores, quia error discipulorum non exiuit metas naturæ corporis Christi, sed horrebant carnis sectionem cruentam: Witcleff autem nec naturã Christi carnis in sacramento admittit, sed figuram tantũmodo, & parum respectum tropicũ, qui nec est substantia, nec accidens absolutum. In secundo uerò pani naturali totus incũbit: & plus illum inquirit, & certat habere, quàm optimum corpus uiuum à Christo promissum. Sic igitur hæresis quærentium panem corruptibilem in sacramento Eucharistiæ, & per hoc euacuãtium Christi carnẽ, quomodocunque sumpsit exordium. Ex qua itẽ parte post ipsos surrexerunt fœdæ sectæ hominum: quorum quidam immiscuerunt farinæ sanguinem humanum, ut Cataphryges. Quidam (quod est horrendum dictu) humanum semen, ut Manichæi. Quidam, ut Ophitæ, basia serpentina: quorum nullũ facere præsumpsissent, si uerè credidissent panem illum corruptibilem de farina illa confectum uirtute uerborum Christi trãsisse in ueram naturam carnis Christi: sicut à principio credebant duodecim apostoli, qui remanserunt, quibus item Christus dixit, Nunquid & uos uultis abire? & cui uice omnium Petrus ait. Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. & fidem istam purè transmiserunt ecclesiæ. Restat † forsan errores dictos inscribere, ne non cernantur ab his, qui dictos libros non possunt inspicere, aut non credantur uera esse, quæ dixi in libro de hæresibus. ca. 17. de Ophitis AVGVSTINVS. Ophitæ à colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè Ophis dicitur: hunc autẽ Christum arbitrantur: sed hunc etiam uerum colubrum assuetum eorum panes lambere, atq; ita eis uelut Eucharistiam sanctificare. Hæc ille. AVCTOR. Item de secta eorum, qui Cataphryges dicuntur, ibidem idem habet Augustinus. Sacramenta perhibentur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum uulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur: miscentes eum farinæ, panemq; inde facientes. Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre: si autem uixerit, pro maximo sacerdote. Hæc ille. AVCTOR. De tertijs item, & eorum sacramento, uel (ut dicam potius)

Ambrosius To.4. Cap.3. Aug. To.* Gen. 14. Hieb. 7 Io.6. De cons. d. 2. c. Prima quidem hæresis ex Aug. super Psal. 54. To.8. Aug. To.8. Io.6. Chrysost. To.3. Aug. li. de hæres. ad Quodu. ca. 26. & 46. & 17. To.6. Aug. To.6. Ophitæ. Cataphryges.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manichæi

potiùs) execramento scribit ibidem cap.46.de eisdem Augustini. Quadam necessitate cogûtur electi eorum uelut Eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde, sicut de alijs cibis, quos accipiunt, substantia illa diuina purgetur. Sed hoc se facere negant: & alios nescio quos sub nomine Manichæorum facere affirmant: detecti tamē sunt in ecclesia, sicut scis apud Carthaginem: quando instante Vrso tribuno, qui tunc domui regiæ præfuit, aliqui adducti sunt, ubi puella illa nomine Margarita, istam nefariam turpitudinem prodidit, quæ cum esset annorum necdum duodecim, propter hoc scelestum mysterium se dicebat esse uittatam. Tunc Eusebiam quandam Manichæam quasi sanctimonialem idipsum propter hoc ipsum passam uix compulit confiteri, cùm primò illa se asseruisset integrā, atque ab obstetrice inspici postulasset. Quæ inspecta, & quid esset inuenta, totum illud turpissimum scelus, ubi ad accipiendum & commiscendum concumbentium semen farina B substernitur, quod Margarita indicante absens non audierat, simpliciter indicauit. Hæc Augustinus. AVCT. Ecce miseri hæretici dati in reprobum sensum ad credendum corruptibilem panem in uenerabili sacramento: & idcirco traditi sunt ulteriùs in passiones ignominiæ, turpitudinem operantes, turpitudinem comedentes, perfidiamque, quam blasphemum & pollutum os expuit, digne turpius teassumpsit. Surrexit interea hæresis Nestoriana in alia hæresi discipulorum circa corpus domini cespitans, & ponens carnem in Eucharistia, non Christi, sicut remanentes credebant Apostoli, sed alicuius alterius hominis: qua ratione coacti? dicit in libro de corpore & sanguine domini capitulo finali ANSELMVS. Inter omnes, (inquiens,) hæresium diuersitates, quæ singulæ suo tempore impugnauerunt petrā supra petram ędificatam, & quæ in C soliditate sua permanēte petra, collisæ in alia, ut lutea uasa sunt confractæ: huius quæstionis nec mentio facta est, nisi in Nestoriana hæresi sola. In qua assertores eius in persona Christi diuina ab humanis penitùs separantes, Mariam theotocon, id est, dei genitricem penitùs negantes: sed solius hominis matrem esse affirmantes, cùm requireretur corpus, quod de mensa domini sumimus, cuius esse profiterētur, hæretica prauitate, uel temeritate ad suum errorem deturquebant uerba domini dicentis, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. & ex his uerbis astruere conabantur, quod ibi sumimus, carnem esse tātùm filij hominis: ne si illud corpus domini esse consiterentur, contra se loquerentur: consentientes in Christo Deo & homine esse unitatem personæ. AVCTOR. Hic iam cōcurrit Anselmo IANFRANCVS, de corpore & sanguine domini contra Berengarium sic scribens. Ex quibus domini uerbis ortæ sunt duæ hæreses antiquis temporibus. Et in hoc quidem consenserunt omnes, quòd panis, & uinum in ueram filij hominis carnem uerumque eius sanguinem conuertentur. Sed quis esset iste filius hominis, non omnes eandem sententiam tenuerunt. Quidam arbitrati sunt: hunc oportere intelligi, quemlibet hominē, siue iustum, siue peccatorem, in cuius carnem & sanguinem conuersa terrena substantia sumeretur in remissionem peccatorum. Alij arbitrati sunt, non hunc esse de turba quemlibet hominē, sed uirum iustum, sanctificatum, à communi hominum uita per suæ uitæ celsitudinem segregatum, qui templum Dei esset, qui diuinam in se habitationem ueriſsimè posſideret. * In huius carnem ac sanguinem commutari posse panem uinumq; altaris hæretica pertinacia delirabant. Factum est hoc paucis annis post obitum beati Augustini tempore Celestini Papę & Cyrilli Alexandrini episcopi: quibus annitentibus, atq; præcipientibus, indicta, ac celebrata est synodus Ephesina: una de quatuor, quas beatus Gregorius in Epistola ad patriarchas fatetur se ita susscipere, complecti, & uenerari, quemadmodum sancta quatuor euangelia domini nostri Iesu Christi. In qua synodo damnatę sunt utræque superius comprehensæ lethales pestes. Roborata est fides, qua credimus panem conuerti in eā carnem, quæ in cruce pependit: uinumque in eū sanguinem, qui de pendentis in cruce latere emanauit. Denique ducenti, qui eidem concilio interfuere episcopi, inter cætera de hoc sacramento sic scripserunt & Nestorio episcopo quasi hæreticorum capiti transmiserunt. AVCTOR. Epistola illa synodica incipit. Religioso, & Deo amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, uel quæ apud Ephesum synodus, & est in gestis eiusdem Concilij. CYRILLVS, & synodus Ephesina. Ad benedictiones mysticas accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris et sancti: non ut communem carnem percipientes, (quod absit) nec ut uiri sanctificati & uerbo coniuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut diuinam posſidentis habitationem: sed uerè uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut * Deus existens, quia propriæ carni unitus est, uiuificatricem eam esse professus est. Et ideo quamuis ad nos dicat. Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturā suam uiuificatrix esse poterit caro hominis? sed ut

Lanfran.

Hæc uerba usque ibi, Etiu est hæc habes in epist. Iod. Gan. de sacram. Euchar.

*uerbi

Anselmus

Ioan. 6.

Roma. 1

Nestoriani.

Cyrillus.

*Vita dicitur

Ioan. 6.

Cano. 11. ut uidi in summa conci.

ut uerè propriam eius factam: qui propter nos filius hominis, & factus est, & uocatus. Et circa finem concilij. Si quis non confitetur carnem domini uiuificatricem esse, & propriam ipsius uerbi Dei patris, sed uelut alterius præter ipsum, cōiuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac nō potius uiuificatricem esse, quia facta est propria * uerba uiuificare ualentis, anathema sit. Hæc ibi. AVCTOR. Isti ecce Nestoriani hæretici in errore. 70. discipulorum uagantes, propriam carnem Christi secundùm substātiam negauerant sacramēt um: supra tamen Witcleuistas, non respectum, uel figuram, sed carnis alicuius substantiam affirmabant. Istis quoque succedentibus alijs Berengarius tubam buccinauit hæreticam: cuius hæresim in libello suo contra eundem sic describit GVIMVNDVS. Berengariani omnes quidem in hoc conueniunt, quòd panis & uinum essentialiter non mutantur: sed ut extorquere à quibus- B dam potuit, multùm in hoc differunt: qui alij nihil omnino de corpore & sanguine domini sacramentis istis inesse, sed tantummodo umbras hæc figuras esse dicunt. Alij uerò rectis ecclesiæ rationibus cedentes, nec tamen à stultitia recedentes, ut quasi aliquo modo nobiscum esse uideantur, dicunt ibi corpus & sanguinem domini reuera, sed latenter contineri, & ut sumi possint quodammodo, & impanari. Et hanc ipsius Berengarij subtiliorem esse sententiam aiunt. AVCTOR. Et hic cōmemorat errorem panificū. Sequitur GVIMVNDVS. alij uerò non quidē iam Berengariani, sed acerrimè Berengario repugnantes, argumentis eius tamen, & quibusdā uerbis domini paulisper offensi (quod suo loco dicemus uberiùs) solebant olim putare, quòd panis, & uinum ex parte mutentur, & ex parte remaneant. Alijs uerò irrationabilem istorum sen- C sum longè horrentibus, & eadem uerba domini, quibus isti mouentur, non satis aptè intelligentibus, uidebatur panem & uinum ex toto quidē mutari, sed cùm indigni accedunt ad communicandum, carnem domini & sanguinem in panē & uinum reuerti. Hæc ille. AVCTOR. Circa hæc tempora author de diuinis officijs scripebat ut cancer, de quo infrà dicetur, & alij fautores Berengariæ prauitatis, ut Leodiensis episcopus scribit in epistola ad regem Francorum Henricū, quæ incipit: Glorioſissimo, & inuictissimo. quem Guimundus suprà commemorat: in qua dicitur, quòd Bruno Andegauensis, & Berengarius Turonēsis episcopi, antiquas hęreses suis tēporibus introducendo, astruunt corpus domini non tam corpus esse in sacramēto, quàm umbrā & figuram corporis domini. Sic Valdenses errabant cōformiter istis. Vnde lib. suo de hæresibus

*uerbi

Guimun. Berengarius.

Guimun.

A GVIDO CARMELITA. Vicesimus sextus error (inquit) quòd negant uerum Christi corpus & sanguinem esse sub sacramento altaris. Hæc ille. AVCTOR. Si tamen Witcleff uidebitur uerum Christi corpus ponere, quia potiit ueram figuram, nil minus ponent isti, quia in figuris non deuiant. HERIBALDVS Altisiodorensis episcopus, & RABANVS Magūtinus posuerunt Eucharistiæ sacramentum obnoxium esse secessui. Quid plura? Cur moratur Witcleff? cur patribus non accedit? cur magistrum suum Berengarium nō salutat capite reuelato? cui totum debet, quod habebat erroris in hostia consecrata, pręter additiones interdū logicas, secundùm quas nobiscum esse se simulat, cùm non sit, uolens uideri catholicus, & æmulus scipturarum in uultu uerbi, plenus Berengarius in fructu. Damnat eum in uerbis, honorat & salutat in sententijs, alter Aetius factus. De quo in historia tripertita libro 5. cap. 17. CASSIODORVS. In Antiochia Siriæ alter hæresiarcha emersit, Aetius cognomento sine Deo. Is enim eadem, quæ Arius sapiebat, sed se ab Arianis segregabat: eo quòd Arium in suia cōmunione recepissent: qui aliud mente gerens, aliud uoce confessus est, dū terminum synodi Nicænę susciipiens subscripsisset: uolens circunuenire tunc principem. Propterea Arianos Aetius declinabat. Et infrà. Et licèt eadem, quæ Arius iudicaret, tamen à suis non ualentibus intelligere perplexiones syllogismorum eius cum eadem contentione, quæ illic apparet, putabatur hæreticus. Hæc ille. AVCT. Non dubium tamē aliam opinionem Witeleff inuenit sibi olim, secundùm quam putat se posse saluare fidem ecclesiæ de decisione panis in se: quem tamen dicit remanere secundùm primam suam materialem essentiam, ut sit subiectum accidentium. Et secundùm hoc item substantia panis remanet in genere supremo. Et hanc tangit libello de incarnatione uerbi. & cap. de quantitate in summa, & alibi. Iam tenet ab integro panē naturalem remanere in Eucharistia, & secundū quandam figuram loquendi, esse corpus Christi. Corpus Christi quoque solùm in natura & substantia sua esse sursum in cælo, & figuraliter in sacramento, sicut Ioannes Baptista fuit Elias, & petra Christus, & septem spicæ, septem anni. Dirè tamen increpat Berengarium, quia sacramentū Eucharistiæ posuit solam umbrā corporis Christi, uel figuram, iactans exultāter se ponere illud esse corpus Christi. Sed quia hoc adhuc ponit ibi tantùm secundùm figuram, nihil exuberat super magistrū, qui nihil ibi aliud de corpore Christi ponit, nisi figuram. Sed hæc interposuit iste, uolens dissimulando prætirire magistrum, cùm in rei ueritate hoc idem magister eius falsè cōfessus sit:

Guido carmelita.

Heribaldus.

Rabanus.

Cassiodorus de Aetio.

Matth. 11. 1. Cor. 10. Gene. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

serit:esse scilicet corpus Christi:quia figuraliter 2
erat corpus Christi secundùm se, ut planè recitat Lantrancus. Et addit Witcleff ex auctore de A
diuinis officijs, quòd sicut Christus est simul Deus & homo: ita hoc sacramentum est simul 3
panis & corpus:sed nō propter hoc concedit esse corpus secūdum naturam humanam, sicut Chri- 4
stus est homo secundùm naturam humanam. Igitur (ut dixi) in paucis discrepant Berengarius, & Witcleff: quin potiùs collidunt, ut discordare quandoque uideantur in uerbis, qui sensibus nō discordant. Quemadmodum cōcorditer & quidē ibi præcessores suos magistros habebat: prout in libro suo, Quatuor unum, tractans hūc textum, Hoc facite in meam cōmemorationē, Chry
Zacharias. sopolitanus suggerit ZACHARIAS. Sūt (inquiens) nonnulli, imò forsan multi, sed uix notari possunt, qui cum damnato Berengario idem sentiunt, tamen eundem cum ecclesia damnant. In hoc uidelicet damnat eum, quia formam uerborum ecclesiæ abijciens, nuditate sermonum scandalum mouebat. Non sequebatur uidelicet B usum scripturarum, quæ passim res significantes tanquam significatas appellant, præsertim in sacramentis, ut eorum uirtutes exprimant. Alijs uerò latenter imponunt, quòd nō intelligunt tropos, & figuratas locutiones: ideoque miserabili morte animæ signa pro rebus accipiunt. Illud quoque maxime arridēt, quòd panis, & uini species quidam dicunt in aere apparere: quidam uerò sensus compertos falli post cōuersionem panis & uini in carnem & sanguinem Christi. Hæc ille. AVCTOR. Condiciones nostri Witcleff in primis uerbis doctor iste aptiùs non narrasset: & si in fractione sui panis eum quotidie cognouisset. Sed computetis à principio, & uidete Lu- Psala. 14.
ciferum, quàm manè oriebatur ab antiquis diebus, scilicet à. 72. discipulorum hæresi, Witcleuistica pestis duxit originem. Quæ sicut biceps erat in patribus per remotionem & horrorem carnis Christi secundùm suam substantiam: & optionem panis corruptibilis secundùm suam naturam: ita peruenit biformis ad posteros, Berēgarium scilicet, & deinceps saliebat in Witcleff. In medios autē uiros erroneos dimidiabat se alueus iste rapax, hinc panem, hinc pedem car- 1
nis inep tè diuaricans.

¶QVID SIT SACRAMENTVM in communi. Et qūo uersetus Witcleff abscondit suam hæresim sub terminis consuetis ecclesiæ. C. XX.

SVMMA.

1 *Sacramentum quid.*

2 *Vuitcleff quomodo æmulatur Arianos hæreticos, qui coloribus uerborum suam instaurabant hæresim, ita, ut in nullo uiderētur à catholicis alieni. &c*

3 *Hæretici quò! sint mendaces, & quomodo in ore eorum non sit ueritas*

4 *Vuitcleff quòd loquatur Christum, & occultet Antichristum, ostenditur. Et quid de sacramento dicat.*

PRINCIPIVM uerborum Witcleff cōtra catholicos ad Eucharistiam expugnandum fraude callida supprimit innocētes. Sic enim exorditur in quarto trialogi ter damnati capite. 1. loquens de illo uisibili sacramento. De illo (inquit) albo primitùs fiat sermo. Aptū profectò Berengariani principium, nescientis quicquam facere, nisi ut patrē uiderit facientem. Exordium itē Berengarij fuit à descriptione illius sacramentalis signi. Beatus (inquit) Augustinus dicit, quòd sacramētum est sacrum signum. Signum autem definit in de doctrina christiana: quòd est res præter speciem, quam ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire. Hæc Berengarius. AVCTOR. Vterque ergo ab illo signo incipit: uolens per hoc cōcludere corpus Christi nihil esse ibi, nisi sacramentale signum extrinsecum. Vnde Witcleff. Sunt recentes hæretici, qui negant il- Vuitclif.
lud esse sacramentum: sed illos tam antiquis, quàm modernis tantùm contrarios, oportet cautē corripere, quærendo primò quid descriptiuè sit sacramentum ecclesiæ in communi: & uel æquiuocabunt, uel non euadent, quin ista sacrata hostia sit aliquod sacramentum. Hæc Witcleff. AVCTOR. Mira temeritas. Iam in proximè præcedenti capite dixeras de teipso, quòd non didicisti pictacias, ex quibus adiectis hoc nomē sacramentum limitari debet uniuocè ad hæc septem. Quid ergo exigis tam auarè descriptionē C
a nobis uniuocam sacramenti illius nominis: qđ non est nisi cunctis æquiuocum? Et si in illo ipso ipsi æquiuocent, tu imputabis ad culpam. Dicis enim: Et uel æquiuocabunt, uel non euadēt. Sed propero respondere, dicens cum antiquis. Sacramentum † est inuisibilis gratiæ uisibilis 1 Sacramentum
forma: uel sacramentum, est sacræ rei signum. Vtraque hæc descriptio patrum: hæc sanctis sacramentis specialiter ratio consecrata: non possum morari, ut singulis irruētibus obsistam, quotiens impugnare solent prædictam sententiam. Adeant huiusmodi doctores scholasticos in sententijs disputantes. Mihi cum hæretico certandum est. Sed rogo ne sanctis & simplicis credulitatis lectoribus uidear onerosus, si modicū tergiuersor, aut dialecticis vijs disputans cum eo contēdam,

dam, quem constat omni subtili uiro tam abundare cautelis, tam sophismatibus inhiare, & sub æquiuocatione uerbi latere: unum in uultu sermonis simplicium auribus exhibens, & aliud in effectu proponens: ut multis etiam magnis uiris occasio fuit ruinæ, & commune ecclesiæ in scriptis notabile scandalum, & simplicis fidei detrimentum. Non noceat ergo, non displiceat, si so-
Psal. 103. phisma sophismate collidatur. Est enim magnū membrum draconis, quem formauit Deus ad illudendum ei. Primò notate dolos eius, credētes, & cauentes, quia nō loquitur simpliciter, sed per plexis sensibus, iam tropicis, iam historicis, & penè dupliciter omne uerbum. Deinde notate audacem proteruiam, & tertiò mendacia colora-
2 ta. In † primo simulatur hæreticos arianos, qui coloribus uerborum instaurabant hæresim suā: ita ut uiderentur in nullo à catholicis alieni: habentes semper sub uerbis similibus hæresim suā 3
Cassiod. saluam. Vnde ut refert CASSIODORVS, B conuenientes episcopi iam instante Niceno concilio, studuerunt uerba impietatis ab Arianis inuenta perimere: ut quòd filius Dei est ex non existentibus: & quòd creaturam & facturam dicebant: & scripturā ponere manifestas dictiones, q. s. est ex Deo filius naturaliter unigenitus & uerbum, uirtus, sapientia, Deus uerus, splendor gloriæ, & figura substantiæ. Qui uerò circa Eusebium propria tacti uesania loquebantur & docebant, cōsentiamus: nam & nos ex Deo sumus. Vnus enim Deus ex quo omnia. Alij autem epi-
scopi uidentes illorum pessimam artem, dixerūt 4
ex substantia patris esse filiū: & requirentes Arianos, si ita dicerent Dei filium & imaginem sempiternam: iterum ipsi innuentes alterutris, & hæc (inquiunt) ueniunt etiam ad nos: nam & nos imago & gloria Dei dicimur. Si item domini dicunt uerum filium, non uos contristet, factus enim uerus est. Sed etiam hic episcopi uidentes eorū do-
Psal. 35. lum collegerunt ex scripturis splēdorem, fontē, C
Ia. 14. & fluuium, & figuram ad substantiam pertinere: ut illud, In lumine tuo uidebimus lumen, &. Ego & pater unum sumus, & clariùs iam ac breuiter conscripserunt consubstantialem patri filium. Et murmuratio repentina eorum facta est, quasi nō ex scripturarum auctoritate huiusmodi uerbum ortum sit. Sed reuincuntur: quia nec uerba sua, s. ex non existentibus: & fuit quando nō fuit, in scripturis sanctis habebant. Verūtamen episcopi nō sibimet adinuenerunt uerba: sed habentes hæc à patribus testimonia conscripserunt. Hæc omnia, & plura habet Cassiodorus lib. 2. historiæ tripertitæ, capite. 7. Proculdubio sic Witcleff currit quantum potest ad uerba fidelium: maximè quæ uulgus habet in usu à sanctis patribus derelicta: ut quia audit nos dicere corpus Christi in sacra-
A mento: item dicit quia in figura: & ne obstrueretur sibi os propter figuram, si interrogaretur de ueritate, audacter concedit uerè, non attendens modum loquendi sanctorum: aliud esse per ueritatem: aliud per figuram: imò dicit uerè quia nō falsè. Nam & uerè dicebatur dominus irasci, & esse in furore, quanuis per figuram. Item quia ecclesia sumpsit ad innuendum ibi ueritatem substantię carnis Christi terminos commutationis, conuersionis, & transubstantiationis, ipse itē ponit eosdem ad transuersum sensum: quia ista substantia sit illa, inquit: ut Ioannes sit episcopus: & petra Christus, non tamen petra desijt esse petra: nec fiebat Christus per naturam, quanu s conuerteretur in illam substantiam per figuram. Sic nauigat nostris uelis, explorans quem potest deprædari in terminis: & putares eum omnia dicere in reuerentiam corporis Christi: quando simpliciter extollit naturam panis consueti. Ideirco † sancti patres de hæreticis exclamauerunt, q̄ non sit in ore eorum ueritas. Et HIERONYMVS in Hyero.
minori breuiario. Describantur (inquit) hæreti- To. 8.
ci, non habent Christum ueritatem in ore suo: Psal. 13.
quia nec in corde habent. Cor eorū uanum est. Verè. n. insidiatur cor hęreticorū omnibus, quos decipit. Linguis suis dolosè agebant, pietatem Iouebantur, impietatē celabant, Christū loquuntur, & occultant Antichristum: sciunt. n. q̄ nemo possit induci, si proferant Antichristū. Lucē proferunt, ut celent tenebras: ut p lucem ducant ad tenebras. Hęc ille. AVCTOR. Vis † scire quomodo Witcleff loquitur Christum, & occultat Antichristū? Reuertamur ad priora, & dicat quid sentit de descriptione sacramenti Eucharistiæ loco prædicto. Hic (inquit) breuiter inculco sententiā ex testimonio fidei scripturæ: & primò, q̄ hoc sacramentū sit corpus Christi in forma panis: & cū hæretici aduersantes dicant singuli, q̄ hoc sacramentum est accidens, siue nihil, & nō potest esse corpus christi, manifestū est, q̄ illi omnes sunt doloſi hæretici. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quis Vuitcleff.
crederet cū iā non sustinere partē fidelē, quando accipit ad probandum, quod omnibus christianis est cōmune, s. q̄ hoc sacramētum est corpus christi in forma panis: et aduersantes huic esse hæreticos, dicentes, scilicet illud accidens sine subiecto, sine nihil? Et hic loquitur christum. Sed exprimamus eius intentum, scilicet, quòd iste panis uilibilis et coloratus est figuraliter corpus christi in forma substantiali panis et hic occultauit Antichristum. Sic item magister eius Berengarius solicitauit se nimis in hac materia sensibilis signi panis, modicum de re corporis. Augustinus (inquit) de ciuitate Dei dicit sacramētum esse sacræ rei signum: at contra eum LANFRAN- Lanfran.
CVS. Et nos sacramentū, de quo agimus, sacrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse signum credimus,& credendum suademus. A Quo signo præter speciem, quæ se oculis intuentium ingerit, longè aliud, ualdeque diuersum in cogitationem salubriter intelligentium uenit. Hæc ille. AVCTOR. Non sic Berengariani, uel Witcleff: quia ipsi in hoc signo exteriori fixi stant:hoc ambo potissimum sacramentum existimant. Vnde Witcleff. De illo (inquit) albo primitùs fiat sermo. Certè ecclesia de illo signo albo, uel rubeo, dicit esse uim minimam sacramenti. Ita ut non plenè signa, sed sacramentorum signacula describentur. sicut in libro de catechizandis rudibus AVGVSTINVS. Signacula quidem (inquit) rerum diuinarum sunt uisibilia: sed res inuisibiles in eis honorantur. Nec sic est habenda species benedictione sanctificata, quèadmodum habetur in usu quolibet. Hæc ille. AVCTOR. Sed iste magnus doctor ignorum semper currit ad signa. Nã primò noueritis quicquid ecclesia sanctorum posuit pro ueritate corporis Christi, iste tollit, & applicat pani uisibili. B Et idcirco quia ratio non patitur substantias tã dispares identicè commanere: uisum est ecclesiæ iuxta uerbum Christi tollendam substantiam panis, ut statuatur ibi in hostia substantia corporis. At ne fieret delusio sensuum, qualitates panis dixit relinqui: quas dicit aliquando similitudines, species, uel figuras. Witeleff econtrariò tollit hostiæ consecratæ ueram substantiã corporis Christi relicta ibi figura: panem autem solennizat in substantia & natura. Et pro hac re est omnis controuersia, omnis pugna. Ecclesia ponit ibi ueram naturam carnis, & tantum figuram panis. Ipse econuerso cum plebe de genere fastidit cælestem manna: & uult repetere ollas carnium, porrosque & panes Aegyptios. Vnde in sermone de corpore Christi, qui incipit, Veritas ait. & habetur in decretis. de consecrat. dist. 2. cap. Vtrum sub figura. AVGVSTINVS ait. Corpus Christi, & C ueritas est, & figura ueritas, dum corpus CHRISTI & sanguis uirtute spiritus sancti in uerbo ipsius christi, ex panis uiniq; substantia efficitur. Figura uerò est id, quod exterius sentitur. Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce ueritas corporis, & ecce figura exterius sensibilis panis. Vis audire quid dicat Witeleff de sermone Domini in monte. cap. 43. Hæc hostia (inquit) simul est corpus Christi & uerus panis, quia est corpus domini ad minimũ in figura, & uerus panis in natura. Vel quod in idẽ sonat, est uerus panis naturaliter, & corpus Christi figuraliter. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ecce secundùm eum figura sola corporis Christi & tota ueritas in pane naturali. Inspiciatis deinceps, & sic uidebitis cum aduersari toti ecclesiæ Christi fideli.

Augustin. To.4.

Exo.16.

Wiscleff.

¶ VENERANDVM EVCHARISTIÆ sacramentum est corpus Christi naturaliter, & sanguis: non corpus tropicum, & panis in natura, secundùm Witeleff. Cap. XXI.

SVMMA.

1 *Eucharistiæ sacramentum quid. Et quid de illo dicant Augustinus & Ambrosius.*
2 *Punicorum loquendi modum de sacramento Eucharistiæ laudat Augustinus.*
3 *Canon pro sacramento Eucharistiæ recensetur.*
4 *Hostia uenerabilis consecrata quid sit cõtra Vuiteleff.*

DEscriptio ergo nudi signa sacramentalis est illa prædicta, scilicet, inuisibilis gratiæ uisibilis forma. Descriptio uerò salutifeti & uerissimi sacramẽti est ista Inuisibi is gratia sub uisibili forma, loquendo de gratia in sensu ecclesiæ. Sacramentum autẽ Eucharistiæ est inuisibilis gratia corpus & sanguis Christi secundùm suam substantiam sub uisibili forma panis & uini. Et hoc est uerissimè sacramẽtum & hostia consecrata. Signum autem eius extrinsecum, scilicet uisibilis forma panis & uini, non est sacramẽtum nisi per analogiam ad istud: quia scilicet significat istud: sicut urina non est sana, nisi quia significat sanitatem Et qualiter homo pictus dicitur homo secundum signum, cum non sit homo secundum propriam ueritatem. Et secundum hoc consuenit ecclesia tam in literatis suis quam in simplicibus hoc intelligere sacramẽtum, quotiens fit sermo de sacramẽto altaris, uel de hostia consecrata, scilicet de substantia carnis Christi sub forma panis uelata, nihil discernẽdo uel modicum de uino, uel sensibili panis forma. Vnde AVG. in prima parte sermonum sermone. 7. de lucta Iacob. Quid (inquit) profluxit de latere nisi sacramentum, quod accipiant fideles, spiritus aqua & sanguis? Hęc ille. AVCTOR. In spiritu & aqua baptismi sacramentum: in sanguine Eucharistiæ intelligentes sacramentum, quod non potuit dici uinum corporeum, sed insensibile sacramentum sub uini forma uelatum. Et sic ubi disertissimo stylo & maximè catholico utitur AVGVSTINVS. ibi semper nuncupat corpus Christi, uerum secundum suam naturam Eucharistiæ sacramentum. ut in de ciuita. Dei libro 21. & in libro annotationum super Iob. * Descendit mensa tua plena pinguedine. Sacramentum (inquit) corporis & sanguinis eius: panis qui de cœlo descendit.

Augusti. To.10.

Aug. To.4. de cõs. 10.c.

* Repositum autem est pro consecratum pinguedine

descendit. AVCTOR. Ecce panis, qui de A cœlo descendit, est sacramẽtũ corporis eius, non panis sensibilis, & fæculentus. Et libro quinto de sacramentis. cap. 2. AMBROSIVS. Ecclesia (inqt) uidit sacramenta mirabilia, & ait, Osculetur me osculo oris sui, hoc est, osculum mihi Christus infigat. Quare? Quia meliora ubera tua, super uinum, hoc est, meliores sensus, meliora sacramenta tua super uinum. Super illud uinum, quod & si suauitatem habet, gratiam tamẽ non habet: in illo lætitia secularis, in te autem iocunditas est spiritualis. Hæc ille. AVCTOR. Et hic habes sacramenta Christi meliora uino sensibili, quod habet gratiam lætitiæ secularis. Quæ sunt illa sacramenta meliora, nisi corpus, & sanguis Christi? Non ergo est sanguis Christi illud sensibile sacramentum uini: sed est sacramentum multò melius, in quo est iocunditas solummodò spiritualis. Et idcirco laudat AVGVSTINVS modum loquendi Punicorum, B qui nihil aliud uocant sacramentum Eucharistiæ, nisi uitam. lib. primo de baptismo parnulorum. cap. 24. dicens. Optimi Punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud, quàm salutem: & sacramentum corporis Christi nihil aliud, quàm uitam uocant. Vnde nisi ex antiqua & apostolica traditione? quia ecclesiæ Christi insitum tenent præter baptismum & mensæ dominicæ participationem non solùm ad regnum Dei, sed nec ad salutem & uitam æternam posse quenquã hominum peruenire. Hoc enim & scriptura testatur. Nam quid aliud tenent, qui baptismum nomine saluris appellant, nisi quod dictum est: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis? Et quod Petrus ait: sic & nos simili forma baptisma saluos facit? Quid aliud etiam, qui sacramentum 4 mensæ dominicæ uitam uocant, nisi quod dictũ est, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: & panis, quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita: & si non manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis? Hæc ille. AVCTOR. Ecce sacramentum corporis domini nihil aliud quàm uita: & uerum sacramentum dominicæ mensæ laudabiliter nihil aliud nisi uitam uocant: & illã carnem uiuam & panem uiuum, qui de cœlo descendit: & hoc locutionis genus tam sanctum & uerũ reputat Augustinus, ut nisi ab Apostolis, & antiqua patrũ traditione potuit euenire. Et ideo deinceps cum omni pietate Christianorum cùm loqui contiget de hac hostia consecrata, & sacramento Eucharistiæ in uerbis absolutis, & simplicibus, simpliciter intelligam Christi substantiam carnis: non formam panis sensibilis. Non tamen eam intendo simpliciter præcludere à ratione sacramenti: quia sine ea caro Christi non esset uiati

Ambrosius. To.4. Cant.1.

Augusti. de peccatorũ meritis & remissione, lib. 1. & de baptismo parnulorũ cap. 24. Eucharistiæ sacramentum describitur. To.7.

Ad Tit.3. 1.Pet.3.

Ia.6.

Canon.

Psal.44.

C cè sacramento, Vnde † libro sentẽtiarum Prosperi & ponitur in decretis, de consecratione dist. 2. cap. Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contẽdimus: sacrificium ecclesiæ duobus confici, duobus constare, uisibili elemẽtorũ specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, ideſt, sacramento, & re sacramenti, ideſt, corpore Christi: sicut Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine cùm ipse Christus uerus sit Deus, & uerus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & ueritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem ecclesiæ sacrificium sacramẽto, & corpore Christi. Item caro eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub uini specie ac sapore potamus, Hæc ille. AVCTOR Est igitur hoc uenerabile sacrificium, quamuis Witeleff detestetur, hoc uerbum, uerum Christi corpus in recto sub forma panis, quam connotat in obliquo. Nec super hiat Witeleff, sicut solet de exemplo illo Augustini: Sicut Christus est Deus & homo, sic sacramentum altaris corpus & panis: nec sicut ponit corpus figuratum, cogatur hoc exemplo ponere Christum nisi figuratum domini. Sed in istis ponamus & asseramus cum ecclesia Iesu Christi, uenerabilem hostiam consecratam esse sacrum Christi carnem in sua natura sub sensibili panis forma: sicut dixit Augustinus suprà, forma panis opertam, non tali forma, qualem Witeleffitæ sibi præsumunt: sed multo aptius illa, qualem psalmista designat, speciosum forma præ filijs hominum. Iam mentiatur mendax Witeleff in omnẽ ecclesiasticum clerum, quòd sacramentum Eucharistiæ sit accidens sine subiecto, siuè nihil. Dico tibi ex parte gregis Christi, quòd † uenerabilis hostia consecrata, nec est accidens, neque nihil: sed est corpus Christi & sanguis in natura sua sub sensibili panis & uini forma. Aude hoc dicere in eodem sensu, & efficeris in hac parte catholicus: quod quia pertinaciter negas, es proteruus hæreticus. Iam strepat Witeleff, iam singultiat: quia de signis ad res sacras accessimus: quia corporis Christi magnificamus substantiam: & parui pendimus, uel non attendimus panem suum. Ipse quantum potest rationibus, scripturis, atte stationibus doctorum extortis, & post illa male dictis, imputationibus falsis, mendacijs, iniurijs, quibus potest, aut non potest substantiam panis exaltat, corpus deprimit ad respectum. Quicquid arguit, quicquid scribit pro signo illo sacramentali, pro illo uisibili exterius militat, ut scietis in posteris. Nos autem cũ ecclesia Christi de re sacra & inuisibili sacramento cõtenti carnis & sanguinis Christi, humili uerbo & simplici fide respondebimus. Si autem contingat cũ illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

loqui de illo signo extrinseco, non fugiam eum; sed secundùm quid, & secundùm modificatum sensum, concedam etiam illud ob honorem rei sacræ, quam continet, esse quodammodo sacramentum. Iam diximus tibi quidditatem hostiæ consecratæ: non est enim accidens, non est nihil: imò nec panis tuus est, qui corrumpi poterit, sed panis uerus, caro uera, quæ de cælo descēdit, forma tamen panis mystice obuoluta. Quam utiq; formam quidem, quandoque speciem, figuram, similitudinem, characterem, patres ecclesiæ uariè nominarunt: de illa forma, de illa specie scio cupidè disputares. Dic iam quod cupis: exere toxicum. Scio quæres, Nunquid est substātia, an accidens? ut sic possis concludere sacramentum altaris accidens sine subiecto, uel ut quosdam recitas, fasciculum accidentium, siue nihil. Forte si dixero hāc uisibilē sacrificij speciem esse accidens, non deuiarem: sed & tu ipse nō negabis. Primò, quia ipse hoc dicis cap. 5. de Eucharistia, quòd neutraliter sacramentum Eucharistiæ est accidens, sed non adiectiuè. Sic etiam omnis creatura est accidens Deo: ergo substātia panis per te, siue hostia cōsecrata, est accidens. Item omne subiectum est multa accidētia significatiuè, quāuis non identicè, ut tu dicis, libro de Apostasia. cap. 10. ergo substantia panis tui in hostia est accidens. Et quòd non sit in subiecto, patet item p te, & principia Aristotelis in Prædicamentis, ca. de substantia: quia cùm sit substantia prima, neque in subiecto est, nec de subiecto dicitur. Ecce iam ex teipso uinceris, cum non coactè, sed sponte concedis, quod tot uocibus insonuisti, uociferasti, clamasti, inconueniens maximum, accidens scilicet sine subiecto, hostiam cōsecratam: quod scio nunquam audisti ab ore catholici: tu uerò cō firmas, tu comprobas, tu concedis. Item accidens nihil est per te, nisi substantiam esse accidentatam, sed substantia panis, quæ est in hostia consecrata, per te est accidentata, & affectata qualitatibus saporis, coloris, pōderis, & figuræ: ergo est accidens. Item panis ut panis est, reduplicat in se formam artis, & est ab arte panis, non à natura: ergo est accidens. Sic dicit Aristoteles. 8. Metaphysicæ, quòd substantia non est res artificialis. Si igitur panem esse est paucitas, panem esse est accidens, non substantia: sicut albedo est album esse: Vnde quando Witeleff baptizauit panem naturalem, incongruus Logicus efficitur, & Metaphysicus popularis: quia idem est dicere panem naturalem, sicut ecclesiam naturalem, uel tunicā naturalem, uel anulum naturalem. Quòd si commentatorem auctorem inducat ex secundo de anima, quòd in artificialibus nomen concretum significat primò materiam, & subiectum artis, secundariò autem formam: hoc dixit de concreto artificiali, ut de constitutione eius sit sermo. Quo contrà dixit ipse quinto Metaphysicæ concorditer Auicennæ, Concretum huiusmodi significare primò formam, à posteriori materiam. Hoc cum distinctione eius inferimus. Iam autem de pane sit sermo hic, ut à corpore Christi aliquantò distinguitur. Vnde sicut anulus est aurum ex natura, non est anulus autem nisi ab arte, & sic dicit Parisiensis libro de fide & legibus, ubi agit de idolis, quòd statua ut sit, cùm sit artificiale negotium, est tantummodo accidens. Si ergo dæmon in eo esset pro arte, intellectus ille, & substantia esset in accidente. Hoc argumentum non ualeret contra Mercurium, si esset dicere statuam naturalem. Item iuxta Logicam Augustini nullus homo potest facere naturam, homines tamen dicuntur facere panes. Vnde secundo de sermone Domini in monte AVGVSTINVS. Alio loco euidentius dicit ipse dominus. Aut facite arborem bonam, aut facite arborem malam. Quòd si duas naturas istorum his duabus arboribus figuraret, non diceret, facite. Quis enim hominum potest facere naturam? Hæc ille. AVCTOR. Ita panis quidem est medullaris grani substantia à natura: panis autem ab artificis solertia, & labore, ex quo habet, ut sit figura uera, & expressa carnis Christi mysticè, quæ est societas electorum, secundum illud Apostoli, Vnus panis, & unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Quem declarans in sermone quodam secundæ partis sermonum, qui incipit, Hoc, quod uidetis. AVGVSTINVS. Quare (inquit) in pane est? Nihil hic de nostro afferamus, & ipsum Apostolum identidem audiamus, cùm de ipso sacramēto loquens, ait, Vnus panis, unum corpus multi sumus. Intelligite, & gaudete, unitas, pietas, ueritas, charitas, unus panis, unum corpus multi. Recolite enim quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini. Quando baptizati estis, quasi consperfi estis. Estote, quod uidetis, & accipite, quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit. Iam de calice quid intelligeremus etiam non dictum satis ostendit. Sicut enim ut sit species uisibilis panis multa grana in unum conspergunturtanquam illud frat, quod de fidelibus ait scriptura, Erat illis anima una, & cor unum in Deum. Sic & de uino fratres recolite. Vt sit uinum, grana multa pendent ad botrum, sed liquor granorum in unitate transfunditur. Hæc ille. AVCTOR. Exartis ergo industria habet panis figuram sacramentalem corporis mystici. Eas nunc Witeleff, & rideat nos uelle dominum potuisse quinq; millia de quinq; accidentibus, uel huiusmodi, dummodò modò fabricet nobis per suā philosophiam ecclesias naturales. Multò saniùs dominus Lincolienſis, Hugo, Anselmus, & alij patres ecclesiæ uocabant panem materialem secundùm materiam arti subiectam, quæ utique est res naturalis, sed rē humanæ artis, ut huiusmodi non poterit dicere naturalem. Augustinus hic suprà, dixit eam speciem uisibilis panis aliàs formā panis. Vnde his uijs conuincitur Witeleff ponere suam hostiam consecratam, illā scilicet speciem uisibilis panis, esse accidens sine subiecto.

¶QVOD CORPVS CHRISTI SECUNDUM SUBSTANTIAM EST SACRAMENTUM, & res: compago gratiæ mēbrorum est res, & non sacramentum, sed hanc nescit Viteleff ibi signare. Ca. XXII.

SVMMA.

1. *Altaris in sacramento sicut & in sacramentis cæteris, quòd tria soleant ponderari. Et quæ sint. Et ibi plura de Eucharistia contra Vuiteleff.*
2. *Sacramentū quòd principaliter designet unitatē fidelium in corpore Christi secundum Apostolum.*
3. *Christi membrorum compago gratiæ, quòd sit res principalior sacramentaliter figurata, &c.*
4. *Sacramentum, quòd frequenter pro nudo signo sacramenti accipiatur, maximè pro ipsa re sacramenti, ut est ibi signata.*

1 NOTATE item, ꝙ † sicut in cæteris sacramentis ita in sacramēto altaris tria solent ponderari: sacramētum tantū, sacramentum, & res; res & non sacramentum. Sacramentum tantum, est sensibile extrinsecum, quod ipse nominat panem. Sacramentū, & res, corpus Christi in sua substantia ibi relatū, & sanguis eius in natura sub specie uini. Res & non sacramentū, nec ibi contenta, est corpus Christi mysticū. Esset aūt ibi cōtenta, sicut & corpus Christi uerū, si figura sufficeret: qa ibi habet figuram binam, s. speciem panis, & carnem Christi: & caro Christi, nisi simplā. Item corpus Christi est ibi in figura, & ideo sacramētum: & est ibi uerè, quāuis nō in substantia: & ideò simul res & sacramentū per te: sed utroq; modo est ibi in sacramento caro Christi mystica, uel gratia unionis; ergo illa est ita sacramentū, aut multipliciùs, q̄ caro Christi uera. Et huic nondum satisfecit Witeleff: quia dum distinctionem istam consuetā ecclesiæ recitaret in eodē loco Trialogi, cū uenire ad tertiū, quod est res, & non sacramentum scilicet gratiā unionis christi cum plebe fideliter comedente, subinnxit, Quæ inquit, per hoc sensibile sacramentum accessoriè efficaciter designatur. Sed nō uerius esse habet ibi caro Christi, quę est sursum secundū ipsum, nisi significatiuè, & figuraliter, ergo hęc est res æquè & sacramentū sicut caro Christi sursum, ut figuratur in pane sensibili. Et hìc strangulantur hæretici, nescientes assignare rem, & nō sacramentum. Quòd si faciant uim in suo termino magistrali, accessorium, non potest ibi sumi, ut Iuristę accipiunt, distinguēdo accessorium contra principale, quia principaliùs quæritur in sacramento altaris, gratia unionis cū Christo, quàm caro christi in sua natura. Tamē quia est finis sacramenti: iam finis est potior ijs, quæ sunt ad finem. Item est fructus sacramenti per te conformari christo in moribus: fructus autem: est optimum, quod expectatur in arbore. Item caro christi naturalis est eius figura, ut in sacramento: figuratum autem semper potiùs est figura in bonis. Vnde super Psal. 17. uersu, Inclina aurem tuam in uerba oris mei, inquit AVGVSTINVS, Proculdubiò quippe sicut in bonis rebus multò amplius bonum est in eo, quod per figuram signatur, quàm in ipsa figura: ita & in malis longè utique peiora sunt, quæ significantur figuris, cùm tanta mala sint etiam significantes figuræ. Hæc ille. AVCTOR. Apostolus itē. 1. ad corint. uolens exprimere principalitatē Eucharistiæ, o. dinat christi carnis, & sanguinis substantiam in sacramento in corpus eius mysticū, tanquam per se finem. Panis (inquiens,) quē frāgimus, nonne participatio corporis domini est? Et subiungit ut causam. Quoniam unus panis, & unū corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane, & uno calice participamus, intantum, ut cum comparantur adinuicem, hæc māducatio ultima est spūalis, secunda illa carnis christi sine ista, carnalis; id est, animalis. Vnde ANSELMVS in lib. de sacramen. alta. cap. 11. cū ergo (inquit) sic se habeat res sacramenti, tes sicut sunt, debemus æstimare: spiritualia, spiritualiter pensare. Et cùm de altari sumimus carnem Iesu, curemus solicitè, ne cogitatione remaneamus in carne, & à spiritu nō uiuificemur. Veh si nō uiuificemur à spiritu, caro enim nobis non prosit quicquā. Nā si cogitatione remaneamus in carne Saluatoris, nō solùm nō uiuificamur à spiritu, sed nec intelligere possumus quomō caro hominis christi ab homine possit manducari, nisi sicut intellexerūt illi duro corde, quibus durus uisus est sermo christi, & abierūt retrò. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quàm planè comestio carnis christi substātialis in sacramento, sine uiuificatione gratiæ eius per spiritum, quæ est res spiritualis eiusdem, nihil prodest sumentibus. Et hoc est, quod christus dixit in Euangelio Ioannis, Spiritus est, qui uiuificat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuificat, caro non prodest quicquam, supple, sine spiritu. Vnde in sermone, qui est in secunda parte sermonũ de Pascha, & incipit, Hoc, quod uidetis, AVGVSTINVS ait, Ista fratres ideò dicuntur sacramenta, quia in eis aliud uidetur, aliud intelligitur. Quod uidetur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Corpus ergo Christi, & membra si uis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus. Vos autem estis corpus Christi, & membra. Si ergo uos estis corpus Christi, & membra, mysterium uestrum in mensa domini positum est. Mysterium uestrum accepistis ad illud, quod estis. Amen respondetis, & respondendo subscribitis. Audis enim corpus Christi, & respondes, Amen. esto mẽbrum corpus Christi, ut uerum sit, quod dicis, Amen. Hæc ille. AVCTOR. Ecce dicit mysterium nostrum in mensa domini positum, id est sacramentum, & mysterium nostrum accipimus, id est, rem eius, quod & sumus, id est, corpus eius, ita, ꝙ † sacramentum principaliter designat unitatem fidelium in corpore Christi, secũdum Apostolum. Quã inducit, & in fine sermonis subiungit idem AVGVSTINVS. Ita dominus Christus nos significauit, nos ad se pertinere uoluit, mysterium pacis, & unitatis nostræ in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet uinculum pacis, non mysteriũ accipit propter se, sed testimonium contra se. Hæc ille. AVCTOR. Et quasi eandem rem habet in uerbis, sermone de infantibus. Vide ergo, quòd Christus nos significauit, qui corpus eius mysticum sumus, nos ad se pertinere uoluit, & mysterium nostræ unitatis in sua mensa consecrauit, id est, in sacramento altaris. Ergo quicquid ibi sacramentũ est, quicquid à Christo domino consecratum, totum est, ut sit sacramentũ catholici corporis Christi. Vnde. 10. lib. de ciuitate Dei. cap. 6. AVGVSTINVS. Proinde, inqꝫ, unum sacrificium est omne opus, quod agitur, ut sancta societate inhæreamus Deo. Et benè, ut in frã. Profectò efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, congregatio, societasque sanctorũ uniuersale sacrificium offeratur Deo per sacerdotem magnum, qui etiã seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus secundùm formam serui. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundũ hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Sequitur. Hoc est sacrificium Christianorum: multi enim unum corpus in Christo, quod in sacramento altaris fidelibus uoto frequẽtat ecclesia, ubi ei demonstratur quòd in ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur. Meritò illi in cælestibus sedibus constituti immortales, & beati, qui creatoris sui participatione cõgaudent, cuius æternitate firmi, cuius ueritate certi, cuius munere sancti sunt: quoniam nos mortales, & miseros, ut immortales, beatique simus misericorditer diligunt. Nolunt nos sacrificari sibi, sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Hæc ille. AVCTOR. Vide quòd hoc est uerum sacrificium Christianorum etiam in ipso sacramento altaris multos esse unum corpus in Christo: nec tantũ nos, scilicet mortales, sed & beatos. Et sic non est caro Christi mystica ibi res accessoria saltem non principaliter figurata. Et ratio item euidens ad hoc est: quia corpus Christi ibi in natura est res, & sacramentum, sed non est sacramentum, id est, signum suiipsius, formaliter loquẽdo, neque itẽ panis uel signi ad extra uisibilis: quia tunc essent reciprocè sibi inuicẽ signa: & corpus Christi non haberet ibi prærogatiuã in ductu circuli: ergo est sacramentũ totius corporis Christi mystici, cuius Christus est caput. Et † sic unio illa gratiosa, quæ & compago membrorum Christi, est res principalior ibi sacramentaliter figurata, ita ut cætera ipsi subseruiant pro modulo sacramenti: ita ut Christus dixerit in Euangelio, Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Quasi designans sumptionem suæ carnis non esse salubrem, nisi per hãc sumens, pertingat ad circuninsessionem sui corporis mysticam. Vnde super illum textũ *Homi. 25. super Ioan. AVGVSTINVS. Hoc est ergo, (inquit) illam manducare escam, & illũ bibere potum, in illo manere, & illum manentẽ in se habere. Ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubiò nec manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem: licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramẽtum corporis, & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit. Hæc ille. AVCTOR. Quid autem est tantæ rei sacramentum, quod sibi ad iudicium indignè sumens manducat? Non te abducat Witcleff ad panem materialem, quem item unus impune mãducat, nec ad eius formam quãlibet, sed ad corpus domini puram substantiã: de qua dicit Apostolus, Quicunque manducauerit panem, uel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Subdens. Quia non dijudicat corpus domini. Propter quod multi imbecilles & infirmi, & dormiunt multi. Et in eadem Homilia paulò antè AVGVSTINVS. Huius rei sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidiè, alicubi certis interuallis dierum in dominica mensa præparatur. & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad uitam, quibusdam ad exitium. Res uerò ipsa cuius & sacramẽtum est, omni homini ad uitam, nulli ad exitium. Res uerò ipsa cuius & sacramẽtum

Augustij To. 10.

2

Augusti.

in fine cap.

Cap. 7.

Aug. To 5 in principio cap.

*Tractatu Aug. To. 9 1. Cor. 10.

3

Augustin.

*Tractatus Aug. To. 3 in fine tractatus

Anselmus

tum est omni homini ad uitam, nulli ad exitium, quicunq; eius particeps fuerit. Hæc ille. AVCTOR. Sic igitur res principaliter figurata per hostiam consecratam est corpus ecclesiæ, cuius caput est Christus, & cuius Christi caro, non ut est in cælo, sed ut in sacramento, est figura præcipua, secundùm illud Apostoli. Vnus panis, & unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus, id est, in uno pane, & in uno corpore figuramur. Et super Ioã. *Homil. 26. AVGVSTINVS. Non potest (inquit) uiuere corpus Christi, nisi de spiritu Christi. Inde est, quòd exponens nobis Apostolus Paulus hunc panem, Vnus panis (inquit) unum corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, ò signum unitatis, ò uinculum charitatis, qui uult uiuere, habet unde uiuat. Accedat, credat, uiuat in domino, Deo incorporetur, ut uiuificetur. Nõ abhorreat à compage membrorum, nõ sit putre membrum, quod resecari mereatur: nõ sit distortum, de quo erubescatur: sit pulchrũ, sit aptum, sit sanum, hæreat corpori, uiuat Deo, de Deo, nunc laboret in terra, ut postea regnet in cælo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sacramentum corporis Christi in panis sacramento. Cum ergo multitudo membrorum Christi est res principaliter figurata in uenerabili sacramento, tam per formam panis, quàm per substantiam corporis Christi, ut ibi est: quomodo non erit hoc corpus uerissimè idem sacramentum secundùm habitudinem geminam, si ideò corpus Christi est idem sacramentum, quia secundum habitudinem tantùm unam? Nam pro ueritate antecedentis militat tota fides ecclesiæ: sicut etiam habet in lib. de sacramento altaris. ca. 10. uenerandus ANSELMVS. Eadem (inquit) similitudinis ratione idem corpus Christi, quod de terra sumptum est, & sacramentum eius uisibilis illa species panis, sacramenta sunt alterius cuiusdam corporis Christi, quod est ecclesia, cuius caput est Christus. Quod enim est in corpore diuersitas membrorum, hoc est in ecclesia diuersitas gratiarum, illarumque rerum istam diuersitatem charitas redigit in unitatem. Sequitur. Rursumque considera species illas, in quibus noluit dominus corpus, & sanguinẽ suum commẽdare. In eis enim rebus, quæ ad unũ aliquid rediguntur: nãque panis ex multis granis unum efficitur. Vinum autem ex multis acinis in unum cõfluit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce, ꝙ nõ solùm utræq; species, scilicet uisibilis panis, & inuisibilis carnis sunt sacramenta, sed eiusdem rationis, & analogæ similitudinis sacramẽta corporis mystici Iesu Christi. Cur ergo propter figuram suã duplicem non est corpus hoc mysticũ sacramentum, & hostia consecrata, sicut caro Christi propter unam? Huic respondeant omnes Witcleui

1. Cor. 10.

4

*tractatu

Sacramentum quomodo frequenter accipiatur.

¶ QVOD CORPVS CHRISTI EST Eucharistiæ sacramentum, secundùm propriam substantiam. Cap. XXIII.

SVMMA.

1 *Corpus Christi quòd sit Eucharistiæ sacramentum secundùm propriam substantiam, & non figuratiuè, contra Vuitcleff.*

2 *Paschasii dictum de corpore Christi super illud Matth. Cœnantibus autem eis &c.*

3 *Eusebij Emiseni dictum de corpore Christi recensetur.*

4 *Augustinus, & Rabanus quid de corpore Christi dicant.*

QVANTVM respostulat, attentabimus auxilio Saluatoris, cuius corpus habemus præ manibus, tractare principale secundum, conuertibile cum duobus, scilicet de corpore Christi præsente sacris altaribus secundùm suam substantiam, ac naturam, quod Witcleff horret audire, uocans fideles sic dicentes detestandos idololatras. 4. ter damnati Trialogi. cap. 8. Si, inquit, panis sit factus identicè corpus Christi, & illud corpus est realiter ipse Christus: ergo ille panis est factus realiter Christus Deus. Sed quæ idololatria foret ampliùs detestanda? Sic enim haberet quælibet ecclesia dominum Deum suũ, qui reciperet ꝓdicationes abominabiles. Hæc ille. AVCTOR. Quanuis hæc dixerit arguendo contra identificationem panis cum corpore christi, quam magister eius sustinuit, quem allegat author de officijs, & Ioãnes Parisiensis, tamen quia habet pro inconuenienti maximo, quod ibi concludit, scilicet, quòd panis sit factus realiter corpus christi, quod est realiter ipse Christus: id circo sequemur, attendentes item prædicationem logicam, quam sibi cõstituit, ſ. ꝙ essentialiter, uel formaliter nõ est corpus Christi in sacramento, sed habitudinaliter figuraliter. Vnde de Eucha-

C

Vuitcleff.

ristia

Universidad de Deusto
Biblioteca

stia cap. 1. Theologus dicit, q̃ panis est corpus
christi, & uinũ eius sanguis: qđ oportet figurati
uè intelligi, signo supponẽte p̃ signato. Si aũt do
ctores signorum intelligant prædicationem se-
cundùm essentiam, uel non figuratiuam, sed for-
malem, est error in ianuis. Hæc Witeleff. Et istã
trinam prædicationẽ detegit in Tria logo, cap.
74. & in de sermone domini in monte. cap. 43.

1 AVCTOR. Ecclesiæ† Iesu Christi horrendam
blasphemiam, quam iam audiuit, cum indigna-
tione repellit, repetens semper uerbum Imperato-
riæ maiestatis sponsi sui spondentis, & iuben-
tis hoc esse corpus suum: Hoc est, inquit, corpus
meũ. Surge miser, & rudis hæretice, tolle micas
figuralium prædicationum tuarum, quæ tibi sint
suaues. Nos non audiuimus Christum dicere,
Hoc est corpus meum figuraliter. Sed quid? Hoc
est corpus meum. &, hoc facite in meam cõme-
morationem. O horrendissime, & abominande
inter omnes hæretice, si tibi uidetur abominan-
da prædicatio in corpore innocentis, in carne
agni immaculati, & sanguine lateris uirginalis,
in ferculo sacramenti. Nunquam sapiat mihi ci-
bus ut iste, ita, ut gustem illum usque ad diuisio-
nem animæ, & spiritus solutionem omnis carna
lis compaginis, & substantiæ medullaris. Cur nõ
clamem? cur non uociferer? Mirum & ultra om-
nia mirabile mirum, quod nunquam possit ascende-
re in cor quantumcunque blasphemi, quòd si ha
beremus uerum Christi corpus in sacramento
Eucharistiæ secundùm essentiam, & naturam,
hæc hostia sacra, & præcelsa honestate refulgẽs,
reciperet prædicationes abominabiles, & esset
2 error in ianuis. Accedat† contra istos fictos, &
figuratitios procurator ecclesiæ Christi PAS-
CHASIVS: pronuntiet ueritatem ex decreto
sanctorum, & sermonibus Iesu Christi, in expo-
sitione uerborum illorum Matth. Cœnantibus
autẽ eis, accepit Iesus panẽ, benedixit, ac fregit,
dedit q̃ discipulis suis, dicens, Accipite, & co-
medite, hoc est corpus meum. Audiant (inquit,)
qui nolũt extenuare hoc uerbum corporis, quòd
non sit uera caro Christi, quæ nunc in sacramẽto
celebratur in ecclesia Christi, neque uerus san-
guis eius: nescio quid uolentes plaudere, aut fin
gere, quasi quædam uirtus sit carnis & sanguinis
in eo admodum sacramento, ut dominus men-
tiatur, & non sit uera caro eius, neque uerus san
guis, in quibus uera mors Christi annuntiatur,
cùm ipsa ueritas dicat, Hoc est corpus meum. Si
militer & de calice, Bibite ex hoc omnes, Hic est
sanguis meus noui testamenti, nõ qualiscunque,
sed qui pro uobis effundetur in remissionẽ pec-
catorum. *Hæc itaque dixit, cũ fregit, & dedit
eis panem. *Non hæc est, uel in hoc mysterio est
quædam uirtus, uel figura corporis mei, sed ait
A non fictè, Hoc est corpus meum. Et ideòh oc
est, quod * dixi, nõ quod quisque singit. Vbi Lu-
cas addidit, Quod p̃ uobis tradetur, sicut alij co
dices habent, datur. Sed & Ioannes ex persona
domini, Panis (inquit) quẽ ego dabo, caro mea
est, non alia, quam pro mundi uita. * Ac deinde.
Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinẽ
meum, in me manet, & ego in illo. Vnde miror,
quid* uolunt nunc quidam dicere, non in re esse
ueritatem carnis Christi, uel sanguinis: sed in sa-
cramento uirtutem quandam carnis, & non car-
nem: uirtutem fortè sanguinis, & non sanguinẽ:
figuram, & non * uirtutem: umbram, & non cor
pus, cum hic species accipit ueritatem, & figura
ueterum hostiarum corpus. Vnde ueritas ait, cũ
porrigeret discipulis panẽ, Hoc est corpus meũ,
& non aliud, quàm quod pro uobis tradetur. Et
cùm calicem, Hic est calix noui testamenti, qui
pro uobis effundetur in remissionẽ peccatorũ.
B Necdum itaque erat fusus, & tamen ipse porri-
gitur in calice sanguis, qui effundẽdus erat. Erat
quidem iam in calice, qui adhuc tamen funden-
dus erat in pretium. Et ideò idẽ, ipseque sanguis
iã erat in calice, & qui in corpore, sicut & caro,
uel corpus in pane. Erat autem integer Christus,
& corpus christi coram oculis omnium positũ:
necnon & sanguis in corpore: sicut adhuc hodie
integerrimum est, & manet: qui uerè dabatur eis
ad comedendum, & ad bibendum in remissionẽ
peccatorum. Dicat similiter aliquis si in aliquo
alio remisio est peccatorum, quàm in christo.
Hæc ille. AVCTOR. Sic dicit Witeleff cap. 8
de Eucharistia in fine. Super nos (inquit) non ia-
cet difficultas ista, quia corpus christi est in sa-
cramento panis, aut uirtus: & non corpus chri-
sti quod in cælo extenditur. Et declarat 45. de
sermone domini in monte. Sicut rex est poten-
tialiter aut uirtualiter in omni parte regni: sic
C corpus in omni parte hostiæ consecratæ. Hæc
infero, ut pateat, quomodo conueniat illis hære
ticis per omnia, quos Paschasius reprobauit: in-
tendens semper contra eos objicere uerba chri-
sti, quæ non de figura corporis, sed natura loquũ
tur: quia illud idem corpus est, quod pro nobis
tradetur, & idem sanguis, qui fundetur. Ita indu
bitanter illud sacramentum dominici corporis,
quod pro nobis mittebatur in ligno, illud idem
& solùm idem secundùm substantiam mihi por-
rigitur in panis signo: & tamen panis est hic &
ibi. Sed de quo dixerunt Iudæi: Mittamus lignũ
in panem eius. Super quo in commentario, lib.
3. in fine, HIERONY. Dixerunt (inquit) Mit-
tamus lignũ in panem eius, crucem uidelicet in
corpus saluatoris. Ipse est, qui ait. Ego sum panis
uiuus, qui de cælo descendi. Sequitur. Ecõtrariò
iuxta assumptum corporis sacramentum loqui-
tur

*dixit Luc. 22.

Ioan. 6.

*forsan aliquid deest.

*uelim

*ueritatẽ

Paschasius. Corbeiensis.

Citat hæc uerba Ioã. Garetius libro de uera præsentia corp. Christi sub sacra alta-ris Class. 1.

Matth. 26.

*Nec

*Hæc est

Wicleff.

*Ratonem murem ma terè uocat.

tur filius ad patrem. Hæc ille. AVCTOR. Hoc
corpus sacramentum non est panis Wicleff, cu
ius substantiam mures. & *ratones (ut ipse dicit)
prudẽter agnoscunt: quàm ipse dicit figuraliter
corpus Christi, quæ citò post futura est naturali
ter caro ratonis. Ego non recolo figuram sine
corpore pro me fuisse traditam, nec figuralem
sanguinem, sed naturalẽ pro me effusum in cru-
ce, ne Saracenis consentiam dicentibus Christũ
non crucifixum in sua substantia, sed aliena: quia
sicut dicunt abominabile esse, credere tãtum pro
phetam sustinuisse tã detestabile genus mortis,
sic dicit Witeleff abominabile, quòd Christus
frangeretur, & laniaretur, cùm à fidelibus man-
ducatur. Vt autem Paschasio non imputetur,
quòd ista dixerit de sensu suo nouello: ascenda-
mus ad senatum patrum, quorum unus EVSE-
Eusebius. lib. 1 de Pa schia. 3 BIVS† Emisenus, cuius præcelsas laudes into
nat Hieronymus de illustribus uiris, & memoria
huius dicti sui in decretis habetur percelebris de
sermone corporis & sanguinis Christi, qui inci-
pit: Magnitudo cælestiũ. ubi, Meritò, (inquit,)
cælestis confirmat authoritas: quia caro mea ue
rè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Rece
dat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandò
quidem qui author est muneris, ipse testis est ue
ritatis. Nam inuisibilis sacerdos uisibiles creatu
ras in substãtiam corporis & sanguinis sui uerbi
sui secreta potestate conuertit, ita dicens. Accí-
pite, & edite. Hoc est enim corpus meum. & san-
ctificatione repetita, Accipite, & bibite: hic est
sanguis meus. Ergo sicut ad nutum præcipien-
tis domini repente ex nihilo substiterunt excel-
sa cælorum, profunda fluctuum, uasta terrarũ,
patri potentia in spiritualibus sacramẽtis uerbi
præcipit uirtus, & rei seruit effectus. Hæc ille.
AVCTOR. Ecce fideles, antiquus pater Euse-
bius planè confirmat Paschasium, dicens, quòd
inuisibilis sacerdos Christus, uisibiles creaturas
C panis & uini in substantia corporis & sanguinis
sui, uerbi sui secreta potestate conuertit, ita di-
cẽs, Accipite, & edite, Hoc est corpus meũ, &,
Hic est sanguis meus. Quò iam auertet Witeleff
aspectum, qui negat conuerti panem in corpus
Christi secundum essentiam uel substãtiam, sed
solum secundum figuram? Eusebius dicit substã
tiam corporis, non figuram: quia ueritas corpo-
ris ibi est, non illa uaga, & analoga Witeleff, sed
certa ueritas determinatè infrà genus, quam se-
cundũ locutionem scripturæ doctores dicunt si
guræ oppositam: alioquin ueritas Christus non
esset, si nõ uerum corpus isto modo fecisset. Id-
circo in sermone de corpore & sanguine domi-
ni, qui incipit, Interim dum â domino. AVGV-
4 STI. interim† (inquit) dum â domino peregri-
namur in hoc mundo, corpore, & sanguine eius

Matth. 26.

Augusti. To. 10.

in uia pascimur: sicut apostolis suis hoc mysteri-
um in cœna ultima ante mortem suã tradidit: &
nobis sequentibus frequentandum per eos mã-
dauit. Adhibẽda est ergo fides dominicis uerbis,
quibus dicit, Caro mea uerè est cibus, & sanguis Ioan. 6.
meus uerè est potus. & bene infrà. His itaque &
aliis si plures sunt significationibus conseruatis,
conseruetur etiã fides, qua domini corpus ipsũ
uerum non qualitatiuè, sed substantialiter credi
tur: ut ipsa ueritas omnino uerum testatur, no-
stra fallacia falsum aut imaginarium esse non
opinetur. Hæc ille. AVCTOR. O inundans spi-
ritus sancti gratia, quæ sic superueniens, Augusti
num impleret, ut tam breui sententia, tã penes
fidem, quam logicam sacramenti simul ex omni
parte uictoriosè confutaret hæreticum. Conser
uetur (inquit) fides, qua domini corpus ipsum
uerum, non qualitatiuè, sed substantialiter cre-
ditur. Attende quid abnegat, prospice quid affir
B mat. Corpus Christi, quod in mysterio in cœna
tradidit, & nobis frequentandum mãdauit, cor-
pus eius esse substantialiter, affirmat: non di spu-
temus amplius, hoc Witeleff negat in terminis.
Ibi finem controuersiæ sumus adepti. Et iterũ
corpus ipsum non qualitatiuè. Intellige qualita
tem, pro determinato genere prædicamenti: &
tunc negat Augustinus in sacramento figuram
tuã in corpore domini si sit quarta species qua-
litatis. Intellige qualitatem transcendenter pro
toto æquinoco accidentis, sicut plærunque apud
sacros scriptores accipitur: & tunc negatur figu
ralis respectus ultimi generis, & omnis generis
accidentis usque ad substantiã exclusiuè: nõ sci
licet, quòd nullum accidens absolutum, uel respe
ctiuum insit corpori Christi ibi: sed quòd nullum
sit ibi corpus Christi essentialiter, uel modaliter.
fiè enim dicit. Corpus ipsum non qualitatiuè,
sed substantialiter creditur. Subdit causam. Vt
C quod ipsa ueritas omnino uerum esse testatur,
nostra fallacia falsum, aut imaginarium esse nõ
opinetur. Et quid est respectus tuus figuralis, nisi
imaginarium, insensibile, uix intelligibile? quia
uix alicuius essentiæ: & si alicuius, inter minimas
essentias minimæ. Ergo non est omnino uerum
corpus, quod ueritas ipsa testabatur esse uerũ, si
sit de tam alta prosapia suæ carnis auulsum, &
ad figuram tãtillæ habitudinis diminutum. Hoc
antiquorum sanctorum omniũ fuit doctrina cõ
munis, hoc autem transfundebant in posteros.
Sic enim intellexit RABANVS præuios patres Rabanus.
suos, dicens carnem Christi nihil aliud, quàm
carnem ibi, non panem putribilem, nõ respectũ
tropicum, in libro de corpore & sanguine do-
mini cap. 24. dicens. Igitur in pane ideo celebra-
tur, quia Christus est panis, qui de cælo descẽdit.
Sed sicut lõgè aliud ab illo pane intelligitur: ita

longè

Universidad de Deusto
Biblioteca

longè aliud caro à mortali nostra carne secernitur. Sequitur. Atque ideo nec mirum, si caro Christi panis dicitur, dum & caro sub specie panis uisibili nihil aliud quã caro porrigitur. Sed caro, quia in eadem carne passus in ueritate creditur. Panis uerò, quia granum frumenti cadens in terra: & uos ex ipso nihil aliud quàm frumẽtum per fidem genuit: Vnde per hoc seipsum suis membris ex se natis uitam præbuit: & præstãdo nihil nobis aliud quàm panis æternus fuit. Hæc ille. AVCTOR. Hic in uno cœtu sermonis uerissimi congregata sunt tria uestra principia de fide sacramenti. Hic habes corpus Christi secundùm se sine admixtione aliena. Nihil aliud (inquit) quàm caro porrigitur, in qua passus in ueritate creditur. Hic habes panis definentem substantiam: & panem Christi, qui de cælo descendit: qui longè aliud à uisibili pane ibi est: de nouo præsentem: qui uitam præstando nihil nobis aliud, quàm panis æternus fuit. Et habes itẽ tertiò accidentium panis remanentiam: Caro (inquit sub) specie panis uisibili. Vbi ergo dabis mihi accidentium illorum subiectum, datis primis duobus? Ecce hoc sacramentum est caro 1 Christi pura: hoc sacramentum non est panis materialis, nec quisquam supereſt ibi. Vbi ergo nidificabunt accidentia tua charissima? Tu ipse dicis, sensus non potest capere, quòd hoc sit corpus Christi secundum substantiam, nisi desinat esse panis secundùm substantiam. Sancti patres omnes concedunt hoc uenerabile sacramẽtum esse carnem Christi secundùm suam substantiã propriam, in qua uerè est passus: ergo per te, cõtra te, excluſa substantia tui panis: ubi accidẽtia patula si non in se subsistant, petent hospitium?

¶ QVOD HOSTIA CONSECRATA est Corpus Christi secundùm naturam corporis Christo uniti. Cap. XXIIII.

SVMMA.

1. *Hostia consecrata quòd sit corpus Christi secũdum naturam corporis Christo uniti, contra Vuitcleff probatur.*
2. *Gradus tres participationis Eucharistiæ esse ostẽditur.*
3. *Christi naturalẽ carnem, non figuralẽ, substantialem, non tropicam, nos accipere, dum suscipimus sacramentum, quomodo sanctorum authoritatibus probetur.*
4. *Sacramentum unctionis quando signatum à Christo.*

A STENDIMVS in his prædictis, corpus Christi esse uenerabilem hostiã in altari fidelium, & in prædicatione secundum essentiam, quia secundum substantiam carnis suæ in actu primo, qui est esse. Monstremus item hoc idem ab eius actu secundo, qui est operari secundum naturã. Omne enim agens secundùm naturam tunc creditur efficax, cùm assimilat sibi passum suum non quidem secundùm accidens remotum, sed secundũ naturam. Quod si uerum est, caro Christi est secundum naturam, quam sumimus, quia per illã conformamur, & concorporamur Christo, non tantum per gratiam, sed etiam naturam. Hoc quantum ualet, Witcleff fugit, detestans dicere sim liciter sanctum sacramentum esse corpus Christi secundùm naturam, sed solùm secundũ figuram. Vnde de simonia, cap. 10. Corpus (inquit,) panis, seruando panis substantiam est miB raculosè factum, cum hoc corpus domini, non audeo dicere idẽticè secundùm substantiam, uel naturam, sed tropicè secundùm significantiam, uel figuram. Hæc Witcleff. AVCTOR. Accedamus † ergo uidere, si fidelis, quando credit se percipere corpus Christi, percipit solùm tropũ, uel figuram, aliquid peius musca, quæ (ut fertur) est Lollardorum communio? Nos autem catholici credimus corpus Christi percipere per naturam, & hoc probamus. Arduum est, quod spondeo, sed ad probationem eius sancti patres accedant præcursores longi temporis iam instantis ecclesiæ. Vnde super euangelium Ioãnis Morali. *42. CHRYSOSTOMVS. Necessarium est, (inquit,) dicere miraculum mysteriorum, quid est, & propter quid datũ, & quæ utilitas rei. Vnũ corpus sumus, & membra, ut de carne eius, & ossibus eius. Qui autem edocti sunt, assequantur ea, quæ dicuntur. Vt igitur non solum secundũ C amorem hæc fiamus, sed & secundum ipsam rẽ, in illã remisceamur carnem, per cibum hoc fit, quem largitus est, uolens nobis ostendere amorem, quem habet erga nos: propterea remiscuit seipsum nobis, & recommassauit corpus suum in nos, ut unum quid simus: sicut corpus capiti copulatur. Eorum enim, qui ualde diligunt, est hoc signum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce propter hoc institutum est mysterium sacræ Eucharistiæ, ut unum corpus simus cum Christo, non solum secundùm amorem, sed secundum ipsam rem, multò magis non secundum figuram tantum, sicut & erant Iudæi uiuentes sub timore. Qui tamen figuram etiam (ut Witcleff dicit) multò meliorem, quàm nos, scilicet, agni Paschalis absumpserant. Et fideles Christi penè in omnibus ritibus sacramentorum, & sacramẽtalium unionem amoris recolunt cum Christo, sed in percepe-

Vuitcleff.

Chrysost. To. 3. *45. Epist. Ephe.

perceptione Eucharistiæ non solùm amore, sed ipsa re naturæ Christo coniungimur. Et propriè secũdum Chrysostomum remiscuit seipsum nobis in sacro cibo, & recommassauit corpus suũ in nos. Quis unquam talia dixit de nuda figura corporis? Hanc dictionem consequens sanctus pater AMBROSIVS. lib. 6. de sacramentis, ca. 1. comparationem insinuat consubstantialitatis naturæ patris ad filiũ, dicens, Sicut uerus est Dei filius dominus noster Iesus christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris. Ita uerò caro, sicut ipse dixit, quam accepimus, & eius sanguis est* uerè potus. Sequitur. * Similitudinem quidem accipis sacramentum, sed ueræ naturæ, gratiam uirtutemque consequeris. Ego sum, inquit, panis uiuus, qui de cælo descendi. Et infra. Et tu, qui accipis carnem diuinæ eius substãtiæ, in illo participaris alimento. Hæc ille. AVCT. Recole † tres gradus esse participationis Eucha B ristiæ. In primo est figura, quã tu laudas. Et qui figuram acceperant, non omnes diuinæ substantiæ participes facti dicti sunt, sicut tota multitudo comessantium manna in deserto, & agnum in Pascha. Ascenditur enim ad eos, qui bona fide, & dilectione comederãt, sicut multi illorum piè credẽtes in eum, qui uenturus erat in carne, & quidem multi fideles nouæ legis, qui nec ore corporis comederunt, sed cordis amore. Propter hoc, quod dictum est, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam manentem in uobis. Et adhuc secundum Chrysostomum & Ambrosium restat gradus tertius, sub quo sumitur, ut incorporet sibi sumentem, non solum secundùm amorem in eum, sed secundùm rem concorporationis, & consubstantialitatis naturalis. Et quantò iam putas figuram tuã superauimus? Certè si filius Dei Christus sit consubstantialis Deo patri, secundùm naturam, & nõ tantùm per gratiam, ne incidas dogma Arianum: ita non per figuram tantum, sed per naturam propriæ carnis Christum comedit Christianus, secũdum Ambrosium: ita, inquit, uera caro, quam accepimus, & uerus sanguis. Item lib. 8. de Trinitate, citò post principium HILARIVS. 3 Eos † nunc, qui inter patrem, & filium uoluntatis ingerunt unitatem, interrogo, Vtrum nè per naturæ ueritatem hodie Christus in nobis sit, an per concordiam uoluntatis? Si enim uerè uerbũ caro factum est, & uerè nos uerbum *carnem cibo dominico sumimus, quomodo nõ naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit. Sequitur. Si uerè

Ambrosius To. 4.

*quem potamus. *Insimilitudinem. Io. 6.

Gradus 2 tres.

Hilarius.

Io. 1. *caro factum.

A igitur carnẽ corporis nostri Christus assumpsit, & uerè homo ille, q ex Maria uirgine natus fuit, Christus est, nosque uerè sub mysterio carnem corporis sui sumimus, & per hoc unum erimus: quia pater, in eo est, & ille in nobis: quomodo uoluntatis unitas asseritur, cum naturalis per sacramentum proprietas perfectæ sit sacramentũ unitatis. Nõ est autem humano aut seculi sensu in Dei rebus loquendum, neque per uiolentam, atque impudentem prædicationem cælestium dictorum fanitati, alienæ atque impiæ intelligentiæ extorquẽda peruersitas est. Quæ scripta sunt legamus, & tũc perfectè fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi ueritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus, stultè, atque impiè *dicemus. Ipse enim ait, caro enim mea uerè est esca, & sanguis meus uerè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meũ, in me manet, & ego in eo. De ueritate carnis, & sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius domini professione, & fide nostra uerè caro est, & uerè sanguis est. Et hæc accepta, atque exhausta, id efficiut, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc ueritas non est? Contingat planè ijs uerum non esse, qui Christum Iesum uerum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quòd autẽ in eo per sacramentum communicatæ carnis, & sanguinis sumus, ipse testatur, dicens, Et hic mũdus me iam non uidet, uos autem me uidebitis: quoniam ego uiuo, uos uiuetis, quoniam ego in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Si uolũtatis tantùm unitatem intelligi uellet, cur gradũ quendam, atque ordinem consummandæ unitatis exposuit? nisi ut cùm ille in patre per naturã diuinitatis esset, nos contrà in eo per corporalem eius natiuitatem: & ille rursum in nobis per C sacramentorum ineſſe mysterium crederetur, ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur. Sequitur. Quòd autẽ naturalis in nobis hæc unitas sit, ipse ita testatus est. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Nõ enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantùm in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectæ autem huius unitatis sacramẽtum superiùs iam docuerat, dicens, Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Et qui manducauerit meam carnem, & ipse uiuet per me. Viuit ergo p patrẽ & quomodo per patrem uiuit, eodẽ modo nos per carnem eius. AVCTOR. Et quid est occultum hic, quod non reueletur? quid mihi peperci, quominus annuntiarem uobis omnia? Plane probat Hilarius carnem Christi naturalem, non figuralem, substantialem, non tropicã nor

Io. 6.

Io. 14.

Io. 6.

acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipere, dum suscipimus sacramentum. Nunquid hic loquitur de pane, & uino? sed nec Chrysostomus suprà, nec Ambrosius, nisi modificando celestem, ne te tegeres sub figura. Tres isti doctores in carne naturali Christi in sacramento conueniunt. Ipsi perfectam unitatem nostram ad Christum prædicant naturalem, non tantùm per gratiam. Et hoc propter carnem illam naturalem, quam assumimus, & nedum propter illã, quam ipse sumpsit ex nobis. Et formal Hilarius artificiosè satis duas præmissas contra præambulas hæreses ad tertiam inferendam. Primò, quòd sicut filius est de natura patris contra Arianos. Secundò, sicut filius est cõnaturalis nobis secundum carnem, quam assumpsit, contra Manichæos: sic est connaturalis nobis secundùm carnem eius, quam quotidie manducamus, contra Berengarios, & Witcleuistas. Ideò secundum hanc consequentiam coactus fuit Nestorius negare naturalem carnem Christi in Eucharistia, sed alterius, inquit, boni uiri, qui filius hominis diceretur, ut patet in actis concilij Ephesini, ut superiùs habebatur. Istas ergo connaturales unitates intexere non uideretur Hilarius, nisi scinui cem sequerentur. Ita ergo per oppositum negãs naturam corporis Christi in sacramento altaris, iam incurrit societatem Manichæorum, obligatus negare neram carnem Christi in suppositio: & ueram deitatis natu am in Christo, sed figuralẽ, & tropicè adoptiuam. Hanc distinctionem Hilarij sequuti sunt doctores sequaces, ut BABANVS, qui de corpore, & sanguine domini, cap. 23. Christus, (inquit,) hodie in nobis non solũ per concordiam uoluntatis, sed etiã per naturã in nobis, sicut & nos in illo, rectè manere dicitur. Nam si uerbum caro factum est, & nos uerè uerbum carnẽ in cibo dominico sumimus, quomodo Christus in nobis manere naturaliter iure non æstimatur, qui & naturam carnis nostræ inseparabilem sibi homo natus Deus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturã æternitatis sub sacramento hoc nobis communicandæ admiscuit? Et ideò per hoc omnes in Deo patre, & filio, & Spiritusancto unum sumus, quia pater in Christo, & Christus in nobis esse probatur. Hinc igitur est, quòd & nos in Christo naturaliter unũ corpus efficimur: & si quis patrem in Christo naturaliter confitetur, cõfitetur se naturaliter, quia uerbum caro factum est, unum esse in illo, ut naturalis unitas per sacramentum appareat ueritatis. Hinc ergo dicit, Qui mãducat carnem meã, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Sequitur in proximo capitulo. Per baptismũ ergo renascimur in Christo, & per sacramẽtum corporis, ac sanguinis Christus in nobis nõ solum fide, sed etiam unitate carnis, ac sanguinis

Rabanus.

Io.1.

Io.17.

Io.6.

A manere probatur. Et ideò iam membra Christi eius carne uescimur, ut nihil aliud, quàm corpus eius unde uiuimus, & sãguinis, inueniamur. Hęc ille. AVCTOR. Plane facit hic Rabanus argumentum Hilarij, quòd si quis confitetur Christum eiusdem naturæ esse cum patre, ita in sacramento ueritatis confiteri necesse habet nos naturaliter unum esse cum Christo. Item FVLBERTVS, qui in epistola ad Adeodatum de tribus, quæ sunt maximè necessaria ad perfectum. De corpore suo, (inqt,) Christus sub hora passionis suæ familiaribus suis ait, Hoc est corpus meum. Et paulò pòst. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro nobis fundetur. Et alibi. Qui mãducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Qua magistri authoritate animati, dum corpori, & sanguini eius cõmunicamus, audenter fatemur nos in corpus illus transfundi, & ipsum in nobis manere. In nobis ipsum manere dico, non solùm per concordiam uoluntatis, sed etiam per naturæ unitæ ueritatem. Si enim uerbum caro factum est, & nos uerè uerbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est qui & naturam carnis nostræ iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis communicandæ admiscuit? Ita ergo in Deo sumus: quia & in Christo pater, & Christus in nobis est. Hæc ille. AVCTOR. Videsiam, quàm concorditer Fulbertus dicit cũ magno Hilario, quòd corpus Christo sumptũ in sacramẽto in nobis manet naturaliter, id est, per modum naturæ suæ, & non solum per concordiam uoluntatis. Et ubi exprobrat Witcleff catholicos, quòd nullam habent authoritatem hoc dicẽdi, obstat Fulberus per hæc uerba Christi, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. C &, qui mãducat meam carnem &c. Quæ (inquit) magistri authoritate animati &c. In nobis, inquam, manere non solum per concordiam uoluntatis, sed per naturæ unitæ ueritatem, quam ueritatem resoluens pòst in aduerbium Si uerè uerbum carnem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est? Ecce authoritas dictionis ecclesiæ. Ecce si uerè, quomodo non naturaliter? Istis respondeat Witcleff cum noua Logica sua. Qui dicit uerè, & tamen non nisi figuraliter. Fulbertus dicit, si uerè, ergo naturaliter. Sed fugit Witcleff ad sophisma suum. Ita, (inquit,) naturaliter natura panis. Non ita ait Fulbertus, sed per naturæ unitæ ueritatem. Christus nunquam uniuit diuinitati suæ naturam panis pistorij, sed per naturã corporis ueri Deo Christo uniti. Sed Witcleff cupiens euadere, glossam sibi fingit obscuram.

Fulbertus.

Matt. 26.

Io.6.

Witcleff.

ram. 18. de Apostasia. Patet (inquit) pro isto termino naturaliter, quòd doctores primitiuæ ecclesiæ, & specialiter Hilarius, dicũt corpus Christi esse naturaliter, carnaliter, & corporaliter ipsum panem, ad excludendam figuram præcisam, qualis fuit in lege ueteri: quia aliter superfluè diceret, Hoc est corpus meum, nisi signum illud panis haberet efficaciam super illã. Hæc Witcleff. AVCTOR. Valde solicitus est hinc glossare doctores, hinc signare differentias. Sed ergo non latere potest fideles, quin patres primitiuæ ecclesiæ credebant sacramentum Eucharistiæ naturaliter carnem Christi non panem, sicut iste falsò recitat, sed ueritatem, sicut dicit Hilarius, distinguendo contra signum, & sacramentum communicatæ carnis, & sanguinis non communicati panis naturalis, ut iste contra uotum Hilarij alienæ, atque impiæ intelligentiæ suæ de ueritate Hilarij peruersitatem extorquet. Iterum quia dicit Hilarium, & patres hoc dicere ad excludendam figuram præcisam ueteris legis, quæro quid addis tu ibi super figuram? Paulò antè iam dicta tu dicis sufficere, quòd supra rationem figuræ panis ille sit realiter corpus Christi. Si hoc sufficiat, quid addis in figuram ueteris legis? Per te enim agnus Paschalis fuit realiter Christus passus, & serpens æneus fuit realiter Christus crucifixus, quia habitudinaliter: sicut septem spicæ, septem anni, quid addit iã figura tui panis super figurã ueteris legis? Alibi tamen dicit non hoc sufficere, sed addit quandam efficaciam uirtutis. Quærendum esset adhuc de illa uirtute, utrũ esset corporalis, an spiritualis, temporalis, an æterna, distincta gradibus solis, an natura? Nihil dico in Christiani præiudicium sacramenti, sed ut diuina recolamus beneficia ubicunque operetur serpens æneus, qui fuit figura ueteris legis in signũ salutis, quam Christus crucifixus operaretur in gemitibus: etiam plurimos populos læsos à serpentibus pristinæ reddidit sanitati. Sanguis agni Paschalis pestem Angeli exterminatoris absoluebat à domibus. Aqua Iordanis in figura baptismi duplicem uirtutem exercebat in Naaman Syro: uirtutem corporalem tergendo lepram, & uirtutem spiritualem, fidem, scilicet, unius Dei imprimendo per professionem synceram. Lutum † item, quod liniuit Christus ad oculos cæci nati, quo sacramentum unctionis signatur, & cæco usum restituit, & ad sui, id est, Christi fidem perduxit. Si pro maioritate uirtutis ex parte sacramenti altaris institeris, ipsa non uariat sacramentum, cùm secundùm uariam dispositionem suppositi, ipsum idem sacramentum huic efficaciter uitam operatur æternam, & isti iudicium. Ex his ergo concludimus frustrà solicitari Witcleff ad respondendum pri-

Num 21. Gen. 40.

Exo. 12.

4. Reg. 4.

Sacramentum unctionis.

Io. 9.

A mæuis doctoribus, & ad instituendum differentias figurarum, quandiu non posuerit cum antiquis sanctis in suo sensu corpus Christi secundùm naturam suam in sacramento super omnem uirtutem aliam, aliamve figuram. Berengarius enim magister eius hoc fecit, scilicet non prævaluit. Quod item ex uerbis Christi deducit in expositione Matthæi PASCHASIVS. Nec itaque dixit cùm fregit, & dedit eis panem, Hoc est, uel in hoc mysterio est quædam uirtus, uel figura corporis mei: sed ait, non fictè, Hoc est corpus meum. & ideò hoc est, quod dicit, nõ quod quisque fingit, ut infrà. Vnde miror, quid nunc uolunt quidam dicere, non in re esse ueritatem carnis Christi, uel sanguinis, sed in sacramento uirtutem quandam carnis, & non carnem, uirtutem fortè sanguinis, & non sanguinem: figuram, & non ueritatem: umbram, non corpus: cùm hic species accipit ueritatem, & figura ueterum hostiarum corpus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quia dicit se elegisse leuiorem uiam scripturæ, & doctoribus magis concordem, uellem uidere, quomodo tropicum corpus Christi in sacramento defendat contra doctores præscriptos, qui liberrima penna, unæ mente, una lingua scripserunt corpus Christi in sacramento altaris esse substantialiter, & naturaliter secundùm naturam unitam diuinitati, quam ipse totis expugnat conatibus: quia naturæ, & substantiæ panis fauet. Scio enim uiam eius tam leuem esse, qui ad se excusandum, & euadendum tot cautelas logicas fingit, tot prædicationes componit, tot glossas, tot regulas. Iam stringit, iam laxat, ut uix sensatissimus phi losophus enumeret: nec ipse unquam per eas omnes ab auctoritatum numero, & pondere quin caperetur, euasit. Simul & tot libellis ista dispersit in Trialogo, in Dialogo, de sermone domini in monte, de Papa, de Eucharistia, de apostasia, de simonia, tertia parte sermonum, & alibi: ut qui in unum uolumen cuncta redigeret, penè excederet Bibliæ quantitatem.

Paschasius.

QVOD HOSTIA CONSECRATA est identicè corpus Christi, & Deus secundum essentiam. Cap. XXV.

SVMMA.

1 *Idololatra quis.*

2 *Hostia consecrata quòd sit identicè corpus Christi & Deus secundùm essentiam, probatur contra Witcleff.*

3 *Christus quomodo ferebatur à seipso in die cœnæ,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non umbratiuè, non figuratiuè, sed substantiuè, sanctorum dictis probatur.

4 *Christum esse se ipsum, non figuram, per ipsum sacrificium quotidianum, dicit Augustinus. Et multa ibi de pane Christo, per doctores sanctos.*

5 *Sacrificium quòd sit unum per mundum in omnibus ecclesiis: & sic una hostia, non multæ, &c. ex Ambrosio.*

VIso claro fidei fundamento, q̃ sacramentum eucharistiæ est caro christi uiua, secundùm suam ipsius substantiam, essentiam, & naturã Christo unitam; adhuc astringamus hereticũ ad palpandum, q̃ hostia illa sit corpus Christi intransitiuè. Et quanuis non ui sacramenti, ipsum tamen est ibi Christus Deus noster identicè iure societatis suppositi. Quod Witcleff ultronè è uilipendit, nimirum quia ualde distat, & dissipat sophisticum tropum suum: de Eucharistia ca. primo. Quid, (inquit,) horribilius, quàm quòd sacerdos post Vuitcleff. B consecrationem portat corpus domini in extremitatibus digitorũ? Et tractatu de blasphemia, cap. 2. Si idololatræ sunt quicũque adorant creaturam; non Deum tanquam Deum, patet, quòd tã de clero, quàm de populo multi sunt idololatræ, quoniam multi credunt, & adorant hostiam, quæ de facto est panis i natura, & corpus Christi figura, ac si esset naturaliter, & identicè corpus Christi: & sic Deus, cùm notum sit, quòd corpus Christi est Christus, & per consequens Deus noster, ut patet in materia de Incarnatione. Et tamẽ ad tantum idololatræ nostri insaniunt, q̃ dicunt nõ esse aliud naturaliter corpus Christi in cælo glorificatum, & obiectiuè beatificans cæli ciues, q̃ est hostia, quã sacerdos conficit, tractat, & mãducat, quæ recitatu Paganos deridendo deducere. Hæc Witcleff. AVCTOR. Iam palã loquit: uidetis orthodoxos oẽs ab eo cẽseri idololatras: & necesse est ira esse, uel ut ipse sit idololatra.

Idololatræ quis. 1 Quia † sicut est idololatra reputandus, qui colit C diuino cultu, quod Deus non est: ita qui cultum diuinum denegat ei, qui uere Deus est. Nos item deridet, quia Pagani nos in hac re deridents. Se honoratiorem æstimat, quia Paganis in infidelitate cohæret. Cur ergo Christum crucifixum in sua natura nõ abnegat, & in figura cũ Mahometo concedit, cũ secundũ Paulum est in maximũ scandalũ Iudæis: Gentibus uerò in stultitiã? Sed 1. Cor. 1.

2 † reuertamur ad rem, & auctoritate fidei, quam ipse molitur euertere, probemus hoc uenerabile sacramentũ, esse corpus Christi unicum in cælo, & Christũ Deum identicè, inchoantes ab illo loco scripturæ, ubi memoratur Christum tenuisse illud uenerabile corpus suum in manibus suis in cœna; quod fuit tunc idẽ numeraliter, qui tunc illud portauit in terris, non alind, quàm Christus Iesus. Ergo nec nunc aliud conficimus, quàm corpus ipsum identice, quod est Christus idem in cælis. Consequentia patet ab ore eiusdem Christi dicentis, Hoc facite in meam commemorationẽ. Matth. Nihil ergo aliud licet conficere, quã quod Christus tunc confecit, & portauit in manibus. Si uerò calumnieris assumptum, uolo respondeas ad argumentum, quod obiecit magistro suo sacer præsul Guimundus ex auctoritate Augustini in titulo Psal. 33. uersus finẽ. Vbi expositurus quomodo Dauid mutauit uultum suũ corã Achis rege Geth, & quomodo ferebat se manibus suis, Aug. To. 1. Reg. 21. AVGVSTINVS. Tympanizabat (inquit) ad ostia ciuitatis, & ferebatur in manibus suis. Hoc uero fratres quomodo posset fieri in homine, q̃s intelligat? Quis enim portatur manibus suis? Manibus aliorũ potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso, quod secundùm literam non inuenimus, in Christo autem inuenimus. Ferebatur † enim Christus in manibus suis, quãdo commendans ipsum 3 corpus suum, ait, Hoc est corpus meum. Ferebat illud in manibus suis. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc dicto Augustini sic procedit in libro suo tertio quasi in principio contra Berengarium magistrum tuum sanctus GVIMVNDVS. Quod in Guimundus. Guimundus. Dauid (inquit) & in aliis hominibus, secundùm literam nõ inuenitur, in Christo inuenitur. Quid illud? ferebatur enim (inquit) Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait, Hoc est corpus meum. Si secundùm literam, id est, sicut litera sonat, hoc in Christo inuenitur; non igitur umbraticè, non figuratiuè, sed substantiuè Christi corpus erat, quod ferebatur. Hæc ille. AVCTOR. Hic subticebat Berengarius. Iam loquatur filiolus eius Witcleff, de sermone domini in monte, cap. 44. Dicatur, inquit, quòd illud fuit figuraliter dictum de Christo; quia in manibus suis ferebat panem, quem ipse fecerat corpus suum. Talia tamen dicta non sunt generaliter à Christicolis usitanda. Hæc Witcleff. AVCTOR. Salua pace tua. Ista sunt Vuitcl. dicta scripturæ sanctæ ad sensum Sanctispiritus si sint uera: ergo quanuis sint figuralia, sunt extendenda. Quod si tu extendis figuram Ioannis, & Eliæ ad panem, & corpus domini auctoritate tua, cur nos auctoritate Augustini non utemur hac figura? Item cur non dixit Augustinus, quòd tunc ferebatur Christus in manibus suis, quando commendans panem; quia tu dicis, quòd Christus in manibus suis ferebat panem: sed dicit commendans ipsum corpus suum? Et nè æquiuocares de corpore, sophisticans corpus panis, quasi relatiuum duplex adiecit, referens, & reciprocans. Ipsum (inquit)

quit,) corpus suum. Ipsum ergo relatiuum satis A dictũ ulteriùs usitandũ? Si dicas q̃ ferebat figurã: tu dicis ecõtra ubi iã suprà p̃cedente capitulo: q̃ ad relationẽ nõ est motus: iõ rõne cõsecrationis corpus dñi nõ mouetur. Qũo ergo secundũ figurã tantũ huc & illuc Christi manibus ferebatur, si sic penitus nõ mouetur? Itẽ quodcunq; taliter intelligitur uerũ ad literam, illud est uerũ sic fieri, uel sic impletũ esse secundũ essentiam. Beatus nãq; Petrus probauit resurrectionẽ Christi ad literã & sepulturã eius ex illo Psalmi, Quia nõ de Psal. 15 relinques aiam meã in inferno, nec dabis sanctũ Act. 2. tuum uidere corruptionẽ: eo q̃ de Dauid sic uerificari nõ potuit. Quia licet (inquit) audenter dicere de Dauid, quoniam defunctus, est, & sepultus est, & sepulcrum eius est apud nos usque in hodiernũ diẽ. Ex hac igitur fide ueteris testamenti, quã assumpsit Petrus ad literã, nõ sufficit nisi dicatur Christum secundũ essentiã surrexisse: cũ de Dauid potuit hoc dici secundũ figuram. Itẽ Christus innuit pharisæis, q̃ Dauid uocauit B Christum dominũ in spiritu secundũ literam: q̃ a de quolibet alio fuisset incõgruũ. Nunq̃d sufficit respõdere, q̃ ita uocauit figuram Christi, & non eius suppositũ? Et quis ,phibet ista dicta sicut dicuntur generaliter usitanda ad literam, nisi solus Witcleff hic timens dictũ Augustini exponentis ad literam q̃ Christus ferebat se manibus suis in corpore suo cõsecrato, q̃ a nullus alius homo potuit se ferre, putà secundũ essentiã? Certe quilibet homo põt ferre secundũ figurã. Sed ubi ,p se Logica militat, uel auctoritas resonat: illa non tantũ assumitur, sed torquetur, & extẽditur. Vbi aũt contra uesaniam suã agit, suffocat eam & ab omni usu sequestrat: cũ tamen oẽs periti nouerint, q̃ usus semp præfert dicta secundũ literam dictis penitus p figurã. Sed melior logicus AVGVSTI. nõ parcit Witcleff, quin optimã Logicã scripturæ usu frequenti suscipiat. 10. de ciuitate Dei, capite uigesimo, dicens. Verus ille mediator in q̃tũ formã serui accipiens, mediator effectus est Dei & hoĩum hõ Christus Iesus, qui cũ in forma Dei sacrificiũ cũ patre sumat, cũ quo & unus Deus est, tñ in forma serui sacrificiũ maluit esse, q̃ sumere: ne uel ab hac occasione q̃squã existimaret cuilibet sacrificãdũ esse creaturę. Per hoc, & sacerdos est ipse offerẽs: ipse & oblatio; cuius rei sacramentũ quotidianũ esse uoluit ecclesiæ sacrificiũ: q̃ cũ ipsius capitis corpus sit, tã ipsa per ipsum, q̃ ipse p ipsum dicit offerre. Hæc ille. AVCTOR. Hic † dicit Augustinus Christum offerre seipsum, non figuram per seipsum sacrificiũ quotidianum, sicut antè dixit seipsum manibus suis ferre. Alibi item uocat Augustinus panem, quẽ dominus gestauit in manibus, panem ibi discumbentem, de uerbis domini, sermone trigesimo tertio, ubi, Quam multi (inquit) & modo ip- Aug. To. 10.

1. Tim. 2. Philip. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam cœnam quamuis illam tunc mensam non uiderint,nec panem,quẽ dominus gestauit in manibus oculis suis aspexerint, uel faucibus gustauerint, tamen quia ipsa est,quæ nunc paratur, quàm multi etiam in ipsa cœna iudicium sibi mãducant, & bibunt. Vnde autem tanquam occasio est domino nata,ut de cœna ista loqueretur: dixerat unus de discumbentibus (in conuiuio.n. erat, quo fuerat inuitatus) Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Quasi inlonginquo

1.Cori.11 ista suspirabat:& ipse panis ante illum discumbebat. Quis est panis de regno Dei: nisi qui dicit,

Io.6. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi? Et infrà. Modicum accipimus, in corde saginamur:non ergo quod uidetur, sed quod creditur, pascit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd Augustinus in cœna Christi, in qua nunc multi iudicium sibi manducant,& bibunt,quæ solum dicitur hostia consecrata,nullum alium sciuit inuenire panem,nisi qui ibi discubuit, Christum do-

Augu.To.9 minum,qui panis de cælo descendit. Sic idem super Ioannem Homilia.72.dicit. Itaq; cùm dominus panis uiuus panem mortuo tradidisset, scilicet Iudæ,& panem tradendo panis traditorem

Io.13. ostendisset,quod facis(inquit)fac citiùs.Hæc ille. AVCTOR. Vide traditorem panis, nunqd materialis,an Christi panis? Item super Ioãnem Homilia.59.sic ait.Scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit. Non est in eis

Augu.To.9 iste,qui panem eius sic edebat, ut super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panem dominum:iste panem domini contra dominum.Illi uitam,iste pœnam.Hæc ille. AVCTOR. Ecce illi manducabant dominũ panem,ergo Christum,quando comederant sacramentum. Item

Damascen. 4.de fide ortho. cap.14 in initio ca. DAMASCENVS doctor Græcus.4. sentent. cap.5 sic ait.Quoniam duplices sumus, & compositi quidem, oportebat natiuitatem duplicem esse,& escam compositam. Igitur natiuitas quidem per aquam nobis, & Spiritum sanctum data

C est.Esca autem ipse panis uitæ,id est, ipse dominus noster Iesus Christus,qui de cælo descendit, Hæc ille. AVCTOR.Esca ergo corporalis sit nobis ipse Iesus Christus in sacramento, sicut a-

Hierony. To.3.cr est Epistu.150 qua corporalis est lotio in baptismo. De Spiritu sancto autem sit lotio spiritualis.Item HIERONYMVS in epistola ad Edibiam in solutione secundæ quæstionis. Si enim(inquit)panis, qui de cælo descendit,corpus est domini: & uinum, quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti,qui effusus est in remissionem peccatorum.Iudaicas fabulas repellamus, & ascẽdamus cum domino cœnaculum, atque stratum mundatum:& accipiamus ab eo calicem sursum noui testamenti: ibiq; cum eo Pascha celebrantes,inebriemur ab eo uino sobrietatis. Non est

A enim regnum Dei cibus & potus,sed iustitia, & Rom.14. gaudium,& pax in Spiritusancto. Nec Moyses 10.6. dedit nobis panem, sed dominus Iesus Christus ipse cõuiua,& conuiuium:ipse comedens,& qui comeditur.Hæc ille. AVCTOR. Notet Witcleff quid hic dicat Hieronymus de pane in sacramento altaris,quia tantopere strepit, & uociferat,q; Hieronymus in hoc libro dixerit panem, quem fregit dominus,esse corpus domini Saluatoris.Ita fecit esse corpus, & non ulterius illum panem,sed panem uerũ corpus Christi,& Christum dominum, quia dominus Iesus ipse conuiua, & totum conuiuium: non Christus conuiua, & conuiuium grossus panis, sed Christus cõuiua, & ipsum conuiuium:ipse comedens, & q comeditur. Christus ergo comedit seipsum, & bibit seipsum,qui primus sanguinem suum bi Chrysost. bitsicut dicit super illo Matth. Et accipiens cali To.2. Matth. xi cem,gratias egit. CHRYSOSTO.Si enim figu

B ra huius sacrificij,s.immolatio agni paschalis facta est liberatio populi ab Aegyptiaca seruitute, multò magis ueritas liberabit orbem terrarum. Sequitur.Et dedit illis,dicens,Bibite ex hoc oẽs. Ne autẽ hoc audientes turbarentur, primus ipse sanguinem suum bibit,inducens eos sine turbatione in communionem mysteriorum. Hæc ille. AVCTOR. Si igitur primus ipse bibit sanguinẽ suum,sed ipse non primus bibit corporaliter naturale uinum,figurans sanguinem suum:ipse ergo conuiua, & conuiuium, tam comedit, quàm bibit seipsum in corpore, & sanguine suo secundùm naturam integrum Iesum Christum. Istum enim uocat uerum panem Hieronymus ex scriptura,quem Moyses dare non potuitnec omnes Iudaicæ fabulæ,& figuræ, quas habemus,repellere,ut ascendamus cum Christo in cœnaculum ad comedendum uerum panem Christum, non illũ figuralem, quem cogit nos Witeleff quærere cũ Iudæis, secundum ordinem Aron, panem nunc Hieron. To.8 mendosum:quia non est panis uerus secundum Vigilan. ordinem Melchisedec: sicut exponit idem HIERONYMVS uersum illum Psal. 109.Tu es sacerdos in æternũ secundùm ordinẽ Melchisedec.sic dicens, Hoc solùm dicamus, quare dixit secundùm ordinem: nequaquam sacerdos secundum Iudaicas obseruantias, sed eris sacerdos secundùm ordinem Melchisedec. Quomodo enim Cyprian. Melchisedec rex Salem obtulit panem,& uinum, sic tu offeres corpus tuum,& sanguinem,uerum panem, & uerum uinum. Iste Melchisedec ista mysteria,quæ haberemus, dedit nobis.Ipse est, qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. Hæc ille. AVCTOR. Ecce uerum panem, & uerum uinum dicit esse sancta mysteria corpus & sanguinem Iesu Christi. Quicunque autem panis materialis proponatur

natur ibi secundum hæreticos, ille non est panis

Ose.10, Hieron. To.6. A uerus, sed panis mendacij. In commentario super Osee,lib.3.textu. Arastis impietatem, messuistis iniquitatem.idem, HIERONYMVS. Hæretici sunt (inquit) qui arant sermone cõposito,& protegunt,uel tacent impietarem,nè impietas esse uideatur,sed credatur pietas. Qui igi

*comederunt. tur arauerunt impietatem,& messuerunt iniquitates,*comedunt fructum mendacij,omnia quæ falsa sunt,deceptis populis prædicantes, ut non quærant panem uerum, qui de cœlo descendit, sed panem mẽdacij, qui suffocat,& interficit deuorantes.Hæc ille.AVCTOR. Ita ergo panem istum hæreticum omnimodè in sacramento uitemus, qui suffocat deuorantes,nec alium cupiamus, quàm Christum panem uerum in corpore suo ibi præsentem ut comedatur secundùm corporis sui ueram naturam: sicut in sermone domi nicæ quintæ post Epiphaniam ut in decretis ha

B betur de consi.di.2.ca.singuli idem dicit Hieronymus.Singuli aũt accipiunt Christum dominũ: & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur: sed integrum se præbet in singulis.Item in sermone de uerbis euangelij AVGV

Aug.To.x. STINVS. Inuitat(inquit) Dominus seruos,& præparat eis cibum seipsum. Quis audeat manducare dominum suum?& tamen ait,Qui manducat me,uiuit propter me.Quando manducatur,uita manducatur.Nec occiditur,ut manducetur,sed mortuos uiuificat quando manducatur:reficit sed non deficit:manducatur Christus, uiuit manducatus,quia surrexit occisus. Hæc ille. AVCTOR. Hunc modum dicendi sequit

Beda. Le.15. BEDA, uocans Christum in sacramento uitulum saginatum,quem Pater in epulis filii prodigi iubebat interfici:qui lib.4.super Lucam ca.ul timo. Vitulus(inquit)saginatus ipse dominus est sed secundùm carnem. Et benè saginatus, quia

*nidorẽ. caro eius adeò spiritali est optima uirtute, ut ,p totius mundi salute sufficiat in odorem suauitatis, *in odorem scilicet immolationis ad Deum mittere,& pro omnibus exorare.Sequitur.Tunc caro eius comeditur, cum eius passionis sacramentum,& ore ad emundationem percipitur,& corde ad imitationem cogitatur.& bene ẽ. Istæ epulæ atq; festiuitates nunc celebrantur per orbem terrarum,ecclesia dilatata,atq; diffusa. Vitulus.n.ille in corpore & sanguine dominico,& offertur patri,& pascit totam domum.Hæc ille. AVCTOR. Audis quid dicit Beda.Vitulus(inquit) est ipse idem dominus, sed secundum carnem,qui non tantùm corde spiritualiter,sed etiã ore ad emundationem in sacramento percipitur:& sic offertur patri,& pascit totam domum. Quem ergo dicis hæretice, quem dicis idolotram,quia colit in sacramento præsentem secun

A dùm carnem uerum christum dominum nostrũ? Nunquid ut dicis, multi de clero hoc aiunt, & item de populo?imò omnes præcipui, & orthodoxi de clero,Augustinus,Hieronymus, Chrysostomus,Beda,& quotlibet sancti. Redi in foueã tuam,& cũ quicquã tale dixeris,,pba.Sed tibi ẽ grandis ratio:quia aliter(inquis)quælibet ecclesia haberet Deum,uel dominũ suum.Nã.q.trialogi ter damnati c.8.sic arguis.Si iste panis sit factus identicè corpus Christi, & illud corpus est realiter ipse Christus: ergo ille panis ẽ factus realiter Christus Deus:sed quę idololatria foret amplius detestanda?sic.n.haberet quælibet ecclesia Deum suum, qui reciperet prædicationes abominabiles:&sic deitas foret turpissima res in mũdo.AVCTOR.Quanq; hæreticus tetenderit argumentum istud cõtra Paneitas, quorum dictionem ab initio ecclesia nõ susceperit,tamen hoc ante ipsum contra ecclesiam alius fabrefecit,& in-

B dubiè iste resumpsit,ut simul infidelem percuteret cum fideli.Fideles.n.(ut diximus) adorãt ibi Christum identice secundum carnem sub specie panis,quamuis nõ ipsum cibarium panem factũ, nec hoc frater inuenit ab origine, sicut ibi topicè dementiris:sed author tuus de diuinis officijs fratrem in errore præcesit:quem tu cæca talpa quandoque appellas:Ambrosium, quandoque discipulum eius. Reuera fuit tecum in parte profundus hæreticus contemptus ab Anselmo,& cõtemporaneus ei,sicut ostendit epistola eius ad eũ dem in capite libri eius de corpore & sanguine domini:occasione cuius,ut aduersaretur ei,edidit illum librũ.Sed iam ad te.O quàm uersipellis hæreticus instas non intelligens aut requirẽs Deũ,alius,ut dixi, ante te suasionẽ istã habebat: & magnus AMBROSIVS, nunqd existimas satisfecit.Ipse. n. in epistolã ad Hæbræos, ut de

Ambrosius To.1. De consec. dist.2.c.in Christo. 5 C consecra.dist.2.c.In Christo.In†Christo(inqt) semel oblata est hostia ad salutem sempiternã potens. Quid ergo nos?Nonne per singulos dies offerimus?Offerimus quidem sed ad recordationem mortis eius:& una est hæc hostia, non multæ. Quo una, & non multæ?*quia semel oblatus est christus:Hoc aũt sacrificium exemplum est illius:idipsum semper offerimus, nec nunc quidẽ alium agnum cras,alium hodie? sed semper idipsum.Proinde unum est hoc sacrificium. Alioquin diceẽ,qm̃ in multis locis offert,multi sunt Christi.Nequaquam, sed unus ubiq; Christus, & hic plenus existẽs,& illic plenus unũ corpus.Sicut.n. quod ubique offertur unum est corpus, & non multa corpora: ita & unum sacrificium. Pontifex autem ille est, qui hostiam obtulit nos mundantem: ipsam offerimus etiam nunc, quæ nunc oblata consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemoratio-

*quia semel oblata est in sancta sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem sit eius, quod factum est. Hoc enim facite (ait) in meam commemorationē. Hæc ille.

AVCTOR. Ecce Witcleff, unum est sacrificium per mundum in omnibus ecclesijs, quod est exemplum illius, quod pependit in cruce nō nuda figura, sed exemplum in sacramento. Ideò statim addidit, id ipsum semper idipsum, non aliud in natura, sed idipsum in essentia corporis. Vnum, inquit, quòd ubique offertur est corpus, non multa corpora; & unus Christus, non Christi multi, quamuis loca multa, & tempora multa. Vnus ergo Christus est hostia nostra per naturam in diuersis ecclesijs, unus Christus, quæ hostia nunc oblata consumi non potest. & in libro de ijs qui initiantur mysterijs uersus finem, idem

Ambrosius To.4.c.9. Cant.5.

AMBROSIVS. Ecclesia (inquit,) uidens tantam gratiam, hortatur filios suos, hortatur proximos, ut ad sacramenta concurrant, dicens, Edite proximi mei, & bibite & inebriamini fratres mei. Quid edamus, quid bibamus, alibi tibi per prophetam Spiritus sanctus expresit, dicens, Gustate, & uidete quoniā suauis est Dominus; beatus uir, qui sperat in eo. In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Hæc ille.

Psal.33.

AVCTOR. Iam apud Witcleff Ambrosius est idololatra, quia colit Christum totum in hostia: imò non Ambrosius tantùm, sed tota ecclesia, quæ filios suos inuitat, ut comedant ibi dominum. Cuius itē clara uox est in oratione secreta in Vigilia Epiphaniæ inter missæ solennia. Tribue quæsumus Domine, ut cum præsentibus immolemus sacrificijs, & sumamus, quem uenturæ solennitatis pia munera præloquuntur. Et in festo. Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus, & myrrha profertur, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, & sumitur, Christus Iesus filius tuus dominus noster. Ecce tota ecclesia idololatra cum

Vuitcleff.

omnibus sanctis eius, & solus uesanus Witcleff est christi cultor uerus. Qui impietate insaniēs, dicit omni Pagano turpius capi. primo libri de Eucharistia. quòd quotlibet sunt dicta sanctorum, & ecclesiæ, quæ docent, quòd illa sacramēta sensibilia non sunt corpus Christi, & sanguis, sed eorum figura. Et fortè in isto multi sunt Christiani nomine, infidelitate Paganis peiores. Nam minus malum foret, quòd homo illud, quod primò uidet in die, per totum residuū dici honoret ut Deum, quàm quòd regulariter illud accidens, quod uidet in missa inter manus presbyteri in hostia consecrata, sit realiter Deus suus. Hæc Witcleff.

¶QVOD HOSTIA CONSECRATA est adoranda, & quomodo Witcleff in hoc blasphemat catholicos, & appellat eos idololatras. Cap. XXVI.

SVMMA.

1 *Pompeius Romanorum magnus idololatra. Et quid Iudæis improperauerit.*

2 *Vuitcleff, quomodo à Samaritanorum idololatria non recedat. Et quid de eis dicat Chrysostomus.*

3 *Hostia consecrata quòd sit adoranda, & quomodo secundùm Augustinum.*

4 *Paulus & Barnabas cùm essent sancti, quomodo adorari non se permiserunt a populo.*

5 *Christum esse adorandum non solum secundùm diuinitatem, sed secundùm humanitatis portionē carnalem, quomodo probet Ambrosius, & sancti alij.*

6 *Christi humanitatis natura quàm honorata in cœlis ab Augustino ostenditur.*

7 *Vuitcleffitarum uesanias referantur, & potissimum Guillelmi cuiusdam Iacobi.*

8 *Vuitcleff, quòd sit idololatra, ostenditur.*

Abescit adhuc in eo meus eius hæretica, & orthodoxi uocantur peiores idolatris, stultiores muribus, quia non recognoscunt in sacramento substantiam putribilis panis de sermone Domini in mō te, ca. 42. Increata (inquit) erinitas potest intelligi, & mō suo fidelibus nominari, quantò magis sacramētum, quod olim fideliter dicebatur sensibile? & hinc omnes sectæ hæreticæ sunt in cap. Ignorantum. & ad hoc prosunt ecclesiæ, cp sunt de illa secta hæretica, de qua Christus loquitur

Vuitcleff.

Ioan.

C Io. 4. nos adoramus qđ scimus, uos adoratis qđ nescitis. Hæc Witcleff.

AVCTOR. Equidem Verbum Dei agnosco, uultum autem uerbi, quē tu depingis, ignoro. Sed dic rogo, quid adorant hæretici cp nos nescimus, & ipsi sciūt in sacro Eucharistiæ? Numquid ipsum sacramentum, quod forinsecus apparet, cp, ut dicis, olim dicebatur sensibile? Bene sensibile sacramentum nos orthodoxi concedimus, & (quod plus est) per se sensibile. Sed quid hoc ad panem tuum putribilem? qui secundùm te, & magistros tuos Philosophos, non nisi per accidens est sensibilis? Nos ergo plùs te illi concedimus sacramento. An quia panem, quem propter experientiā sen suū dicitis nos scire sensibilem, adoratis, nos orthodoxos dicitis adorare, quod nescimus, quia corpus Christi in sua natura præsens colimus, nec uidemus? Et hoc est, quod intendis, & sectam

etiam hæreticam criminaris ecclesiam, quia inuisibilem Christi carnem ueneramur in hostia: uos uisibilem, & panem sensibilem adoratis? Hoc iactat noster Witeleff cum antiquis idololatris, qui ideò cultum suum cultoris ueritissimis prætulerunt, quia certitudinē sui cultus se putabant habere per sensum. Vnde † & Pompeius Romanorum magnus idololatra huc super hoc ipso improperauit Iudæis, ut Lucanus ait, Mea signa timent, & dedita sacris, Incerti Iudæa Dei. Incertū Deū dixit Iudæorum, quia non ut suus Iuppiter uisibilis apparebat. O mi Witcleff, quomodo tibi non parcis? quò extendis errorem? Samaritani fuerūt, quibus dictum est uerbū, & idolorum cultores, & per hoc tibi similes, qui solùm idolum corporis Christi ueneraris in hostia, uel panem usualē secundùm substantiam. Elige † utrumuis, à Samaritanorum idololatria non recedis. Vnde super eodem loco in expositione Ioannis, habet

Pompeius. 1 Lucanus.

Chrysostо. To.3.hom. 32.in prin.

CHRYSOSTOMVS. Qualiter, (inquit) nescebant Samaritani, quod adorabant? quoniam localem, & particularem dominum existimabāt. Ira & Persis mittentes, annunciabant, quoniam loci huius Deus nobis molestus est, nihil plùs de eo idolis imaginati: ideireo manserunt & dæmones, & eum curantes, & nō mixta miscentes. Hęc ille.

B

AVCTOR. Ecce miscuerunt cultum Dei cum idolo, sicut dicit Witcleff, hostiam sacram simul panem naturalem, & corporis Christi idolum uel figuram, sed ipse ergo adorat, quod nescit: nos nec panem illius putribilem, nec corpus Christi idolum adoramus, sed meram substantiam: & hanc per fidem scimus, & agnitam adoramus, secundùm uocem Psalmistæ, adorate scabellum pedum eius. Quam tamen adorationis Christianæ speciem ipse uocat idololatriam bestialē, de Eucharistia cap. 9. uersus finem, ubi, Nimis multi, (inquit,) sunt laici, & bestiales nimis sensibilibus intendentes, & multi (ut ait Apostolus) in adorando hostiam tanquam gentes ad simulacra muta, prout ducebantur captiuati euntes ad idolatrandum. Qui autem adorat humanitatem Christi, ut talem in hostia, adorat in ipsa Christū Hyperdulia: & nemo ritè adorat ipsam sub ratione propria: & sic uerè concluditur, quòd homo sit multipliciùs honorandus, quàm hostia: & adorandus tanquam imago Dei, uas uirtutum, & sic Christi uerius, quàm hostia consecrata. Hæc Witcleff.

Psal.98. 2 Vuitcleff

Psal.98. Aug.To.8.

3

AVCTOR. Hæc hæretica clausula sic debet excludi. Primo † docendo fideles adorationem carnis Christi cultu diuino in sacramento Eucharistiæ: secundò prohibendo, ne homo purus adoretur hoc modo extra consortium diuinitatis. Vnde pro primo planè exponit hunc uersum Psal. 98. Adorate scabellum pedū eius, &c.

AVGVSTINVS dicens, Suscepit enim Christus de terra terram: quia caro de terra est, & de carne Mariæ, carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis mādu candam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem manducat, nisi priùs adorauerit. Inuentū est quemadmodum adoretur scabellum pedum domini: & non solùm non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Nunquid autem carō uiuificatur? Ipse dominus dixit, cùm de ipsa commendatione eiusdem terræ loqueretur. Spiritus est, qui uiuificat, caro autem nihil prodest. Ideò & ad terram quamliber, cùm te inclinas, aut prosternis, non quasi terram intueris, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est, quod adoras, propter enim ipsum adoras. Hæc ille.

Ioa.6.

AVCTOR. Ecce cùm terram carnis Christi in sacramēto percipis priùs adora terram illam intuens sanctum illum scilicet Dei filium, cuius terra est scabellum. Quasi dicat, eodē simplici cultus intuitu hanc adorabis, & illum, intantùm, ut si non adoras, pecces. Hoc de sancto homine quolibet dici non potest, quamuis sit uas uirtutum, & sanctæ Trinitatis imago. Paulus enim, & Barnabas

Act.14.

cùm essent sancti, adorari non se permiserunt à populo. Et hac lege differri debet ab hominibus etiam ualde sanctis adoratio debita carni Iesu, quam nos credimus in natura hostiam consecratam. Vnde super Psal. 96. uersu. Qui gloriantur in simulacris suis.

Psal.96. Aug.To.8.

AVGVSTINVS. Sunt (inquit) angeli sancti, sunt & spiritus maligni, ego dico, quia in templis tuis non coluntur nisi spiritus maligni, qui sibi exigunt superbè sacrificiū, & uolunt se coli tanquàm Deos: maligni sunt, superbi sunt. Tales sunt etiam homines non boni, qui gloriam suam quærunt, & Dei gloriā contemnunt. Homines autem sanctos attendite, qui sunt similes angelis. Cùm inueneris hominem, s. aliquem seruum Dei, si uolueris eum colere, & adorare pro Deo, prohibet te. Non uult sibi arrogare honorem Dei, nō uult tibi esse pro Deo, sed tecum esse sub Deo. Fecerunt † hoc Apostoli sancti Paulus, & Barnabas, prædicabant uerbū Dei in Lycaonia. Mirabilia cùm fecissent, Lycaonij ciues eiusdem regionis adduxerunt uictimas, & uoluerunt illis sacrificare, dicentes Barnabam Iouem, & Paulum Mercurium. Illi non sunt delectati. An fortè ideò immolari noluerunt, qa dæmonijs se comparari execrati sunt? Nō, sed quia honorem diuinum exhibuerunt hominibus. Hęc ille.

C

Act.14.

AVCTOR. Videte catholici, Paulus, & Barnabas Apostoli Christi erant imagines Dei uiuentis, & uasa uirtutum: iam in hac hora magnum odorem uirtutis deificæ spirantes in populo: & tamen hi sancti homines cultum populi renuerunt. Nec homines sancti faciunt, inquit Augustinus. At qs istorū credis, si corpus Christi

tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hunc adesset, non omni cultu pronus adoraret in terra, & alios inuitaret, ut facerent? Ipsum corpus dico, ipsam carnem Christi seorsum in se cõceptam, non in deitatis forma, ut iste dicit, sed ut est scabellum pedum Dei ex sententia Augustini. Vnde cõcorditer ipsi libro. .de Spiritu sancto. cap. 11. scribit AMBROSIVS. Adoranit Christum Maria, & ideò prænuntia resurrectionis ad Apostolos destinatur. Sequitur. Adorauerunt Apostoli, & ideò, quia detulerunt fidei testimonium, acceperunt fidei magisterium. Adorauerunt & angeli, de quibus scriptum est, Et adorent eum omnes angeli eius. Adorant autem nõ solam diuinitatem eius, sed etiam scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Aut si negant, quòd in Christo etiam Incarnationis adoranda mysteria sint, in quibus uelut uestigia quædam diuinitatis expressa sunt & uias quasdam uerbi cę lestis aduertimus: legant, quia Apostoli adorabãt eum in carnis gloria resurgẽtem. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † adorandum Christum, non solũ secundùm diuinitatem, sed secundùm humanitatis portionem carnalem probat Augustinus: quia adorabant eum Apostoli in carnis gloria resurgẽtem, id est, carnem resurgentem in gloria. Hanc ergo eandem, hanc solam hostiam consecratam in eadem gloria consistentem, cur fideles si adorent in altari dicentur idololatræ? Nos aliã hostiam cõsecratam nec scimus, nec ueneramur ibidem. Sola Christi uiua & diuina caro est nostrũ eximium sacramentum, & omnium Christianorum hostia consecrata, nec accidens sine subiecto, ut Witcleff falsè imputat, nec panis uilis cibarius, ut falsiùs ipse concedit. Videtis ergo quã alta ceruice mentitus est Witeleff, cum diceret, quòd homo sit multipliciùs adorandus, quàm hostia Christianorum, si intelligat illã de qua in canone, Quam tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec secundùm sacrificium, immaculatã hostiam, hostiam uiuificæ carnis Christi, secundùm substantiam & naturam. At quis alius homo potest ipsi præferi in gloria? aut qualiter homo sibi ipsi subiectus? Hic, inquam, idem homo, qui secundum naturam corporis ad dexterã Dei sedet: & in altari secundùm eandem substantiam uisibili panis speciei corporaliter æquè præsens. Vnde lib. 3. Dialogorum Basilij, cap. 3. CHRYSOSTOMVS. Cùm, (inquit,) inter immolandum dominum nostrum, ut * incesso astantem uideris sacerdotem, atque imprecãtem, omnesque pariter precioso illo imbui sanguine, adhuc te esse cum hominibus arbitraris, & non cõtinuò animo translatus in cælos, omnemque de mente sensum carnis excludens, nuda anima, sensuque nudissimo ea, quæ sunt in cælestibus cõtueris? O miraculum? O Dei in nos benecuolẽtia? qui sursum

Ambrosius. To. 2. ℳ 12.

Hebr. 1.

Psal. 98.

Chrysost. To. 5. *insesso.

5

sedet ad dexteram patris, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, traduturque lambere cupientibus eum, & cum bona ratione cõplecti. Fitque hoc totum sub oculis humanis. Hæc ille. AVCTOR. Videat iam Witcleff, si hostia sua grossa sedeat sursum ad dextram Dei patris: & sacrificij tamen tempore hominum manibus contineatur. Videat item, & exhibeat nobis illum sanctum hominem, qui multiplicius sit isto homine adorandus, qui sedet ad dexteram Dei patris, & tenetur hominũ manibus in altari. Hãc carnis uiuam substantiam, hunc hominem, hanc terram recognoscum, & adorant Christiani hostiam suam. Aliam hostiam Liberi patris, deæ Cereris, uel furiæ bacchanalis cedũt idololatræ. Hãc blasphemas tu posti ponendam alteri sancto uiro: quinimò non sanctis uiris, imò sanctis, & sanctissimis angelis uniuersis eam præferunt Christiani: & te blasphemantem dignum damnant incẽdio: qui illam subijcis, quanuis sanctis, tamen peccatoribus, dum in hac carne laborant. Illam, inquã, hostiam, quam sanctus Ioannes dixit agnum sine macula in dextra throni sedem habentem, & quã omnes angeli Dei, omnes linguæ, tribus, & populi, & senatorius numerus ille coruscus, demisso uultu coram eius rutila maiestate suppliciter adorauit. Nec ibi tantùm, sed cùm sacrificio præsens ipse aderit, occurrentes angeli, & cæli ciues innumeri, ferendo, & uehendo officijs suis altaria replent, & uenerandis excubijs mundum occupant cælo tenus. In homilia paschali GREGORIVS. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cælos aperiri, in illo IESV Christi mysterio choros angelorũ adesse, summa, & ima sociari, unũ quid ex inuisibilibus fieri? uno quidem, eodemque tempore, ac momento, & in cælo rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari uidetur. Hæc ille. AVCTOR. Hæc certè non est hostia Witcleff, cui angeli Dei tantum agunt obsequium, sed hostia Christi fidelium quam cũ angelis Dei adorant suppliciter consociatam Deo patri, non hyperdulia, sicut Witcleff dicit, sed honore diuino super omnes creaturarum honores transcendente, argumenta habentes, quòd tali honore Deus pater eam remunerat, secũdùm illud, Eleuata est magnificentia tua super cælos. Qua ergo fronte uermiculus homo subtrahet, quod patria maiestas imperat obsequendum? Vnde tertia parte sermonum, sermone de Ascensione, qui incipit, At quando de cruce. AVGVSTINVS. Hæc, (inquit,) dicta sunt propter corpus, quod Christus obtulit. Igitur † nostræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater, quod & tãta dignitas offerat, quod & macula

Apoc. 5.

Gregor. To. 2.

Aug. To. 9. in cradu. ante med. patria. sermo.

6

cula nulla fœdauit. Nã & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem: &, quod plus est, ad partem dexteræ suæ collocauit.

Psal. 109.

Cognoscamus quis est ille, qui audiuit, Sede ad dexteram meam. Quæ natura est, cui Deus dixit, Esto meę particeps sedis? Illa natura est, quę audiuit, Terra es, & in terram ibis. Nõ enim ad omnem gloriam cælos te insisse sufficeret, non cum angelis stare, sedes eorum transiuit, archangelos prætermisit, supra Cherubim ascendit, ultra Seraphim eleuatur: nec ante stetit, nisi sedem domi nicam meruisset. Vide quo spatio, cælum separatur à terra, imò quantũ terra ab inferis: & ipsum cælum quantum ab altiore cælo separatur, & de altiore cælo quantum spatium est ad archangelos, superiores etiam potestates, ad ipsam quoque dominicam sedem: super hæc omnia natura nostra eleuata est. Et hinc qui tam humili loco tenebatur, ut descendere non posset ulteriùs, ad tam excelsam sedem eleuatur, ut superiùs non possit ascendere, Et hoc ostendẽs Paulus aiebat,

Gene. 3.

Ephes. 4.

Qui descendit, ipse est, qui ascendit: descendit ad inferiora terræ, & ascendit super omnes cælos. Discę ergo qui ascendit, & quæ natura est eleuata. Hæc ille. AVCTOR. Quàm honoratam dicit Augustinus naturam humanitatis Christi in cælis super omnes angelos, super omnem Seraphim etiam ut ultra non possit ascendere. Si ergo diuinis honoribus correspondere tenetur honor humanus, ergo sic tenemur honorare eãdẽ, quo honore nullum poterimus habere maiorem: & quis est ille, nisi honor diuinus? quis nisi latriæ cultus? & honor iste loci non nouit distantiam, ubi carnem istam, ubi naturam istam cernimus, ibi prosequitur honor eius. Idem in sacramẽto, qui & in cælo utrinque præsens secundùm carnis substantiam, eundem cultum uendicat propter eiusdem diuinę personę copulam sacrosanctam. Qui ergo adorat humanitatẽ Christi in hostia, ut talem, id est, ut Christi, ibi Christum adorat altissima latria, quia nõ propter se adoratur, sed una seruitute cum domino suo Deo. Miror ubi sit, quod aliàs dixeras, si illa natura esset sibi dimissa, illam adorares ut dominum & redemptorem tuum, & iam unitam adoras, nec ut dominum, cui debes latriam, nec ut angelum, sed longè post alium sanctum hominem. Et quare ergo non consentis Nestorianis hæreticis, ut detur nobis in sacrificio portio talis sancti uiri, qui multipliciter excellit hanc hostiam consecratam? Sed uideat iste inter blasphemias si non accedit idololatris, qui cultum exhibet nudo signo, & idololatris, qui cultum exhibet nudo signo, & idolo sacramẽti: catholicus uerò, longè recedit, qui nihil ibi adorat, quod non sic honorat diuina maiestas. Ipsius ergo sequaces uerè tanquam gẽtes ad muta simulacra panis & uini colenda trahuntur?

A

B

C

Catholici econtrariò cuncta muta simulacra trãscendentes, naturam glorificatam solam adorãt, quam feminæ tenentes fideliter adorabant, & æquè chorus Apostolorum cùm eam cernerent ascendentem. Finaliter † refero uesanias Witcleuistarum in hac re, certè speciosum aliquem, uel speciosam iuuencũlam præferre sępe solebãt uitificis sacramẽtis, hac ratione, quia expressior esset imago Trinitatis, s. cui fertur certissimè fecisse Guilhelmum quendam cognomine Iacobi. uirum utique pulchrę literaturæ, & elegantis facundię, qui cùm præsens adesset in solẽnitate missę matoris in medio ingentis ecclesiæ die dominico, dum eleuaretur hostia adoranda, ipse dorsum uertens altari, leuatas manus, & uultum in fę minam quandam specie præcellẽtem conuertit, dicens se clarius intueri Deum, quem adoraret in illa, quàm in hostia sic leuata. Grande facinus hoc in auribus deuotorum, attamen eis non magnum crimen est, qui solent à magistro suo frequenter audire, sicut dixit tractatu suo de Apostasia cap. 18. quod corpus Christi in Eucharistia sit creatura peior pulice, quia panis. Quid mirũ igitur, si non dignum ducãt adoratione deuota, & ei multas rationabiles præferant creaturas? Et † item non dubium apud fideles uniuersalis ecclesiæ Witcleff esse idololatram: cùm peccare quomodolibet in adorandi genere spiritu contumaci, est species idololatriæ. Constanter autẽ adorationem negare illi, qui adorandus est, nunquid est peccare constanter in specie adorandi? Vnde super Psal. 98. AVGVSTINVS. Nemo illam carnem manducat, nisi priùs adorauerit. Inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum domini, ut non solùm non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Hæc ille. AVCTOR. Ecce inuentum dicit Augustinus, quemadmodum adoretur tale scabellum pedum domini, quale dixit, nemo carnem illam manducat, nisi priùs adorauerit: quæ nostra est Christianorum hostia consecrata, ut non solùm non peccemus adorando, sed ut peccemus non adorando. In primo excusat nos ab imputata idololatria per Witcleff, dicens nõ solùm nos nõ peccare adorando, & totum reatum torquet ad Witcleff in secundo, dicens eum peccare non adorando. Attamen ad imponendum finem suũ scholasticis iurgijs, sic intelligite iuxta Augustinum, & patres, adorandam carnem Christi ueram latria, siue in cęlo, siue in sacramento, ut non excludat necessariò adorationis cultum, non tamẽ sic includit rationem adorandi.

Mãr. 16. Witteleuistarum uesania.

Guilelmus Iacobi.

Nota insania.

Idololatræ.

Aug. To. 9.

Psal. 98.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶QVOD SACERDOS, CVM CELEBRAT, CONFICIT, & CONSECRAT CORPUS CHRISTI, & NON NUDUM EXTERIUS SACRAMENTUM. Cap. XXVII.

SVMMA.

1 *Hæc uox (horribile) quòd apud D. Chrisost. dulcis sit, et in græco eloquio nihil inhonestum resonet, ostenditur.*

2 *Malitia secundùm Augustinum, quòd aliter sonat in lingua latina, aliter in lingua scripturæ sacræ.*

3 *Catharorum hæreticorum Vuiteleff patrum error septimus, recensetur.*

4 *Sacerdos, quòd cùm celebrat, cõficiat corpus Christi, & non nudum exterius sacramentum, sanctorum auctoritatibus ostenditur.*

5 *Augustinus, quomodo in his, quæ ad sacramenti confectionem attinent, uulneret Vuiteleff in multis, demonstratur.*

6 *Sacramenta per malos facta, quòd ualeant.*

7 *Christi oblatio in mysterio corporis & sanguinis sui, quare quotidiè iteretur in ecclesia catholica.*

8 *Nihil à bono maius, nihil à malo minus, Augustini dictum, quomodo intelligatur.*

Vuitcleff. CONSECRATIONES item nostras secundùm formã Christi, Witcleff clamat horribiles. primo ca. libri Eucharistiæ dicens, Nihil horribilius, quàm quòd quilibet sacerdos celebrans facit, uel conficerat quotidiè corpus Christi. Nam Deus noster non est Deus recens, nec corpus eius cùm sit summè sacrum, atq; perpetuum, est sic sacrabile, uel nouiter faciendum. Sed nos sacerdotes facimus, & benedicimus hostiam conficeratam, quæ non est corpus dominicum, sed efficax eius signum. Et in 4. Trialogi, cap. 3. Notum est fidelibus, q̃ non quotidiè à sacerdote idiotico, & indigno fit nouiter corpus Christi. Hæc Witcleff. AVCT. Verbum horribile pulmo spirauit horrendus, fel le inflatus hæretico, quod si cor fidele dictasset, suscipi potuisset, eo quòd in græco eloquio nihil inhonestum, sed stupendum quid potiùs resonat. Idcirco enim Chrysostomus doctor Græcus simile hoc q̃d sacramentum appellat: ex quo interpres transfert horribile, Home. 45. super Ioã. Chrysost. To. 3. nem CHRYSOSTOMVS. Hic sanguis inaccessibilia, & sancta sanctorum purgabat. Si uerò Exo. 12. typus eius tantũ habebat robur, & in templo Hebræorũ, & in media Aegypto superliminaribus inunctus, multò magis ueritas. Hic sanguis aureum altare sanctificauit. Hic sanguis sacerdotes inthronizabat. Hic expurgabat peccata in ty- A pis. Si uerò in typis tantam habebat fortitudinẽ, & si umbram ita mors horrebat, ueritatẽ ipsam die mihi qualiter utique non timuit? Hic salus nostrarũ animarum, hoc lauatur anima, hoc pulchra fit, hoc igitur igne clariorem operatur intellectum nostrum, hoc autem auro lucidiorem animam facit. Hic effusus sanguis, cælum uadibile fecit: *horribilia uerè mysteria ecclesiæ, horribile uerè altare. Ascendebat de paradiso fons flumina sensibilia emittens, à mensa hac ascendit fons flumina emittens spiritualia. Hæc ille. AVCTOR. Quàm† dulce in faucibus diui Chrysostomi horribilitatis eloquium, dicens altare Christi, & eius sacramenta horribilia, quę cælum uadibile faciunt, quæ animam faciunt lucidiorẽ auro. Sed & beatus AVGVSTINVS ita dicit de malitia, q̃ scilicet aliter sonat in Latino, aliter in lingua scripturæ sacræ. * In sermone de massa candida. 3. parte sermonum. & incipit, Si cut audiuimus. ubi inquit, Malitia† in latina lingua non eam significationem habere solet, quam habet in ea lingua, qua scriptura locuta est. Malitia enim dici solet in Latina lingua, qua mali sunt homines. Illa autem lingua malitia dicitur, & malum, quod patiuntur homines, Malitia ergo isto loco pœna intelligitur. Hæc ille, AVCTOR. Sic apud patrem Chrysostomum uidetur horribile dici, quod utique in honore speciẽ hominis uidetur excedere: apud nos uerò sicut & apud Witcleff, quod in turpitudine, & dedecore modum præterit, & ultrà denotat. Quia si typus sanguinis sacramẽtalis tam fuit efficax apud patres, multò magis ueritas, inquit. Ecce miser Witcleff, ergo sanguis in altari non est typus, sed ueritas. Non est figura, sed claritas. Non est umbra Christi sanguinis, sed natura. Typus eius fuit sanguis agni paschalis. Typus eius erat sanguis sanctuarij. Typus aspersio sacerdotum. Cuius putas? Nunquid alterius typi? Chrysostomus dicit C q̃ non, sed ueritatis. Si dicas, ita ueritatis in figura, ergo sanguis agni fuit, non typus tantùm, sed ueritas, scilicet in figura. Et malè diuidebat Chrysostomus hinc ueritatem sanguinis, hinc typum, cùm typus esset ueritas. Sed tendamus ad prima. Nihil, inquit, horribilius, quàm q̃ quilibet sacerdos facit quotidiè corpus Christi. Credibile est nauseabundo hæretico hoc esse horribile, Patres tui Cathari nec hoc poterant sustinere. Vnde libro de hæresibus GVIDO Carmelita, Septimus † autem error Catharorum est, q̃ cũ benedicunt panem, dicendo Pater noster, dicunt, q̃ nõ ualet benedictio: quia panis non potest benedici, cùm sit creatura diabuli, nec ex pane conficitur corpus Christi. Hæc ille. AVCTOR. Sic puto dicerent Manichęi, & Berengariani patres tui. Nos tamen audiamus Christum dicere, Hoc facite in meam

*nostra interpretatio q̃ est Vuicleffi. Arrogans sic habet. Admirabilia sanè Ecclesia mysteria admiranda sacramenta etc.

Gene. 4. Horribile.

Hæc cantilenæ uocẽ uocat Christus. et alibi ita eis, ut dixerim tertio dicta. Gl. he. 3. per effectum. hoc est consecrata. Ecclesia. Gl. ibi.

Cathari. Guido Carmelita.

Matth. 26

meam commemorationem, id est, hoc sumite, & A hoc conficite, quia si non priùs feceritis, non sumetis. Quid facite? Nunquid panem, & uinum? Hæc fecerunt pistor, & uinitor. Hoc ergo corpus de pane conficite, & de uino hunc sanguinẽ, corpus scilicet, quod pro uobis tradetur, & sanguinem, qui fundetur pro omnibus. Vnde libro de Rabanus corpore & sanguine domini, cap. 36. RABANVS. Nefortè putares, quòd de illo uno tantũ pane, & in illa una hora hoc eis iusserit, sequutus adiunxit, & ait, Hoc facite in meam commemorationem. Vnde fatendum est, quòd quicquid tunc illud fuit, quod Apostoli ab eo perceperũt, hoc totum est istud, quia idipsum est. Et si uelis audire quid est, Hoc est enim corpus meum (inquit). quod pro uobis tradetur. In hoc ergo uerbo creatur illud corpus, quia diuinum uerbum est, & omnipotentia plenum, ubiq; præsens, ubique omnia complens. Et quod dicit, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur: credo ò fili, B quia ita est, quoniam ipse dixit, & factum est, dubitare non potes: ipse mandauit, & creatum est. Psal. 148 Præceptum ergo posuit, in meam commemorationem hoc facite. Et ideò quotiescunque sit catholicè, uerè hoc fit, quod dictũ est, Hoc est corpus meum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce q̃ Christus præcepit nobis hoc facere quotiescunque 5 id sumimus. Ideò non dubium, quin sic faciamus corpus Christi in sacramento secundùm substantiam, & sanguinem eius de pane, & uino. Et cur ego cõfundor, si dicam me facere, cùm Christus Chrysost. id mandauit? Hoc (inquit) facite. Et tertio libro To. 5. Dialogorum ca. 4. CHRYSOSTOMVS. Neque enim (inquit) aliud quàm furor nocãdus est contemnere illud mysterium, sine quo nobis nec Io. 3. salus, nec ea bona, quæ sunt promissa, redduntur. Io. 6. Nemo enim ualebit ingredi in regnum cælorũ, nisi ex aqua renatus & spiritu. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit sanguinem eius, nõ C habebit uitam æternã. Quæ per nullius alterius, quàm sanctis efficiuntur manibus sacerdotum. Psal. 80. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Witcleff ubi est iã insania tua? Scio, quòd Deus noster nõ est Deus recens, & tamen Deus factus est homo, qui prius non erat: & corpus eius est summè sacrũ, & perpetuum, & tamẽ fecit illud nouiter de pane, quãdo ferebat se manibus suis: & quotidie adhuc facit, quãdo sacerdotes eius potestate, & præcepto idipsum cum eo simul efficiunt, quæ per nullius alterius, quàm sanctis efficiuntur manibus sacerdotum, inquit Chrysostomus, ubi per negationẽ excluditur omnis causa instrumẽtalis alia, quàm taxata: non autem intercidit eis causa principalis: quia sicut idem effectus, ita eadem est actio principalis agentis & secundi. Tamen diminutum est agens secũdum in comparatione primi:

Augu. To. 7 Tales licèt oderint, adulteri sint, & homicidæ, & ex parte diaboli plura admiserint, dum falsè euangelica necdum præcisi sacrificant, non cogitandum est, qui, & quales sint, sed quid dent, uel quid accipiat is, qui cum fide communicat: neq; quis habeat uirtutem consecrandi, sed quid habeat. Nã Matth. 7. sicut nomine Christi, ipso teste, etiam a membris diaboli dæmonia pelluntur, & uirtutes ab eis plurimæ operantur: ita eiusdẽ uirtute in sacramento altaris corpus, & sanguis conficitur, licèt dictum sit, quòd peccatores Deus non audiat, quia & su- Io. 9. per aquam baptismi, & super oleum, & super Eucharistiam, & super capita eorum, quibus manus imponuntur in sacramento, hæc omnia celebrantur, & fiunt. Idcirco ualent etiam & per homicidas, eo quòd si non habeant Spiritum sanctum, Deus est, qui dat per ministerium eorum eundem Spiritum sanctum, & consecrat ex officio munus suæ largitatis. Alioquin angustior est gratia Christi, quàm fraus, & calliditas diaboli. Hæc ille, 5 AVCTOR. Istat sententia Augustini uulnerat nostrum Witcleff in multis. Primò, quia dicit in 1. cap. de Eucharistia. Satis est ad honorem, & potentiã sacerdotis, quòd ipse benedicit, conficerat, & conficit sacramentum, quod est hostia consecrata, & non corpus Christi, sed eius signum, uel tegumentum. Augustinus formata fide ecclesiæ dicit, quòd sicut nomine Christi dæmonia pelluntur, ita uirtute eius in sacramento corpus & sanguis conficitur: non dicit sacramentum, quod est hostia consecrata, & nõ corpus Christi, sed eius signum: sed ipsum corpus Christi uerum in substantia ibi conficitur in sacramento, & nõ ipsum nudum signum, uel huiusmodi tegumentum. Secundò, quòd Witcleff dicit ibi, Quia sacerdos nõ habet potestatem faciendi hoc sacramentum, nisi ministerialem à Deo principaliter faciẽte, ideò dicitur conficere non corpus Christi, sed nudum sacramentum. Augustinus dicit, quòd baptismi sacramentum, quod est res, unctionis quoque & manus impositionis, & Eucharistiæ omnia in sacramento celebrantur, & fiunt. Et ministerialis potentia sacerdotis non derogat, quin per eum fiant: quia mouentis, & mobilis idem est motus ex 3. Physicorum. Artifex enim, & securis, motu Aristo. 3. Physi. te. 18. uno communi eis, idem scamnum faciunt; non autem unum quid artifex, aliud instrumentum: quia tunc non esset eius instrumentum in causando istud datum. Christus ergo quid consecrat? si corpus Christi secundum substãtiam, ergo & sacerdos

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdos mortalis, ut sit eius instrumentum, conse- A crat illud idem. Si uerò Christus consecrat nudũ
sacramentum, & non corpus suum, non ideò tũc
consecrat sacerdos nudum sacramentum, & non
corpus domini propter potestatem ministerialẽ,
quam solam accipit, cùm Christus per suam po-
testatem principalem aliud nihil causet. Ita ergo
Philosophus iste in suo capitur paralogismo: aut
causalis eius est penitus reproba, aut sacerdos cõ
ficit idem corpus cum Christo, minister cum do-
mino: quia non fefellit, qui dixit, Vbi ego sum,
Io.17. illic & minister meus erit. Hoc est, sumus in eius-
dem effectus productione coniuncti, quamuis lõ
gè in potestatis ratione differeti. Sacerdotibus Iu
Io.7. dæorum dicit Christus, Quò ego uado, uos non
potestis uenire, quia ipsi consecrabant figuras nu
das, quibus si iam Christiani presbyteri inserui-
rent, sicut omni conatu Witcleff desiderat, ue-
rum esset, quod intulit. Sed uerè sacerdotes mo-
derni cum Christo consecrãt uerum corpus Chri B
sti secundum substantiam, quia hoc uerè manda
uit eis Christus, qui in sua persona sic fecit: &
hoc idem facere aliis iusit, dicens, Hoc facite. Ec
ce quid nostris auribus intonat 3. cap. Eccleſiaſ-
Dionysius. ticæ hierarchiæ uetus pater DIONYSIVS.
Hierarcha scilicet laudans & uenerabilem ipsa- 6
rum & intelligibilem speculationem intelligibi-
libus oculis inspiciens, ad symbolicam ipsarum
sacrificationem uenit, & hoc Deo tradente. Vn-
de & religiosè simul & hierarchicè post sacras di
uinarum operationum laudes, pro ea, quæ super
ipsum sacrificatione excusat, uel prius penitus sa
crè ad ipsum clamans, Tu dixisti, Hoc facite in
meam commemorationem. Hæc ille. Vbi in cõ-
Lincolien. mento LINCOLIENSIS. Venit (inquit) ad
symbolicam ipsarum diuinarum sacrificationum
operationem, idest, ad sacrificationem panis, &
calicis, ipsos benedicens, & in Christi corporis cõ
uertens, & sanguinem, & hoc Deo tradẽte, idest,
sicut Deus tradidit, & fieri præcepit. Ipsa autem
C sacrificatio panis, & calicis symbolum est diui-
nissimarum operationum, quas fecit dominus in
cœna, corpus sumum & sanguinem ex pane, & ca-
lice conficiens. Et quia ad tantum sacrificium sa
crificandum, & offerendum, humana infirmitas
se sentit minorem, & indignam, conuenienter
7 post diuinarum operationum laudes, antequam
sacrificet hierarcha, suam excusat audaciam per
diuinam præceptionem, uelut ipsum ad hoc cõ-
pellentem, hoc itaque insinuans: quia non ex pro
pria præsumptione, sed ex Dei traditione uenerit
ad symbolicam sacrificationem, ut infrà. Excu-
sat se hierarcha pro ea sacrificatione, quæ super
ipsum. Operatio enim quam quis facit, super ip-
sum operãtem esse dici potest. Excusat, inquam,
prius sacrè clamans, ad ipsum Christum, Q tu-

Christe dixi, Hoc facite in meam commemo-
rationem. AVCTOR. Iam planè uideri potest,
unde habeat sacerdos istud ministerium, scilicet
ex præcepto Christi dicentis, & iubentis, Hoc fa-
cite. Verè ergo traditio ipsa potestatis minis-
terialis non est ratio bona ne hæc faciant, quæ pla-
nè Christus iussit ut facerent, corpus suum, scili-
cet & sanguinem, istud scilicet idem, quod Chri-
stus fecit. Sic enim quod uolebat nos facturos,
pro nomine demonstratiuo, hoc innotuit: hoc
(inquit) & hæc, quæ ego feci. Si ergo hoc corpus
& hunc sanguinem demonstrauit Christus, hoc
corpus, & hunc sanguinem facit sacerdos minis-
ter eius, & si sacerdos nõ facit, nec Christus prin
cipaliter illa facit: & satis erit discipulo, quòd sit Matt.10.
sicut magister eius. Tertiò, quia Witeleff dicit, q
propter sanctitatem uitæ, & non propter illud,
scilicet, consecrationis officium, est à Deo laudã
dus: & sic missa sacerdotis sancti est deuotiùs au
dienda, & missa peccatoris notoris fugienda. In
hoc abscondit Witeleff, quod aliàs palàm dicit
iuxta hæresim Donatistarum, scilicet, quòd sacer
dos peccator nihil conficit: quia per amissionem
gratiæ in peccato, omnis etiam consecrationis
potestatem amisit, ut in principiis huius libri de
duxi. Augustinus ergo dicit econtrario, quòd sa
cramenta ualent, & per homicidas, qui & si non
habeant Spiritumsanctum, Deus est, qui dat per sacrificia
ministerium eorum eundem Spiritumsanctum, sancta per
& cõsecrat ex officio munus largitatis suæ. Quar malos.
tò dicit Witeleff ibi. Sicut laudatiuè, non effecti Vuitcleff
uè benedicimus Deum, uel dona eius, sic benedi-
cimus corpori Christi, & sanguini, non faciendo
ipsum esse beatum, uel sanctum, sed laudando
sanctitatem, quam Deus in corpore suo instituit,
& sic immolamus Christum, & ipsum offerimus
Deo patri. AVCTOR. Omnia facit ad tollen-
dum substantiam corporis Christi huic uenerabi
li sacramento, ne scilicet per benedictionem, aut
oblationem sacerdotis, incipiat ibi esse per trans
mutationem substantiæ panis in ipsum. Sed de
hac immolatione, & confectione audiamus quid
in sermone iam dicto, qui incipit, Veritas, quæ
est Christus. & assumit Rabanus libro de corpo-
re domini, ca. 29. dicit AVGVST. Iterata† quo Augustin.
tidiè fit hæc oblatio, licèt Christus semel passus To.10.
est: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus Exponun-
mortalis infirmitas uiuere non potest. Et ideò, tur quæ-
quia quotidie labimur, quotidie Christus immo dã uerba Ca-
latur pro nobis mystice intra ecclesiam catholi- nonis.
cam in mysterio corporis Christi, & sanguinis.
Nihil à bono maius, nihil à malo minus accipi-
tur sacerdote, quia non in merito consecrantis sa
cerdotis, sed in uerbo Saluatoris, & in uirtute Spi
ritussancti corpus Christi efficitur. Si enim es-
set in merito sacerdotis, nequaquam ad Christũ
pertineret.

pertineret. Nunc autem sicut ipse est Christus, A
qui baptizat, ita est idem Christus, qui per Spiri-
tumsanctum hanc oblationem efficit suam car-
In Canone Missæ. nem, & unum transfert in suum sanguinem. Vn-
de & sacerdos dicit, Iube hæc perferri per manus
sancti angeli tui in sublime altare tuum in con-
spectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quid perferen-
da illuc ea deposcit, nisi ut intelligatur, quòd ista
sunt in Christi sacerdotio? Hęc ille. AVCTOR.
Christus quomodo quotidie immolatur. Hic docet nos de prædictis ipsa connexio clau-
sularum, ut quia quotidiè labimur, ideò Christus
quotidie immolatur. Non immolatione illa, qua
semel passus est, sed qua quotidie in mysterio cor
poris, & sanguinis sui à sacerdote accipitur. Ni-
hil à bono maius, nihil à malo minus. Intellige
hoc de sacramento uisibilis tui panis, ut sic po-
tuit hoc esse dubium Augustino, si forsan bonus
maiorem panem acciperet, quàm sacerdos ma- B
lus. Si de ipso corpore domini, hoc contra te est,
quia si bonus sic spiritualiter comedit totã Chri-
sti carnem, & malus inde nihil assumit, quomodo 1
dicit tunc Augustinus, Nihil à bono maius, nihil 2
Nihil à bo malo minus? Reuera † hoc non unquam dixit
no maius. de gratia sacramenti, quam nunquam possunt
æqua portione percipere bonus, & malus. Sed in 3
hoc patet Augustinum de sacramento ipso, &
de corpore domini loqui, cùm hæc dicit, & simi-
lia. Vnde sequitur. Quia non in merito, (inquit) 4
consecrantis sacerdotis, sed in uerbo Saluatoris,
& in uirtute Spiritussancti corpus Christi effici-
tur. Ergo quòd nihil à bono sacerdote maius, q
à malo sacerdote percipitur, uerbo Saluatoris
corpus Christi efficitur. Nunquid efficitur in cæ
lo? Restat ut omnes dicamus, quòd nõ, ergo cor
pus Christi efficitur hic in solo. Quo faciente,
Augustinus respondit, quòd sicut ipse Christus
est, qui baptizat, sic idem Christus hanc oblatio-
nem efficit suam carnẽ, & unum transfert in san
guinem. Christus ergo baptizat. Christus hanc
Matth.28. oblationem efficit suam carnem. Christus au-
tem non tantùm baptizat, ipso dicente, Ite, ba-
ptizate. Baptizat ergo Christus, & sacerdos ba-
C ptizat. Ergo nec solus Christus efficit suam car-
nem, ipso iubente, Hæc facite, sed Christus prin-
cipaliter efficit, & efficit cum eo sacerdos. Quo-
Augustin. modo autem censeri debet hostia benedicta, sub
To.10. sequitur ibi AVGVSTINVS. Hanc oblationem in-
Exponun- quit benedictam, per quam benedicamur. A scri-
tur quæ- ptam, per quam omnes in cœlo conscribamur.
dã uerba Ratam, per quam in uisceribus Christi censea-
Canonis. mur. Rationabilem, per quã à bestiali sensu exua
mur. Acceptabilem, ut qui nobis displicemus, per
hanc acceptabiles Dei unico filio simus. Hæc il-
le. AVCTOR. Intuere iam dicta, per uirtutem
eiusdem oblationis te moneo: si hostia tua con-
secrata sic sit benedicta, sic ascripta, sic rationa-

bilis, sic rata, aut sic accepta: & tunc carni Salua-
toris eam æquipara, carni utique in sua natura.
Quia nihil plus benedici possumus per hoc da-
tum tuũ, nihil plùs cœlis ascribi, nihil plus Chri-
sti uisceribus intimari, nihil plus à sensu bestiali
exui, nihil ampliùs Dei filio acceptabiles fieri,
comedendo ritè corporaliter carnem unitam glo
riosæ hypostasi uerbi Dei, quàm comedendo itẽ
secundùm te corporaliter massam tui furfuris
benedicti.

¶QVOD SOLVS PRESBITER, & omnis talis ritè exequens in forma uer borum Christi, conficit corpus Chri sti. Cap. XXVIII.

SVMMA.

Mulieris cuiusdam, præstigiæ recensentur.
Presbyter solus quòd conficiat sacramentũ corporis Christi, non reges, non periti de seculo, imò nec angelus quisquam, &c.
Christi caro, & sic Dei filius, quòd in hora consecrationis descendat de cœlo, qui nec defuit unquam cœlo contra Vuitcleff.
Angeli quomodo assistant, quando Christus in altari immolatur.

CIRCA consecrationis articulum ad tres cõclusiones tria signat iste Vuit-
cleff errabunda responsa. Quis con-
secrat corpus domini, nunquid de ne-
cessitate sacerdos ordinatus? Secundò, qua for-
ma uerborum consecrat. Et tertiò, an quilibet
hoc prætendens bonus, uel malus, aut æquè bo- Ad primũ
nus, & melior. Ad primum uidetur ipse dicere,
quòd sacerdotes sanctos decet hoc officium:
potest tamen conuenire laicis non ordinatis. q. Vuitcleff.
ter damnati Trialogi. capi. 10. Credo (inquit)
quod nescis ostendere, quòd quando Christia- Act. 2.
ni fregerunt panes circa domos, quòd illi pa-
nes non erant corpus Christi, aut quòd solùm
Apostoli, uel presbyteri sic fecerunt. Sed di-
mittendo istud incertum, apparet mihi, quòd sa-
cerdotes sanctos decet istud officium, cùm Chri
stus specialiter iniungat eis sic facere. Hæc ille.
AVCTOR. Dicit se istud incertum dimittere, Hæreticorum infa-
sed quod dimisit finaliter incertum est. Ma- nia magna
ximè quia sectatores eius, ut publica fama ca-
nit, in hac ciuitate Londoniarum olim insti-
tuerunt iuuenculam quandam profestis diebus,
& dominicis cõsecrare eis suam Eucharistiam.
Qualem ita describit in Epistola ad magnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Firmianus Mulieris præstigia. 1

Cypriánum, quæincipit. Firmianus Cypriano, uetus Episcopus FIRMIANVS. Quædam(inquit) mulier † in extasi constituta, cùm prophetā se præferret, & quasi Spiritu sancto plena sic ageret: ita autem principalium dæmonum impetu ferebatur, ut per longum tempus solicitaret, & deciperet fraternitatem, ut mirabilia quædam, & portentosa perficiens, moueret se terram pollice retur. Sequitur. Atque illa mulier, quæ priùs per præstigias, & fallacias dæmonis multos ad deceptionem fidelium mouebat, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, ut & inuocatione non contemptibili sanctificare se panem, & Eucharistiam se facere simularet, & sacrificium domino cum solitæ sacramento precationis offerret, baptizaret quo que multos, usitata, & legitima uerba interrogationis usurpans, ut nihil discrepare ab ecclesiastica regula uideretur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sacerdotissam prophanam de ordine Lollardino, pro qua item militat argumentum, quod Witeleff fecit, ut incertum concluderet. Quia quando Christiani fregerunt panes circa domos, qui poterant fuisse corpus Christi, non ostenditur facilè, quòd soli Apostoli, uel presbyteri sic fecerunt: ergo & laici extibi dubio sic fecerunt. Et cur fœmina, non eodem ductu? quia non facilè ostenditur, quòd soli masculi sic fecerunt. Econtrariò dicit ecclesia Christi, quòd de lege statuta, nec reges, aut periti de seculo, imò nec angelus quisquam in cælo haber hanc potentiam consecrandi, ut latè declarat libro 3. Dialogo. capit. 4. sanctus pater CHRYSOSTOMVS. Si † quis introspiciat, quantum sit hominē carni adhuc & sanguini colligatum, beatæ illi & simplici naturæ fieri posse uicinum, tunc diligenter intelligit, quo sacerdotes Spiritussancti gratia honore dignata sit. Hi namque, qui terram incolunt, atque in ea conuersantur, cælestia dispēsare meruerunt, & potestatem acceperunt, quā neque angelis, neque archangelis dedit Deus. Neque enim ad illos dictum est, Quæcunque solueritis, erunt soluta. Habent quidem & mundi principes uinciendi aliquam potestatem, sed cui in solis corporibus licet. Hoc autem uinculum, quod sacerdotibus commissum est, ipsum contingit animam, transit cælos, ut ea, quæ operati fuerint sacerdotes deorsum, etiam Deus confirmet in cælis, sententiamque seruorum dominus ipse corroboret. Quid ergo reliqui est, si omnis eis commissa est potestas cælorum? Quorum cunque enim dimiseritis peccata, dimittentur: & quorumcunque tenueritis, tenebuntur. Quæ potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio. Adhuc uideo à filio totum sacerdotibus esse commissum, ac sicut iam

Chrysost. To.5 2

Angeli non habent auctoritatem consecrandi. Matth. 16.

To.6

translati in cælum, & humanam excedentes naturam, atque à nostris infirmitatibus liberati, in tantum euecti sunt principatum. Et infrà. Nemo enim ualebit ingredi in regnum cælorū, nisi ex aqua renatus, & spiritu. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit sanguinem eius, non habebit uitam æternā. Quæ per nullius alterius, quàm sanctis efficiuntur manibus sacerdotum. Hæc ille. AVCTOR. Quàm diligenter recensēt sanctus pater, & commendat potentiam sacerdotis? & quàm sensatè concludit carnem, & sanguinem domini in altari solis effici manibus sacerdotum? Attende item cursum sacrificiorum, & sacrificantium in populo DEI à principio temporis legis, imò uel naturæ, usque ad tempus, & infrà tempus Euangelij, nunquam reperies fœminas quantuncunque sobrias, & deuotas, in offerendo uictimas, uel hostias usas esse officio sacerdotis. Apostolus autem Paulus eas nec docere permisit in publico, quomodo tunc consecrare permitteret? Poterant forsan necessitatis urgente periculo circunc idere paruulos, & forsan hoc exemplo parentes baptizare paruulos instante periculo, Apostoli permiserunt, eo quòd baptismus circuncisioni succedit. De istis item suprà peregimus in principio huius libri, idcirco breuiori mora consistimus, tantummodò, ne fideles ex prædicta argutia Witeleff usurpent in prophano sacrificare thuribulo. Ad secundam autem conclusionem uidetur dicere Witeleff, q & si solus sacerdos poterit corpus domini consecrare, non tamen quilibet, sed sacerdos sanctus: nec tamen consecrat ille corpus domini, sed nudum signum. Idcirco deridenter inuehit capit. 4. de Eucharistia. Non (inquiens) habet quilibet presbyter auctoritatem mittendi corpus domini ad cælum, uel trahendi ipsum ad populum, nec facit corpus Christi, sed missam celebrat pòst, & antè. Et de Apostasia, capitu. 17. Postquàm inualuit opinio de terrenis diuitijs, etiam tunc inualuit error, quo generatio signorum grani corde nititur trahere corpus domini, quod sursum est secundum suam substantiam, uersus terram. Sed Paulus dicit econtrariò. Quæ sursum sunt quærite. Hæc Witeleff. AVCTOR. Iam magno pretio colligit iniquus hæres festucas Berengarij patris sui. Hæc enim deliramenta ipse partuijt, ut recitat eum libro de corpore, & sanguine domini, uersus finem LANFRANCVS. Est (inquit) aliud, quod obijcitis, quod concessa loquendi facultate, multis in locis clamatis, & dicitis, Si panis in ueram Christi carnem cōuertitur, aut panis sustollitur in cælum, ut illic in Christi carnem transferatur, aut caro Christi ad terram defertur, ut illic in eam panis commutetur. Atqui nec panis sustollitur in cælū, nec

1. Tim. 2.

Hoc Scotus ad suam Eucha. hæresim.

Ad Scotū.

Cele. 5.

Lanfra.

nec caro defertur. Non igitur est uera caro, in quam panis conuertitur. Hoc uos colligitis, (inquit Lanfrancus) secundùm humanam sapientiam, non diuinam. Hæc ille. AVCTOR. Reuera secundùm humanam stultitiam, & non diuinam. Nam Moyses uirgam conuertit in uerum colubrum, nec tamen colubrum uerum adduxit ad uirgam, nec uirgam ad primum colubrum, ut uirgam conuerteret in seipsum. Ipse item potestate altissimi conuertit petram in stagna aquārū, nūquid sustulit petram ducens ad illa stagna? uel stagna perduxit ad lapidem, ut eum in ea conuerteret? & tamen uerus lapis erat, & aquæ ueræ. Et dominus noster Iesus Christus aquam conuertit in uinum, nunquid ideò hydrias aqua plenas recentina manu reuexit ad cellam uinariam? aut de torculari rubentia musta quæsiuit, in quæ plenas hydrias posset conuertere? Nescit humana stultitia modum, cùm furit in Deum. Secundùm ergo diuinam sapientiam dicit sancta mater Eccle

3 ia, quòd † caro Christi in hora consecrationis descendit de cælo utique, quia Dei filius descendit de cælo, qui nec defuit unquam cælo: & Spiritussanctus cecidit super omnes, qui audiebant uerbum. Quid igitur mirum, si caro descendit de cælo, si tamen non absit cælo? Probat istud

Exo. 4.

Psal. 113

Io. 2.

Act. 2.

Amb To.4. De consec. d. 2. cap. Sicut uerus.

Ad Scotū.

* 479. Aug. To.3.

divus AMBROSIVS de Christo, dicente se panem uiuum, qui descendit de cælo. libro 6. de Sacramentis cap. primo, & est de consecratione. distinctione secunda cap. Sicut uerus. Ego sum (inquit) panis uiuus, qui de cælo descendi. Si non descendit è cælo, hoc est, carnem matris assumpsit ex uirgine: quomodo ergo descendit panis de cælo, & panis uiuus? quia idem dominus noster Iesus Christus consors est diuinitatis, & corporis. Et tu, qui accipis carnem diuinæ eius substantiæ, in illo participaris alimento. Hæc ille. AVCT. Et nota, quòd Ambrosius dicit, qui accipis carnem, non dicit panem naturalem; uel nudum sacramentum extrinsecum, sed planam carnem: & quòd ipsa caro sit panis uiuus, qui descendit de cælo: & totus Iesus Christus propter consortiū, quod aliàs dicimus concomitantiam: non tamē dicit, descendit è cælo, idest, extra cælum, ita ut cælum deserat, cùm descendit. Vnde de uera innocentia, propositione. *379. AVGVSTINVS. Sic posset panem Angelorum homo māducare nondum angelis adæquatus: si panis ipse angelorum hominibus dignaretur æquari. Nec sic descendit ad nos, ut illos desereret, sed simul integer illis, integer nobis. Illos intrinsecus pascens per id, quod Deus est, nos forinsecus admonens per id, quod nos sumus: idoneos fecit per fidem, quos per speciem pascat æqualiter. Hæc ille. AVCTOR. Ergo non præiudicat saluatori, quòd ad nos ueniat in carne de cælo,

A dum cælos ipsos ad nos ueniens, non relinquat. Sed obstas forsan in primo, quòd hoc nequaquam fiat cuiuslibet mali sacerdotis instantia, sed tantùm boni. Sed ista pestis de hæresi Donatistarum infecta processit, qui merita personarum in Christi sacramentatione perpendunt, quasi Christi authoritas ex illorum bonitate dependeat. Sed de hoc ostensum est in principio: & in libro suo de mysteriis AMBROSIVS. Cùm tibi scriptura testatur, quòd ad Hieroboā preces, ignis descenderet de cælo, & rursus precante Elia est emissus, qui sacrificium * consecrauit, non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. Et si quoque merita expectas, sicut Eliam consideras, Petri quoque merita spectato, uel Pauli, qui acceptum à domino Iesu, hoc nobis mysterium tradiderunt. Illis ignis uisibilis mittebatur, ut crederent, nobis inuisibilis operatur, qui credimus: illis in figura, nobis ad commonitionem. Crede ergo adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait, Vbi fuerint duo, uel tres, ibi & ego sum. Quantò magis ubi est ecclesia? ubi mysteria sua sunt? ubi dignatur suam impertire præsentiam? Hæc ille. AVCTOR. Quod ergo suprà dicit Ambrosius de descensu carnis Christi, & integri Christi Iesu usque ad nostra altaria ad preces, & instantiam sacerdotis: hic iubet non discutere sacerdotem ad merita, sed solùm considerare iubet officia sacerdotum, addens optimatione, Si quis ibi expectat merita sacerdotum, non stabit in competenter bono, quousq; neniat ad unum æqualem Petro, & Apostolis. Quia qua licentia discernit bonum à malo, ea cogetur supra bonum petere meliorem, & sic infinities uarium est idem sacramentum, altaris per bonum & melius sacramentum correspondenter ad gradus bonitatum hominum in latitudine meritorum. Et sic non erit unum baptisma simpliciter, nec una Eucharistia. Et concludit Ambrosius ex uisibili igne descendente ad preces Eliæ magis inuisibilem ignem iam debere descendere in consecrationibus sacerdotum. Crede ergo (inquit) adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotū. Huic applaudit sententia patris CHRYSOSTOMI, quam recitare non piget, quanuis in aliis suprà eam intulimus, in libro 3. Dialogorum eius cum Basilio, capit. 3. ubi dicit. *Cùm inter immolandum dominum nostrum ut in sesso astantem uideris sacerdotem, atque imprecantem, omnesque pariter pretioso illo imbui sanguine, adhuc te esse cum hominibus arbitraris, & non continuò animo translatus in cælum, omnemque de mente sensum carnis excludens, nuda anima, sensuque nudissimo ea, quæ sunt in cælestibus, contueris? O miraculum. O Dei

Amb. ca. 5. To.4. Reg. 6. 3. Reg. 13. 18.

* cōsumpsit.

Matt. 18.

Chry. To.5 nunc ij libri non dum imprimuntur in capita.

* Nam dum conspicis dominum immolatum sacerdotem sacrificio mysticum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nos benevolentia, qui sursum sedet ad dexterá patris, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, traditurque * lambere cupientibus eum, & cum bona ratione completi. Itáque hoc totum sub oculis humanis. Sequitur. Vt autem altitudinem, & excellentiam sanctificationis huius alio quoque intueari exemplo, imaginare sub conspectu nostro adductum Eliam, & innumerabilem circunstantium multitudinem, & hostiam in altario positam, omnesque qui adsunt, magna silentij expectatione, solum uerò orantem prophetam, & repentè flammam de cælis in hostiam decidentem. Admiranda nempe hæc, & totius plena stuporis. Sed transi ex illis ad ea, quæ nunc aguntur: & non solùm miranda, sed omnem stuporem transcendentia uidebis. Stat quippe sacerdos non ignem educens, sed Spiritúsanctum, incumbens diu preci, non ut illa desuper accensa lampas consumat apposita, sed ut adolens gratia Sanctispiritus sacrificio, per ipsum B cunctorum mentes accendat, & splendidiores reddat argento perignem probato. Hoc igitur ministerium ita reuerendum, quæ despicere audebit insania? Hæc ille. AVCTOR. Vide quã ta uerborum planitie, quanta animi deuotione sanctorum patrum continebat professio solennem præsentiam domini Iesu personaliter descẽdentis à cælo, & sacris altaribus assistentis. Et libro sexto Dialogi. cap. quarto, idem sanctus pater CHRYSOSTOMVS. Cùm uerò etiam Spiritumsanctum sacerdos inuocauerit, & reuerendam illam immolauerit hostiam communemque omnium dominum subinde contigerit, ubi illũ die mihi nostra existimatione ponemus? Quantum ab illo splendorem posc imus, & quãtam religionem? Expende enim quales oporteat eius esse manus tantarum rerum ministras, qualem linguam uerba illa fundentem. Aut quo genere non mundiorem, & sanctiorem animam talis spiritus receptricem? Tunc † enim etiam 4 angeli circunstant sacerdoti: & tribunal, atque C altaris locus cælestibus uirtutibus adimpletur in honorem eius, qui immolatur. Quod quidem ex ipsis, quæ aguntur, ostenditur. Ego autem audiui, referente aliquo, quoniam presbyter quidam uitæ sanctitate mirabilis, & qui reuelationes soleret uidere, retulisset illi tale se spectaculũ aliquando uidisse, idest, sacrificij tempore conspexisse angelorum multitudinem, sicut ei possibile erat intueri, stolis fulgentibus circundantem, & altare coronantem, cum officio, quo circa regem suum milites stare consueuerunt. Quod mihi facilè persuasum est. Alter uerò mihi retulit, non ab illo se audisse, dicens, sed quòd ipse uidisset quosdam de hoc seculo recedentes, qui participes mysteriorum illorum in conscientia munda fuerint, cum efflauerint ultimum spiritum, subuchi eos alacres manibus angelorum. Hæc ille. AVCTOR. Facilè consentit Chrysostomus, quòd hæ excubiæ angelorum circa regem suum, qui ibi corporaliter immolatur, sint quotidianæ in altari fidelium. & sicut in superiori loco dixit. Si sanctus Patriarcha noster Elias sola prece sine consensu suo corporeo, flammam sensibilem de summo cæli uertice protraxit ad terras, quantò magis ministeri corporis Christi ad iussum eius sola prece inuisibilem ignem Sanctispiritus carnem Christi corporaliter continentem sacris coniunget altaribus? Rideat ergo Witcleff, & omnis schola Berengariana, rideat has antiquorum patrum protestationes deuotas. Nam in hoc ipso ridebitur. Nam si fuisset uel parum sciolus scriptu rarum, scisset actiones, & factiones, quæ cum sensibili motu fiunt, & per hoc fundantur in quodam tactu ex tertio Physicorum: non necessariò Deo coesse, si aget. Quia Iesus, qui cum tactu, & motu suscitauit filium uiduæ, sine tactu, uel motu sensibili seruum Centurionis erexit. In neutro uerò habuit necesse, ut mitteret se illuc, uel infirmi corpus ad se traheret. Et longè præsentior est proprio corpori sacramenti. Ex patribus ergo suis hoc credendum est traxisse GREGORIVM. quod in Homilia paschali concorditer eis scripsit, & habetur de consecratione, distinctione 2. cap. Quid si sanguis. ubi, Quis, inquit, fidelium habere dubium possit, ut ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cælos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio choros angelorum adesse, summa, & ima sociari, unum quid ex inuisibilibus, & uisibilibus fieri? Idem uno quidem, eodemque tempore, ac momento, & in cælo rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari uidetur. Hæc ille. AVCTOR. Et super Lucam libro primo, capitulo primo AMBROSIVS. Vtinam (inquit) nobis adolentibus altaria, sacrificia deferentibus, assistat angelus, imò se præbeat ad uidendum. Non enim dubites assistere angelum, quando Christus immolatur. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Nec uereare, nè turbetur cor tuum angeli uisione. Sequitur. Idem enim angelus, qui occurrat nobis, confirmare nos poterit, sicut turbatum ante Zachariæ animum confortauit. Hæc ille. AVCTOR. Planè ecce dixit Christum immolari, quando ad altaria sacrificia deferimus, & non dubitandum de assistentia angelorum.

* excipere.

3. Reg. 18.

Chrysost. To. 5.

Greg. To.

Amb. To.

Lucæ 1.

DE

¶ DE EFFICACIA VERBORVM sacramentalium, & si habeant uim conuertendi essentiam rei subiectæ. Cap. XXIX.

SVMMA.

1 *Christi quibus uerbis (sepositis Euangelistarum uerbis) corpus Christi & illius sanguis conficiatur, ostenditur ex Augustino, & Ambrosio.*

2 *Consecratio quando fiat, & quid hoc demonstret. Et plura de hoc ibi.*

Ad tertiũ.

AD tertiam item quæstionem de forma uerborum, si sit ad cõsecrationẽ Christi corporis necessariò requisita, Witcleff uidetur quibusdam quasi sustinere contrarium in tractatu super ca. 23. Matth. c. 3. Nec (inquit) uolo concedere, nec negare, nec dubitare, utrum sacerdos posset sine tali habitu celebrare post cœnã, sicut fecit dñs Iesus Christus. Nec uideo, q̃ talis consuetudo, uel forma consecrationis sit magis authentica, q̃ forma cõsecrationis, qua consecrantur Episcopi armaturæ. Et infrà. Christus enim rem ponderat magis, q̃ hæc uerba. ut, quæ cura Deo de uerbis, quibus consecrãdæ sunt braccæ Papales? Hæc Witcleff. AVCTOR. Mihi forsan uideretur hæc dicere de consecrationibus ornamẽtorum, nisi q̃ de celebratione dixit post cœnam. Veruntamen econtrariò facit, q̃ euidentiam suam de hac re dixit esse leuem de Eucharistia, cap. 4. Leui, inquit, euidentia, sed probabili credimus, quòd sacerdos ex uirtute Dei conficit illis uerbis. Et de hac leui probabilitate item leuiter loquitur cap. 9. Trialogi. Videtur (inquit) probabile, quòd prolatis his uerbis sacramentalibus ille panis est corpus domini, & non ante. Hæc ille. AVCTOR. Eccle siæ patribus uidetur non leuis euidentia, sed grauis, quòd in sola, & integra pronuntiatione uerborum Christi est uirtus efficax consecrationis corporis sempiterni principij. Vnde in sermone de corpore, & sanguine domini, qui incipit, Magnitudo cælestium. sanctus pater EVSEBIVS Emisenus, cuius laus est in decretis. Benedicendæ (inquit) uerbis cælestibus creaturæ, sacris altaribus imponuntur, antequàm inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis, & uini, post uerba Christi, corpus est & sanguis Christi. Hæc ille. AVCTOR. Vt autem tollamus tibi omnem litigandi materiam, si ipsa uerba Christi expresè requiras, in sermone de corpore, & sanguine domini, qui incipit, Veritas, quæ est Christus. & ponitur de consecratione, distinctione 2. cap. Vtrum sub figura AVGVSTINVS. Sacerdos, † inquit, priùs assumens

Eusebius.

De cons. dis. 2. c. Vtrum. Aug. To. 8.

A euangelistarum uerba, dicit, Qui pridie, quàm pateretur &c. usq; dedit discipulis suis, dicens. Ecce usque ad istum locum uerba sunt Euangelistarum. Porrò deinceps uerba sunt Christi, dicentis, Accipite, & manducate ex hoc omnes &c. usque, meum. In his uerbis creatur corpus Christi. Deinde in uerbis Christi domini dicentis, Accipite & bibite ex hoc omnes &c. usque, facietis, sanguis Christi Dei nostri efficitur. Hæc ille. AVCTOR. Syllabatim ecce te docuit Augustinus, quibus Christi uerbis, sepositis uerbis Euangelistarum, corpus Christi conficitur, & ex eisdẽ uerbis efficitur sanguis Christi Dei nostri, non sacramenta istarum rerum remota, & uacua, & nõ continentia res illas eximias in naturis suis, sed figuras tantùm inanes, & nomina uana Catonum, iuxta Lucanum. Imò semper dicit res illas, & sacramenta intus abscondita. Hæc, inquit Augustinus, illis uerbis efficiuntur, & creantur. Et ne patrem quis in professione fidei separare B posset à filio, ipse pater AMBROSIVS concurrit Augustino in simili penè uerborum serie 4. libro de Sacramentis ubi, * Didicisti (inquit) quia quod accipis, corpus est Christi. * Vis scire quia uerbis cælestibus consecratur? Accipe, quæ sunt uerba. dicit sacerdos, Fac nobis hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilem, quod est figura corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Qui pridie, quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cælum, ad te sancte pater, omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, fregit, fractumque Apostolis suis, & discipulis suis tradidit, dicens, Accipite, & edite ex hoc omnes, Hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter & postquàm cœnatum est, pridie, quàm pateretur, respexit ad cælum, ad te sancte pater omnipotens, æterne Deus, gratias agens, benedixit, Apostolis, discipulisque suis tradidit, dicens, Accipite, & bibite C ex eo omnes, Hic est sanguis meus. Vide, omnia uerba illa Euangelistæ sunt, usque ad, Accipite, siue corpus, siue sanguinem. Inde uerba Christi sunt, Accipite, & bibite ex eo omnes, Hic est enim sanguis meus. Vide & singula. Qui pridie (inquit) quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequàm consecretur, panis est: ubi autem uerba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem, Accipite, & edite ex eo omnes, Hoc est enim corpus meum. Et ante uerba Christi, calix est uini, & aquæ plenus, ubi uerba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quomodo Ambrosius notet uerba illa, quæ sunt effectiua sacramenti, discernens ea à uerbis Euange-

Matt. 26.

Amb. To. 4. * cap. 4. * cap. 5.

Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Bibliotheca Facultatis Philosophicæ Provinciæ Cast. Orientalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

listarum, sicut superiùs Augustinus edocuit? Et ante illa uerba Christi, Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis &c. tantùm est ibi panis & uinum. Post hæc uerba, est corpus & sanguis. Cui uidetur esse leuis ista fundatio, ipse uidetur leuiter iudicare de auctoritate domini Saluatoris. Notetur itē in prædictis uerbis Ambrosij, quòd non per hæc uerba Saluatoris panis fit tantùm corpus Christi figuraliter, quia sic fuit ante uerba, dicit, inquit, sacerdos, Fac nobis hanc oblationem scriptam &c. quod est in figura corporis Christi per uerba sacerdotis. Post uerba sacerdotis sequuntur uerba Euangelistarum. Post uerba Euangelistarum, Christi uerba sequuntur, infinitè maioris efficaciæ, quàm priora. Infinitè ergo melius, corpus sit iste panis per uerba Christi, quàm ipsum facere poterant uerba presbyteri. Longè ergo melius aliqeid, quàm corpus Christi in figura, & panis remanens in natura. Sic sibi conueniunt in una disciplina fidei pater & filius, Ambrosius, & Augustinus. Adhuc autem minùs distant uerba ipsorum in super beata, & miro modo concordi sententia, sine uariatione totæ, AVGVSTINI scilicet de uerbis domini, sermone 28. & AMBROSII lib. 5. cap. 4. de sacramentis, dicentium, Memini sermonis mei, cùm de sacramentis tractarē. Dixi uobis, quòd ante uerba Christi, quod offertur, panis dicatur: ubi Christi uerba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum? Panem quidem dixit, sed EPIOVSION, hoc est, super substantialem. Non iste panis est, qui uadit in corpus, sed ille panis uitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Hæc ibi à patribus. AVCTOR. Ista beata, & concors sententia patrum sauciat lethali uulnere præcordia Witcleff, quæ sententia usque ad ultimam micam destruit substantiam sensibilis panis in beatissimo sacramento: & solum relinquit ibi panem uitæ corpus naturale domini Saluatoris, ut deductum est suprà. Quapropter nesciens fugere tantæ auctoritatis molem: uictus, sed non sic redditus, rumpit in blasphemiam contra sanctum Ambrosium, uocans eum doctorem apocriphum, cap. 21. 4. sui Trialogi ter damnati. In eadem item sententia, efficacia traditur uerborum sanctorū, quæ prius. Ante (inquit) uerba Christi, quod offertur, panis dicitur. Vbi Christi uerba deprompta fuerint, iā non panis dicitur, sed corpus appellatur. Instat adhuc pro partibus orationis prolatæ: quæ illarum habeat uim taliter cōuertendi; uel omnes simul, ita ut necesse sit expectare finem sententiæ pro ueritate sententiæ, & conuersionis effectu. in de Eucharistia, cap. 5. Si (inquit) demonstratur pronomine, panis, aut uinum in principio, & in fine fit conuersio, tūc propositio in sua successione foret falsa, & conuersioni impertinens. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hic fine culpa erroris diuersi diuersa senserunt. Primò tamen sciendum, quòd & si singulis rerum naturis alitudine consilij sui attribuit Deus uarios uirtutum modos, quosdā regulariter consequentes, ut sint in eis uelut efficacia quædam nupta naturæ, sicut herbis, lapillis, & uariis colorum, figurarum, & qualitatum articulis, in uniuerso orbe Deus accommodat; ita quoque uerbis, & uocibus quædā naturaliter impresit insignia, ut uim habeant accendendi mentem alienam mirabili modo, & incitamenta sciendi præbere: sicut HIERONYMVS in primo prologo attestatur, cùm dicit, Habet enim nescio quid latētis energiæ uma uox actus, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa, fortiùs sonant: hoc studentium exercitia, hoc prædicatorum in uniuerso orbe gesta testantur. Superest item uirtus quædam prærogatiuę alterioris, quàm moderatio est gratiæ specialis, uerbis, & uocibus quibusdam numero paucis à quibusdam editis super materia, & in hora statutis; Deus intitulat: & hæc sunt uerba sacramentis affixa, quæ gemino quodam fructu ita redundant, ut uno, & eodem simplici ordinato processu efficiant, quod testantur, & ueram sententiam proloquantur. Hoc nobis auctoritate dominica, ecclesiæ traditione sine dubitatione peruenit. Qđ autem simplex uerbum maioris sententiæ cæteris abundet in uirtute, quidam dicunt, quòd primum, sicut Walsynghan Carmelita super quartum, propter certitudinem demonstrandi. Mihi quondam iuniori uidebatur, quòd hoc uerbum; est, tertia scilicet pars orationis in ordine, sicut leprosum Christus efficienter curauit in uerbo, dicens, Mundare. & omnia huius mundi opera Deus uno uerbo communi, & imperatiuo creauit, dicens, Fiat hoc. &, Faciamus hominem. hoc adiuncto, quod Augustinus secundo de doctrina Christiana capit. 3 dicit, At si quis arguat, ergo cæteræ partes superfluunt, dicatur, quòd nō pro integritate sententiæ, sicut nec famosa positio dicit de omnibus precedentibus ultimam, aut particularis illa Walsynghan de omnibus consequentibus primam. Et habetur ratio in exemplo de successiuis. Quomodo uerè dici potest existente primo momento diei, dies est, quæ tamen dies non esset, si statim abscinderetur reliqua pars diei, quæ nondum uenit: ita pronuntiato uerbo, est, statim est consummata conuersio, sed comparatiuè ad reliqua, quæ sequuntur de integritate sententiæ. Sed istis pro iam omissis, licèt non abiectis, communi est insistendum assertioni ecclesiæ, quòd sacramentalibus uerbis perfectis cum cæteris requisitis, est ibi perfecta conuersio.

August. To. 10. Ambr. To. 4.

Epiousion. Matt. 6.

Cōsecratio quādo fiat, et quid hoc demōstret.

Hieron.

Vualsingh. Carmelita

Aug. To. 2

Obiectio.

Responsio.

Witcleff

conuersio. Sed adhuc obstat Witeleff ca. 15. de apostasia. quia tunc cùm primò non fuerit, esset uera. Dicunt, (inquit,) aduersantes, ponentes, qp illa propositio est factiua, & conuertina, sed nimis expectant eius uerificationem, cùm dicunt, quòd in fine primò cùm nō fuerit, erit uera. Hęc Witel. AVCTOR. Videtis quid contendit implicare solo sophismate: & nonne in successiuis ueritatis perfectio perfectionē rei expectat? Sed dicam, hæc oratio est perfecta, eadem demonstrata in uoce finem prolationis expectat: & hoc tempus hic habet finem: non erit uerum, quousque ad non entitatem peruentum fuerit temporis demonstrati. Tamen hoc sufficere debet in talibus, quòd uirtus operata per uerba, constanter expectet: & iam transeunte oratione, uirtus, quam operetur, permanet in futurum: sicut de Petro legimus, quòd iam oratione Christi decursa, ipse diu pòst recordatus uerbi Christi, quod dixerat, Priusquàm gallus cantet, &c. fleuit amarè perijt autem diù uocalis oratio Christi secundū essentiam, sed permansit secundùm uirtutē. Ita uerba sacramentalia, quæ uocaliter proferūtur, desinunt, sed expectat uirtus, quam efficiunt. Vnde libro. 19. contra Faustum cap. 16. AVGVST. Quid sunt, (inquit) alia quæq; sacramenta, nisi quædam uerba, quasi inuisibilia? sacrosancta quidem, uerūtamen mutabilia, & temporalia. Deus enim est æternus, nec tamen aqua, & omnis illa actio corporalis, quæ agitur, cùm baptizamur, & fit, & transit, æterna est. Vbi rursus & illæ syllabæ celeriter sonantes, & transeuntes, ut dicitur Deus, quæ nisi dicantur, non consecrant, sonāt, & transeunt. Virtus tamen, quæ ista operatur, iugiter manet: & donum spirituale, quod per ista insinuatur, æternum est. Hæc ille. AVCTOR. Ita responsum sophismati, quod potius dignum est pueris, quàm diuinissimis sacramentis. Verūtamen futurarum hæresum præscius spiritus dedit innotescere per organum Augustini, quòd illæ syllabæ nisi dicantur, non consecrant: & si dicantur, sonant, & transeunt: & ita nisi dicantur, ita ut sonitu transeant, ueræ non sunt, sed pereūt cum sonitu: & ueritas ipsa, ut est sonora, depeream: uirtus ipsa, qua in sacramentis operantur, iugiter perseuerat, & quod per ea insinuatur, donum est æternum. Obijcitur item, quòd uerba illa sacramentalia non essent effectiua, quia sunt recitatiuè dicta. Mira res de uiris prudentibus, qui nesciunt ea, quæ sentiunt. Ecce prædicator quid efficit, cùm recitat uerba Christi in auribus hominum, & ea, quantùm sufficit, aperit? Nunquid ad lachrymas cogit? Vitia, quæ perpetrare diutius uolebant, eliminat? Proximorum necessitatibus subuenire, orationi incumbere persuadet? ita ut interdum ad humiles claustri fores diuitēs mundo, & diuitum sobolem alacri gressu festinare compellat: uis unde uerborum istorum, nisi à Christo? Et cuius uerba, nisi Christi? Recitat ea sacerdos, & efficit quod prętendunt. In carminibus uerba Christi recitata, mira quædam efficiunt, & in sacramentis expirant.

Matth. 26.

Aug. To. 6

q.d. minime.

SACRAMENTVM ALTARIS, quod ecclesia credit esse corpus Christi naturaliter, & panem per figurā, Witcleff peruertit ad oppolita, esse corpus Christi solùm figuraliter, & panem per essentiam. Cap. XXX.

SVMMA.

1 *Armenorum hæresis circa Eucharistiæ sacramentum, recitatur.*
2 *Corpus Christi quòd ueritas est, & figura est.*
3 *Sacramentum, & mysterium altaris esse solū corpus & sanguinem Saluatoris substantialiter in ueritate naturæ, uelatum autem figura panis, & uini, quòd secundùm fidem ecclesiæ dicimus.*
4 *Caro Christi in sacramento quare non uideatur.*
Et quomodo in sacramento conseruātur species panis, & uini, secundùm Theophilum, panis autem & uinum conuertūtur in ueritatem carnis, & sanguinis, contra Vuitcleff.
5 *Vuitcleff, qui dicit sacramentum altaris esse corpus in figura, & panem in natura, sanctorum authoritatibus confutatur.*

Est ergo falsum, & blasphemum compēdium uerborum Witcleff, quod totam massam digerit suæ perfidiæ in fine. 43. cap. de sermone domini in mōte. Sicut Christus est simul Deus, & homo, sic hæc hostia est simul corpus Christi, & uerus panis in natura: uel, quod in idem sonat, est uerus panis naturaliter, & corpus figuraliter, quia est corpus domini ad minimum in figura, & uerus panis in natura. Hæc Witcleff. AVGVST. Non oportet locum notare, ubi à Berengario magistro suo ista traduxit, frequentissime recitātur hæc dicta, magis autem nepotes eius in hac hæresi Armenos subinferam ad cautelam. Vnde de hæresi Armenorum uigesimasecunda, sic habet GVIDO Carmelita. Vigesimussecundus error, qp̄ facta consecratione, corpus Christi non existit uerè sub speciebus panis & uini, sed tantùm in similitudine & signo: nec Christus transubstantiauit panem & uinum in corpus & sanguinem suum realiter, sed in similitudine, & figura. Hæc ibi. AVCTOR. Contra has hæreses fixit ecclesia Christi auctoritate fundationis eius super firmam petram suam sententiam, quòd, scilicet dominici

Vuitcleff.

Armenorū hæresis. Guido Carmelita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minici corporis sacramentum ueritas est, & figura multiplex. Veritas, inquam, secundùm substantiam carnis corpus Christi, figura quod sentiendum exterius exhibetur. Vnde in sermone de corpore & sanguine domini, qui incipit, Veritas, q̃ est Christus, & ponitur in decretis de consecratione, distinctione. 2. c. Vtrum sub figura. AVGVSTINVS. Corpus† Christi & ueritas est, & figura est. Veritas est, dum corpus Christi & sanguis in uirtute Spiritussancti in uerbo ipsius Christi ex panis uinique substantia efficitur. Figura uerò est id, quod exteriùs sentitur. Hæc ille. AVCTOR. Videtis qualiter Augustinus utitur istis terminis pro distinctis opposito modo, ueritas, & figura: ita ut nolit dicere figuram esse ueritatẽ secundùm id, quod est figura, quamuis ad alium comparata, possit ueritas appellari ut infrà patebit. Impiè ergo cõfundit terminos istos Witcleff, sophisticè commutans figuram in ueritatem, ne seorsum ueritas à figura posset discretè cognosci. Sed dicamus nos cum tota prisca ecclesia, sicut modò Augustinus eloquitur. Veritas est corpus Christi in sacramento, quod ex panis uinique substantia efficitur, figura uerò, quòd exterius sentitur, Non ergo est corpus Christi figura ista, nec sic figuraliter in sacramento, sed est ueritas, sicut apostolus, & doctores alij dicunt, secundum naturam, & substantiam: hoc ipsi cõcipiunt ueritatem. Panis autem similitudo habet figurá, & articulum qualitatis, quæ à corpore remouetur ibidem secũdùm illam regulam AVGVSTINI in sermone, Interim, qui est de corpore & sanguine domini, ubi, Cõseruetur (inquit) fides, qua domini corpus ipsum uerum, nõ qualitatiuè, sed substantialiter creditur, ut quod ipsa ueritas oĩno uerum esse testatur, nostra fallacia falsum, aut imaginarium esse non opinetur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce substantialiter corpus Christi in sacramento, non qualitatiuè, non figuratiuè, nec quomodocunque imaginariè, præter hoc quòd ipsum est uerum corpus Christi secundùm substãtiam, secundùm aliquam fallaciam Witcleff, qui substantiale esse corporis commutat in figuram: & figuram panis exteriùs sensati ueritatem prædicat & naturam. Quod item patet notat HILARIVS. Corpus (inquiens) Christi, quod sumitur ex altari, figura est, dum panis, & uinum extrà uidetur. Veritas aũt, dum corpus, & sanguis Christi in ueritate interius creditur. Hęc ille. & est de cõsecra. distinctione. 2. ca. Corpus. AVCTOR. De certo ponit iste sanctus corpus Christi ueritatem esse, & secundum naturam in sacramento: pani autem figuram assignat. Ita ibi cap. Quid ut sanguis. In homilia paschali, GREGORIVS. Ideò magnum & pauendum mysterium est, quia aliud uidetur, & aliud intelligitur.

De Conſ. d. 2. c. Vtrum ſub. Auguſti. To. 10.

Auguſti. To. 10.

Hilariat.

De Conſ. d. cap. corpus

Gregoriat. To. 2.

A Sed cùm mysterium sit unum, corpus & sanguis dicitur. Figuram panis & uini habet faciente domino, quia non habemus in usu carnem crudam comedere, & bibere sanguinem. Hæc ille. AVCTOR. Breue uerbum, & omni cautela refertũ. Solet Witcleff uocare sacramentum principaliter ipsum panem sensibilem, & improperare catholicis, quòd sacramentum illorum sit accidens sine subiecto, & aliquid peius ueneno, uel stercore ratonis. Sic fixit totam considerationem suam in pane, ut nesciat carnem Christi prospicere. Ite rato nos cum Gregorio profitemur sacramenti esse aliquid naturaliter per se subsistens, & hoc est corpus Christi de genere substantię. Quod autem habetur accidens est, & figura panis. Probat hoc Gregorius, hoc assumpto Metaphysico: quia sacramentum istud est unum: ergo aliud est, quod est: aliud†, quod habetur. Falsum ergo Witcleff asseruit, dicens istud sacramentum esse aggregaB tum per accidens. Nos† autem dicimus in fide ecclesiæ mysterium, & sacramentum altaris esse solum corpus & sanguinem Saluatoris substantialiter in ueritate naturæ: uelatum autem figura panis & uini. Quemadmodũ quod homo est, quia unum aliquid est, nec est uestitus eius, nec uestis una cum homine: sed substantialiter homo est, & habitus eius est uestis, naturaliter homo figuratus in ueste: Sic naturaliter corpus figuratum extraneo accidente. Quem modum item dicendi habet libro suo de incarnatione uerbi, benè post principium AMBROSIVS, dicens, Noli igitur & tu naturam interpretari, quod præter diuinitatis naturam est, Nam & si credas à Christo carnem esse susceptam, & offeras transfigurandũ corpus altaribus: non distinguas tamen naturã diuinitatis & corporis, * tibi dicitur, Si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti: diuide C quod meum, deinde quod suum uerbi est. Hæc ille. AVCTOR. Quis unquam tàm stolidus Christianus, qui nesciat mente diuidere inter corpus nostri panis, & domini? At qui tam fagaces Christiani, ut sciant semper tropicum Christi corpus à sua diuinitate discernere? Alteri ab utrisq; iubet Ambrosius, quod rectè obtulit, item rectè diuidere. Si (inquit) transfigurãdum corpus altaribus offeras, non dixit transfigurandum panem, quasi panis transeat de nouo sub figura corporis, sed transfigurandum, quod uirtute uerborum transeat per suam cælestem substantiã sub figura panis: & ita transfiguratum corpus à diuinitate comitante condiuidas, ut ipsum corpus, corpus in natura esse cognoscas: nec ullatenus quamuis inæstimabilis gloriæ æstimes esse Deũ. Audeo item dicere, uelle Ambrosium, ut panem à corpore rectè diuideres, nec figuram & figuratum, aut figuratum in figuram ulla locutione commu-

commutes, sed figuram panis intellige, non naturam: naturam uerò carnis crede non nudam figuram. AMBROSIVS. Omnia quæcunque uoluit dominus, fecit in cælo, & in terra. Et quia uoluit, sic factum est. Ita licèt figura panis & uini uideatur, nihil tamen aliud quàm caro Christi & sanguis post consecrationem credẽda sunt. Hæc ille. AVCTOR. Figura ecce panis & uini, nõ corporis Christi: & quamuis ipsa uideatur. Non ergo tam spiritualis est illa figura, ut solùm intelligatur. Et nihil aliud, quàm caro Christi & sanguis ibi credenda sunt. Non dicit principaliter, cùm tamen de pane & uino statim anteà sit locutus. Sed statim sine exceptione subiecit, nihil aliud quã corpus Christi. Et super illo textu Marci. Hoc est corpus meum. THEOPHILVS. Hoc etiam, quod nunc do, & quod nunc sumitis. Nõ autem panis, figura tantũ corpus Christi est, sed in proprium corpus Christi transmutatur. Nam B dominus ait, Panis, quem ego dabo, caro mea est 4 pro mundi uita. Sed† tamen caro Christi non uidetur propter nostram infirmitatem. Panis enim & uinum de nostra consuetudine est. Si uerò carnem & sanguinem cerneremus, sumere non sustineremus. Propter hoc dominus nostræ infirmitati condescendens, species panis & uini conseruat, & panem & uinum in ueritatem carnis conuertit, & sanguinis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce species panis & uini conseruat Christus, sed panem & uinum in ueritatem carnis conuertit, & sanguinis. Si has conseruat, & has conuertit, non solùm in figuram, sed in ueritatẽ: aliæ ergo sunt panis & uini species conseruatæ, & aliæ panis & uinum, quæ conuertuntur. Species ergo sunt accidẽtales similitudines extrinsecæ: panis & uinum sunt substantiæ. Vnde ex hoc uerbo Theophili planè conuincitur Witcleff, malè exposuisse doctores de speciebus panis & uini, cùm diceret cap. 17. de apostasia, in fine, quòd species ibi dicat quidditates panis & uini: quia hic dicit species conseruatas, panem autem & uinum iã conuerti. Aliter dicat de ORIGENE, & AVGVS. quid uolebant intelligere, quando iam suprà dixerunt olim corpus Christi in figura dari: nunc autẽ in specie. Quia si in quidditate Christi corporis & natura, falsum erit, quòd in natura, uel specie panis meri. Aut ergo hic species exterior forma rei dicitur, & ibi substantia: aut hic substãtia, & ibi figura, quod esse non potest. Quia planè ibi contra figurã instat uterq; , olim inquiens in figura, nunc autem in specie: alibi nunc in ueritate, & alibi in substantia. Omnino ergo fatendum est, quod doctor iste tam antiquus asseruit, accidentales species panis & uini condescensione domini conseruare substantijs ipsis secundũ ueritatem substantiæ in naturis alias iam transA tis. Et ponderandum, quod dicit, Non tantùm panis figura corpus Christi est, sed sub panis & uini figura corpus domini & sanguis in ueritate naturæ substituti. Concurrit item in expositione super Lucam textu libri ultimi, Et accepto pane Luc. 22. gratias egit BEDA. Finitis Paschæ ueteris solẽnijs, quæ in commemoratione antiquæ de Ægypto liberationis agebantur, transijt ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesia frequentare desyderat: ut uidelicet ,p carne agni, uel sanguine, suæ carnis, sanguinisque sacramentum in panis ac uini figura substituens, ipsum se Psal. 109. esse monstraret, cui iurauit dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec. Hæc ille. AVCTOR. Concorditer† ecce dicunt omnes doctores figuram panis & uini, & ueritatem carnis & sanguinis domini. Et nullus est ambigendi locus, quin B Witcleff, sicut & fidem, ità & professionem euertit ad sensum omnino contrarium: simul & uerba, cùm dicit, sacramẽtum altaris esse corpus in figura, & panem in natura. Quot, & quanti patres seriatim iam dixerunt corpus in natura, & semper panem in figura? O Deus magne, quãta temeritate ausus est iste tam Apostoli Pauli, quã omnium patrum ecclesiæ, tàm planè sensum, & ,pfessionem euertere: & ex parte Apostolorũ dicere simplicibus, quod non dicunt? Sicut & illi, de quibus Synodus Apostolorum ad Antiochiã Act. 15. scripsit. Audiuimus quia quidam ex uobis exeuntes turbauerunt uos, uerbis euertentes animas uestras, quibus non mandauimus. Ita dicit iste, ita scribit ex parte Christi, & Apostoli Pauli, & magnorum patrum, quod ipsi non mandabant, immo cuius ipsi contrarium præceperunt: panẽ scilicet in figura, secundùm speciem: corpus secundùm ueritatem: secundùm substantiam & natu- Witcleff. C ram: Witcleff autem (ut audistis) panem naturaliter, corpus figuraliter. Quis hunc sustineat? Attamen non hic manet rabies impietatis hæreticæ: sed ut satis detegat nescio, an imperitiam, an perfidiam suam, uel quod certum est imperitam perfidiam suam, alias figuras, quæ meræ figuræ sunt in fortificationem adducit. in libro de ¡Eucharistia capite. 4. Patet (inquit) quòd falsum assumitur, cùm panis mutatur insensibiliter, ut figuret efficaciter corpus Christi: quod sancti intelligunt per hoc, quòd panis sit corpus Christi: & quòd post consecrationem panis est corpus Christi. Et qui ignorat istam prædicationem tropicam, uel figuratiuã, nedum male intelligit sanTo. 15. ctos doctores, & decreta ecclesiæ, sed & fidẽ scri- 10. 14. pturæ Ioannis. x v. Ego sum uitis uera. Ego sum uia. Hæc Witcleff. AVCTOR. Videtis quãta pertinacia glossam instituit responsalem ad oẽs doctores: quæ cõmutet generaliter esse uel fieri

De conſ. d. 2. c. omnia

Theophil. Mar. 14.

Io. 6.

Vuitcleff.

Origenes. Auguſti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In figurare: & prædicationem essentialem in figuralem, per quam possit etiã omnia facta Christi & Apostolorum in figuras & tropos peruertere, & historiarum destruere ueritates, sicut suprà tradidit Augustinus. Et quid restat fidelibus dicere, nisi hanc esse locutionem historicã, quòd panis sit corpus Christi, sicut & hanc, Verbum caro factum est? non penitus figuralem sicut & hanc, Ego sum ostium, uel uitis, sicut dicit Witcleff? Imò est historia hæc figuralis. Secundum peto probari. Nos nempe testes doctores & scripturas adducimus pro prædicatione facti, & essẽtiæ; tu nullum adducis in professione parili pro prædicatione figuræ: sed omnes doctores uno flatu figurationis absoluis, quam nusquam fundas, sed loco fundationis rixaris, & cõtumelijs, blasphemijs, scandalis populorum, clericorum, & omnes ecclesiæ reples chartas. Ego insto ut probes uel scripturæ sacræ authoritate, uel fide doctorum & patrum, quòd ista sit locutio figuralis, & non per essentiam: Hoc est corpus meum. Hilarius dicit esse per rei naturam. Augustinus dicit non qualitatiuè, sed per substantiam. Sic Ambrosius, sic Gregorius. Damascenus cum prædictis typos & tropos tuos cõdemnat. Et tu quasi portares authoritatem orbis, omnes prouocas contra omnes, & figuras coronas, & tropos. Sicut (inquis) baptista est Elias, & petra Christus, & uitis, & ostium. Nos ista negamus: sed sicut costa facta est fœmina, & uirga serpens, & aqua uinum: sic quo ad conuersionem simplicem panis fit corpus Christi uerum. Tu tropos amplecteris, nos solidas ueritates. Audi æqua mente recapitulantem patres in libro suo de mysterijs ecclesiæ contra magistrum tuum Berengarium sic scribentem ANSELMVS. Christus dicit, Ego sum ostium: significatiuè, non substantiuè est ostium. De hoc sacramento altaris longè alius dicendi modus habetur. Sic enim habemus in euangelijs. Accepit panem, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens, Accipite, & manducate ex hoc omnes, Hoc est enim corpus meum, quod pro uobis tradetur. Quando in manus accepit, panis erat: sic enim dicit, accepit panem. Et per illam benedictionem fit panis corpus Christi, nõ tantùm significatiuè, uerùm etiam substantiuè. Neque enim ab hoc sacramento figuram omninò excludimus, neq; figuram solam admittimus. Veritas est, quia corpus Christi est. Figura est, quia immolatur quod incorruptibile habetur. Consideremus uerba domini, Manducate (inq:) ex hoc omnes. Hoc enim, quod uobis ad manducãdum trado, est corpus meum. Et ut certi essent, quod reuera erat corpus Christi, signa expressit, quibus hoc dignoscere possint. Hoc est (inquit) corpus meum quod pro uobis tradetur. Si hoc corpus, corpus Christi non substantiuè, sed significatiuè tantùm fieret, hoc est, figura corporis Christi tantùm existeret, nihil ad figuram quod sequitur. Quod pro uobis (inquit) tradetur. Nec panem nominauit, postquàm panem benedixit, sed corpus. Nec uinum nominauit, postquàm uinum benedixit, sed sanguinem Christi. Igitur sicut fides catholica credit, panis, qui offertur sacerdoti ad consecrandum, per sacerdotalẽ consecrationem fit corpus Christi, non significatiuè tantùm, sed substantiuè. Hæc ille. AVCTOR. Multa seriosè tractauit Anselmus, sed cuncta in patribus uidit. Punctum autem id semper confirmat contra magistrum tuum, & te, quod panis fit corpus Christi substantiuè, non significatiuè. Et quomodo hoc conuergit apud singulos esse de fide, docet circunstantias scripturæ. Primo, quia Christus addidit, quod pro uobis tradetur. Figura autem tropica corporis mei non pro uobis tradetur, sed corpus meum secundùm historiam exprimentem naturam. Item quia post benedictionem non appellauit panem aut uinum, sed corpus & sanguinem, quanuis Witcleff asserat, quod quinquies sic nominantur post consecrationem in canone missæ. Sed malignans ab intento sic dixit: quia dictiones adiunctæ satis aperiunt, quòd de nullo putribili pane, dicit. Panem (inquit) sanctũ uitæ æternæ, non huius uitæ transitoriæ: & panem nostrum quotidianũ: ubi alius euangelista habet supersubstantialem. Ideo secundum Ambrosium & Augustinum in sermone concordi, *non panis, qui in uentrem uadit. Semper enim ex circunstantijs literæ, ratio fidei aperitur. Quod autem Anselmus continet ibi, Corpus Christi ueritas est & figura est, nec figuram omnino excludit, nec solam figuram admittit: sed figura est rei præteritæ, scilicet immolationis Christi de corpore suo: hoc itẽ est, quod fides nostra commendat. Vnde in libro de corpore & sanguine domini cap. 2. RABANVS. Figura (inquit) esse hoc sacramentum uidetur: dum in specie uisibili, dum frangitur, aliud intelligitur, quàm quod uisu carnis & gustu sentitur, dumque sanguis in calice simul cum aqua miscetur. Porrò illud fidei sacramẽtum ineueritas appellatur. Veritas, dum corpus Christi & sanguis uirtute spiritus in uerbo ipsius ex panis uinique substãtia efficitur. Figura uerò, dũ sacerdote quasi aliud gerente ob recordationem sacræ passionis ad aram, quod semel gestum est, quotidiè immolatur agnus. Et sequitur. Iure simul ueritas & figura dicuntur: si figura, uel character ueritatis, quod exterius sentitur: ueritas uerò, quicquid de hoc mysterio rectè intelligitur, aut creditur. Non enim omnis figura umbra est, uel falsitas. Vnde Paulus de unico Dei filio ad Hebræos loquens

Matth. 22. 1. Cor. 10. Gene. 2.

Anselmus Io. 10.

Matth. 26.

Lu. 11. Matthæ.

*i. tanquam dei sacrificium ut sacrificium quod sanctificat fit panis.

Rabanus.

Hebr. 1.

quens: & figura substantiæ eius, ait. Hæc ille. AVCTOR. Omnem talem figuram, quæ nihil admist substantiæ corporis Christi, libenter admittimus: nec unam tantum, sed plures, quòd ipsum corpus secundum essentiam figurat rem sacramẽti, non sacramentum: scilicet Christi ecclesiam. Et mixtio aquæ cum uino aliud quid. Et tinctio tertiæ portionis adhuc aliud. Sed post hæc ipsum corpus & sanguis, & sic est ueritas. Quod autem sentitur exterius, figura* eius: sicut cum omnibus patribus suis scribit hic Rabanus. Mẽdosus ergo Witcleff hanc ueritatem euertit: dicens naturæ ueritatem in sensibili suo pane, figuram cassam in corpore.

*addes est uius quod est mirum

Witcleff.

Auctor de officijs.

QVOD SACRIFICIVM ALTARIS est unum: & non sicut Witcleff dicit, aliud sacrificium, aliud sacramentum. Cap. XXXI.

SVMMA.

1. *Corpus domini quòd non sit dicendum, corpus sacrificij, ostendit Anselmus. Et quomodo intelligendum corpus sacrificij.*
2. *Sacramentum altaris quòd sit unum, ostenditur.*
3. *Vuitcleff, qui sæpe uocat Augustinum, & alios ecclesiæ doctores in testes pro suarum hæresum tuitione, quomodo non debeat mouere eum, qui nouit esse granum firmum in Christi ecclesia, &c.*

DIcit iterum doctor iste per iter æquiuocum sacrificij & sacramenti, credẽs se posse saluari per prætensam fugam ad statuam Augustini. cap. 7. de Eucharistia. Augustinus (inquit) distinguens inter sacrificium & sacramentum, dicit, quòd sacrificium conficitur ex sacramento, & re sacramenti, quæ est corpus & sanguis Christi, ut est in persona Christi, non quod deitas & humanitas sint partes Christi, sed eius quidditates, quarum utraque est totus Christus. Sic sacrificium dicit aggregatiuè, & non per uiam compositionis ex partibus sacramentum sensibile & corpus Christi cum sanguine. Hæc Wircleff. AVCTOR. Iste sequitur magistrum erroris sui, auctorem de diuinis officijs, quem, ut putat, appellat Ambrosiũ: qui ita de corpore sacrificij fucum sub quo latenter posset errare moliebatur æquiuocum: ut refert contemporaneus eius Anselmus lib. de corpore & sanguine domini. cap. 1. Sed dicit mihi (inquit) aduersarius, uiuens & sensibilis in corpore suo mobilisq; est Deus, & homo Christus. Corpus autem sacrificij uitam non habet, sensum non habet, mobile non est: corpus ergo domini non est. Hæc ille. Anselmus. Primum quid hic sacrificij corpus appelletis, penitus non aduerto: Sequitur infrà. Corpus † igitur sacrificij non aliud intelligo, nisi quod mortuum est, & resurrexit: quod non est corpus sacrificij, sed uerè sicut appellamus, corpus domini. Quod ipsum esse, quod in altari sacrificatur, qui non credit in eorum se numero constituit, qui abierunt retrò, dicentes, Durus est hic sermo. Sed & uos corpus illud sacrificij, aliquando appellatis corpus domini. Sed (salua pace uestra) dictum sic infertis, quòd nescio an corpori domini nequaquàm cõuenit. Sequitur. Quòd si corpus sacrificij uisibilem illam speciem appellatis, quæ apparet in altari, uidelicet propter similitudinem panis corporalis, stultus, & ineptus erit ille aduersarius, qui ea requiret in specie panis, quæ propria sunt uiuentis corporis, id est, uitam, & sensum, & motum, & non potius ea, quæ propria sunt illius speciei, ut est rotunditas, albedo, & cætera huiusmodi. Hæc ille. AVCTOR. Ab isto ergo doctore suo habet Witcleff hanc umbram nominis sacrificij. Sed ecclesia Iesu Christi, quæ docebat Anselmum, quomodo Augustinus sacrificiũ Christi corporis intellexit, instruxit item eum, ut diceret, corpus sacrificij non aliud intelligi, nisi quod mortuum est, & resurrexit: quod est sacramentum, & res in altari, non autem ipsum aggregatum ex rebus sic distantibus, ut confluat inter eas quicquid inter cælum est, & terram: & omnes uolucres uolitent, & planetæ discurrent. Nam quamuis Augustinus dixerit sacrificium altaris ex duobus constare, scilicet uisibili elementorum specie, & inuisibili Christi carne & sanguine: præcellens tamen sacrificium, de quo loquitur, est caro Christi, & sanguis secundum substantiam suam ibi sacramẽtum & res. Et hoc est unicum, & extollendum sacrificium altaris corporaliter secundum se ibi præsens. Et non distinguitur, sed est formaliter & tantummodo ipsum sacramentum oblatæ carnis unici sacrificij pro salute nostra, ut suprà ipse Augustinus expressit. Et iterum lib. de gratia noui testamenti. 34. cap. AVGVSTINVS. Vota (inquit) paupertum, sacrificium uult intelligi corporis sui, quod est fidelium sacramentum. Ideo cum dixisset, Vota mea reddam coram timentibus eum. continuò, subiunxit, Edent pauperes, & saturabuntur. Ipsi enim saturabuntur pane, qui de cælo descẽdit, qui ei cohærentes, & eius pacem, dilectionemq; seruantes, imitantur eius humilitatem. Sequitur posthac. Viuunt corda in seculum seculi tanquã saturata pane cœlesti, de quo dicit ipse saturator, Nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis. Hæc ille. AVCTOR. Hic planè dicit sacrificiũ corporis Christi ipsum fidelium sacramentum esse

Anselmus. Corpus domini non sacrificij dicẽdum.

Io. 6.

Aug. To. 2. & est Ep. ad honoratum ep. 120 Psal. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse panem,qui de cœlo descendit, cum dilectio- A Iulianum c.4.uersus finẽ habet AVGVST. Di- Aug.To.7
pe, & humilitate comestum: & de hoc dixisse, cis (inquiens) meipsum innouasse sensus meos:
Nisi manducaueritis carnem filii hominis. &c. & in initio conuertionis meæ hoc sensisse quod
Nusquàm tangit Augustinus panem tuum ciba tu.Sed fallis, aut falleris, siue calumniando his,
rium esse aggregatiue hoc sanctũ sacrificium, quæ nunc dico,siue non intelligendo, uel potius
maximè eum unitas istius sacrificii sentitur esse ea nõ legendo,quæ tunc dixi. Nam ego per unũ
maior unitas,quàm unitas aggregationis. Vnde hominem in mundum intrasse,& per peccatum
lib.2,contra Petilianũ responsione. 36. AVGV- mortem, & per omnes homines pertransisse, in
STINVS.Redite prævaricatores ad cor, & no quo omnes peccauerunt: ab initio conuertionis
lite ex hominum moribus & factis diuina sacra- meæ sic tenui semper, * & teneo. Extant libri, *ut
menta pensare.Illa enim per cũ facta sunt,cuius quos adhuc laicus recentissima cõuersione mea
sunt:sed dignè tractata,afferunt præmium, indig- scripsi, etsi nõdũ sicut posteà sacris literis eru-
nè autem tractata,iudicium. & quamuis unum ditus:tamẽ nihil de hac re tunc sentiens ubi dis-
non sint,qui Dei sacramentum dignè & qui indi putãdi rõ poposcerat, dicens,nisi quod antiquitus *dixit
gne tractauerint,unum est tamen illud, siue dig- * dicit & docet omnis Ecclesia. Hæc ille. AV-
nè,siue indignè tractetur,non ut ipsum melius, CTOR. Ita est, Augustinus sanctus pater gau-
uel deterius fiat:sed ad uitam,mortem uè tractã debat filius esse matris ecclesiæ: nec unq; præ-
2 tium, Hæc ille AVCTOR. Ecce† sacramen- sumpsit dicere,quod antiquitus non semper di-
tũ,quod tractatur à dignis, & indignis, est unũ: xit omnis ecclesia sanctorum. Vtinam ergo qui
sed sic diuersè tractantes, non sunt unum.Con- Augustinum, aut aliquem sanctum patrem uo-
stat autẽ omnes homines esse speciẽ unũ, quod B cant in patrem,eum, quem sic inuocant,putarẽt
plus est unum omni sola aggregatione uno. Ergo astare præsentem, promptumque coram omni-
sacramẽtum sic diuersimode tractatum, est plus bus dicere,Nõ ego hoc sensi, quod nomine meo
unum,quàm unitate aggregationis, imò tiel uni falsè finxisti,sed solum quod antiquitus dixit, &
tate speciei: sed nulla est unitas maior unitate docet omnis ecclesia: nõ scandalum paterentur,
specifica,nisi unitas individualis:ergo sacramen ut modò sanctorum uolumina:non sic auderent
tum sic differenter tractatum, est unum numero hæretici ad suum sensum peruersum trahere Au-
sacramentum. Ergo non est sensibilis species in gustinum. Ita ut auxius Augustinus de librorum
ore indigni,& sic multò minus unũ, quã Petrus, suorum calumniatione hæretica dicat illud Ec- Eccles.3
& Iudas: quale non est aggregatum, sed potiùs clesiastes.2.Odiui omnem laborem meum, quo
disgregatum. Item minus uniuntur substantia & ego laboraui sub sole: quemadmodum in com-
respectus, quàm individua substantiæ infra ge- mentario suo ipsum locum notanter exponit Hieron.
nus:magis ergo disgregant substantia & respe- HIERONYMVS.Mihi (inquiens) altius con- To.3.
ctus:ergo minus unũ est aggregatum tale, quam templanti, de labore uidetur dicere *speciali,q *spe
ex centum singularibus eiusdem speciei, etiam diebus, ac noctibus uir sapiens in scripturis labo
quãuis moribus uoluntatis discordent: sicut plus ret,componat libros, ut memoriam sui posteris
conueniunt Petrus & Iudas apostoli, quàm Per- derelinquat: & nihilominus in manus stultorum
trus & tunica Iesu Christi.Vult ergo Augustinus peruenient, qui frequenter secundum peruersita
quòd sacramentum istud est perfectè unum in tem cordis sui seminant unde hæreses capiant, Hieron. de Interp.
omnibus:& sicut notanter suprà dixit:unicum sa- & alienos labores calumniẽtur. Sequitur. Vnus- C
crificium pro salute nostra, & non insensibilis quisque consideret, & uidebit quanto labore li-
panis,& in corpus Christi cœlo longè à se distra bros componat: quomodo sæpe stylum uertat, *sine
3 ctus. Non† moueat ergo aliquem, qui mult esse iterum quæ digna legi * sunt scripturus: & homi
granum fermum in ecclesiã Christi, & non pale ni,qui non laborauit,det partem suam.Hæc ille, Ambros.
leuis uno flatu misso ab ore hæretici transferen- AVCTOR. Ergo putasne Vuitcleff fecit luge- Ser. 1.
da per uacuum: Non moueat inquam quòd iste re Hieronymũ qui totiens imponit ipsi in angu
protohæreticus Witcleff Augustinum uocat lis opusculorũ suorũ,quòd secum dixit i epistola
in testem: maxime cum ipse Augustinus tot lo- ad Edibiã, quòd sacramentum Eucharistiæ
cis,ut patenter monstraui, tam plane repugnet; est panis rudis? Putàsne fecerit lugere Augusti-
ut si Augustinus iam nobiscum uitam ageret, num, quòd secum diceret contra totam ecclesiã
putari posset uelle eum dicere,quòd mentiretur Christi Iesu de sacrificio & sacramento:de acci
in testem.Et quid putas Vuitcleff tunc diceret? dente & subiecto: & cæteros sanctos patres,qui
Reuera non facile,sed adhuc adderet dicere:sal- bus hanc inflixit contumeliam, quòd sint fauto-
tem olim tua fuit ista sententia,quemadmodum res hæresum,& auctores? Nunquid ad sensum iã
non confundebatur dicere improbus Iulianus dictum Hieronymi quotiens Christianus offen-
adhuc Augustino superstiti: sicut lib.6.contra dit in nomine Hieronymi,Augustini,Ambrosii,
Cypriani

Cypriani,uel Hilarij,cum ista nomina legerit in A corpus est,& non multa corpora, ita & unum sa
libris hæretici,totiens cruciatus modo suo san- crificium,quod expurgauit nos,offert:illud offe-
ctus pater cogatur exclamare, & dicere,Iã odiui rimus & nunc,quod tunc oblatum est,qui'a incon
omnem laborem meum,quo laboraui sub sole: sumptibile: hoc in rememorationem sit eius,
quia quod pro fide corroboranda composui, in quod tunc factum est. Hoc enim (ait) facite in Matth.26.
eius solutionem proficit,& in corpus ecclesiæ ua meam rememorationem.Non aliud sacrificium
lida tela iactat. Quod singulis,pdesse uolui,mul quemadmodum pontifex, sed idem semper faci
tos lædit,quod nolui.An putas status glorię im- mus.Magis autem rememorationem operamur
petus istos non sustinet?Fateor,glorioſos eos cẽ sacrificii Christi. Hæc ille. AVCTOR. Vbi pa-
seo,& non nisi magna portione beatos esse, de tet me non torquere textum apostoli ad sensum
Hebr.6 quo scribit Paulus ad Hebr.Rursum crucifigẽtes extraneum cum Chrysostomus ad literam expo
sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Et nat apostolum de sacrificio corporis in altari,ap
iterum ibi,quòd spiritui gratiæ contumeliam fe plicans uerbum Christi,Hoc facite in meam cõ
cerint peccatores extremi. memorationem.quod de consecratione Eucha-
ristiæ nullus ambigit esse dictum. Et in annota-
tionibus suis super epistolam istam Pauli,in eo-
dem sensu, & penè in eisdem uerbis scribit AN- Anselmus
¶QVOD OBLATIO ALTARIS SELMVS. Et si nos (inquit) quotidiè offeri-
iuxta fidem est una simpliciter in natura. mus,recordatio mortis eius est:& una hęc hostia
Cap. XXXII. est,non mulæ,quia semel tãtùm oblata est. Nec
SVMMA. B à multis hominibus multi Christi offeruntur,sed
unus ubique, & semper plenus est,ubique unum
1 Sacrificium altaris cum uarietate locorum,tempo corpus:semel oblatus,nũquàm consumit, Quod
rum,sacrificantium quoque,& uisibilium specie nos agimus, recordatio sacrificii est. Nec causa
rum quòd sit unum sine multitudine,& idem si infirmitatis eius repetitur,quia perficit homi-
ne mutatione, & eximio modo unũ supra omne nem,sed nostrę, qui quotidie peccamus.Hæc il-
Iudaicum sacramentum,ostenditur. 1 le. AVCTOR. Quisquis † ista perpendit, ui-
2 Sacrificij altaris unitas sanctorum dictis demon- det, quòd necessitate fidei nostræ constringimur
stratur. dicere quòd sacrificium altaris est cum uarietate
3 Sacramento ex eodem,& ex una re quomodo pa locorum,& temporum,sacrificantiũ quoq; & ui
scantur boni & mali, quamuis Christi gratia di- sibilium specierum, unum sine multitudine, &
uersè in eis operetur. idem sine mutatione, & eximio modo unum su-
4 Corpus Christi quòd corporaliter in sua natura in pra omne iudaicum sacramentum.Si dicat Wit-
sacramento tam à bonis quàm à malis comedatur,spiritualiter autem & corporaliter à bonis cleff unitatem sacrificii aggregatam esse ex uisi-
tantùm. bili pane & corpore Christi in cœlo: potuit sa-
cerdos Iudæorum dicere ad Paulum, Sacrificia
nostra omnia & pecorum magis identificantur
tam loco q̃ subiecto,quæ in eodem genere pro-
pinquo consistunt, puta animalis bruti. Si dicat
unum ex pane & respectu tropico, quis nescit
illa plus multò distare?Si dicat unitatem illã pe-
nes rem ipsam esse illo uisibili sacrificio designa-
Hab.10 POstolus Paulus ad Hebræos decimo, C tam:sic erant tunc sacrificia Iudæorum non mul
contra aggregatum sacrificium Wit- ta,sed unum, & æquè unum ut nostrum, quia in
cleff agens,præfert sacrificium nostrũ omnibus illis unus Christus designabat, & sicut
sacrificijs Iudæorum,quia erant mul- in singulis nostris hostiis uariis & diuersis loco,
ta:oblatio uerò nostra semper est una.Sanctifica tpe, & subiecto. In nullo ergo sufficit Witcleff
ti(inquit)sumus per oblationem corporis Chri- tenere unitatem,quam Paulus hic prædicat, sine
sti Iesu semel.Et omnis sacerdos præsto est quo- unitate subiectiua sacrificii Christiani. Ita quòd
tidiè ministrans, ut easdẽ sæpe offerens hostias, sacrificiũ nostrũ,qđ quotidiè offerimus,& quoti
quæ nunquàm possunt auferre peccata.Hic autẽ diè tenemus in manibus,nil aliud sit in natura, q̃
unam pro peccatis offerens hostiam in sempiter corpus Christi unũ, & idẽ Christus,& sicut dixe
num sedet ad dexterã Dei, de cætero expectans, re doctores cõtra argumẽtum Witcleff de mul-
donec ponantur inimici eius scabellum pedum tis Christis. Non (inquiunt) multi Christi, sed
eius. Vna enim oblatione consummauit in sempi Christus unus in omni loco oblatus, & non
Chrysost. ternum sanctificatos.Et in expositione homilia. aliud sacrificium,sed semper idem facimus:non
To.5 17. CHRYSOSTOMVS. Eadẽ(inquit)sem-
per offerimus,non nunc quidam aliam ouẽ,cras
uerò aliam,sed semper eandem.Idem. Vnum est
sacrificium in sermone hoc. Quia in multis lo-
cis offertur,ideo multi Christi?Nequaquam,sed
unus ubique Christus: & hic plenus existens unũ
corpus.Sicut igitur in multis locis oblatus, unũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem genere, uel specie: nō idem aggregatione, uel significatione, qualiter sacrificiū Iudaicum potest idem esse & unum: sed idem secundum sentiam, & subiectum, & numeraliter uerè unū. Hoc est sacrificium Christianorum unum. Quisquis hanc unitatem destruit, Apostolo contradicit. Et notanter ualde dicit, quòd hoc idem sacrificium facimus, quod ibi dicit Christum, & corpus eius: Christo dicente (inquit) Hoc facite in meam cōmemorationem, falsificans istum Witeleff, qui dicit corpus Christi non esse sic sacrificabile. Iam ultra de hac unitate sacrificii nidecamus. Quarto enim libro contra Cresconium. c. 19.* AVGVSTINVS. Nec† duodecim (inquit) apostoli furtis Iudæ communicabant, & tamen cum illo eidem domino uisibiliter cohærebant, eundem magistrum audiebant, idem credendū euangelium percipiebant, eadem sacramenta sumebant corporali cum illo congregatione permixti, dissimilitudine separati. Et infrà de Cypriano qualiter communicabat sacramēta cum hæreticis. Quorum corporalem congregationē non refugiebat, ad altaria eadem conflictebat, cū dem sacratissimum cibum potumque sumebat, Illi enim, non aliis, sed sibi iudicium manducabant, & bibebant. Ille autem cum talibus non eorum peccata, sed mysteria Christi communicabat: coniunctissimus cœtibus: disiunctissimus moribus. Hæc ille. AVCTOR. Si eadem sacramenta sumebant duodecim cum Iuda, & Cyprianus cum perfidis: sicut idem euangelium, eundē magistrum Christum: sed nō aggregatum euangelium, non aggregatum Christum, sed uerum unum: non hominem tantum, sed Deum audierunt, & uiderunt: ergo sic eundem non infimè sacrum, sed superlatiuè sacratissimum cibum & potum: non corticem sacramenti, sed medullaris corporis Christi communiter corporaliter manducabant. Sed hi ad uitam, & illi ad iudiciū. Unde Petilianus hæreticus uolens uideri peritus, in hoc arguens Augustinum, Paulus (inquit) clamat, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quę enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis cum tenebris? Quæ autem cōuentio Christi cum Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli? intendens iustum cum iniquo non posse eadem interiora percipere sacramēta: quia de exterioribus signis nulla lis erat. At contra li. 2. contra eundem Petilianum* respondione. 39. AVGVSTINVS. Verba (inquit) Apostoli agnosco, sed quid adiuuent omnino non uideo. Quis enim nostrum dicit esse participationem iustitiæ cū iniquitate, etiam si iustus & iniquus, sicut Iudas & Petrus, pariter sacramenta cōmunicent? Ex† una quippe re sancta Iudas sibi sumebat iudicium, Petrus salutem. Hæc ille. AVCTOR. Vtrobique dicit Augustinus, quòd ex una re, ex eodem sacramento pascuntur boni & mali. Aliquando audirem si placeret ei, quòd ex duobus pascuntur: iste, scilicet bonus, ex Christi corpore: ille, scilicet Iudas, ex nudo sacramento: aut quòd illud unum est aggregatiuè unum & minus unum, quàm illi, qui dissimiliter illud sic unum accipiunt. Sed & contra Donatistas lib. 5. de baptismo. † ca. 7. idem AVGVSTANVS. Sicut (inquit) Iudas, cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, in se locum diabolo præbuit: sic indignè quisque sumens dominicum sacramentum non elicit ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim & sanguis domini nihilo minus erat etiam cum illis, quibus dicit Apostolus, Qui manducat, aut bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Hæc ille. & est in decretis de consecrat. distin. 2. cap. Sicut Iudas. AVCTOR. Planè ecce dicit Augustinus, quòd corpus & sanguis domini nihilo minus ni eis erat, qui sumpserunt indignè, quàm indignis, nihilminus in Iuda, quàm in Petro. Iam non dicit sacramentum corporis, aut sacrificium: sed planè dicit corpus & sanguis domini. Fallitur ergo Witeleff, quando de extimo sacramento, & non de intimo exponit Augustinum. Corpus enim & sanguis Christi sunt intimum, non autem foris patulum sacramētum. Sic sanctus pater ANSELMVS, qui melius ignaro Witeleff Augustinum intus & in cute nouit, cum exposuit lib. de corpore & sanguine domini. ca. 8. dicens. Sicut sol uno radii sui calore hinc ceram soluit, inde lutum stringit: & non diuersus in se diuersa operatur in rebus, utens rerū materiis, sicut eas inuenit: sic Christi gratia, quantum in ipso est, uno modo se in omnes effundit: sed diuersos inueniens animos, diuersè in eis operatur, hūc in amorem sui misericorditer emolliens, illū iustè nō miserendo indurās. Nā cui uult, miseretur, quē uult, indurat. Talis fuit Iudas in conuiuio Saluatoris, cui fuit uenenum buccella dominica, quam de manu eius suscepit, quam cū suscepit, inimicus in eum intrauit non quia malum, sed quia bonum malus malè accepit. De uno enim pane, & Iudas accepit, & Petrus: sed tamen quæ pars fidelis cum infideli? Petrus enim accepit ad uitam, Iudas ad mortē. Hęc ille. AVCTOR. Nec tamen dicitur corpus Christi uel sanguis actu iam sacrificium omnino sine specie sacramenti: sicut nec sacramentum, uel hostia consecrata: sed ut induit formam panis aut uini: sic est Christianorum sacrificium quotidianum. Nec est sacrificium aggregatū secundū hoc, sicut formale uisus obiectum non est color secundū se sine luce, uel quātitatiua mēsura: nec tamen

*cap. 26. Aug. To 7 Io. 12. & 13.

2

1. Cor. 11

1. Cor. 6

*cap. 40. Aug. To 7

3

A

B

C

tamen illæ res aggregatim sunt unū, nisus, obiectum, seu color, ut quantitate distenditur, & ut sub luce percipitur. Per se enim una potentia ab uno per se agente formatur: nec est unus homo dicendus aggregatim ex natura sua: & moribus, uel actibus, sicut nec ex uestibus suis: sicut aliàs rudibiliter dicit, religionem priuatam esse unū aggregatum ex regula, & patrono, & omnibus obseruantijs & ritibus: sed homo unus ex natura una sub proprietatibus his uel illis compertus. Hoc item contra seipsum Witeleff assumpsit: quia iuxta sensum doctoris sui de diuinis officijs solet dicere. Sicut Christus est simul Deus & homo, ita hoc sacrificium altaris simul est panis & corpus. Constat autem secundùm ipsum, q̄ Christus non est aggregatim Deus & homo: ergo nec hoc sacrificium est aggregatim corpus & panis. Item nec Christus est figuralis Deus, nec homo tropicus: sed secundùm substantiam meram & naturam suam uterque, nec Deus differat ab homine in Christo homine per spatium infinitum: sicut iste panis in terra à corpore Christi in patris dextera. Quæ ergo proportio huius dispertionis ad illam conspersionem percelebrem? Maximè cùm Christus auctor huius sacramenti hanc carnis suæ naturam præcepit esse super terram in esum fidelium. In cuius euidentiā longè antè dixit per os sancti Iob dicentis:* Præcipiens nubi esto super terram. Super quo uerbo in libro annotationum AVGVSTINVS. Carni suę (inquit) ut per sacramentum accipiatur in memoriam eius ad imitationem humilitatis, & formationem charitatis. Hæc ille. AVCTOR. Pessimè ergo separat Witeleff, quæ Christus uoluit esse coniuncta, ponens sacramentum in terra, & corpus nusquàm secundum substantiam nisi in patris dextera. Augustinus autem dicit iuxta prophetam præcepisse Christū nubi carnis suæ, ut sit super terram in fidelium sacramento. Ita (inquit hæreticus) in sacramēto, non in se ipso. Imò dico in seipso, & in sacramento. Aliàs dicito mihi de hoc sacramento: Nunquid aliud est sacramentum à pane tuo: ita ut aliud sit sacramētum non res, & aliud sacramentū & res ipsa? Hic stupent omnes Witeleuistæ: quia corpus Christi ut est in cælo non est hic sacramentum cuiuscunque: & non est hic per eum nisi in signo denominante panem esse formaliter sacramentum: non est ergo corpus Christi aliud sacramentum à sacramento panis uisibilis. Quo contrà est, quòd à diuersis specie respectibus denominā tur panis & corpus esse sacramēta. Panis species est corporis sacramentum. Corpus uerò in natura est sacramentum corporis, quod est ecclesia. Aliud ergo sacramentum species panis, & aliud corpus. Hoc inquam sacramentum corporis secundùm naturam carnis est: de quo dicit AVGVSTINVS, quòd Iudas communicauit cùm Apostolis: quia hoc unum in omnibus ecclesijs est unum. Aliud sacramentum remotum non est in omnibus ecclesijs: imò nec in distinctis hostijs unum: & hoc idem sacramentum secundùm naturam & substantiam corporis Christi est, de quo non comedit qui squam indignus, scilicet spiritualiter ad uitam æternam. Et hoc intelligit Augustinus dicens indignos nō comedere carnem Christi, sed sacramentum solum. Vident enim periti fideles moris esse scripturarum dicere: hoc nihil esse, uel fieri, quando non ad hunc finem sic fit, sicut de cæco nato dixit Christus. Neque hic peccauit, neque parentes eius. non absolutè hoc intelligens, quòd non peccassent, sed sub additamento ibi expresso, scilicet ut cæcus nasceretur. Vnde super Ioannem, homilia. 55. CHRYSOSTOMVS. Hoc autem non à peccatis eripiens eos ait. Non enim simpliciter dixit, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed induxit, ut cæcus nasceretur: sed ut glorificetur filius Dei. Nam peccauerunt quidem, & hic, & parentes: sed non hinc, ait, processit ista cæcitas. Hæc ille. AVCTOR. Modus ergo loquendi Christi conditionem habuit tacitam, ut ij, qui multùm peccauerant, quia tamen hactenus non peccauerunt, ideirco non peccasse ferantur. Sic & Witeleff ipse sic dicit libro suo de ueritate scripturæ cap. 2. intelligendum esse illud Christi, Vos ascendite ad diem festū hunc, Ego autem non ascendam. in sensu determinationis suæ, scilicet publicè, & in hoc laudandum esse modum sic loquendi absolutum: quia in sensu proprio est uerus. Ita dicit Guimundus in casu nostro sic dictum esse, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et illud, Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit, id est, dignè, & perseueranter. In de corpore & sanguine domini libro. 3. GVIMVNDVS. Talis est & illa sententia, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Non enim omnes qui credunt, & baptizati sunt: nec omnes qui inuocant nomen domini, salui erunt, sed soli illi, qui cum bonis moribus credunt, & dignè inuocant nomen domini, salui erunt. Permultæ quoque aliæ & huiusmodi sententiæ in scripturis sacris reperiuntur, quæ nisi cum modis competenter intelligi non possunt. Ita & illud, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, dignè uidelicet, in me manet, & ego in eo. Hæc ille. AVCTOR. Secundum istum modum loquendi, & eis, qui manducare se dixerant in nomine Saluatoris, CHRISTVS ait. Non noui uos.

Iob. 37

Aug. To. 4. in uulga- ta nostra

Aug. Nota.

Aug. Ia. 15.

1. Cor.

Nota. Io. 9.

Chryso. To. 3

Guimūd. Mar. 16 Isai. 2.

Io. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non ita,ꝙ tam nihil erant, ut non eos nouerat secundum essentiam eorum:sed ad sui placitum ignoti erant quantum ad gratiam. Et ipsi tamen sic ignoti,scilicet quo ad gratiam,cogniti tamē quo ad suam existentiam: sic proportionaliter comederunt corpus Christi, scilicet corporaliter secundum carnis Christi ibi existentiam:non tamen comederunt, id est utiliter quo ad gratiā Christi. Vnde lib.2.contra Petilianum. responsione.55. AVGVSTI. Quid(inqt)dementius, quām sacramentis domini communicare, & uerbis domini non communicare? Hi utique dicturi sunt,In nomine tuo manducauimus, & bibimus:audituri,Non noui uos, qui corpus eius & sanguinem in sacramento manducant & bibunt, & membra eius toto orbe diffusa in euangelio non cognoscunt. Hæc ille. AVCTOR. Hic diceret Witcleff malè dixisse August. sed dixisset, ꝙ isti sacramentum corporis & sanguinis domini manducauerant & biberant:nullatenus autem corpus & sanguinē domini in sacramento. E contrariò reuera ecclesia catholica dicit peccatores Christianos comedere sacramentum corporis & sanguinis domini,id est,corpus & sanguinem intranitiuē dominicum sacramentum. Aliter enim nō plùs rei essent corporis & sanguinis domini,quàm bruta,si non plùs comederent nisi sacrum panem,quē comedunt forsan bruta. Quo contra Apostolus Paulus omnes indignè sumentes dicit esse reos corporis & sanguinis domini: quia item non dijudicant corpus domini. Hoc domini. Hoc nullatenus diceret de eis pro sumptione panis sancti,& non corporis domini. Sed obijcis ex AVGVSTI. de uera innocentia,propositione.339.dicente. Escam uitæ accipit & æternitatis poculum,qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nam qui discordat à Christo,nec carnem eius manducat,nec sanguinem bibit,etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium præsumptionis quotidiè indifferenter accipiat. Et. 21. de ciuitate Dei cap. 26. Qui est in eius corporis unitate, id est, in Christianorum compage membrorum:cuius corporis sacramētum fideles communicantes sumere de altari cōsueuerunt,ipse uerè dicendus est manducare corpus Christi,& bibere sanguinem Christi. Ac per hoc hæretici,& schismatici ab huius unitate corporis separati,possunt idem percipere sacramētum,sed non sibi utile,imò uerò etiam noxium. Hæc ille. AVCTOR. Respondet ecclesia catholica Augustinum filium suum bene dicere, quòd talis,qui est extra compagem membrorū Christi,non manducat reuera carnem Christi: quia quanuis manducet carnē,si spiritu non manducet,similior est comestio eius actui mortui,quā uiuentis. Idcirco non manducat,ergo quia spiritualiter non manducat,ad uitam æternam. Hactenus enim exemplorum auctoritates uidentur declarare Augustinum beatum sic loqui, quemadmodum Christus loquebatur in euangelio, tā affirmatiuè,quàm negatiuè propositiones suas absolutis uerbis pronuntians:quas tamē ad sensus determinatos,sub quibus intelligerētur, proueritate remisit. Absolutè enim dixit, Omnis ꝙcunque inuocauerit,intelligens,dignè,& qui credi- tract.2. derit &c. Intelligens perseueranter in bono. Et non peccauit hic,aut parētes eius, intelligens ut cæcus nasceretur. Et non noui uos,id est ad effectum participandi gratiam meam. Ita Augustinus,qui plerunque ad formam scripturæ uerba relaxat,dicit:Qui discordat à Christo, carnē eius manducat,intellige secundum spiritum ad uitam. Sed ex hoc non negat,quin manducet corporaliter Christi carnem ad iudicium, quod & uerba eius ibi conuincunt. Quia si ex hoc solo teneas Augustinum,quia dixit,discordes à Christo comedere sacramentum corporis Christi, hoc idem dixit de fidelibus. cuius corporis (inquit) sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt. Sed quòd hic sacramentum,ipse se dat intelligi de sacramēto,quod est res,& non de signo tantum. Idcirco totiens dicit de Iuda & de præscitis, quòd comederunt cum alijs corpus domini:sicut libro de gratia noui testamenti*cap.de peccatoribus dicit sub nomine diuitum AVGVSTINVS. Neque (inquit) frustra ita distincti sunt, ut de pauperibus suprà diceretur, Edent pauperes,& saturabuntur. Hic uerò manducauerunt,& adorauerunt omnes diuites terræ. Et ipsi quippe adducti sunt ad mensam christi:& accipiunt de corpore & sanguine eius:sed adorant tantùm,non etiam saturantur, qui non imitantur. Manducantes enim pauperem, dedignantur esse pauperes: quia christus pro nobis passus est relinquens nobis exemplū, ut sequamur uestigia eius. Veruntamen quòd humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem,mortem autem crucis, aspernantur diuites,& similia perpeti respuunt:tumore, non magnitudine:infirmitate,non sanitate. Sed quia Deus excitauit eum à mortuis,& donauit ei nomen,quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum:fama celsitudinis eius, & gloria nominis eius in ecclesia usquequaque diffusa,permoti,& ipsi ueniunt ad mensam: manducant,& adorant:non tamen saturantur,quia non esuriunt,& sitiunt iustitiā. Hæc ille. AVCTOR. Ecce omnes diuites terræ,qui non esuriunt, neque sitiunt iustitiā,fama nominis eius pmoti,ueniunt ad mensam Christi,& accipiunt de corpore & sanguine eius: & nunquid omnes ipsi sunt eo ipso peccatores & multi præsciti? Hi ergo sicut & Iudas iam iuxta Augustinum non solùm sacramētum extimum & remotum, sed interius sacramentum Christi corporis in natura sua accipiunt: quia tamen Christi pauperiem imitari non dignantur,comedunt quidem ipsum paupe rem Christum,ut dicit Augustinus, sed nullatenus saturantur:quia ipsum in suum spiritum non assumunt. Et hoc semper est,quod alibi dicit ꝙ non comedunt:quia ex eo non saturantur quod comedunt. Et super Ioannem* homili.27. AVGVSTINVS Participatione enim filij, quod est per unitatem corporis eius & sanguinis homo manducans uiuit,non sumens tantum in sacramento,quod & mali faciunt: sed usque ad spiritus participationem:ut in corpore domini tanquam membrum maneat,& eius spiritu uegetetur. Hæc ille. AVCTOR. Et hic dicit homines manducantes participare filium Dei per unitatem corporis,non tantum in sacramento ipsum sumentes,ut mali faciunt. Hic quæro à te. Quomodo mali sumunt corpus Christi in sacramento?non spiritualiter quia sic solùm boni sumunt ad uitam,non corporaliter per te:quia nec sic sumunt benè. Quomodo ergo? uel dā tertium:nisi dixeris eos sumere tantum sacramētum. Sed ego peto quid sumunt in ipso sacramento,quod scilicet imputatur eis ad pœnam: nunquid sacramētum in sacramento? quod adhuc falsum est:quia sacramentum illud assumunt in seipso,non autē in suo signo. Nisi idem ergo sibi sit signum, corpus Christi uerum in illo signo comeditur. Vnde sermone primo de uerbis Apostoli AVGVSTINVS. Tunc uita erit uniciuiq; corpus & sanguis Christi,si quod in sacramento uisibiliter sumitur,in ipsa ueritate spiritualiter mādūcetur. Hæc ille. AVCTOR. Ex isto ergo liquet, ꝙ illud idem,quod spiritualiter manducatur in ueritate, corporaliter quia uisibiliter comeditur in sacramento. Sed hoc non est illud uisibile sacramentū panis tui,quod spiritaliter manducatur in ueritate,sed solum corpus Christi secundum substantiam suæ carnis:ergo idem ipsum corpus Christi comeditur uisibiliter & corporaliter in sacramento. Sed hic conticent Witcleuistæ. Catholici uerò palam cum Augustino conueniunt,quòd † corpus Christi corporaliter in sua natura in sacramento tam à bonis,quàm à malis comeditur. Spiritualiter autem & corporaliter à bonis tantùm. Vnde sic colligit fidem à patribus in libro de corpore & sanguine domini.cap.10.contra auctorem tuum de officijs,uenerandus ANSELMVS. Sciēdum(inquiens) ꝙ carnis illius uel corporis spiritualis sacramentum est caro uel corpus Christi,quod in ara Crucis, & in altari sacrificatur, & corporaliter manducatur. Se-

quitur. Cæterique doctores ecclesiæ sacramento tenus eos dicunt corpus Christi mandutare, qui manducant indignè:quos tamen manducare corpus Christi tam suprà præstructum est licèt non manducent carnem illam, quæ uiuificat per spiritum uiuificantem. Permittuntur siquidem, sicut Iudas ad iudicium suum in carnem illam (ut ita dicam) corporalem incurrere, de qua dicit Apostolus, Et reconciliauit uos in corpore carnis suæ per mortem. Hæc ille. AVCTOR. Et bene dicit Anselmus, quòd cæteri doctores ecclesię hoc dicunt:quia cæteri omnes in Christi corpore commanentes:imò magister sententiarū, cū suis scholasticis, qui hanc desipientiam tuam, quam per se inuenerant, magna auctoritatum & rationum suarum mole suppresserant. Mirū igitur qua temeritate istos non salutas in transitu: satisfaciens respondēdo,uel humiliando tot dominis tuis ceruicem tuam durissimam.

¶QVOD NON SIT CORPVS Christi & sanguis in sacramento tantùm per figuram, sed etiam secundum carnis substantiam, & naturam. Cap.XXXIII.

SVMMA.

1 *Vuitcleff,qui figuram solam corporis Christi & sanguinis in sacramento concessit,confutatur.*
2 *Hæc dictio facite,quam uim habeat,ostenditur.*
3 *Sacerdotum nouæ legis præstantia.*
4 *Increpatio auctoris aduersus Vuitcleff de iniqua scripturæ interpretatione. Et quomodo inciderit in errorem eorum,qui Paradisum nisi figuralem esse dixerunt.*
5 *Panis quòd non annihilatur, sed transubstantiatur. &c.*

OMNIS, qui libros Witcleff attentè considerat, & ad omnes fines dictorū eius frustra coniungit, perspicacissimè nouit,quòd figuram solam corporis Christi & sanguinis in sacramento concesserit: quod ipse concludens breui summa lib.4. trialogi.cap.7.dicit. Quantum ad modum,quo panis Vuitcleff. ille est corpus domini,firmiter hoc crede, cum Christus,qui mentiri non poterit,ita dicit:& nō uisti,quòd triplex est prædicatio. s.formalis, essentialis,& habitudinalis. Relictis in ista materia duabus prioribus, ad tertiam oportet attendere. Nam secūdum tertiam dixi tibi,quomodo dixit Christus de Baptista,ꝙ ipse sit Elias. Apostolus de Christo. 2. Corinthiorum. 9. Petra(inquit)

Triplex est prædicatio.

Matth. 11. 2. Cor. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit)erat Christus. Et Genesis. 41. Fides scriptu A
ræ asserit, quòd septem spicæ, & septem boues
crassæ, sunt septem anni. Nec dubium in istis lo
Gen. 41. cutionibus est prædicatio secundùm habitudi-
nem, & non secundùm essentiam, uel formalis.
Et infrà. Nec audiendi sunt hæretici, qui sensum
istum nituntur excludere per hoc falsum: quòd
euangelium nec antè, nec post habet talem mo- 2
Lu. 22. dum loquendi figuratiuum. Nam Lucæ. 22. sta-
tim subiúgitur, Hoc facite in meam commemo
rationem. Ac si diceretur. Hic panis sacramenta
lis in efficacem mei memoriam capi debet. Simi
1. Cor. 11. liter primæ Corin. 11. Hic calix noui testamenti
Mar. 14. est in meo sanguine. Vbi non dubium, quin ista
sit figuratiua locutio, cum Marci. 14. dicat Chri-
stus. Hic est sanguis meus noui testamenti. cum
mens catholici non capit, quòd panis sit corpus
Christi, nisi intelligendo figuratiuè. Hæc ille.
AVCTOR. Iam ergo concedit in sacramen-
to, panis substantiam, corporis Christi solam fi- B
guram, typum carnis, non essentiam: & sacramẽ
tum illud esse signum corporis, non substantiã.
Primus inchoator huius figuræ nõ est Witcleff,
sed ante eum Berengarius eam instituit: ut patet
in confessione eiusdem dicentis. Anathematizo
eam hæresim, de qua hactenus infamatus sum,
quæ astruere conatur panem & uinum, quæ in al
tari ponuntur, post consecrationem solummo-
do sacramentum. Et qualiter Witeleff arguit, p
pane materiali, per hoc, quòd scripturæ, & do-
ctores dicunt panem corpus domini esse: ita Be-
rengarius (ut patet in libro Lanfranci) de propria
confessione sua, tempore Nicolai. Et licut Wit-
cleff se putet ibi superare magistrum: quia ipse
audacter concedit panem esse corpus Christi, q
secũdum figuram. Certè Berengarius hoc idem
concesit, addens item secundum substantiam,
quod Witcl. ff nunquam concesit. Ista sunt ui-
Responsio ad Witt-cleff. denda posterius. Sed † adeamus commentatorẽ C 1
istum Berengarij, ubi fundat prædicationem
suam typicã, quam habitudinalem appellat. Nã
quantum ad exempla scripturæ, quòd Baptista
est Elias: septem spicæ, septẽ anni: & petra Chri
stus, uerum est, istæ locutiones sunt typicæ. Re-
staret probare, quòd uerba Christi de consecran
do sunt talia. Probare te putas per illud Aposto-
li, Hic calix nouum testamentum est in meo san
guine. O dolus? Nõ dubium (inquit) quin hæc sit
figuratiua locutio. Certum est calicis & noui te
stamenti. Sed proba, quòd sanguinis. Et ibi. Hoc
facite in meam commemorationem. potest esse
figura commemorationis, non confectionis.
Quod commemoratur figura, q passio Christi
est. Quod autem conficitur, proprietas, & ueri-
tas est, quia corpus Christi est. Quod ergo dicit,
Hoc facite, tam in corpore, quàm sanguine pro-

pria locutione hoc dicit. Quod autem in meam
commemorationem ait, figuram passionis insi-
nuat, & ibi fides se exhibet. Nam (ut Augustinus
dicit) ex circunstantijs scripturarum res asserta
perenditur. Quo modo enim Christus intelle-
xit hoc esse corpus suum, siue propriè, siue typi-
cè: attende quod sequitur, Hoc facite in meam Facite quotiescunq;
commemorationem. Nunquàm † reperies in scri
pturis (si non fallor) figuras locutionum esse fa-
ctas. Habes septem spicas, septem annos: nusquã
dicitur quòd sic factæ sunt. Habes petram Chri-
stum, nusquàm habes quòd facta est Christus.
Habes Baptistam Heliam: non habes usquàm, q
Christus fecit eum Heliam: quia figura dictionis
est, nõ essentiæ. Hic habes, Hoc facite, id est, hoc
corpus conficite unà mecum in posterum in meã
commemorationẽ. Hæc una circunstantia euan
gelica differentiam facit innotescere hujus, & il
larum præcedentium dictionum. Quemadmo- Chrysost. Tom. 1.
dum magnus ille doctor, & (ut tu fateris) logi- B
cus & subtilis philosophus CHRYSOSTO-
MVS dicit, ideo legem Moysi cum figuris suis
datam esse: gratiam autem & ueritatem per Ie-
sum Christum factam. Declarans textum illum
Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Gratia & ueri-
tas per Iesum Christum facta est. Homil. 13. su-
per Ioannẽ, Chrysostomus. Non enim construit
sermone eminẽtiam, sed à nominibus nudis dif
ferentiam ostendit: gratiam & ueritatem oppo-
nens legi. Et hoc, id est, facta est: huic, id est, data
est, opponens. Multum autem medium alteru-
trorum. Nam quidem hoc est ministrantis, scili
cet data est, accipientis ab alio, & dantis his, qui
bus iussus est dare. Hoc autem, scilicet facta est
gratia & ueritas, regis est cum potestate omnia
dimittentis peccata. Et infrà. Quid igitur ait ty- Ex
pus? Accipite agnum secundùm domum, & sa-
crificate ut iussit, & promulgauit. Christus autẽ C
non ita. Neque enim iubet hoc fieri, sed ipse fit:
sacrificium, & oblationem patri offerens. Vide
qualiter tropus datus est per Moysen: ueritas aũt
facta est per Christum. Hæc ille. AVCTOR.
Perpende ergo ex hac declaratione Chrysosto-
mi, typum & ueritatem, legem & gratiam, per
has proprietates differentiales, dati, & facti, di-
stingui: non quasi per disparata, sed per opposi-
ta. Sic enim dicit. Gratiam & ueritatem oppo-
nens legi per data est & facta est: item oppositi
est. Et figuræ legis datæ sunt per Moysen tanquã
in ministerio. Gratia & ueritas per Iesum Chri-
stum factæ sunt quasi per regem. Vnde ideo fi-
guræ datæ sunt, nõ factæ: sed ueritates nouæ le
gis iussu Christi sunt factæ. Et † quanuis item sa- 3
cerdotes nostri consecrantes corpus Christi sint Sacerdotes nostri
ministri in comparatione Christi: quia tamen cõ
secrant ueritatem, sunt in comparatione sacer-
dotum

dotum ueteris legis reges, tenentes iuxta Petrum A
regale sacerdotium, constitutione Christi dicẽ-
tis, Hoc facite. Non uult tamen negare Chryso-
stomus, quin ipsi ueteres aliqd fecerint immo-
lando figuratitium pascha: sed non fecerunt figu
ras, quauis in illorum factis figura latebat. Quẽ
admodum. 8. lib. super Genesim, ad literam. ca.
Aug. To. 3. 5. huiusmodi figuras locutionum & gestorũ di-
stinguit AVGVSTINVS, dicẽs. Ipse est ouis,
quæ immolatur in paschate amen & illud nõ tan-
tùm dicendo figurabatur, sed etiam faciendo.
Luc. 15. Neque enim ouis illa non erat ouis. Planè ouis
erat, & occidebatur, & manducabatur, & cum eo
uero facto aliud etiam quiddam figurabatur, nõ
sicut ille uitulus saginatus, qui minimo filio re-
uertenti in epulas cæsus est. Ibi quippe ipsa nar-
ratio figurarum est, non rerum figurata significa
tio gestarum. Hæc ille. AVCTOR. Ita distin-
guit figuras ex factis à figuris non existentibus
solis uerbis, sed cùm facto aliud quiddam figu-
Contra Wicleff. 4 rabatur. Aliaũ rursus contra Witcleff increpa- B
tionem adduco de iniqua interpretatione scri-
pturæ Christi prædictæ: eo quòd torquet eam in
deterius, nulla necessitate cogente. Nullus igno-
rat, quin qui dliber deterius est per figuram, quã
est id ipsum per essentiam. Et melius est, quod est
per essentiam, quam quod per figuram. Melior
homo per essentiam, melior sol, melius cælum,
melior ipse Deus per essentiam, quàm per figu-
ram extraneam, & remotam. Vt quid ergo expo
nit corpus Christi ibi per figuram, si posset ex-
poni per essentiam? Dicas non potest: & tota ec
clesia sanctorum detestatur tuam perfidiam. Iõ
Paradisus. in hac parte errorem incidit eorum qui Paradi-
sum nisi figuralem rem esse dixerunt: non autem
rem corpoream, ut est homo, uel cælũ, & ad hoc
omnem expositionem ponebant mysticam, sper
nentes historiam tanquam falsam. Contra quos
Aug. To. 3. 8. lib. super Genesim ad literam in principio AV C
GVSTINVS. Eorum (inquit) quidam non pro
priè, sed figuratè paradisum intelligi volunt. Nã
qui omnino aduersantur his literis, aliàs cũ eis
atque aliter egimus. Quanquàm & hic in ipso
opere nostro quantum ualemus, ita defendamus
ad literam: ut qui non rationabiliter moti pro-
pter animum peruicacem uel hebetem credere
ista detrectant, nullam tamen rationem inue-
niant, unde falsa esse conuincant. Sequitur. De
proximo ergo attendant istam præsumptionẽ,
quò tendat, & conentur nobiscum cuncta primi
tus, quæ gesta narrantur, in expresione proprie
tatis accipere. Quis enim eis postea non faueat
intelligentibus quid ista etiam figurata significa
tione commoneant? Sanè si nullo modo possunt
salua fide ueritatis ea, quæ corporaliter hic no-
minata sunt, etiã corporaliter accipi: quid aliud

remaneret, nisi ut ea potius figuratè dicta intel-
ligeremus, quàm scripturam sanctam impiè cul-
paremus? Porrò autem si non solum non impe-
diunt, uerum etiam solidiùs asserunt diuidi elo-
quij narrationem, hæc etiam corporaliter intel-
lecta, nemo erit (ut opinor) tam infideliter per-
tinax, qui cum ea secundum regulam fidei expo
sita propriè uiderit, malit in pristina remanere
sententia: si fortè illi uisa fuerint non nisi figura-
tè posse accipi. Et infrà. Sanè, inquam, quisquis
uoluerit omnia quæ dicta sunt secundum literã
accipere, id est, non aliter intelligere, quàm litera
sonat, & potest euitare blasphemias, & omnia
congruentia fidei catholicæ prædicare, non so-
lum ei non est inuidendum, sed præcipuus mul-
tumque laudabilis intellector habẽdus est, Hæc
ille. AVCTOR. Ad omnem pedem transeo
cum Augustino, ut Witcleff euellam. Qui dictu-
rus modum Christi corporis in sacramento, sta- B
tim uolat ad exempla scripturæ, quæ non nisi fi-
guratè possunt intelligi: de septem spicis: de pe-
tra Christo: & Baptista nostro Elia. Sic item isti Gen. 41. 1. Cor. 10. Matt. 11. Cant. 4. Augst.
narrantes typicum paradisum, festinabãt ad hor
tum conclusum in canticis canticorum: contra
quos, ubi suprà AVGVST. Narratio (inquit)
in his libris non genus locutionis figuratarum re
rum est, sicut in cantico canticorum: sed omni-
no gestarum est, sicut in regnorum libris, & hu-
iusmodi cæteris. Hæc ille. AVCTOR. Ita di-
cit ecclesia Christi. Locutio Christi in hoc loco
euangelij de corpore suo, non genus locutionis Gen 41.
figuratæ est, sicut locutio Moysi de septem spi- Gen. 2. Gen. 19. Exo. 4. 10. 2.
cis: sed rei gestæ, & sic factæ per substantiam. Si-
cut os Adæ conuertebatur in fœminam, uxor
Loth in statuam, serpens in uirgam, riuus in san
guinem, aqua item in uinum: & hæc omnia non
secundum figuram tropicam, sed secundum es-
sentiam, sic licut dicta sunt, sic facta sunt. Et iu-
xta primum uerbum Augustini iã suprà, in hoc
opere nostro quantum ualemus ita defendamus
ad proprietatem substantiæ, ut quanquàm Wit-
cleuistæ propter animum hebetem & peruicacẽ
ista credere recusent, nullam tamen rationem in
ueniant, unde falsa esse cõuincant. Et iuxta quod
subdit Augustinus, si non solùm nõ impediunt,
uerum solidius asserunt Christi consecrationis
historiam hæc non tropicè, sed corporaliter, &
substantialiter intellecta: corpus scilicet & san-
guis domini in sacramento, ultra opinionem Au
gustini erit pertinax, qui cum ea secundum regu
lam fidei propriè uidet exposita, malit ea figura
tim exponi, quàm propriè. Vnde sicut concludẽ
ter asserit Augustinus: quisquis secundum literã,
id est, ad proprietatem rei, cuncta possit accipe-
re, & uitare blasphemias, & omnia congruentia
fidei catholicæ prædicare: non ei ut Witcleuistis

inui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuidendum esset, sed præcipuus esset & laudabilis intellector habendus. Non nego corpus Christi esse ibi figuram, sed ecclesiæ: nego autem esse figuram corporis eius personaliter assumpti: sed est ipsum ibi per essentiam propriam. Sicut paradisus est p figuram, non minus tamē est paradisus in essentia. Ibi ergo peccat, qui ut statuat figuram, aufert essentiam. Sed essentia ipsa corporis ad proprietatem in sacramento concepta, terra est, super quam figuralis conceptionis fabrica consummatur. At quod frenum imponet Witcleff hæretico uolenti omnia Christi facta & dicta, & apostolorū eius dicere figurata, & nō propriè & ad literam esse facta? In commentario super Amos li. 3. textu. Qui ædificat in cælo ascensionem suam. HIERONYMVS. porrò (inquit) iuxta. 70 repromissionem suam fundauit super terram: ut omnes illius repromissiones, quas sancti prophetæ suo cecinerunt ore, nō inanem sonum habeant, & cassa solius tropologiæ nomina, sed fundentur in terra: & cum historiæ habuerint fundamenta, tunc spiritualis intelligentiæ culmen accipiant: ut uerè Christus de B uirgine natus sit: uerè Lazarum mortuum suscitauerit: uerè ad tactum eius hæmorrhoissa sanata sit: uerè in aduentu domini cæci uiderint, claudi cucurrerint, contractæ manus extensæ sint, lepra mundata sit. Licèt secundum tropologiam quotidiè de anima uirginali nascatur sermo diuinus, quotidiè peccato mortui, & uitiorum funibus alligati, de sepulchro scelerū suorum iubeantur exire: quotidiè sanguinis opera constringantur: cæci in infidelitate, Christi lumē cōspiciant: claudi cantes priùs fide, currant in uiam domini: & aridæ manus auaritia, extēdantur ad eleemosinam: & lepra Mariæ, quæ contaminat quicquid attigerit, recipiat pristinam puritatem. Hæc ille. AVCTOR. In his ergo omnibus figura sine re non sufficit. Vnde sicut asserens Christum natum de uirgine secundum figuram non uitaret hæresim, si proprietatem carnalis natiuitatis eius negaret: ita Witcleff consecrationem asserens figuralem corporis Christi, non uitat hæresim, si proprietatem eius corporis corporaliter remoueat a sacramento. Ecce, Manichæus aliquis (ut timet hic Hieronymus) dicet Christum resurrexisse, sed figuratè: sicut septem boues de flumine non substantialiter in sua carne, qua uia, quibus mediis, impediet eum Witeleff? Cur non ita Manichæo licebit solo tropo proprietatem resurrectionis Christi carnis excludere de sepulcro, sicut Witcleff proprietatem corporis sacramento? Dicit tamen sic panem factum corpus, sicut baptista fuit Elias, & sine probatione recedit. Ego cum ecclesia Dei obsisto, & dico corpus Christi substantialiter sacramentum: fundamen-

Amos. 9 Hieron. to. 6

Lu. 2. Io. 11. Lu. 8 Matth. 11. Matth. 9. Lu. 8 Matth. 12. Matth. 8.

Gene. 41.

A tum proprietatis naturæ ponens, & supponens figuræ, secundùm regulam Augustini præferendus essem, nisi probet blasphemiam. Quod ipse audiens properat afferre panis iniurias. Vos †(inquit) annihilatis panem & materialem essentiā. Ego respondeo. Reuera non ita agimus, sed in corpus Christi secundùm substantiam propriam ipsum conuertimus. Sed uos Witcleuistæ tollitis substantiam corporis glorioſi: solamq; habitudinem eius loco relinquitis. Vos (inquit) consecratis accidēs sine subiecto, quod eque falsum est. Et ego uerè respondeo. Sed uos sacratis tantùm panem marcidum sub respectu tropico: nos corpus Christi uerum sub accidente absoluto. Et dic mihi quod istorum est melius? An uerum Christi corpus secundum propriam essentiam, sub accidēte uero & sensibilium paucus panis cibarius, sub respectu fictissimæ rationis? uos pro pane uestro contenditis, & corpus Christi negligitis, & panē tropicum loco eius reponitis. Nos illum typum Iudæis relinquimus, & carnem illā, quam Iudei crucifixerunt, expetimus. Vnde. 4. * sententiarum ca. 14. DAMASCENVS. Non B enim (inquit) est typus panis & uinum corporis & sanguinis Christi. Absit. Sed ipsum corpus domini deificatum: ipsius domini dicentis, Hoc est corpus meum: non typus sanguinis. Et ante hoc Iudæis, Quoniam nisi comederitis carnem filii hominis, nō habebitis uitam æternam. Caro enim mea uerus est cibus, & sanguis meus potus. Hæc ille. AVCTOR. Attende, quòd doctor iste græcus, sicut & Hieronymus iam suprà, utitur aduerbio uerè, & eius nomine uerus: propriè oppositio modo contra typicè uel figuratè: & ita mos est doctorum omnium ecclesiasticorum. Quem modum Witcleff confundit, uerè & uerum dicens figuratè & figuratum. Et nō negligenter audiatur quàm concorditer dicat doctor. Non est (inquit) panis typus corporis. Absit. Dicat Witcleff. Nunquid secundùm eum panis est corpus in figura? ergo in typo uerito. Nec hoc dicit tantum, sed probat uerbis Christi dicētis, Hoc est corpus meum: non typus (inquit) C non figura. Quod autem iste assumit Damascenum pro parte sua, temeritati eius debet ascribi. de apostā. enim c. 17 in sententiis suis, inquit. In baptismo quia consuetudo est hominum aqua lauari, & oleo ungi, coniugauit eis Deus gratiā spiritus, & fecit ipsum lauacrum regenerationis. Ita quia consuetudo est hominibus panem comedere, & aquam, & uinum bibere, coniugauit eis suam diuinitatem, & fecit ea corpus & sanguinem suum, Ecce quòd panis fiet, & per consequens erit corpus Christi: & sic non destruetur, sed perficietur per mutationem supernaturalē. Hæc Witcleff. AVCTOR. Imò audi ueritatem

Panis non annihilatur. sed conuertitur. substantialiter.

Damasc. de fide orthodoxa Matth. 26.

Vuitcleff.

Hæc uerba sunt in cap. de fide ortho. Damasc.

Ad Vuitcleff.

tem sine nebulis. Ecce q̄ panis fiet, & per consequens erit corpus Christi, non secundum figurā: quia idem dicit, quòd nō est typus corporis, sed secundum naturam, & essentiam: & sic panis nō destruetur, nec materialis eius essentia, sed perficietur per mutationem supernaturalem, nō appellatiuam, uel tropicam, sed per transsubstantiationē essentiæ totius in totam essentiam: quia idem Damascē. dixit ibi sic, Corpus enim est uere unitum diuinitati, quod ex sancta uirgine corpus: non quoniam ipsum corpus, quod assumptum est, ex cœlo descendit: sed quoniam ipse panis & uinum transit in corpus & sanguinem Christi. Hæc ille. AVCTOR. Ergo multò melius perficietur ille panis si fiat, & sic transeat in Damasc. corpus Christi secundùm essentiam, ut dicit DAMASCENVS, quod ex sancta uirgine corpus (inquit) quam si fiat solum tropice illud corpus, ut dicit Witcleff. Et quod arguens assumpsisti, deberes timere redargui: quia quod erit uel fiet corpus Christi, hoc non est dicere, fiet panis, sed corpus. Ita ut si nō nimis excæcatus esses, panem B uerè fieri corpus, esset panē desinere, esse panē, & esse corpus. Et ultra hæc certe notare debueras, q̄ panē fieri figurā corporis Christi, non cōtingit ex uerbis consecrationis: quia cū uerba cōsecrationis institura à Christo, etiam panis propositionis erat figura corporis Christi.

¶QVOD HOSTIA CONSECRAta Witcleff. non penitus differt ab hostia ueteris legis, & Iudaica, quæ per mortē Christi penitus est sublata. Cap. XXXIIII.

SVMMA.

1 *Panum propositionis & corporis Christi quanta differentia, ostenditur.*
2 *Hostia consecrata Vuitcleff. quòd non penitus differat ab hostia legis ueteris, & Iudaica, quæ per mortem Christi est omnino, absoluta.* C
3 *Iudæorum sacrificia quòd sint ablata.*
4 *Signum intelligi pro signato, ut inquit Vuitcleff, cum Theologus dicit, Panis est corpus Christi, quòd sit ualde hæreticum.*
5 *Lanfrancus quid contra Berengarium Vuitcleff magistrum dicat. Et quomodo probauerit signa sacra Berengarij sacramenti posſponenda signis Iudaici testamenti.*
6 *Christus quomodo in una cœna cum discipulis duplex pascha celebrauerit, ostenditur.*
7 *Sacramenta Iudæorum, quòd fuerint signa & figuræ, nostra uerò ueritas reuelata, probatur.*
8 *Sacramentorum ueterum, & nouorum substantialis differentia assignatur.*

IVdaicas figuras, & sacramēta legalia, quæ toto nisu Apostolus eliminare studebat à Galatis, ista perfidia Wit cleff manans à Berengarii disipatis cisternis, reuocare uidetur quæ proponit nobis figurales & typos panes iam, ut Iudæi olim solebant. Planè enim dicit capi. 1. Eucharistiæ. Figuratiuè, uel mysticè sæpe in locutionibus istius materiæ figuratum intelligitur per figuram: ut sicut grammaticus dicit, quòd dominus est nomen: & logicus, quod hoc signum homo est species: quod oportet figuratiuè intelligi, signo supponente pro signato. sic dicit theologus, quòd panis est corpus Christi, & uinū eius sanguis. Si autem doctores signorum intelligant prædicationem secundum essentiam, uel non figuratiuam, sed formalem, est error in ianuis. Et inferius de cōfessione Berēgarii, Ore profiteor etc. panem & uinum, quæ in altari ponuntur, non solum sacramentum, sed etiam uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse sensualiter, non solum sacramentaliter. Sequitur. Ista tam solennis confessio non potest intelligi, quòd panis & uinū sint essentialiter uel formaliter corpus Christi & sanguis, sed figuratiuè, uel tropicè, modo, quo loquitur Apostolus. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, Hæc Witcleff. AVCTOR. Audaciter quod facis fac citius. Hoc eodem modo magister tuus de confessione sua ad malum sensum retorta, pristinam hæresim reuocat, quam periurus abiurat. Sed impudenter uterque uestrum ut mentitur, obruitur. Die mihi, si panis post consecratio- Contra Vuitcleff. nem non solùm est corporis sacramentum, quid ergo est aliud? Corpus domini inquis. Ergo panem esse corpus domini, omnino aliud est, quā esse sacramentum illius corporis. Aliter ergo est ibi corpus domini, quàm modo sacramenti, uel figuræ, uel signi: & sic fateberis inuitè panem esse modo non figuratiuo, uel tropico, sed essentialiter corpus christi contra hoc quod cōclusisti. Item quomodo ausus es recitare terminū sensualiter confessioni insertum? Quid magis contra tropos tuos, uel figuras tuas, quas spirituales appellas, quàm quòd planè dicitur, corpus Christi non solùm sacramentaliter, sed sensualiter māducari? Si enim sensualiter manducatur ibi, sensualiter adest ibi. Item si corde credidit panē esse ibi uerum corpus christi, nullatenus ex confessione illa credere debuit, panem esse panem, sed corpus. Sed contra istum figuralem panem & typicum sacramentum, uidetur illud euangelicum: Lex & prophetę usque ad Ioannem. & per Apostolum, omnia in figura contingebant illis. Quid ergo uult Witcleff, Berengarii superinducere nobis ueteres umbras? figuras significeras

Iudæorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum cum Iuliano apostata reformare? At tende quid infero. Specialiter autem ad hoc sacrificium corporis Christi segregandum ab anti quis figuris panis uel carnis, processit Apostolus ad Hebræ. 10. Impossibile est (inquit) sanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata: ideo ingrediens mũdũ dicit, Hostiã, & oblationẽ noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi, Ecce uenio. Sequitur superius dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata pro peccato noluisti: nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur: tunc dixi, Ecce uenio, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Aufert primũ, ut sequens statuat: in qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. In hoc tam celebri argumento suo proponit Apostolus destruere sacrificia ueterana, quæ fuerant signa tantum, & statuere pro omnibus eis unicum corpus Christi, ueritatem, existentiam, atque lucem; & carnes, panes, sanguinem pecorum tollere. Quoniam ergo hostia tua consecrata est panis (ut dicis) quomodo non tollitur inter panes? Sic enim dicit, Hostiam, & oblationẽ noluisti, corpus autem aptasti mihi. Et concludit. Aufert (inquit) primum, sequens ut statuat. Non ergo permittit primum commanere sequenti puta panem corpori: cum inter sacrificia panis erat de maioribus, quod figurabat regulariter corpus Christi. Vnde quarto sententiarum. c. 14. DAMASCENVS. Hunc panem (inquit) panes prę* imaginabantur propositionis. Ipsa est pura hostia scilicet, & sine sanguine: quam ab ortu solis usque ad occasum sibi offerri p̃ ꝓphetã dominus dixit. Corpus. s. & sanguis Christi in cõsistentiam animæ & corporis transiens, non cõsumptũ, nõ corruptum, nõ in secessum iens (Absit. n.) sed in nostræ substantiæ conseruationem, omnimodi nocumenti reparatio, sordis omnis purgatio. Hæc ille AVCTOR.

Et lib. 1. de officiis, c. 17. ISIDORVS. † Quantum (inquit) interest inter propositionis panes, & corpus christi? quæ differentia inter umbram & corpus, inter imaginem & ueritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa, quæ per exẽplaria præfigurabantur. Hæc ille. AVCTOR. Præfigurabant ergo inter sacrificia Iudæorum panes propositionis corpus Christi. Iam audi quid consequenter dicat homil. 3. super Leuiticum uetus ORIGENES. Omnis quidem (inquit) penè hostia, quæ offertur, habet aliquid formæ & imaginis christi. In ipsum namque omnis hostia recapitulatur: intantum, ut postquãm ipse oblatus est, omnes hostiæ cessauerint, quæ eum in typo, & umbra præcesserunt.

Hæc ille. AVCTOR. Omnes † isti patres cõsequentes Apostolum tanquãm magistrum, concluderent inter alias figurales hostias Iudæorum figuralem quoque panem hostiam sacram Witcleff ab hostiis & sacrificiis christianorum absoluit: ut unicum christi corpus aptetur sibi pro uictima. Nullus enim ad tantum tergiuersari potest, quin hæc sit intentio Apostoli in hoc loco. Vnde li. 1. de tabernaculo. ca. ulti. de lucernis, & emunctoriis. BEDA. Apostolus (inquit) ad Hebræos exponens uersiculum psalmi, ait superius, dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata pro peccato noluisti: nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur: tunc dixi, ecce uenio, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Aufert primum, ut sequens statuat, in qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu. Hæc ille. AVCTOR. Hoc est, quod consequenter statuit, oblationem scilicet corpus christi dicentis Deo patri, Ecce uenio, ut faciam Deus uoluntatẽ tuam. Aufert autem primam, quia sacrificium, & oblationem carnis pecorinæ, nec panem cibarium ulterius uoluisti. Quem item locũ scrutãs AVGVSTINVS de ciuita. Dei. c. 20. li. 17. In libro (inquit) alio, qui uocatur Ecclesiastes, ubi ait. Non est bonũ homini nisi quod mãducabit & bibet. Quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem mensæ huius pertinet: quam sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secũdum ordinem Melchisedec de corpore & sanguine suo? Id enim sacrificium succesisit omnibus sacrificiis ueteris testamenti, quæ immolabantur in umbra futuri. Propter quod etiam uocem illam in psalmo. 39. eiusdem mediatoris per prophetam loquentis agnoscimus. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem perfecisti mihi: quia pro illis omnibus sacrificiis, & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur. Hæc ille. AVCTOR. Satis exposuit Apostolum Aũgustinus, qualiter acceperit corpus domini in hoc loco prout in altari offertur, & participantibus ministratur: & ratificãs quod Apostolus ait, aufert primum, ut sequens statuat. Idipsum (inquit) sacrificium succesisit omnibus sacrificiis ueteris testamenti, quæ immolabantur in umbra futuri. Si ergo omnia sacrificia illa auferuntur, ut corpus christi succedat loco omniũ: quis audebit repugnare Apostolo, & dicere, quòd adhuc remanet azymus panis post consecrationẽ fidei? Hostia tua sacra, & una de uectoribus, unũ de sacrificiis illis, nec succedit corpus nisi in figura, & sicut tunc. Et p̃ hoc nihil abstulit Christus, nihil nouum instituit, neque panem neque figuram, quia panis est qđ erat, figura corporis quæ tunc erat. Hoc item super psal. 39. idem AVGVSTINVS sic. Tunc dixi

dixi ecce uenio. Tempus est ut ueniant, quæ promittebantur: quia auferentur ea, quæ promittebant. Et uere fratres mei attẽdite illa oblata, hæc impleta. Det mihi modò gens Iudaica sacerdotem. Vbi sunt sacrificia illorum? Certè perierũt, certè ablata sunt. Et infrà. Sacrificia uerò, quæ ibi fiebant, ablata sunt. Et quod eis remansit ad signum Cain iam perfectum est, & nesciunt. Agnum occidunt, azymos comedũt. Pascha nostrũ immolatus est Christus. Ecce agnosco agnum occisum, qui immolatus est Christus. Sequitur. In umbra remanserunt. Solem gloriæ ferre non possunt. Iam nos in luce sumus. Tenemus corpus Christi. Tenemus sanguinem Christi. Hæc ille.

AVCTOR. Ecce † sacrificia Iudæorum ablata sunt: & nos (inquit) tenemus corpus Christi, tenemus sanguinem Christi sacrificia nostra. Si signum tantùm pro signato, sicut iam suprà dixisti: hæc fecerunt sacrificia Iudæorum, non ergo ablata sunt. Det mihi modò gens iudaica sacrificia sua, dicit Augn. ubi sunt? Præsto (iuquiet Witcleff) in pane & uino nostro, quod offerimus. Non (inquit) tempus est, ut ueniant, quæ promittebantur, quia auferentur ea quæ promittebant. Sacrificia significãtia promittebant. Veniente illo sacrificio, quod promittebatur, & significabatur, auferunt significantia. In quæstionibus euangelii Lucæ, quæstio. 3. AVGVSTINVS ad illud, Vade, ostende te sacerdoti, &c. Quod (inquit) ideo iussisse intelligi potest: quia nondum erat sacrificium sanctum sanctorum, quod est corpus eius: nõdum obtulerat in passione holocaustum suum: quo sacrificio confirmato in credentibus populis, templum ipsum euersum est, ubi sacrificia illa offerri solebant. Hoc autem factum est secundùm prophetiam Danielis. Non enim oportebat auferri significantia sacrificia priusquàm illud, quod figurabatur, confirmatum esset, contestatione populorum prædicantium, & fide credentium populorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce non ultrà remanent nobis sacrificia significantia in præsentia sic signati. Hæreticum † ergo est ualde quod dicit Witcleff, signum intelligi pro signato, cum dicit theologus, Panis est corpus Christi. Signa transeãt cum Iudæis: nos signata prospicimus. Præuenit ergo nos Witcleff suprà ne eum doctorem signorum dicamus, qui tantoperè signa colit, & figuras iudaicas. Vnde erranter appellat, & fatuè orthodoxos signorum doctores, qui signa uitant, & signata collaudant. In libro de corpore & sanguine domini. ca. 13. RABANVS. Nos (inquit) longè à patribus hanc gratiam promissam iam suscepimus, & susceptã ueneramur. Venerantes uerò ex ipsa pascimur: non figuris quidem legalium ænigmatum adum brata, sed his detectis, & euacuatis, sola ueritate fruimur: & ueram carnem Christi, & sanguinem in mysterio sumimus. Vnde saluator, Caro (inquit) mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Hæc ille. AVCTOR. Rabanus per modum epilogi capit apostolum & doctores, euacuans per sententiam à sacramento dominici corporis cuncta legalia ænigmata. solamque suscipit ueritatem. Agnũ paschalem per hoc euacuat, & hircos, & oues: cur inter alia non proscribitur panis cibarius ut sola corporis Christi ueritate fruamur? Aut quomodo præcellit panis agnum, aut ouem, ut his sublatis, adhuc in sacrificiis Christianis uendicet sibi locum? Respondet his Witcleff. cap. 4. de Eucharistia, docens præcellentiã sui sacramentalis panis super antiqua Iudaica sacramenta. Dicitur (inquit) communiter, quòd hoc sacramentum excedit alia in his tribus. Primò, quòd ubi alia sacramenta multum distabant à re sacramenti, tam loco quàm tempore: hoc sacramentũ habet rem suam tã loco, quàm tempore concomitantem. Nam agnus paschalis legis ueteris, Exodi. 12. multum distitit loco & tempore à corpore Christi. Hoc autem sacramentum habet totam humanitatem Christi necessariò concomitantem. Secundò, ubi aliæ figuræ ueteris testamenti defecerunt ab efficacia conficiendi concomitantiam rei sacramẽti, figuræ huius rei habent efficaciam causandi, non corpus Christi, sed quandam eius præsentiam sacramentum sensibile concomitantem. Tertiò excedit alia, quòd nedum quò ad gratiam unionis mẽ brorum ecclesiæ cum Christo, sed ritè celebratum prodest ministranti super alia sacramenta. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quid ad hunc uirũ tumentem uerbis, nisi illud dicetur Horatii? Crescentem tumidis insta sermonibus utrem. Nam inter uerba eius rea iudicio, Sapiens in prouerbiis de eo dicit. Iste pro bucella panis deserit ueritatem. Qui † autem uult uidere, quàm solicitè quærant illi signiferi sua confugia, legat, qui uult, Lanfrancum antistitem, quomodo probat contra Berengarium magistrum Witcleff nescientem tunc euadere rationem Lanfranci, quin præstantiora essent sacrificia Iudæorum modernis Christianorum sacramentis: in de corpore & sanguine domini uersus finem. Vbi sic dicit. Iam tãdem quid tu credis, & credulitatem tuam quid sequatur, uideamus. Tu credis panem uinũ que dominicæ mensæ inter consecrandum quantũ ad substãtiã immobilia permanere, hoc est, panẽ & uinũ extitisse ante cõsecrationẽ, & panem uinũq; existere post consecrationẽ, Christi carnẽ & sanguinẽ propriè uocari, ꝙ ad memoriã crucifixę carnis, & de latere effusi sanguinis in ecclesia celebrantur, ut dominicã passionẽ p̃ hoc admoniti

Universidad de Deusto
Biblioteca

moniti ſemper recolamus: & recolentes, carnẽ noſtram cum uitiis & concupiſcentiis inceſſanter crucifigamus: quæ ſi uera ſunt, præſtantiora & diuiniora fuerunt ſacramenta Iudæorum ſacramentis Chriſtianorum. Quis enim neſciat manna, quod de cœlo pluebat dominus, ſeu animatas, & ſenſibiles creaturas, quas populus ille ſacrificare cõſueuerat, parua buccella panis, & modico uini præſtantiores extitiſſe? Rurſus quis non intelligat diuinius fuiſſe prænuntiare futura, quàm narrare præterita, cùm illud non poſſit facere niſi ſpiritu Dei plenus? Hoc autem faciat ſæpe idiota etiam uel quilibet imperitus? Sed abſit hoc à fidelium corde, & Chriſtiana intelligentia. Chriſti nanque miles Ambroſius illa inferiora, hæc potiora, & digniora eſſe in libro de myſteriis confirmat. Hæc ille. AVCTOR. Quam inſolubiliter probauit Lãfrancus ſigna ſacra Berengarii ſacramenti poſtponenda ſignis Iudaici teſtamenti? Quòd ſi cõflictus eſſet pro ſignis præterita uel futura ſignantibus, potiora erunt ueſtris ſignis præteritorum, ſigna Iudaica futurorum: quia præterita, ex uobis, aut alienis relatibus; futura uerò purè, & de certo non niſi de Dei ſpiritu poſſunt prædici. Si ad naturam rei ſignantis excurrat, arguit benè Lanfrancus agnum paſchalem uiuacem ſubſtantiam, fragmento noſtri panis ſimpliciter meliorem. Quibus utique præuiſis, noſter Witcleff coactè præelegit dicere per uiã ceſſionis, quòd agnus Iudaicus eſt noſtro perfectior ſacramento. Et tandem ad naturas ſignorum reſpõſa porrecta parauit. Sed uerè ridendæ per omnia rationes, ad cauſandum uel excellentiam, uel differentiam eſſentialem ſacramenti noſtri ſuper alia ſacramenta propter maiores efficacias, uel ſimultates temporum, aut locorum. Nam panis, & uinum Melchiſedec fuerunt potiora, & propinquiora ſigna Euchariſtiæ noſtræ omnibus hoſtiis Iudæorum, & ideo acceptiora Chriſto: ſicut & ſacerdotium eius iuxta fidem Apoſtoli ad Hebræ. 7. & illud pſalmi. Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec. Vnde & Ambroſius probat lib. de myſteriis, ſacramenta noſtra eſſe antiquiora ſacramentis Iudæorum, & tamen quòd ſacramentis Iudæorum fuerint propinquiora & tempore, & loco humanitati Chriſti, nullus neſcit. Quod ſi attendis, agnus paſchalis, & azymus panis fuerunt humanitati Chriſti in ſacra cœna, ſimul loco & tempore cum ſacramẽto noſtro ęquè præſentes; ergo nunquid erunt æqualia ſacramenta? Vnde in ſermone de proditione Iudæ poſt medium CHRISOSTOMVS. Super hoc (inquit) etiam aliud maius beneficium monſtrabatur, ſp ille agnus futuri fuit agni typus: & ille ſanguis dominici ſanguinis monſtrauit aduentum.

Et ouis illa fuit ouis ſpiritualis exemplum. Ille agnus umbra fuit, hic ueritas. Sed poſtquàm ſol iuſtitiæ radiauit, umbra ſoluitur luce. Et ideo in ipſa menſa utrunque paſcha, & typi, & ueritatis celebratũ eſt. Nam ſicut pictores pingendam tabulam ueſtigiis quibuſdam adumbrare conſueuerunt, & ſic colorũ uarietate perducere: ità & Chriſtus fecit in menſa, & typicum paſcha deſcripſit, & paſcha ueritatis oſtendit. Hæc ille. AVCTOR. Item. 2. lib. contra Petilianum, reſponſione. 36. AVGVSTINVS. Paſcha (inquit) quod à Iudæis celebrabatur in occiſione agni, pnuntiabat domini paſſionem, & trãſitum de hoc mundo ad patrem. Et ipſum tamẽ paſcha, quod erat in eadem prænuntiatione, idem dominus cum diſcipulis celebrauit, quando ei ſuggeſſerunt dicẽtes, Vbi uis paremus tibi comedere paſcha? Hæc ille. AVCTOR. Ergo duplex paſcha celebrauit Chriſtus in una cœna cum diſcipulis, paſcha figurans, & paſcha figuratum: utrũque ſecundùm locum & tempus Chriſto Ieſu humanitus æquè præſens. Iam peto diſtantiam: hoc non præuidit Witcleff. Sed ſi ſecundum paſcha tantum figura, quid oportuit in eadem cœna replicare figuram? Hanc quæſtionem ſoluant omnes ſigniferi Witcleuiſtæ. In calce enim libri ſui de corpore & ſanguine domini in fine expoſitionis Matthæi, ſupponit eã PASCHASIVS. Volo (inquit) perpendat fidelis animus, quid interſit inter illud typicum paſcha, quo agnus immolatus eſt, & in eadem cœna comeſtus: & iſtud, quod ſecundum ordinem Melchiſedec in pane & uino continuò celebratur. De quo ſanè paſcha dixit eadem hora, Deſyderio deſyderaui hoc paſcha manducare uobiſcum antequàm patiar. Quòd ſi nihil amplius habet hoc myſteriũ præter figuram corporis & ſanguinis Chriſti, & non hoc eſt, quod ipſe dixit: quid neceſſe habuit iterare in facto, quia hoc totum, iam præfiguratum erat in agno? Vnde & Lucas duos calices datos eſſe diſcipulis in eadem cœna commemorat, unum prius poſt agni comeſtionem antequàm panem acciperet: alium uerò poſtquam benedixit ipſum panem, ac fregit, & dedit diſcipulis ſuis. Similiter (inquit) poſtquàm cœnauit, dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, qui pro uobis fundetur. Vbi datur intelligi, quòd agnus ille legalis cum ſuo calice in figura præceſſit paſſionem Chriſti. Dein de corpus & ſanguis in calice, ad expletionẽ factum eſt ueritatis, ut quod in Melchiſedec præceſſerat, totum compleretur in Chriſto. Hæc ille. AVCTOR. Iam dicat Witcleff rationes excellentiæ ſuæ. Ecce in una cœna ſimul habet in diſtanter à re ſacramenti, ſcilicet humanitate Chriſti, uel loco, uel tempore utrumlibet ſacramentum

mentũ. Imò pluries tẽpore præſens fuit corpori Chriſti agnus paſchalis, & azymus panis ab annis adultæ ætatis Chriſti uſque ad ultimũ, ſemper in paſcha: quia is non uenit legem ſoluere, ſed implere. Semel uerò tantum fuit corporis noui ſimum ſacramentum. Non ergo plus diſtabat ab humanitate Chriſti in quolibet tali paſcha panis azymus uel paſchalis agnus loco uel tempore, quàm ſacramentum eius corporis diſtabat in ultimo. Impoſitio quoq; manũ, generauit tunc, curauit ægrotos. ſecundũ illud, Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Communicatio Euchariſtiæ ſæpe non ſanauit infirmos, ſed reddebat. ſecundùm illud Apoſtoli, Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nec ergo propter præſentiã loci, uel temporis, uel propter efficaciam cauſandi remotam præſentiam, quam Vuitcleff neſcit deſcribere, præcellit figura figuræ, cùm neutra faciat præſentiam Chriſti ſecundum eius eſſentiam, nec coniunctam ſpeciem. Sed ideo antiqui patres hanc inuenerunt inter ſacramenta diſtantiam primam, & præcipuam, quòd ſacramenta Iudæorum ſigna fuerunt, & figuræ, noſtra ueritas reuelata. Vnde uetus ORIGENES ſuper librum Numerorum, Homilia 7. Lex (inquit) Dei iam non in figuris, & imaginibus, ſicut priùs, ſed in ipſa ſpecie ueritatis agnoſcitur. Et quæ priùs in ænigmate ſignabantur, nunc in ſpecie, & ueritate complentur. Et ideò ille, qui ſpecies, & figuras ænigmatum deſcribebat, dicit; Scimus autẽ quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem ſpiritualem potũ biberunt, Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra, Petra autem erat Chriſtus. Videſ quomodo ænigmata legis Paulus abſoluit, & ſpecies ænigmatum docet: & dicit quia petra in ænigmate erat apud Moyſen, antequàm iungeretur huic noſtræ Aethiopiſſæ. Nunc in ſpecie petra Chriſtus eſt. Nunc enim os ad os loquitur per legem Deus. Antea in ænigmate fuit baptiſma in nube, & in mari, nunc autem in ſpecie regeneratio eſt in aqua, & Spiritu ſancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in ſpecie caro uerbi Dei eſt uerus cibus, ſicut ipſe dixit, Caro mea uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. Sit ergo iam nunc Moyſes apud nos poſitus, & huic Aethiopiſſæ coniunctus, uel ipſe ad nos, uel DEVS ad ipſum non loquitur in ænigmate, ſed in ſpecie. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quæ excellentia, & alietas ſacramentorum noſtrorum, auctoritate Pauli ſignata? Quia illa figuræ erant, & in ænigmate: noſtra autem clara ſpecie, & ueritate. Item in expoſitione Pſalm. 109. uerſu. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, CASSIODORVS. Cui (inquit,) poteſt ueraciter, & euidenter aptari, niſi domino Saluatori, qui corpus & ſanguinem ſuum in panis ac uini erogatione ſalutariter conſecrauit: ſicut ipſe in Euangelio dicit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & bibericis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis, ſcilicet æternam? Sed in iſta carne & ſanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana conſpiciat, ne, ſicut dicit Apoſtolus, qui corpus domini indignè manducat, iudicium ſibi manducet, ſed uiuificatricem ſubſtantiam, atque ſalutarem, & ipſius uerbi propriam factam, per quam peccatorum remiſſio, & æternæ uitæ dona præſtantur. Quem ordinem per myſticam ſimilitudinem Melchiſedec iuſtiſſimus rex inſtituit, quando Domino panis & uini fructus obtulit. Conſtat enim pecudum uictimas periſſe, quæ fuerunt ordinis Aaron, & Melchiſedec manere potiùs inſtitutum, qui toto orbe in ſacramentorum erogatione celebratur. Quod adhuc Iudæi non intelligunt obſtinati, cùm eorum & ſacerdos, & ſacrificia de medio probantur ablata. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ablata ſacrificia Iudæorum, quia tantùm ſigna, & remanent ſacramenta Chriſtianorum ſecundùm ordinem Melchiſedec in nuda ueritate ſignata. Et illud Pauli, Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, non ut Witcleff ſiniſtrè deprauat de eadem ſpirituali figura, ſed re ſpiritualiter deſignata concipitur. Sicut concorditer Origeni, ſuper primo uerſu Pſalmi. 77. declarat AVGVSTINVS. Omnes (inquiens) eundem cibum manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra, Petra autem erat Chriſtus. Idem itaque in myſterio cibus & potus illorum, qui noſter eſt, ſed ſignificatione idem, non ſpecie. Hæc ille. AVCTOR. Ecce idem in ſignificatione, non in ſpecie. Hoc dicit Origenes. In ænigmate manna erat cibus, nunc in ſpecie caro uerbi Dei. Ergo non nunc eſt caro uerbi Dei noſter cibus in ſuo ænigmate, ſignificatione, uel figura, ſed in ſpecie. In qua ſpecie, & non in ſignificatione, niſi in ſpecie & natura carnis? ſecundùm illã ſpeciem, quam ſic appellat ſcriptura in creaturarum principio, Fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas. Siuè Apoſtolus Paulus, ubi ait, Per fidẽ ambulamus, nõ per ſpeciem. Et Ioan. 5. Nec ſpeciem eius uidiſtis unquam. Hæc eſt ſpecies quam ſancti patres à ſignificatione, uel figura uehementi negotiatione diſtinguunt, dicentes, Significatione, non ſpecie. & ultrà. Nunc autem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie caro uerbi Dei. Hanc speciem ultra figuram, & significationem ueterem secundùm se, Christiana continent sacramẽta. Tolle hanc speciem secundùm naturam, & iterum reflecte ad significationem, & non præteris ueterum sacramenta. In significatione enim & figura omnimoda fuit carnis Christi species in Iudæorum figuris signata, excepta præsentia corporali, sicut in nostris. Inde dixerunt patres significatione idẽ. Hanc ergo significationem, uel figuram cũ Witcleff non separet, nec præter speciem, nec naturam panis aliquam ibi ponat per speciem, uel naturam, liquido patet, quòd in eadem significatione cum Iudæis expectat, & in rei ueritate exclusa uerborum uersutia, non aliud, quàm Iudaicum conficit sacramentum. Quia dicere corpus Christi præsens realiter sacramento, intelligendo significatione, uel figura tantùm, non est plùs de corpore ibi ponere, quàm figuram eius tantùm: quod & Iudaicum fecerit institutum. Quòd si fingat, hanc esse maiorem præsentiã, uel expressiorem figuram illa: hoc exponat, qualiter sit in re ipsa. Quanuis propter hoc non erit per essentiam aliud sacramentum: eo quòd modi graduales non mutant substantiam, sed essentia addita. Qualiter hanc Metaphysicam notanter perpendit in disputatione sua contra Petilianum. lib. 3. responsione. 36. AVGVSTINVS. Aliud † est (inquiens) Pascha, quod adhuc Iudæi de oue celebrant, aliud autem, quod nos in corpore & sanguine domini accipimus. Sic alius fuit baptismus Ioannis, alius est baptismus Christi. Illis enim uentura ista pronuntiabantur: istis completis, illa prædicantur. Et quanuis illa Christus acceperit, nobis tamen necessaria non sunt, quia ipsum, qui per hæc annuntiabatur, accepimus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce substantialem differentiam sacramentorum ueterum, & nouorum, & assignauit Augustinus. per plùs, uel minùs figurare, præsentialiter significare loco, uel tempore: quia in his Iudæi modò non distant plùs nobis ab humanitate Christi in cælo, loco uel tẽpore, quando adhuc antiqua inter nos celebrant sacramenta, sed penes ipsum, quem iam corporaliter accipimus in sacramento corporis, & ipsi non nisi figuraliter. Illi promissa, nos completa. Promissa quidem per figuram illi: nos uerò completa per essentiam. E præter hæc omnia, ueteris legis sacramenta fuerunt figuræ, & signa sacramentorũ fidelium. Nunquid signorum sacramentalium, quæ non sunt res præter figuras: & tunc erant signa signorũ, & figuræ figurarũ, quasi non simplices figuræ, sed cõpositę, uel decõpositæ? Et tunc manna, uel propositionis panis non esset figura corporis Christi, sed figura, figuræ eius, scilicet panis, quod est simpliciter contra fidem: quia panis noster & eius fuerunt significatione idem: nõ ille nostrum panem significans, & noster signatus in illo. Panis noster (inquam) ante consecrationem appositus, & oblatus. Corpus enim Christi est immediatè in utroque signatum, sed tantũ in secundo contentum per essentiam.

A

¶QVOD NON REMANET PANIS materialis in Eucharistia consecratione peracta. Cap. XXXV.

SVMMA.

1 *Consecratione peracta, quòd non remaneat panis materialis in Eucharistia, sanctorum patrum authoritatibus probatur contra Wiitcleff.*

2 *Eusebij Emiseni simplex appellatio, quomodo mõstret in sacramento unitatem essentiæ.*

3 *Patrum antiquus mos seruatus, quum de hostia consecrata loquerentur, notatur, contra Witcleff, & Berengariana figuralia sacramenta.*

4 *Rabani dictum de Christi corpore & sanguine, quòd uera sit caro in ministerio, & uerus sanguis, non tantummodo figuralis.*

5 *Panis quòd ita figuret corpus domini ante consecrationem sicut pòst, quantùm est de nuda ratione figuræ sine præsentia corporali. Et multa de hoc ibi per doctores.*

6 *Witcleff, qui dicit, quòd pòst cõsecrationẽ remaneant panis & uinum, eo quòd in nullo articulo triplicis fidei ecclesiæ sit iste articulus declaratus, confutatur. Et quòd sit symbolum triplex.*

1 8 Augu. To. 7

C Vid aũt mouet peritos fideles cõcedere debilibus accidentibus suũ subsistere in hostia cõsecrata? Dicitur q; terreni panis absentia. Quid itẽ absentẽ cogit esse substantiã panis? Dicit naturalis carnis Christi corporalis psentia. Vnde q; Witcleff cõtra ecclesiasticã ueritatẽ negat primũ, cogitur affirmare secundũ. Vnde. 4. trialo. c. 7. Mens (in q;) catholici nõ capit, q; panis sit corpus Christi, nisi intelligendo figuratiuè. Iõ absq; oĩ ambiguitate hæc est figuratiua locutio, Hoc est corpus meũ: cũ identificatio non sit possibilis. AVCTOR. Ex his ergo duobus prædictis, pugnis cædens, & calcibus, eiicit tertium. Suscipit enim lapides motiuorum, ut iaciat in Iesum præferens putribilem panem cum paucis qualitatibus fœdis toti glorioso corpori Saluatoris. Priusquam ergo probauerimus auctoritate scripturæ & patrum subsistentiam possibilem accidentis: à posteriori

Vuitcleff.

Matth. 26

Io. 8.

steriori etiam demonstrare uolentes hanc fidem catholicam, restat probare panis materialis absentiam in hostia consecrata. Vnde † antiquitati innitentes, ut solemus, dominus Iesus ait in hora consecrationis de pane, Hoc est corpus meum. Hæc sacra sententia Dei uiuit: hoc uerbi omnipotentis edictum colligat sibi notã fidelium duplici fine. Primò, ut hoc credamus impleri, quod ipse uoluit ibi fieri, scilicet puræ carnis suæ corporalem substantiam. Secundò, ut nihil addamus, quod ipse fieri non mandauit. Hoc est enim purè credere uerbis legis æternæ, nihil eis addere, nihilque subtrahere, sicut in finali conclusione scripturæ dicitur Apocaly. vlti. Contestor omni audienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet super illum Deus plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro uitæ. Hoc ergo timore conterriti sancti patres, puram fidem suam semper exprimentes, & mediantes inter hæreticos, optimo modo possibili confessi sunt in Eucharistia corpus Christi, scilicet in natura optima corporali: quia hoc exprimunt uerba Christi: & omnem terrenam substantiam panis ibi esse non credunt: quia tanquam incompassibilem ibi corpori uerba Christi hoc fieri prohibent, scilicet quia dissimulãt, quia tacent. Sic enim aduertit fidem uerborum Christi prudens & senex pater THEOPHILVS, tractans ipsa ut iacent in Euangelio Christi. Marci. 14. Hoc est corpus meum. Si (inquit) carnem & sanguinem cerneremus, sumere non sustineremus. Propter hoc dominus nostræ infirmitati condescendens, species panis & uini conseruat: sed panem & uinum in ueritatem carnis conuertit, & sanguinis. Hæc ille. AVCTOR. Hanc expositionis fidem suxit doctor iste Græcus, & uetustus antistes de prædictis uerbis Christi, quòd Christus ibi conseruat species panis & uini: sed panem & uinum conuertit in ueritatem carnis & sanguinis. Sed ueritas illorum est illorũ essentia, ergo non tantùm in figuram, sed in essentiam carnis & sanguinis Christi, panis & uinum conuertuntur, & sic non manent secundùm essentiam: sed species manent secundùm essentiã, nõ tantum secundùm considerationem. Aliter nescit ipse intelligere, quomodo posset ibi Christus facere corpus suum. Ergo ex fide euangelij, & antiquorum patrũ ibi non remanet putribilis substantia panis in hostia post consecrationem. Hic ergo planè deprehenditur perfidia Witcleff, dicentis, ibi manere panẽ simul cum corpore Christi: eo quòd Christus nõ sic dixit secundũ aliquẽ Euangelistam, Hoc est corpus meum, & panis naturalis. Hoc ergo infideliter addidit uerbis Christi. Item nec apostolus Paulus dixit, Panis, quẽ frangimus, nonne participatio panis naturalis, & corporis domini est? Sed tantùm, participatio corporis domini est. Itẽ Apostolus dixit, Et calix, quem sumimus, nõ ne communicatio sanguinis Christi est? non ausus addere, & uini naturalis. Quomodo ergo ausus est Witcleff, quod nunquam audebat Apostolus? Non ueritus sermonem Salomonis Prouerbi. 30. Sermo Dei, clypeus ignitus: ne addas quicquã uerbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax. Addidit Witcleff, & ideirco ab ecclesia orbis terrarũ argutus est & mendax inuentus. Monstrat item in sacramento unitatem essentiæ, simplex appellatio, quam notat antiquus item pater EVSEBIVS. Emisenus, cuius laus est in decretis: in sermone de corpore & sanguine domini, qui incipit, Magnitudo cælestium. ubi sic, Beatus, † (inquit,) Moyses de eo mysterio loquens, uinum, & sanguinem sub una appellatione significat in benedictione Patriarchæ dominicam passionem multò antè tempore demonstrantis, ita inquiens, Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Aduerte quàm euidẽter uini creaturam Christi sanguine indicarit nũcupandam. Hæc ille. AVCTOR. Non dixit nuncupatam, sed nuncupandam in futuro: ne Witcleff diceret, qui nunquam habet pro se auctoritatem, nisi quando furatur de nostris, quòd uinum remanens uocatur Christi sanguis. Sed ideò auctor dicit de tempore consecrationis peractæ, quando uinum non erit: nec dicetur substantia uini propriè in natura, sed tantum sanguis, quod nõ erat anteà. Vnde uersus finem sermonis idem EVSEBIVS. Quando (inquit) benedicendo uerbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequàm innocatione summi nominis consecrẽtur, substantia illic est panis & uini: post uerba autem Christi, corpus est, & sanguis Christi. Hæc ille. AVCTOR. Hunc † loquendi morem seruauerunt pene cũcti patres antiqui in loquendo de hostia consecrata. ut non idem dicerent in natura post consecrationem, quod erat antè. Vnde libro suo de mysteriis capit. 9. dicit AMBROSIVS. Liquet, quòd præter naturæ ordinem generauit uirgo: & hoc, quod conficimus, corpus ex uirgine est. Quid hic qnæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse dominus Iesus partus ex uirgine? Vera utique caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamauit Dominus Iesus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem uerborum cælestium alia species nominatur: post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem, corpus

A

1 Apoca. 22.

2 B

3 C

Theophil. Matth. 14

1. Cor. 11

Prouer. 30

Eusebius. Est homelia quinta de pascha.

Gene. 49.

Idem

Ambrosius. To. 4

Matth. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus & sanguis nuncupatur. Et tu dicis, Amen hoc est uerum. Quod os loquitur, mens interna fateatur. Quod sermo sonat, affectus sentiat. His igitur sacramentis pascit Christus ecclesiam suam, quibus animæ firmat substantiam. Hæc ille. AVCTOR. Attendat Witcleff quomodo penè totus Ambrosianus iste processus uigilat cõtra sua, & Berengariana figuralia sacramẽta. Primò, quia dicunt, quòd non conficiunt sacerdotes uerum corpus Christi natum de uirgine, sed sacramentum eius: quia sic consecrarent respectum habitudinis ibi tantùm, Vnde Witcleff plane dicit in libro de Eucharistia. cap. 1. Nihil horribilius, quàm quòd quilibet sacerdos celebrãs, facit, uel cõsecrat quotidiè corpus Christi. Nam Deus noster, non est Deus recens, nec corpus eius, cùm sit summè sacrum, atque perpetuum est, sic sacrabile, uel nouiter faciendum. Sed nos sacerdotes facimus, atque benedicimus hostiam consecratam, quæ non est corpus dominicum, sed efficax eius signum. Hæc ille. AVCTOR. Ambrosius ergo aliter sapit, qui planè dicit, ep hoc, quod conficimus, corpus ex uirgine est: & uera utique caro, quæ crucifixa est, quæ sepulta, & uerè carnis illius sacramentum. Non ergo tantùm efficax illius signum, sicut est sacramentum Witcleff, sed sacramentum & res. Ideò subiungit sanctos patres. His sacramentis pascit Christus ecclesiam suam, quibus animæ firmat substãtiam: quæ nulla possunt esse præter carnem & sanguinem Christi secundùm suam substantiam, & naturam. Sicut ipse AMBROSIVS pòst declarat se, uersus finem libri, ubi, Non (inquit) corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & apostolus de typo eius ait, Quia pãtres nostri escam spiritualem manducauerunt, & potum spiritualem biberunt. Corpus enim Dei, corpus est spirituale, Corpus Christi, corpus est diuini spiritus, quia spiritus Christi, ut legimus: Spiritus ante faciem nostrã Christus dominus. Hæc ille. AVCTOR. Si autem esset sacramentalis panis Witcleff, ipso teste, foret esca corporalis: non est ergo panis terreus in hoc cælesti sacramento. Quam sententiam ueram, & firmam tenuerunt doctores catholici sequentes à priscis patribus derelictam. Vnde RABANVS adhuc de primo millenario (ut notasti) in libro suo de corpore, & sanguine domini. ca. 3. Nullus (inquit) moueatur de hoc Christi corpore & sanguine, ep † ministerio uera sit caro, merus sit sanguis, dũ hic ille uoluit, qui creauit. Omnia enim quæcũque uoluit dominus fecit in cælo, & in terra. Et quia uoluit, licèt figura panis & uini hic sit, omnino nihil aliud, quàm caro Christi, & sanguis post consecrationem credẽda sunt. Vnde ipsa ueritas ad discipulos. Hæc (inquit,) caro mea est pro mũdi uita. Et ut mirabiliùs loquar, non alia planè, quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro, Hæc ille. AVCTOR. Hoc profitetur Rabanus, quod accepit à patribus, quòd uera sit caro in ministerio, & merus sanguis non tantum modò figuralis. Itẽ, quòd figura sit ibi panis & uini sine substantia sua: quia omnino nihil aliud esse post consecrationẽ, quàm caro & sanguis credenda sunt. Sed quia penè omnia prædicta à sanctis patribus assumpta, solet Witcleff leui glossa deserre dicés, quòd aliud solet esse in figura post consecrationem, quanuis idem sit in natura, scilicet in figura corporis Christi post consecrationem, sed manens panis in natura: quta dictum est illius, sufficeit ita refellere, quòd † panis ita figurat corpus domini ante consecrationem, sicut pòst, quantũ est de nuda ratione figuræ sine præsentia corporali. Quia ab initiali essentia panis sumpta est formalis ratio fundandi habitudinalem illam figuram eius ad corpus Christi, scilicet, quia est refectio, & quia est sagina deficientis substãtiæ. Nam quia sicut panis sustentat corpus, sic esse corporis Christi sustenrat, & reficit animã: idcirco panis materialis figurat corpus Christi, ut sustentat animam per fidem. Vnde ISIDORVS libro. 1. de origine officiorum. cap. 18. Panis (inquit) quem frangimus, corpus Christi est, qui dixit, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Vinum autem sanguis eius est: & hoc est quod scriptum est, Ego sum uitis. Sed panis, quia corpus confirmat, ideo corpus Christi nuncupatur. Vinum autem, quod sanguinem operatur in carne, ideò ad sanguinem Christi refertur. Hæc autem sunt duo uisibilia, quæ sanctificata tamen per spiritum sanctum, in sacramentũ diuini corporis transeunt. Hæc ille. AVCTOR. Attendat Witcleff, qui ex hoc dicto Apostoli, panis, quẽ frangimus, arguit panem sensibilem esse Eucharistiæ sacramentum. Isidorus uerò dicit, quòd panis, quem frangimus, est corpus eius, qui de cælo descendit: non panis, qui de sub cespite creuit. Et addit causam, quare corpus Christi nuncupatur panis: non quare panis nuncupatur corpus. Quia (inquit) panis confirmat corpus hominis, ideò corpus Christi nuncupatur, & uinum operatur sanguinem. Et uide si istæ nõ sunt proprietates panis & uini à conditione naturæ eorum, non solùm à presbyteri consecratione. Et hæc duo uisibilia sanctificata in sacramentum diuini corporis transeunt, non autem in suis naturis manent. Item accedendo magis ad figuras Augustini, & aliorum doctorum: quia panis & molitur, & reuersatur manibus hominum, significat, quòd in passione corpus Christi torquebatur manibus militum: & pa-

Vuitcleff. 5
Psal. 80
B
Ambrosius To. 4
1. Cor. 10.
C
Thren. 4.
Rabanus.
4
Psal. 113.
Ioa. 6.
Isidorus
Ioa.
Ioa. 15.
Aug. To. 7
*saltem qr

nis decoctio ad clibanum, figurat tortionem carnis Christi ad crucem. Et deglutitio eius ad stomachum, figurat descensum illius carnis ad sepulchrum. Et incorporatio illius panis in carnẽ uiuam, figurat Resurrectionem corporis Christi in nitam perennem. Et participatio & uiuificatio illius carnis assumptæ figurat glorificationem carnis Christi, & assumptionem eius in gloriam. Sed has omnes rationes figurales habet panis eius ante consecrationem sicut post: ergo nõ plùs est panis figura post consecrationem, quàm erat antè. In sermone de Pascha, q incipit, Hoc, quod uidetis. & est. 31. inter sermones secundæ partis, AVGVSTINVS. Recolite (inquit) quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini: quãdo baptizati estis, quasi conspersi estis. Esto te quod uidetis, & accipite quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit. Hæc ille. AVCTOR. Iam Augustinus docet sub quibus conditionibus panis figurat rem ultimatam sacramenti, scilicet corpus Christi mysticum. Nunquid intendit ergo, quòd tota ecclesia Christi sit panis iste sensibilis? Dices non. Et quare ergo propter figurationem tuam erit putribilis panis corpus Christi sacramentum, & res propter figuram Apostoli? Non potest idem panis esse corporis Christi res, non sacramentum, scilicet tota congregatio fidelium. Hic omnes conticent Witcleuistæ. Et libro. 7. de baptismo contra Donatistas AVGVSTINVS. Quando (inquit) dominus corpus suum panem uocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum, quem portabat, indicat adunatum. Et quando sanguinem suum uinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum, atque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Hęc ille. AVCTOR. Nec uariatur illud indiuiduũ habitudinalis figuræ: quanuis post consecrationem accrescat ipsi lateraliter aliquis respectus ad auctorẽ eius, ut est causa, eo quòd sufficiens ratio fundãdi formaliter præcesserit. Et quia causa efficiens est causa extra rem, sicut nõ aliud indiuiduum quando: quod tunc dicebatur, hodie adfuit diei natalis domini, propter *hodiernitatem eius, qui fuit auctor, & conditor, & dominus totius diei, & temporis: quod est proprium soli Deo. Nec ergo esset alius figuralis respectus istius panis ad corpus Christi post consecrationem, quàm erat antè, quanuis accrescat ipsi aliquis lateralis respectus per pronuntiationẽ uerborum cælestium, per quæ comparatur ad causam, eo quòd sufficiens causa fundandi figuram præcesserit in pane à conditione sua. Tunc ergo resumatur textus concors Eusebij, Ambrosij; &

Augustin. Hanc non inuenio in cod. uet.
A
B
C
Rabanus. Ante consecrationem alia species dicitur, post consecrationem aliud, sed non alia species in figura: quia idem, quod figurabat antè, si gurabat post, & hoc precisè. Ergo erit alia species in natura, uel naturali essentia, uel da mediũ. Certè aliud esset, si figura esset post consecrationem per rationẽ corporalis continentiæ, & substantialis præsentiæ, quod tu negas, quam tamen figuram concedit ecclesia inesse nudis accidentibus. Et nec hanc rationem sciunt euadere Witcleuistæ. Sophisticat tamen hic Witcleff, quòd anima Christi ibi sit, & diuinitas: sed repellitur sophisma eius per hoc, quod doctor proposuit, in mysterio, id est, in sacramento, quod est res. Et quantum est de ui eius, nihil est ibi sacrum illud mysterium nisi caro Christi secundùm naturam, & sanguis Christi merus, quos tamen inhabitat deitas, sicut idem RABANVS habet ibi cap. 6. Ad hoc (inquiens) uerbum caro factũ est, & habitauit in nobis, ut per uerbum carnem factum, caro proficeret in Deum uerbum, quæ ni mirum caro uerbi fit esca. In hoc mysterio cibus est fidelium, dum uerè creditur esse caro pro mundi uita: neque aliud aliquid, quàm caro corporis Christi, & qua Christus manet in nobis: & nos per illam transformamur in illo, qui nihil aliud factus est, quã Deus caro dignatione sua, ut habitaret in nobis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ergo caro non fit panis in hoc sacramento, quia nihil aliud est, quàm caro corporis Christi. Nam aliud in neutro genere alieratem naturæ significat. Et iterum cap. 8. RABANVS. Si quidem (inquit) Christo, qui uerus est, & summus sacerdos, catholicè totũ tribuere oportet, totũq; ipsius uirtuti atq; ipsius potẽtiæ designari. Nẽpè q a ipse liberat ab oĩ ignorãtia, & remouet nos à carnalibus huius uitæ. Neq; itaq; sinit terrenũ aliq d, aut uile ibidẽ suspicari, sed mystica, & spiritualia in his sapere: ut nostri corporis sensus ad ea interius sanctificãdi auidiùs trãsferãtur: si qũo dicere possit præeminentior pars hominis, Cor meũ, & caro mea exultauerũt in Deũ uiuũ. Hæc ille. Et idẽ post. ca. 28. Propterea (inq t) nõ incõuenienter & iã ob hoc idẽ aqua cõsecratur, nõ q aqua pmaneat, sed uertitur in sanguinẽ, ut significet quod fides percipiat. Nã tria sunt q testimonium dant, q Christus est ueritas, spiritus, aqua, & sanguis. Seq tur. Quibus nõ nisi unũ salutis opus mysticè cõsecratur, ut corpus nostrum, & anima, ac spiritus integer ad uitã in Christo seruet. Et infrã. Cõstat igit, q si tria prius ponũt, nõ nisi caro & sanguis postea rectè creditur, dans indiciũ, q aĩalis homo totus debeat trãsire in spiritũ, & spiritualis fieri. Itẽ c. 47. Hęc nanq; uera, & noua consplio synceritatis & ueritatis ut simus azymi sine fermẽto malitię & neq

Rabanus.
Idem.
Psal. 83
Idem
1. Ioan. 5
1. Thess. 5.
1. Cor. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ. Nam in calice nihil aliud bibimus, q̃ Christi sanguinem, ubi & nos per aquam admixtã coadunari sumus. In pane uerò nihil præter corpus, ubi nos per Christi conspersionem iam mẽbra sumus. Hæc ille. AVCTOR. Nec irruat Witcleff in panem, quem infert hic Rabanus, nisi adferat nobis uinum, quod Rabanus aufert. Nec item aquam affirmet manere secũdum essentiã, quam iam suprà sustulit Rabanus, dicens nõ manere, sed transire in sanguinem. Hic tamen manere aquam figuratitiam, scilicet populi unionẽ. Et sic etiam remanet panis, non terrenus ille, cũ suprà dixit Christum non sinere nos ibi suspicari terrenum aliquid, uel uile sed panem cælestẽ.

Rabanus. Quod item declarat in cap. 16. RABANVS. Cogita (inquiens) si quippiam corporeum potest esse sublimius, cũ substantia panis & uini in Christi corpus & sanguinem efficaciter interiùs commutatur, ita ut deinceps post consecrationẽ iam uera Christi caro & sanguis ueraciter ereda
B tur, & non aliud, quàm Christus panis de cœlo à credentibus existimetur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce mi Witcleff, si panem tam gaudenter attendis, panem accipe carnem Christi: nec tamẽ hic uel alibi panem de terra, sed tantum de cœlis existimes. Nihil ergo remanet in sacramento, quantũ ad ipsum attinet sub speciebus, nisi caro Christi naturalis, & substantia sanguinis. Hanc antiquorum patrum concordem sentẽtiam Witcleff nesciens declinare, & se tamen declinare non sustinens, omnibus simul obuiam currens libro de Euchari-

Vuitcleff. stia, cap. 5. dicit esse temerariã, non probaram. Est (inquit) temeraria, quia ponit ut articulum fidei, q̃ nec panis, nec uinum post consecrationem remaneat, quod est nimis temerariũ propter multa. Nam in nullo articulo triplicis fidei ecclesiæ est iste articulus declaratus: quis ergo color, q̃ propter affertionem unius temeriam sit ecclesia nouo articulo fidei grauidanda? Iterũ scriptura sacra, & antiqui sancti doctores, ut Ambrosius, Augustinus, & alij auctores canonum dicunt regulariter, q̃ hostia consecrata est
C panis. Similiter decretum Romanæ ecclesiæ tempore Nicolai secundi, decreuit, q̃ post consecrationem, panis & uinum remaneant. Hæc ille.

6 AVCTOR. Hoc farripuit sibi iam commune hæreticorum hospitium: dum enim uinci deberent, currunt ad expressionem articuli in fide, & scripturis. Nam quòd ad primum temeritatis suæ probamentum; quia in nullo articulo triplicis fidei est iste articulus declaratus de non remanẽtia panis & uini, triplicem fidem intelligens triplex symbolum, Apostolorum scilicet, Athanasij, & patrum, quod cantamus in missa. Sed fraudis in auctorem simili pede fraude reuersa, argue

Symbolum triplex. tur Witcleff esse temerarius de positione panis naturalis in sacramento Eucharistiæ: quia nec in scripturis sacris, nec in aliquo articulo triplicis fidei est ille articulus declaratus. Item arguetur eius temeritas de positione corporis Christi figuralis in eodem sacramento, quia nec illum articulum, nec prædicationem illam habitudinalem de corpore Christi in aliquo articulo ciuidẽ triplicis fidei reperit declaratũ. Si secus fuerit, mõstret ubi. Sed item temeritatem mendacem non effugit, quando secundò infert scripturã, & antiquos patres Ambrosium, Augustinum, & alios auctores canonum pro remanentia panis putribilis. Similiter etiam decretum Nicolai, quod q̃ falsum sit, iam hic suprà uidistis, non assertione unius, sed plurium, & omnino perspicuè patebit in posteris. Sed quantùm ad expressam declarationem præmissæ ueritatis in symbolis, sanctè Deus, quantũ uolumen caperet huiusmodi symbolum, quod omnes explicaret necessarias fidei ueritates. nec esset iam symbolum breue cõpendium credendorum, sed aliquid omni bibliotheca prolixius. Sed sicut credens errorem, cui tamẽ errori uerba symboli non repugnant, non ideò est fidelis: ita ex opposito credens ueritatem catholicam, cui tamen uerba symboli non palàm assentiunt, non est temerarius, uel ideò infidelis. Deductio est à patribus: & p̃ prima ueritate est Augustin. casus. AVGVSTINVS, *lib. 4. de unico baptismo contra Donatistas. cap. 12. ubi, Fieri, inquit, potest, ut in alicuius hæretici librum catechumenus catholicus incidat, & à ueritate nesciens discernere erroreꝫ, credat aliquid contra fidem cathol cã: cui tamen errori uerba symboli non repugnant. Sub eisdem quippe uerbis innumerabiles hæreticorum errores exorti sunt. Hæc ille. AVCTOR. Nec ergo omni errori uerba symboli expresè repugnãt, nec omni ueritati catholicæ expresè consentiunt. Et notetur, quòd sub eisdem uerbis symbolicis, putà generalibus, innumerabiles errores exorti sunt. Veruntamen hoc argumentum ipsius magistri eius ipsi priùs formauerant Manichæi, probantes Euangelium esse falsum, cùm diceret, per Iesum Christum factum esse mundũ, quia in principio Geneſis non exprimitur de Iesu.

lib. 3.

¶AD ARGVMENTA WITCLEF per scripturam Euangelij, quòd hostia cõsecrata est panis in natura, respondetur. Cap. XXXVI.

SVMMA.

1 *Vuitcleff, qui per scripturam euangelij mouet magistri eius Berengarij, arguit hostiam consecratam esse panem in natura, confutatur.*

Scripta

2 *Scripta diuina cùm proferimus, quòd ea non captiuemus sensibus nostris, sed eis potius nostros captiuemus sensus.*

3 *Vuitcleff, & sui sequaces, quomodo sint Iudæorum gulonum sectatores. Et in quo.*

4 *Christi uerbis, quòd non sit quicquam addendum, aut subtrahendum.*

5 *Hæretici mensæ apparatus, & quomodo huiusmodi mensa sit fugienda. Sponsi autem mensa nequaquam deseruenda. Et multa ibi contra Vuitcleff, & Berengarium eius magistrum, qui ponũt corpus Christi panem naturalem, & panem figuralem, uel imaginarium, &c.*

ARmis, quibus potest, inuadit Witcleff ecclesiam, probare conatus panẽ corruptibilem esse totam hostiam consecratam secundum substantiam, & nihil ibi de corpore Saluatoris secundum naturã, & hoc in quotlibet locis, ut in quarto Trialogi. cap. 2. de sermone domini in monte. cap. 39. de Eucharistia. cap. 2. De Apostasia. De Papa. semper insuit hæc motiua Matthei. 26. Fides scripturæ sic loquitur, Cœnantibus autem, eis accepit Iesus panem, benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est. n. sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Et eadem sententia planè patet Marc. 14. Lucæ. 22. & primæ Corinthiorum. 11. Hæc Witcleff in Trialo-

Matth. 26

1 go. AVCTOR. Signetur † tamen quomodo magister eius Berengarius ab eodem loco Euangelii erroris sui sumpsit exordium, ut notat eũ

Corinthius. 3 GVIMVNDVS Auersanus Episcopus libro suo secundo contra eundem, dicens. Quis uerò risum tenere iam ualeat, audiens Berengarium ipsa domini uerba de sacramento interpretantẽ? Hoc (inquit) necessario panis est corpus meũ, & hic calix necessario uinum. O impudẽtissima stultitia, & nimium patens, nec quid dicat, prorsum aspiciens: Hæc ille. AVCTOR. Ita dixi suC pra, hic est Berengarius in toto. Sed quòd hæresim suam fundat in Euangelio, * perdonate mihi, si AVGVSTINVM inferam, dicentem ipsi, quod contra Pelagianos instruxit, in * principio libri sui Hypognosticon, ubi sic dicit, O malum dogma, quod pacis inimicus inuenit. O dogma, per quod scinduntur matris ecclesiæ unitates renatorum; O dogma, quod sub nomine Christi euertere, & mutare nititur Christianæ religionis fundamenta. O dogma, cui nefanda sunt nomina mille nocendi artes? Arma contra legem sumit ex lege. Impugnat Euangelium ex Euangelio, pugnans & in sui perniciem de ueris mendacia fingens, prouocat ad mendacium ue-

* ebdoma te in suo pro log. Aug. To. 7

ritatem. Sed hæc sibi sunt pœna, qui ea inordinatẽ proferẽs, putat esse uictoriam, ut in eo, quod scriptum est, impleatur: per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc enim unum cupio Christianis omnibus esse commune, ut cum scripta diuina proferimus, ea non captiuemus sensibus nostris, sed eis potius nostros captiuemus sensus secundum regulam Aug. To. 3 AVGVSTINI. libro primo super Genesim ad literam. ubi, Si qua, † (inquit,) scripta diuina legimus, quæ possint salua fide, qua imbuimur, alias, atque alias parere sententias, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiiciamus, ut si fortasse diligentius discussa ueritas eam recte labefactauerit, corruamus, non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, ut eam uelimus scripturarum esse, quæ nostra est, cum potius eam, quæ scripturarum est, nostram esse uelle debeamus. Hæc ille, AVCTOR. O miser Witcleff, & miseri Witcleuistæ, qui sic non pro sententia diuinæ scripturæ, sed pro sua dimicãt, ut eã uelint esse scripturæ sanctę sententiã, quę sua est, ueluti pueri dicẽtes, Ecce scriptura dicit Christum esse primam literam, & ultimam Alphabeti: quia ipsemet dicit, Ego sum Alpha, & ω, & tanquam pueri ex inde contendant Christum esse illud mutum, & sensibile elementum. Sic item dicit corpus suum esse panem mutum, & sensibilem, quia dixit, Hoc est corpus meum: retinens semper in ore suo saporem panis materialis, quem audiuit Christum in manibus accepisse, sed ad panem carnis suæ, quam Christus potissimum intendebat, nunquã attendens, gulones † Iudæos infectans, qui post quàm gustassent de panibus, panem cælestem reputantes pro uili, ad panem mortuum retorquebant affectum: sicut exponit illud Ioannis. 6. Homilia. 44. super Ioãnem. Da nobis hunc panem mãducare, CHRISOSTOMVS, dicẽs, Adhuc enim sensibilem quandam rem existimabant esse, adhuc uentrem lasciuire opinabantur, ideoque cito occurrunt. Sed quid ait Christus, uolẽs eos inducere paulatim dicens, Panis dei est, qui descendit de cœlo, & dat uitam mundo; Vitam autem dicit, quia erant omnes mortui. Hi uerò Iudæi inferius inspiciebant, dicentes, Da nobis panem hunc. Arguit itaque eos, quoniam dum sensibilem quidem mensam suspicabantur, illam * esse. i. mandu ca re. esse currebant. Cùm autem didicerant quoniam spiritualis quædam esca est, non ultra currere uolebant. Hæc ille. AVCTOR. Hac insipientia uidebitis laborare Witcleff deinceps, q̃ ubicunque potest audire de pane, statim currit ut canis ad panem materialem, Ecce, (inquit,) panis, existimans omnia de sua dici mensa sensibili. Vt autem accedamus ad rem, quid prius facturi sumus? Num purgabimus Euangelium

Apo. 1.

* gulosos.

Io. 6 Chrysost. To. 5

à sordibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augusti. To.10.

* Alias sermonibus de sanctis, quæ est ser. 4. de Io. Bapt. tamen in nostris codicibus non habentur hæc uerba.

Apo. ult.

Deute. 5

Matth. 26.

à sordibus, quas iniecit? an dehonestantem culpabimus? Hoc modo beatus AVGVSTINVS A reprehendit errorem Donati, uocans eum furē, quia addidit uerbis Christi uerbū suum: ad hoc scilicet, Ego baptizo, quod potest dici ex parte ministri, addidit, ego iustifico: quod solum diuinæ congruit potestati. tertia * parte sermonum, sermone de natali sancti Ioannis, qui incipit, Dieti hodiernæ solennitas. ubi sic dicit, Fur, & latro de transuerso ait, Ego baptizo, sed sicut minister, audio: noli addere, quicquid amplius est, à malo est: & tamen addit, nō dubitat. Quid addit? Ego iustifico. Hæc ille. AVCTOR. Ita † si Witcleff dicat, Hoc est corpus meum, uerum dicit, quia uerbum Christi dicit. Addat autem panem naturalem, dicens, Hoc est corpus, & naturalis panis: & iā falsum dicens, peperit iniquitatem, formauit errorem. Dixi iam suprà contestatem esse Apocalyp. ulti. ne quis addat, aut subtrahat uerbis Christi: hoc fac, & fidelis efficieris. Christus dicit, Hoc est corpus meum: imò ut rectum loquar, panem naturalem demonstrans, hoc dixit, Noli amplius dicere, noli minus. Deuteronom. 5. dominus de lege sua dixit, Non declinabitis ad dexteram, neque ad sinistram: sed per uiam, quā præcepit dominus Deus uester ambulabitis, ut uiuatis. Si apponas corpori Christi panem naturalem, dicens, Hic panis est corpus meum, & panis naturalis, iam addidisti, nullo modo negare potes, declinasti ad dexteram: quia aliud est panis in natura, quàm corpus Christi in natura. Plus ergo est corpus Christi, & panis materialis, quàm corpus per se sumptum. Ex alio latere si dixeris, Hic panis est corpus meum tantum in signo uel figura: iam subtraxisti, iam diminuisti de corpore Christi. Diminuit enim à corpore Christi in natura, corpus solum in figura. Addis uocabulum, & subtrahis essentiam, sicut dicens C homo, dicis essentiam, addens autem pictus ad hominem, subtraxisti essentiam, diminuisti naturam, & declinasti ad sinistrā. Sācta ergo ecclesia catholica, & sola illa uel mēbrū eius, potest uerè dicere, hoc (demōstrato pane) est corpus meū: quia nec addit aliquid corpori, nec subtrahit ueritati. Nullus enim panis materialis est corpus Christi, & panis naturalis nec corpus Christi est in sacramento aliquid minus Christi corpore in natura, nec aliquid diuersum in substantia. Quis non uidet iam ecclesiam habere proquinquiorē Euangelii sensum? Purè enim obseruat in consecrando, purè intelligit, quod Christus dixit, Hoc est corpus meum, demonstrando panem naturalem, & concludendo carnis Christi substantiam. Nō hic Witcleff, nec qui squam hæreticus, qui cum pane uerba Christi incipit, & solam ibi panis substantiam finetenus considerat, dicens,

Hic panis est panis in natura, nec ē corpus meū nisi in quodam leui signo, & minimæ entitatis figura. O quàm dolosus Witcleff. Ideo apponit tibi panem in sacramento, ut fraudet te desiderio tuo corpore Christi sacro. Pro panis substantia litigat, ut corpus Christi secundum substantiam & naturam suam totam excludat. Sic enim dixit quarto Trialogi. Concluso, quòd panis est corpus Christi, sed in figura tantum, quia mens non capit (inquit) quòd panis sit corpus Christi, nisi intelligendo figuratiuè. Hic † est apparatus mensæ hæretici, addere panem, & subtrahere agni carnē. Cōsulit AVGVSTINVS ne deseras mensam sponsi tui pro tali apparatu in mensā hæretici, prima parte sermonum, sermone secundo, qui incipit, Cælesti gratię. dicēs, Vide ne deseras mensam sponsi tui. Vt pulchra permaneas, carnes eius quotidiè māducabis. Vt uitam habeas, sanguinem eius quotidiè potabis. B Vide ne deseras hanc mensam, plurimos apparatus hæreticorum fuge: & si plura illic prauis dispensationibus apponuntur, aut fœda sunt, aut sæua sunt. Non est enim illis quicquam integrū, ubi pater, & filius, & Spiritus non est unum. Mensa sponsi tui panem habet integrum, quem panē & si confractum, comminutumque uidimus in passione, integer tamē māsit in illa sua cū patre individua unitate. De isto pane, & de isto calice dicebat dūs. Panis, quē ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Et calicem, quem sanctificauero, sanguis meus est, qui pro uobis fundetur in remissionem peccatorum. Superius enim dixerat, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quod uerbum audientes, nec intelligētes discipuli, dixerunt, Durus est sermo hic. Hæc ille. AVCTOR. Attendant Witcleuistæ seriem Augustini, qui quotiens audiunt panem, tanquā porci, in luteas scrobes currunt grunnientes, q panem suum putribilem inuenissent. Augustinus dicit ad mentem catholicam, quòd mensa sponsi sui panem habet integrum. Qui quamus fuerit in passione comminutus, & confractus, integer tamen manet in unitate deitatis. Et de isto pane (inquit) dicit Dominus, Panis, quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Et de isto calice. Hic calix sanguinis mei, qui pro uobis et fundetur. Et æquè de isto pane, Hoc est corpus meum, Non ergo credamus Witcleff apponēti nobis panem materialem, uel naturalem, de quo multi comedentes, mortui sunt: loco naturalis carnis Christi, & uiuifici sanguinis eius in sua putra substantia, quem qui gustauerit seculi uitam gustat. Vide (inquit Augustinus) ne deseras mēsam sponsi tui, plurimos apparatus hæreticorum fuge. Christus apponit tibi unum panem corpus

Witcleff.

Augusti. To.10

Matth. 26.

Luc. 22.

pus suum, Witcleff, & magister eius Berengarius apponunt tibi duos panes ad minus, panem naturalem, & panē figuralem, uel imaginarium corpus Christi. Plures sunt isti apparatus hæretici, fuge illos. Quare? Quia si plura illic prauis dispēsationibus apponuntur, aut fœda sunt, aut sæua. Fœdus panis, & fœdum uinum, sæuus panis, & sæuum uinum, quæ fœdas substantias ingerunt, cælestem cibum, & potum uiolenter extrudunt. Ecce quid facit Witcleff, addens panem, & pluri ficans apparatum. Satiùs mihi erit simplex fercu lum corporis Christi ueri, quàm gemini panes Witcleff, quia sunt furtiui. Sed hoc sufficit eccle siæ fidei, quòd uerba Christi in Euangelio nudè accepta, panem denuntiant materialem in subie cto, & præcisè panem & corpus Christi uerum in prædicato, nihilque aliud. Sicut ergo hic in exordio est panis purus sine corpore: sic in fine orationis, corpus purum sine pane, & ita transitus: ac sicut de dictione in dictionē, sic de natura ad naturam, de substantia in substantiam, de typo in B rem, de figura ueteri, in noui Pascha ueritatem sacramentum. Sic enim intellexit HIERONYMVS. hæc Christi uerba super Matthæ. in cōmentario, dicens. Postquàm typicum Pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad uerum Pascha transgreditur sacramentū: ut quomodo in præfiguratione eius Melchisedec summi Dei sacerdos, panem, & uinum offerens fecerat, ipse quoq; in ueritate sui corporis & sanguinis repræsentaret. Hæc ille. AVCTOR. Ecce assumens Christus panem, ad uerū pascha transgreditur. Nūquid item in panē, & sic de pane ad panem? aut nūquid in figurā corporis, & hic figuratitium Pascha? Quia iste uocat figuram ueritatem. Et quare ergo dicit Hieronymus, quòd sicut Melchisedec obtulit panem & uinum in præfiguratione, sic Christus corpus suum & sanguinem in ueritate, & non dicit in præfiguratione? Secundum Witcleff, non plùs hæc ueritas, quàm illa, quia illa ueritas panis in natura, & figura corporis in manibus Melchisedec. Ita ueritas panis, & eadem figura corporis in manibus C Christi. Quare ergo hæc ueritas, illa figura, nisi quia illa panis tantùm & figura, non ueritas corporis: ista tantùm ueritas corporis sub figura panis? Hoc uerum Pascha sine figura sui. Ipsa enim figura hoc probat, quam indubie Hieronymus non nesciuit. Leuitic. 22. Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur una die cum fœtibus suis. Si immolaueritis hostiā pro gratiarū actione, &c. ubi glossa habet, quòd figura peperit ueritatem. Vno ergo die nunquam ad oblationem uenire debebant ueritas & figura. & ibi consequenter. Si immolaueritis hostiam domino pro gratiarū actione, ut possit esse placabilis, eodem die comedetis eam. Nō remanebit quicquam in mane alterius diei. Glossa. Quia uetus Pascha tempus suum habuit, cui tempore suo nouum successit. Christus nanque figurale Pascha in cœna celebrauit: & post aliam horam quasi alia die, Pascha uerum substituit. Vel uerè alia, quia decima quarta die ad uespertum agebatur Pascha Iudæorum. Quicquid autem post uesperum est, alterius diei est. Hæc ibi. AVCTOR. Ita ergo ipsa lex Christi figuralis figuras suas terminat in præsentia ueritatis, nec se sustinet, sed quasi interro gatiquo societas lucis ad tenebras? Et BEDA tractans hunc locum scripturæ, ubi secundus mē sis in lege concessus est ad faciendum Pascha iis, qui immundi in anima, uel in uia procul positi, ad faciendum Pascha in primo mense, nequirent occurrere: libro de templo Salomonis. Ibi (inquit) nos apertissimè designati sumus, qui immundi super morte animæ nostræ, & procul adhuc positi à populo Dei, non potuimus primum Pascha facere, quod in carne & sanguine agni sicbat. Celebramus autem hodie Pascha secundū, quod in carne & sanguine Redemptoris nostri, à quo quæsiti, & mundati sumus, actum est. Hæc ille. AVCTOR. Si in carne figurali, & sanguine typico celebramus hodie Pascha, iam non tā procul positi sumus, quin cum Iudæis suum Pascha typicum celebramus: & si non omnes in carne agni naturalis, tamen in azymis panibus conuenimus. Declaret hoc ergo aliquis Witcleuista, in quo distet Pascha nostrum essentialiter à Pascha Iudæorum, si utrunque sit figuratum solùm: ex quo idem Deus utrunque fecerit institutum. Sed procul à christianis ista uesania. Hoc ergo Pascha, quod immolatus est Christus, non est panis putribilis. Hoc est ergo corpus meum, & præcisè Pascha uerum sine fermento figuræ. Et hoc secuudùm uenerandū FVLBERTVM in epistola ad Adeodatum, de his, quæ sunt maximè necessaria ad perfectum. ubi dicit, Quia corpus suum, quod semel Christus pro nobis oferebat in pretium, paulò pòst à nostris uisibus sublaturus fuerat in cœlum, ne sublati corporis fraudaremur præsenti munimine, corporis sui & uerè sanguinis sui nobis immortale alimentū reliquit, non inanis mysterii symbolum, sed compaginante Spiritu sancto corpus Christi uerum, quod quotidiana ueneratione sub uisibilis creaturæ forma inuisibiliter uirtus secreta in sacris solennibus operatur. De quo sub hora passionis suæ, familiaribus suis ait, Hoc est corpus meum. & paulò pòst. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis fundetur. Et alibi. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, Hæc ille. AVCTOR.

Hic

2. Cor. 6

Beda

Fulbertus.

Matth. 26.

Io. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic habes, quòd Christus in corpore suo & sanguine reliquit immortale alimentum: & non inanis mysterii symbolum, id est, uacuam rei figuram. Vacua enim dicitur, dum non continet substantiam, quam exhibet, sed compaginante Spiritusancto corpus Christi uerum. Vide quid denegat, & quid affirmat. Denegat symbolum, id est, figuram: affirmat corpus Christi uerum. Si ergo affirmatio, & negatio nunquam insunt eidem secundùm idem, non est corpus Christi uerum in sacramẽto, quod hodie ueneramur, mortale aliquod alimẽtũ, uel corpus falliter figuratũ.

¶ AD SECVNDVM ARGVMENtum Witeleff per scripturam Apostoli primæ Corin. 10. Panis quem frãgimus, &c. respondetur. Ca. XXXVII.

SVMMA.

1 *Vuitcleff, qui in sui erroris argumentum assumit textum Apostoli. 1. ad Corinthi. 10. Panis, quẽ frangimus, &c. uolens ex hoc probare hostiam consecratam esse panem naturalem, multorum authoritatibus confutatur.*

2 *Responsio ad argumentum Vuitcleff, quo probare conatur ex præsumptione facti, euacuationem corporis Christi, & naturam panis cibarij ibi præsentem.*

3 *Miraculum factum in eo, qui manibus indignis tẽtauit accipere arcam, in qua sanctum domini fuerat positum, à Cypriano recensetur. Et quo modo nocet Eucharistiam, Sanctum domini.*

ASsumat item in argumẽtum erroris textum Apostoli Pauli primæ ad Corinth. 10. Panis, quem frangimus, nõne participatio corporis domini est? Exo. 4. Gen. 19 Quasi etiam serpens conuersus in uirgam, & fœmina in salis statuam adhuc manerẽt, quod erãt, scilicet serpens & fœmina, & non secundùm naturam uirga, & statua. Et si non cæcarentur perfidia, oppositum deberet ex hoc loco concludi, quòd scilicet panis est participatio corporis. Et certè non sequitur. Panis est corpus, ergo panis est panis. Sed meliùs oppositum, ergo panis est aliud à pane, quia corpus. Ideò si glosis nostris non credas, saltem audias Damascenum dicentem, 1 Damasce. 1. Cor. 10. cp † in illo passu Apostolus noluit derogare ueritati corporis, sed omnino intellexit figuraliter uocabulũ panis. unde. 4. sentẽtiarũ. c. 14. in fine cap. DAMASCENVS. Omnes enim unum corpus sumus; quia ex uno pane assumimus, quemadmodum ait Apostolus, *Antitypa, id est, ꝛ figurativa futurorum dicuntur, non ut A *non entia uerè corpus & sanguis Christi, sed quoniam non nunc quidem per ipsa participamus Christi deitate, nunc intellectualiter per solam considerationem. Hæc ille. AVCTOR. Tædet me uitæ meæ, cùm audio scripturas sacratissimas, quas spiritussanctus per se scribere dignabatur, sic à peruerso hæretico irrisas, & delusas. Non credo tamen ad tantum desipuit, quòd hoc intelligere apostolum crederet, quod affirmat: maximè, quia idem apostolus, qui dicit, Panis quem frangimus: de eodẽ statim subiunxit, Vnus panis, & unum corpus multi sumus. Ergo si corpus christi esset panis naturalis propter primũ, æque totus chorus Christianorum esset unus panis naturalis propter secundum, Non ego deuio, sed hæc est norma scrutandi abdita scripturarũ per circunstantias eorum ibi, uel alibi. Vnde primo super Genes. ad literam in fine AVGVSTINVS. Cùm (inquit) diuinos libros legimus, in tanta multitudine uerorum intellectuum, quæ de paucis uerbis eruuntur, & sanitate fidei catholicæ muniũtur, id potissimum deligamus, quod certum apparuerit eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certè, quod circunstantia scripturæ non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem scripturæ circunstantia pertractari, atque discuti non potest, saltem id solùm, qd fides sana præscribit. Hæc ille. AVCTOR. Fidem suam dixit supra, fidem, qua imbuimur. Et putamus ne, quòd Witeleff fuit imbutus hac fide à iuuentute suâ? Sed igitur cùm de hac scriptura Apostoli fideles communicant, diligãt id solùm de textu elicere, quod intellexit Apostolus, quantum perpendi potest ex circunstantijs talis scripturæ, & fide sana. Nec obuiat, quòd plures sensus eliciantur ex eodem loco, si nullus eorum fidei integræ contradicat. Ideo dixit Augustinus in tanta multitudine uerorum intellectuum. Nã si hic locus apostoli potest habere plures sensus secundum plures æquiuocationes panis & corporis, quorum nullus fidei sanæ repugnat, sed quorum quilibet exponat Apostolum, & hæresim obruat occurrentem. Primus sensus sine iniuria Apostoli potest esse, quòd panis sensibilis fit per consecrationem corpus Christi secundũ substantiam: & tunc demum participatur à populo, nec est ultra panis, qui præfuit. Vide si hoc non intendit Apostolus, qui nusquam dicit panẽ illum esse panẽ, sed solùm corpus. Secundus sensus potest esse, quòd panis carnis Christi, quem in cruce fractum designamus, cum hostiam frangimus, est uera participatio carnis eius, & non figuralis, uel ficta. Rabanus item hoc probat, & scribit de uerbo illo Apostoli, quod sequitur ibidem. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hic (inquit) carnem Christi

*Non existentia.

Rabanus.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10

Augustinus in Psal. 33. conc. 1.

Plures sensus Apostoli recipit quæ non

1. Cor.

Christi ueram, panem appellat, Vnde libro de corpore & sanguine domini, ca. 37. sic inquit RABANVS. Quod panis etiam quamuis uera caro fit, hoc mysterium possit nominari, probat Apostolus, ubi dicit, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, quia Christi caro est, & uera caro: & tamen panis uiuus, qui de cœlo descendit iure catholicè prædicatur. Caro quidem secundùm gratiam, Panis uero secundum efficientiam. Quia sicut hic panis terrenus uitam subministrat temporalem: ita ille cælestis uitam præstat æternam, & cælestem: quia uita est sempiterna. Denique & sanguis hic secundum efficientiam simili modo uinum typicè potest uocari: quia sicut uinum lætificat cor hominis sobriè potatum: ita longè locupletius hoc uinum sanguinis lætificat cor hominis interioris: inebriat mentem amore spirituali. Vnde dictũ est. Calix inebrians quàm præclarus est. & uinũ lætificat cor hominis. Sequitur. Cæterum secundum præmissam doctrinæ ueritatem, nihil aliud, B quàm caro Christi, & sanguis iure creditur, quæ non sapore carnis, sed spirituali dulcedine degustãtur, & fidei ratione intelliguntur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce panis, de quo dixit Apostolus. Panis uiuus est, qui de cælo descendit, non panis paleæ, qui sub sensibili gleba creuit. Multũ frustrabatur spe uana Witeleff, quãdo panem illum expectauit ab apostolo, uel ubi probare se hominem iusit, ut de pane illo ederet: uel ubi pauloante, panem quem frangimus, participationem corporis Christi dixit. Nam nusquã audit apostolum additionem suam dicere, q. ſ. panis, quem frangimus, participatio corporis domini est, & naturalis panis. Idcirco mouetur Rabanus dicere, quòd panis ille quem secundum Apostolum frãgimus, & quem edat homo benè probatus, nihil aliud iurè credatur, quàm caro Christi, & sanguis, non sensibilis panis, non alterius hominis corpus, secundum Nestorianos, sed uerè caro Christi panis uiuus de cœlo: cibus quoque cælicus spirituum beatorum. Quamutique expositionem quamuis de millenario Christi fuit, non tamen de seipso, sed à patribus suis sumpsit: ueluti ab AVGVSTINO super psalmum. 33. super titulum. Vbi dicit. In principio erat uerbum: Verbum erat apud Deum: & Deus erat uerbum. Ecce cibus sempiternus: Sed mãducant angeli, manducant cælestes, manducant & saginãtur: et integrum manet quod eos satiat & lætificat. Quis autem homo posset pertingere ad illũ cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo, ut mensa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. * Vnde autem fit cibus, in lac cõuertitur, ut in carnem traiiciatur. Nã mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia idoneus non est infans, ut pane uescatur, ipsum panem mater incarnat, ut per humiditatem mammillæ & lactis succum de ipso pane pascat infantem. Quomodo ergo de ipso pane pauit nos sapientia Dei? quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videt ergo humilitatem, quia panem angelorum manducauit homo, id est, uerbum illud, quo pascuntur angeli sempiternum quod est æquale patri, manducauit homo. Hæc Augustinus. AVCTOR. Hunc autem panem ibi tractaturus præmisit. Etenim dominus noster Iesus Christus in corpore & sanguine suo uoluit esse salutem nostram. Vnde autem commendauit corpus & sanguinem suum? de humilitate sua &c. Ita ergo Deus panis angelorum incarnabatur, ut esset in carne, & sanguine panis, & cibus fidelium per sacramentum. In cuius rei signum AVGVSTINVS recitans textum Apostoli illius loci, non dicit, Qui ederit panem domini, sed, Qui ederit corpus domini indignè. 1. Cor. 11 3. parte sermonum, sermone de sacramentis habitis in die sancto Paschæ, qui incipit, Memor sum. Vbi, Magna (inquit) sacramenta, & ualde magna uultis nosse quomodo commẽdãtur? Ait autem, Qui manducat corpus Christi, aut bibit indignè, reus est corporis & sanguinis domini. Quid est indignè accipere? contemptibiliter, & irridenter accipere. Non tibi uideatur uile, quod uides. Hæc ille. AVCTOR. Ecce iuxta Augustinum non panis cibarius fuit panis, quem dixit Apostolus ibi, sed panis corporis Christi, panis uitæ. Item super Ioannem Moral. 46. CHRYSOSTOMVS, ita. Si quidem cum puritate accesseris, in salutem accessisti. Si uerò cum perniciosa cõscientia, in supplicium, & cruciationẽ. Qui enim manducat, & bibit indignè, sanguinẽ scilicet & corpus domini, iudicium sibi manducat & bibit. Hæc ille. AVCTOR. Tam sancti, & antiqui patres, nec falli sunt interpretes, nec ignari, qui loco panis, quem assumit Apostolus, scribunt corpus & sanguinem Iesu Christi, supponentes item, quòd possint indignè manducari ad iudicium. Attamen arguit. 8. ca. de Apostasia Witeleff. Isti Corinthii reportabant hostias consecratas ad domos, & comedebant, & bibebant usque ad ebrietatem. Quomodo contingit saturari, uel inebriari sumentem sanctam Eucharistiam postea locum habet? Quantum † ad argumẽtum, quo probare conatur ex præsumptione facti euacuationem corporis Christi, & naturam panis cibarii ibi præsentem: audiat iterum arguere fideles ex ultione delicti subsistere ibi corpus Christi. Quia tam dira uindicta quasi frequentata quotidiè à misericorde Deo non cõtingeret

A

B

C

1. Cor. 11.

Augusti. To 10.

1. Cor. 11

codex Venetus non habet hunc Ser.

Chrysost. To. 3

1. Cor. 11.

Vuitcleff.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

tingeret pro tãtilli panis sumptione indigna. Qđ A si sanctitatem figuræ causeris in pane, statim panis azymus Iudæorum te confundit, & caro agni, quem comedebant in pascha, qui æquè corpus Christi efficaciter figurauit: & uirtute magna in sanguine suo totum populum ab exterminatore saluauit. Quem tamen quandoque constat immoderatè à sumentibus esse uoratum, maximè sauente lege, aut dicente, Cuncta intestina uorabitis, & comedite festinanter. Non legi tamẽ ubi indigne sumentes hunc panem typicum, aut figuralem tam dira ultione plectuntur. Verè autem qui indifferenter hunc cibum corporis Christi, ut alium cibum communem accipiunt, nil mirum, si altas, & insolitas pœnas lauant, propter irreuerẽtiam temeritatis in carnem, & sanguinem Saluatoris. Vnde in annotationibus suis super hunc locum. 1. Corinth. 11. Dominus Iesus Christus in qua nocte tradebatur, HIERONIMVS. Tum his quasi oblitis, commemorat quàm ma- B gnũ mysterium sacramenti. Et ibi. Reus erit corporis & sanguinis domini. Qui tantum (inquit) mysterium sacramenti pro uili despexerit, & nõ diiudicans corpus domini, id est, non discernens à cibo communi. Propterea inter nos multi infirmi & imbecilles. Significat Corinthios pp supra dictũ peccatum ægrotatione, & imbecillitate, & morte à Deo esse correptos. Hæc Hieronymus. AVCTOR. O ergo quã prudenter Witeleff producit tales auctores panis sui putribilis, quos oblitos esse constat omnis reuerentiæ & gratiæ sacramẽti: & ideò acerba morte à Deo correptos: quia cum Witeleuistis fercula uenerabilis sacramenti reputabant, saltem facto, cibos esse communes: sicut pan- & potum cibarios naturales, & non aliter pertractandos. Et quid fecit dominus Iudæ primicerio huius delicti? Nonne post buccellam introiuit in eum Satanas? Et qđ horũ peius? an repleri diabolo, an inebriari? Et in epistola ad martyres CYPRIANVS. Cum, 3 † (inquit) quidam archam, in qua domini sanctum fuit manibus indignis intentasset accipere, igne inde surgente, deterritus est, nè auderet attingere. Et quidam alius, & ipse maculatus, sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum cæteris ausus est latenter accipere, sanctum domini edere, & contrectare non potuit, nec secum ferre, sed apertis manibus cinerem inuenit. Documento unus ostensum est dominum recedere, cum negatur: nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Hæc ille. AVCTOR. Rogo non subito discedamus, intelligamus Cyprianum antistitem iam, ubi sacram eucharistiam uocat sanctum domini. Illud certè sanctum, quod item angelus ad Mariam dixit, Quod enim ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. de quo subdit. Ostensum est dominum recedere, cùm negatur. Quomodo item subdit. Quando gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Vocat ergo hostiam, quam ille maculatus participare proposuit, sanctum domini: uocat deũ ipsum, & uocat gratiam salutarem. Sic dixi uobis: pœna declarat, quæ res, aut quanta sit, quæ portat iniuriam. Non æstimandus panis, aut poculum inebrians Witeleff, qui tot, & tantas sceleratorum ruinas exercet. unde subdit CYPRIANVS. Quàm multi quotidiè immundis spiritibus adimplentur. Quàm multi usque ad insaniam mentis excordes demẽtiæ furore quatiuntur. Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum pœna sit uaria, quàm delinquentium multitudo numerosa. Vnusquisq; consideret non quid alius passus sit, sed quid patt & ipse ineratur. Nec euasisse credat, si eum interim pœna distulit, cum timere plus debeat, quẽ sibi Dei iudicis ira reseruat. Hæc Cyprianus. AVCTOR. Hucusque iam fermè quadringẽtis annis post ascensionem domini durauit ultio illa frequens in eos, qui manducabant, & bibebant indigne, non diiudicantes corpus domini: necdũ cessauit quod air Apostolus, ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Cyprianus dixit: Delictorum pœna est uaria, & delinquentium multitudo numerosa. Et in illum locum apostoli in expositione sua HAYMO. Non diiudicans corpus domini, id est, non discernens à reliquis cibis. & ibi. Idcirco inter uos, ò Corinthii, multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Nõ somno pacis, neq; quietis, sed febricitantes, & mortui sunt morte æterna propter hoc peccatum. Hæc ille. AVCTOR. Arguit ergo pp sumptiue. Si Corinthii facinorosi tractabant inter se sacramentum corporis domini C tanquam panem: ergo eis credendum est, quòd sit panis. Non enim dubito eos immaniter deliquisse nec ero difficilis ad credendum, quòd multi illorum tũc erant in sensu Witeleff peruerso, aliter non sic abuterentur dñico sacramẽto. Sed ideo diuina animaduersione multi plectũtur, & apostoli Pauli uiuis uocibus corriguntur. Vnde ad inquisitiones Ianuarii AVGVSTINVS. Cùm uero ait Apostolus de hoc sacramento loquens. Propter quod fratres cùm cõueneritis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut nõ ad iudiciũ cõueniatis: statim subtexuit. Cætera autem omnia cum uenero ordinabo. Vnde intelligatur, quia multum erat, ut epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem sic seruat ecclesia Christi ab ipso ordinatum, quòd nulla horum

Exodi. 12

1. Cor. 11. Hieron. To. 9.

Ireneus.

Io. 13

Cyprianus.

Lu. 1

1. Cor. 11

Haymo

Matth. 6.

Witeleff.

Aug. To. 4.

Matth. 6.

1. 4.

rum diuersitate uariatur. Hæc ille. AVCTOR. A Fides ergo sacramenti, quam uniuersa seruat ecclesia de corpore Christi ibi præsente secundum suam substantiam cum sit essentialior aliis, intelligitur tunc ab Apostolo confirmata & docta, & Corinthiorum perfidia increpata.

¶AD TERTIVM ARGVMENtum Witeleff, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, respondetur. Cap. XXXVIII.

SVMMA.

1 *Witeleff, qui pro erroris sui corroboratione de hostia consecrata, quòd sit panis in natura, assumit illud orationis dominicæ, Panem nostrum quotidianum, &c. confutatur. Et multa ibi de pane quotidiano per doctores sacros. Et quo secundũ Hieronymum & alios, panis ille dicatur Epiousios, non naturali. &c. contra Witeleff.*

2 *Panis, quem in oratione dominica postulamus, quòd sit sacramentalis: non usualis.*

3 *Responsio ad argumentum Witeleff dicẽtis, quòd sacramentum eucharistiæ quinquies uocatur panis in Canone. &c. unde arguit illud esse panis in natura.*

4 *Panis noster quotidianus quis dicatur secundum Augustinum, Cyprianum, & alios doctores ibi.*

Matth. 6.

VBentur orthodoxi erigere oculos cõniuentes ad cognoscendum, qđ hoc sacramentũ est panis: quia Matt. 6. docet ueritas nos orare, ut panem nostrũ supersubstantialẽ det nobis hodie, & secundum Augustinũ super eodẽ textu in sermone domini in monte, per panẽ quotidianũ inter alios sensus laudabiles intelligit Christus hoc uenerabile sacramẽtũ. Hæc Witeleff. 4. trialogi. AVCTOR. Dicamus & nos. Erigant caligantes oculos Witeleuistæ, quorũ magister argumenta nõ inuenit nisi omnino contra se. Recitetur expositio Augustini, quam iste iam loquitur, & uideatur quò tendat AVGVSTINVS. Quarta (inquit) petitio est: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Panis quotidianus, aut pro his omnibus dictus est, quæ huius uitæ necessitatem sustentant: De quo cùm præciperet, ait, Nolite cogitare de crastino ut ideo sit additum, da nobis hodie: aut pro sacramento corporis Christi, quod quotidiè accipimus: aut pro spũali cibo, de quo idẽ dñs dicit, Operamini escã, quæ nõ corrũpitur. Et illud, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Hęc Augustinus. 2. li. de sermone dñi in monte ea. 12 AVCTOR Eccę tres panes, quorũ quilibet est panis quotidianus: sed putribilis panis, p quo tu intelligis tunc ab Apostolo confirmata & docta, & Corinthiorum perfidia increpata.

Witeleff.

Aug. To. 4.

Matth. 6.

1. 4.

1

stas, solus est primus, quem sumit August. p omnibus, quæ huius uitæ necessitatem sustentant. Panis quilibet materialis est hmõi: ergo & ois panis materialis est primus panis, & non secũdus. s. corpus Christi, neque tertius. Patet sequela: quia nõ est bona diuisio, ubi mẽbra coincidunt. Ité si sacramentũ corporis Christi de necessitate est panis putribilis, quia est panis quotidianus inter alios sensus laudabiles, quare non est cibus ille spũalis, qui nõ perit, panis periturus, & putribilis, cùm iste sit tertiò dictus panis quotidianus inter eosdem, & præcipuè talis inter illos: ita, ut aliis dimissis, AVGVST. descendat in istũ, cõcludens, & dicens. Restat igitur, ut quotidianum panem accipiamus spũalẽ: præcepta. s. diuina, q̃ quotidiè oportet meditari, & operari. Nam de ipsis dñs dicit. Operamini escam, quæ non corrumpitur. Quotidianus aũt iste cibus nunc dr, quãdiu ista uita temporalis per dies decedentes succedẽ texẽque peragitur. Hæc ille. AVCTOR. Vide B mi Witeleff. Inter hos tres sensus laudabiles tertius est laudabilissimus, in quo esca præceptoris quæ non corrumpitur, appellatur panis nũc quotidianus. sed iste est immaterialis, cùm sit incorruptibilis, & spũalis, ſm August. Ergo nõ sequitur quanuis sit panis quotidianus, q̃ ideo sit panis materialis, putribilis, & terrestris. Perpendamus itẽ quid Witeleff arguendo contra seipsum assumpsit. Matt. 6. (inquit) ueritas docet nos orare, ut panem nostrum supersubstãtialem det nobis hodie. Vir improuidus, quo uitare panem cælestem nõ potuit, qñ arguit pro terrestri? hoc est quod catholicis complacet, quòd sacramentum corporis sit panis supersubstantialis, ideo non sublunaris. Est panis EPIOVSION secundũ HIERONYMVM super eodem textu Matthæi. in commentario libro primo, ubi sic dicit. Quod nos supersubstantialem expressimus, in Græco habetur EPIVSIOS. Quod uerbum C septuaginta interpretes PERIVSIOS frequẽtissimè transferunt. Consideramus ergo in Hebræo: & ubicunque illud PERIVSIOS exprẽsserant, nos inuenimus sogolla: quod Symmachus exteriton, id est, præcipuum, uel egregium transtulit, licèt in quodam loco peculiarẽ interpretatus sit. Quando ergo petimus, ut peculiarem, uel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illum petimus, qui dicit, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Hæc ille. AVCTOR. Et deinceps exponẽs HIERONYMVS secundum quosdam hoc de pane crastino. Possumus (inquit) supersubstantialem panem & aliter intelligere, qui super omnes substantias sit, & uniuersas superet creaturas. Hæc ille, AVCTOR. Miro modo uir iste arguens contra ecclesiam, pro ecclesia militauit.

Ad Ualtel.

Aug.

Io. 6.

Hie. To. 9.

Hie. To. 9.

Ἐπιούσιον

Io. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non dubium pro uiuifico sacramento inuitè de certat, dum contra illud sua tela componat. Et telum, quod uibrat, illo intacto, quò dirigit, reuertitur in authorem. Cõis est hæc hæreticorum forma, cùm scripturas excutiunt. dicente AVGVSTINO, libr. 2. contra Petilianum in principio. Quæ tandem uis, nisi cæcitas, & uanitas animi cogit homines clausis, ut dicitur, oculis tanquàm in alterum iacere, quod cùm in eũ iecerint continuò redeat, eumque ictu reciproco affligat, intacto illo, quem uulnerare uoluerat? Sicut isti Donatistæ, de omnibus ferè scripturarum testimonijs faciunt. Quæ cum se aduersum nos proferre arbitrantur, uelut admonere nos uidentur, quales eos ipsa scriptura conuincat esse. Hæc ille. AVCTOR. O infelix Witcleff, quis tibi tenuit oculos dum scripturam de pane supersubstantiali produceres, conatus arguere pro pane substantiali? Pane itaq; sublunari, Panis, inquit, terrenus est: quia scriptura dicit: panem supersubstantialem da nobis hodie. At quid æstimemus de tali didascalo, nisi q̃ suorum percussus acrisia dum concludere æstimabat Eliseum, per eundẽ concluditur, & fræno suo ducitur ad medium ciuitatis hostilis? Quàm audaciter dixit panem nostrum supersubstantialem esse hoc uenerabile sacramentum panem EPIVSION? Vnde possumus ei concludere authoritate Hieronymi. ergo non est panis terrestris, uel, ut tu dicis, naturalis, sed supersubstantialis peculiaris, præcipuus panis, qui potest ueraciter dicere, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Non est panis mutus, aut subcinericeus, qui multis succumbit substantijs, & ut tu dicis peior agno paschali, imo tellurdine: sed panis supersubstantialis, super omnes existens substantias, & uniuersas superãs creaturas. Ecce in fræno uerborum tuorum te ducã, ubi cuncti te penè capiẽt catholici sancti patres. Sicut enim Augustinus non sponte patitur in illo passu dominicæ orationis panem usualem intelligi: ita nec cæteri patres, imò Hieronymus dicit inconueniens, motus illa ratione Augustini, quia Christus nos docuit nihil cogitare de crastino, in cõmentario super Titũ, textu capituli secundi, Vt mundaret sibi populum egregiũ æmulatorem bonorum operum. Hieronymus. Illud, quod in euangelio secundum latinos interpretes scriptum est, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: melius in Græco habetur, panem nostrum EPIOVSION, id est, præcipuum, egregium, peculiarem, eum uidelicet, q̃ de cælo descẽdẽs, ait, Ego sum, qui de cœlo descendi. Abſit quippe, ut nos, qui in crastinum cogitare prohibemur, de pane isto, qui post paulum per stomachum concoquendus est, & abiiciendus in secessum, in prece dominica roga re iubeamur. Nec multum differt inter EPIOVSION, & PERIOVSION, Præpositio enim tantum mutata est, non uerbum. Quidã EPIOVSION æstimant in oratione dominica panẽ dictum, quòd super omnes OVSIAS sit, hoc est, super omnes substantias. quod si accipitur, non multum ab ipso sensu differt, quẽ exposuimus. Quicquid enim egregium est, & præcipuum, extra omnia est, & super omnia. Hæc ille. AVCT. Ecce † panis sacramentalis, quem in oratione dominica postulamus, nullo modo panis est usualis. Absit (inquit) ut panem illum peteremus ibidem, qui post paululum concoquendus per stomachum, abiiciendus est in secessum. quasi dicat: talis est omnis alius à cælesti. Caueat sibi Witcleff ab hoc uerbo, qui panem illum in sacramento ad secessum proijcit, cum Rabano, & Heribaldo, Absit, inquit Hieronymus. Sed ad hoc uitandum melius dicitur EPIOVSION, id est, supersubstantialis, quam quotidianus. hoc enim uerbo omnis talis panis excluditur. Cui expositioni Hieronymi super eodem uerbo optime conuenit pater AMBROSIVS. lib. 5. de Sacramentis cap. 4. ubi dicit. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Memini sermonis mei cùm de sacramentis tractarem, dixi uobis, q̃ ante uerbum Christi, quod offertur, panis dicatur, ubi Christi uerba deprompta fuerint, iam nõ panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum; panem quidem dixit, sed EPIOVSION dixit, hoc est, supersubstantialem. Non iste panis est, qui uadit in corpus, sed ille panis uitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Inde Græce EPIOVSION dicitur. Hæc ille. AVCT. Huic concurrit textus AVGVSTINI: qui ne dissentiret in sensu, non dissentit ab eo in uerbo. sermone. 28. de uerbis domini dicens. Memini sermonis mei, cum de Sacramẽtis tractarem, dixi uobis, q̃ ante uerba Christi, qđ offertur, panis dicatur: ubi Christi uerba deprõpta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ posſ sequitur, ait, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie? Panem quidem dixit, sed EPIOVSION dixit, hoc est, supersubstantialem. Nõ iste panis, qui uadit in corpus, sed ille panis uitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Hæc ille. AVCTOR. Magnum fastigiũ sacramenti. Si non prius quàm scripsit alter istorum sanctorum, alterius librum uidit: quomodo non prægrandi cura spiritus sanctus eandem sententiam uerbis & sensu utriusque paginis inspirauit? Si uidit alter, omnino tam pretiosa uerborum series excipienti complacuit: quia ad laudem sui operis mille dimissis, hanc inscribere præelegit

Lanfrãcus. gir. Et hoc ipsum sapiebat in libro suo de corpore & sanguine do. LANFRANCVS. Panem (inquiens) quem Ambrosius, & Augustinus eisdem uerbis uocant EPIOVSION, ideſt, supersubstantialẽ, quia caro Christi omnibus creatis substantijs maior existit. Hæc ille. AVCTOR. Nõ dubiũ, quin dictum sit Ambrosij, ut patet inspicere uolenti decretorũ uolumen canonicũ: Nec tamen uidebit aliquis tam antiquum codicẽ Augustini de uerbis domini, quantum ego reor, cui desit prefata sua, si dolus non adsit, uel culpa scribentis. Ideò in libro de corpore & sanguine domini cap. 12. ANSELMVS. Augustinus inquit: non est iste panis, qui in uentrẽ uadit. Hæc ille. AVCTOR. Omnem fidem informat: omnem calliditatem hæreticorũ absoluit, q̃ panis ante uerba Christi, post uerba non est panis, sed corpus. Mouet argumentum Witcleff, & respondet: ne futuro Witcleff responsio non pateret. Quinquies, inquit Witcleff, hoc sacramentum in canone uocatur panis: gemellaq́ue fides patrum sic arguit: & in sequentibus, id est, consecratione peracta, quando iam non amplius panis est, panem uocat ministet, quia panem nostrum quotidianum. Respondet † concors assertio patrum: concedo quia panis est: sed uitæ æternæ panis: nõ noster exciduus. Imo (dicit Witcleff) panis naturalis est. Sed bene dicunt non appellatur panis, sed corpus, quia principaliter est corpus. Non sic (inquit fides patrum) non est aliquatenus panis, qui in uentrem uadit: sed qui solam substantiam animæ fulcit. Quare? quia est EPIOVSION panis, id est, supersubstantialis, non sublunaris, non mi: tendus canibus subter mensam, multò magis non uentri, & uasis uilibus ad secessum. Iam uidetis, quàm sibi cõcordet hæc simpla fides, & trina professio sanctorum, scilicet, Hieronymi, Ambrosiii, & Augustini. Absit, (inquiunt) panis non est panis post paululum concoquendus ad stomachum, & abiiciendos in secessum. Non est panis, qui in uentrem uadit: sed qui substantiam animæ nostræ fulcit. Vide si panis tuus naturalis substantiã animæ fulciat & tunc accipe, q̃ panis EPIOVSION, qui uiuus descendit de cælo, usque in uentrẽ digerendus perueniat. Sed ideo omnes sancti anti qui concorditer renuunt panem grossum, ne illum putemus hic panem nostrum quotidianum: maxime cùm tertium panem petimus, uel secundum. Super Psalmum. 84. uersu. Et salutare tuũ da nobis. AVGVSTINVS. Iam † quidem dedit nobis Christum suum, adhuc tamen illi dicamus, da nobis Christum tuum: quia dicimus illi, panem nostrũ quotidianum da nobis hodie. Et quis est panis noster, nisi ipse qui dixit, Ego sum panis, qui de cælo descendi? Hæc ille. AVCT.

Ecce Augustinus nescit quis est panis noster quotidianus, nisi ipse qui dixit, Ego sum panis qui de cœlo descendi. s. panis Christus. Item antiquus pater CYPRIANVS in libro, quem edidit de oratione dominica, ubi tractat illam petitionem. Panis (inquit) uitæ Christus est. Et panis hic non omnium est, sed noster est. Et quomodo dicimus pater noster, quia intelligentium, & credentium pater est, sic & panem nostrum uocamus: quia Christus eorum, qui corpus eius cõtingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidiè postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidiè ad cibum salutis accepimus, intercidente aliquo grauiori delicto, dũ absentes, & non communicantes, à cælesti pane prohibemur, ipso prædicante, Ego sum panis uitæ, qui de cælo descẽdi. Si quis ederit de meo pane, uiuet in æternum. Panis autem, quem ego dedero, caro mea est pro sæculi uita. Quando ergo dicit in æternum uiuere si quis ederit de pane eius, ut manifestũ est eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam accipiunt, ita contrà timendum est, & orandum, ne dum quis abstinens separat a Christi corpore, alienus remaneat à salute: comminante ipso, & dicente: Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. Et ideo panem nostrum, ideſt, Christum dari nobis quotidiè petimus: ut qui in Christo manemus, & uiuimus, a sanctificatione eius, & corpore non recedamus. Hæc ille. AVCTOR. Et iste sanctus pater quandiu exponit petitionem istam de corpore Christi, nullum alium panem ibi sciuit intelligi, nisi Christum, uel corpus eius, ut à sanctificatione eius (inquit) & corpore nõ recedamus. Et RABANVS super Matth. lib. 2. ca. 9. Quod (inquit) panem supersubstantialem in alijs exẽplaribus legimus, uel peculiarem, uel præcipuum, illum panem significat similiter, qui dicit, Ego sum panis, qui de cælo descendi, qui uidelicet est super omnes substantias, & uniuersas superat creaturas. Hæc ille. AVCTOR. Et iste similiter à prædicta Hieronymi expositione non recedit. Item in libro sermonum, sermone *46. qui est de oratione dominica, & incipit, Accepistis auditum fidei fratres. ubi tractat petitionem præfatam, PETRVS RAVENNAS. Tam boaus (inquit) tam pius, tã largus, panem pater filiis non nisi postulatus indulget. Et ubi est illud, Nolite soliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo uestiamini. Hoc petere iubet, quod prohibet cogitare? Quid tenemus? Cælestis pater cælestem panem cælestes filii, ut postulemus, hortatur. Ipse dixit, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Ipse est panis, qui satis de uirgine, fermentatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in carne,in passione confectus, fornace coctus sepulchri,in ecclesijs conditus, illatus altaribus, cælestem cibũ fidelibus quotidiè subministrat. Hæc ille. Item sermone 68. de eadem, qui incipit,Conditio mortalis. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Post cæleste regnum panem quis postulet temporalem? Sed quotidianum uult nos in sacramento corporis sui panis uiaticum postulare: unde ex hoc ad perpetuam diem,& ipsam christi perueniamus ad mensam. Hæc ille. Item sermone.*49. qui incipit. Omnia quæ diuinitus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Post regnum cæleste, terrenum panem petere non iubemur,prohibente ipso, cùm dicit, Nolite soliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, sed quia ipse est panis,qui de cælo descẽdit,perimus, & precamur,ut ex ipso pane, quem quotidie,id est,iugiter sumimus, in æternitate uictum corporis mentisq; capiamus. Hæc ille. AVCTOR. Quid plura congerimus documenta sanctorum? nonne omnes remouet à quotidiano pane corporis in sacramẽto omnem panem temporalem professione percelebri, & fide concordi?

Idem.

Idem.

*To. Matth. 6.

¶AD QVARTVM ARGVMENtum Witcleff,quomodo Apostoli cognouerunt eum in fractione panis. Respondetur. Cap. XXXIX.

SVMMA.

1 *Witeleff,qui pro sui panis usualis in hostia consecrata defensione,adducit illud Luc. 24. cap. Cognouerunt eum in fractione panis,confutatur. Et quòd non intelligatur de pane usuali,seù communi,ostenditur.*

2 *Christus quare uoluerit in fractione panis agnosci. Et quomodo eum non nouerunt Berengariani, Valdenses,& Witeleuistæ.*

3 *Christi carnis duplex fractio,ostenditur.*

4 *Christus quòd in sacramento in partes frangatur, quomodo debeat intelligi,ostenditur.*

5 *Caro cur sola nominetur ibi, Verbum caro factum est.*

Vuitcleff. Lu. 24

De Consd. 2. c. Nõ oẽs panis

SImiliter(inquit Witeleff) Apostoli cognouerunt Christum in fractione panis.ut dicitur Lucæ. 24.& illum panẽ docet Augustinus cum lege Papali,de consecratione distinctione. 2. capit. Non omnis panis esse hoc uenerabile sacramentum. Sed nũquid credimus,quòd sequatur: Apostoli cognouerunt Christum in fractione panis huius: ergo tunc est panis? 4. Trialog. AVCTOR. Certè sequitur panis uitæ,& cælestis: sed non sequitur panis tuus. Audiatur iã catholicus AVGVSTINVS in lib. de concordia euangelistarum, ubi tractat eundem textum. Non incongruenter(inquiens) accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à satana factum fuisse ne agnoscerentur Iesus: sed tamen à Christo est facta permissio, usque ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut possit agnosci Christus. Hęc ille. AVCTOR. Hiccine † hoc magnum est, quod iste profert ad probationem panis? Et qs tibi negat hoc sacramẽtum panis? Concedimus tibi panem, sed uiuum, qui de cælo descendit, nõ panem tuum mucidũ, quem stomachus sumit, & abijcit. Sic enim intellexit RABANVS. Augustinus in fine expositionis suæ inclytæ super Matth. Apparuit(inquiens) in fractione panis ijs, qui se peregrinum esse putantes, ad hospitiũ uocauerunt. Aderit & nobis, si peregrinis, & paupertibus quæcunque possumus bona libenter impendimus. Aderit nobis in fractione panis, cùm sacramenta corporis eius, uidelicet panis uiui, casta, ac simplici conscientia sumimus. Hæc ille. AVCTOR. Iam audistis hoc ipsum uocari panem uiuum, quod Augustinus suprà panis nuncupat sacramentum. Probet iam Witeleff doctorẽ quenquam catholicum, qui tantum exponat de pane suo terreno: aut nihil proficit in pane nudè sumpto. Dixisset enim Rabanus, si fuisset ex parte Witeleff: aderit nobis in fractione panis, cùm sacramenta corporis eius, uidelicet panis mortis, sumimus. hunc enim panem non panem uiuum intendebat Witeleff arguere sacramentum. Sed fallitur, nescіens Augustinum intellige re ibi panem non communem, uel usualem, sed illum, qui per Christi benedictionem fit, & conuertitur in corpus Christi uerum. quod sonat illud caput, Non omnis panis quod utique sumptum est ab Augustino sermone septuagesimo sexto, terriæ partis sermonũ, qui est de resurrectione domini. & incipit, Resurrectio domini secundũ omnes. ubi, Memento te (inquit) clarissimi, quemadmodum dominus Iesus ab eis, quorũ oculi tenebantur, ne illum agnoscerent, in fractione panis uoluit se agnosci, norunt fideles qd dicam, norunt Christum in fractione panis. Nõ enim omnis panis, sed panis accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi. Hæc ille. AVCTOR. Aduertite rogo. Non † enim sine causa ponderauit Augustinus, quomodo in fractione panis uoluit se Christus agnosci. Norunt (inquit) fideles quid dicam. excludens infideles, & hæreticos, hoc dixit. Berengariani omnes, Valdenses, & Witeleuistæ nõ nouerunt Christum panẽ uiuum in fractione panis, sed rudem panem, & putribilem. Ideo non norunt, quid Augustinus dicat: sed fideles ecclesiæ Christi nouerunt Christum in fractione panis. Non enim omnis panis, id est, communis panis, sed accipiens benedictionem Christi, per uerba Christi, fit per conuersionem substantiæ suæ uerum corpus Christi. Hoc norunt fideles, hoc credunt, hoc firmiter tenent. Non enim rudis panis aperuisset oculos per satanam impeditos: quod experiũtur Witeleuistę, quorum oculi sempee clauduntur per satanam, nec dum eos Christus aperuit: sed hanc ineffabilem uim in oculis fidelium corpus domini operatur. Vnde super prædicto textu Lucæ, THEOPHILVS. Aliud (inquit) innuit, quòd scilicet sumentibus sacrum panem, aperiuntur oculi, ut cum agnoscant: magnam enim, & ineffabilẽ uim habet domini caro. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quod dixit Augustinus suprà sacramentum panis, hic dicitur panis sacer: sed ne alius panis intelligi debeat, quàm panis uiuus: ineffabilẽ uim (inquit) habet domini caro: innotescens seipsum, quod non alium panem dixerit, quàm carnem dominicam panem uiuum. Sed quomodo panis ille potuit à Christo frangi, difficultant increduli: Ecclesia tamen sanctorum difficultatem istam non patitur. Sed † dicit planè Christi carnem dupliciter frangi posse: quia uel in natura propria, uel in sacramento. In natura propria dicit AVGVSTINVS. panem uiuum carnis Christi comminutum & fractum in cruce: sermone secundo primæ partis sermonum, qui incipit, Cælesti gratiæ. Mensa (inquiens) sponsi tui panem habet integrum: quem panem, etsi contractum, comminutumque uidimus in passione, integer tamen mansit in illa sua cum patre in indiuiduâ unitate. De isto pane, & de isto calice dicebat dominus: quẽ ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd panis integer, quem mensa sponsi continet, fuit in cruce confractus, sed per Iudæos. Quotidiè item idem panis frangitur in sacramento participatione fidelium. Vnde AVGVSTINVS, de corpore & sanguine domini, ex uetustissimo exẽplari. Fregit (inquit) Christus non tamen secundum hoc, quod erat: non enim dedit se illis fractum diuisum, imò in singulis partibus integrum se dedit. Sed fregit secundum hoc, quod in sacramento uidebatur: ut quod unum erat, daret multis, & tamen totum, & integrum singulis. Similiter & sacerdos secundùm hoc, quod in sacramento uidetur, debet frangere distribuenda ecclesię, singulis tamẽ integrum, unumque Christum tribuens. Hæc ille. AVCTOR. Et secundum istũ sensum recitat AMBROSIVS uerba Christi in euangelio lib. 4. de sacramentis ca. sic dicens. Benedixit, fregit, fractumque Apostolis suis & discipulis tradidit, dicens, Accipite, edite ex hoc omnes, hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce dixit confringetur tam per passionis ignominiã in esse proprio, quàm per sacramentalem fractionem in signo. Hoc autem postremum fractionis genus insinuat AVGVSTINVS in *libro de uerbo domini, tractãs illud, Et qui mãducat me, ipse uiuet propter me. ac dicens, Manducatur Christus, uiuit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramẽto sic fit. Hęc ille. AVCTOR. Ecce † in sacramento Christus in partes frangitur. i. in sacro signo, non iam in corpore mãducato. Item PASCHASIVS, de corpore & sanguine domini cap. 4. sic dicit. Figura uidetur esse, dum frangitur, dum in specie uisibili aliud intelligitur, quã quod uisu carnis, & gustu sentitur, duque sanguis in calice simul cum aqua miscetur. Hæc ille. AVCTOR. Item HVGO, de sacramentis lib. 2. parte. 8. cap. 11. sic dicit. Noli autem putare, quãdo partes uides in sacramento altaris, quasi diuisum sit, uel separatum à se, aut uelut per membra discerptum corpus Christi: ipse integer manet, & in se nec diuiditur, nec partitur, Sed tibi secundum speciem exhiberi oportebat, quod ad mysticam significationem pertinuit. Monstrat ergo tibi foris speciem, in qua sensus tuus erudiatur: & seruat intus corporis sui incorruptionem, in qua unitas eius non diuidatur. Videtur pars una, & quasi pars esse uidetur, & totum ibi est: & pars altera uidetur, & quasi altera uidetur, & idem est, & totum ipsum: & si tertia pars uidetur similiter, idẽ ipsum est, & totum, Totum hic, & totũ ibi. Nec minus in parte, quã in toto: nec in toto maius, quàm in parte. Quotcũque partes feceris, in singulis totum est. Hæc ille. AVCTOR. Iam apertum est templum, iam contemplari possunt fideles quomodo frangitur uiuificum sacramentũ, non quidem in se, sed in signo uisibili, & extrinseco sacramentũ speciebus panis, nõ in panis subiecto. Nihil proficit Witeleff arguenti pro subiecto. Nihil proficit Witeleff arguenti pro substantia panis & uini: q dicat euangelista, in fractione panis: & apostolus Paulus: panis, quẽ frangimus. Prima enim diuisionis rõ est in accidente cõtinuo, nõ in subiecto. Quia substãtia sicut per accidẽs, & nõ per se cõtinuatur: ita per accidẽs, primò, & nõ ex se diuiditur. Fractio ergo, & discontinuatio sacramenti nõ in subiecto pane est quia nõ ibi est: nec per se in Christi corpore, sed ibi est, ubi primò & per se est, scilicet accidente. Sed quare dicitur panis quem frangimus, qui nõ est: & non potiùs corpus, quod frangimus, quod uerius ibi adest: & quare uerbum DEI sola caro factum, dictũ est: & non totus Christus, ex quo ibi affuit totus Christus, AVGVSTINVS. iõ-

Augustin. Tom. 4

Idem.

*To. Matth. 6.

Rabanus.

Augusti. To. 10.

Ia. 4

Augustin. Tom. 3

Theophil.

Augustin. To. 4

Ambrosius To. 4.

Augustin. Tom. 6 *ser. de uerbis domini cẽ citatur de Cons. d. 2. c. qui mã ducat me.

Paschasius.

Hugo.

Augustin. To. 3

Luc. 24. 1. Cor. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem assignans de agone Christiano cap. 21. lō
5 † (inquit) caro sola nominata est in eo, quod dictum est, Verbum caro factum est, quia hominum oculis, propter quos facta est ista susceptio, caro sola potuit apparere. Hæc ille. AVCTOR. Conformiter in hac apparitione secūda, caro eius appellatur, quam frangimus, quia solæ species panis oculis hominū poterunt apparere: propter quos homines sacramētum corporis fuerat institutum.

Caro cur sola nominetur.

¶AD QVINTVM ARGVMENtum Witcleff, de sanctis doctoribus commorantibus panem, respondetur. Cap. XL.

SVMMA.

1 *Vuitcleff, qui post falsificationem uerborum Christi, & eius apostoli, adducit doctores sanctos cōmemorantes panem, confutatur.*
2 *Hieronymus quid in epistola ad Edibiam dixerit de corpore Christi, adducitur.*
3 *Differentiæ temporum, quòd parum agant, ostenditur*
4 *Panem Vuitcleff, quòd ecclesia catholica neget, consecratione peracta.*
5 *Augustinus, quòd non perpendat panem mucidum Vuitcleff, & typicam carnem in sacramento.*
6 *Ambrosii dictū, Quod panis fuit, iam corpus Christi est, quòd sit uerissimum. Et multa ibi ex Ambrosio, Damasceno, & Anselmo.*

Vuitcleff

POst falsificationem uerborum Christi, & eius Apostoli, audax surgit Witcleff in subsequentes sanctos, sanctū Hieronymum testem appellans, quia dicit in epistola ad Edibiam, panem, quem accepit Iesus in manus, corpus esse saluatoris. Et Ambrosium, quia dicit de consecratione distinctione secunda. Quod prius panis fuit, iam corpus est Christi. Et Augustinum, quia dicit in libro sermonum. Quod uidetur, panis est, & calix quod oculi renuntiant. Et Papam cum sua curia, quia dicit in capitulo, Ego Berengarius, quòd hoc sacramentum est corpus Christi. Et officium in ecclesiis percantatum ibi. Verbum caro panem uerum. &c. Et secretum mediæ missæ natalis domini. &c. Et tandem finaliter auctorem de diuinis officiis. Hæc Witeleff prodigus uerborum. de sermone domini in monte. capite.
1 39. AVCTOR. Sic † monstrat se docilem esse sequacem magistri sui Berengarii: qui simili forma penè præfocatus angustiis mendax oleū mēdicauit à sanctis. Vnde LANFRANCVS

Lanfrācus.

A in libro de corpore & sanguine domini in principio, Berengarium alloquens, inquit In religiosarum personarum præsentia de nulla re te audire, tecumque conferre libentiùs uellem, quàm quod sententias tuis sententiis commodas plectenda temeritate confingis, easque seu studio nocendi, seu ignorātia uerī, sacris doctoribus attribuis: dicēs, hoc, uel in illo, seu illo opere testatur Augustinus, Gregorius, Hieronymus, uel quilibet eorum, quos in arce auctoritatis positos ecclesia Christi insigniter uenerātur. Ibi enim requiesceret omnis uersuta tergiuersatio, cū sacri codices te audiente legerentur, uel tibi ad legendum in manus traderētur. Hæc ille. AVCTOR. Idcirco fastidio moras: propero ualidè, ut codices sanctorum legam, quibus iste uidetur inniti.

Quod dicit HIERONIMVS. in epistola ad
B Edibiam quæstione secunda, hoc est. Quid sit, quod in Matthæo scriptum est. Dico autem uobis. Non bibam amodò de hoc genimine uitis usque ad diem illum, quo bibam illud nouum uobiscū in regno patris mei. Et hoc loco quidam mille annorum fabulam statuunt, in quibus Christum regnaturum corporaliter esse contendunt: & bibituru uinum, quod ex illo tempore usq; ad consummationem mundi non biberit. Nos aūt audiamus panem, quem fregit dominus deditque discipulis, esse corpus domini saluatoris, ipso dicente ad eos, Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Et calicem eum esse, de quo iterum locutus est, Bibite ex hoc omnes, Hic est enim calix meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Iste est calis, de quo in propheta legimus. Calicem salutaris accipiam. &c. Si enim panis, qui de cœlo descendit, corpus est domini, & uinum, quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti, qui effusus est in remissionem peccatorum: Iudaicas fabulas repellamus, & ascendamus cum domino cœnaculum, atque stratum mundatum: & accipiamus ab eo calicem sursum noui testamenti, ibique cum eo pascha celebrātes, inebriabimur ab eo uino sobrietatis. Non enim est regnum Dei cibus & potus, sed iustitia, & gaudiū, & pax in spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis panem uerum, sed dominus Iesus ipse conuiua, & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur. Illius bibimus sanguinem, & sine ipso potare nō possumus, & quotidiè in sacrificiis eius de genimine uitis ueræ, & uinea Soreth, quæ interpretatur electa, rubētia musta calcamus, & nouum ex iis uinum bibimus in regno patris, nequaquam in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus, cantantes canticum nouum, quod nemo potest canere, nisi in regno ecclesiæ, quæ regnum patris est. Hunc panem & Iacob patriarcha comedere

Gene. 18. Gal. 3

dere cupiebat, dicens. Si fuerit Deus mecum, & A dederit mihi panem ad edendum, & uestem ad induendum. Quotquot enim in Christo baptizamur, Christo induimur, & panem comedimus angelorum. Hæc ille. AVCTOR. Attendātur iam uerba Hieronymi, sed attendatur intentio. Iste Witeleff cōtendit pro pane, quia semel audit Hieronymum dicere: panem, quem fregit dominus, esse corpus domini saluatoris. Nos concedimus, annuimusque ipsi sponte. Quid inde, p sequitur? quòd maneat semper ille panis, nunq; fiat melior, nisi forsitan leui typo? Absit nobis, & sancto patri Hieronymo. Sed hoc cōcedimus, panem, scilicet, illum grossum fieri corpus domini saluatoris, conuersione tam simplici, ut nihil ultra remaneat præter corpus secundùm substātiam, & panem uinum, qui de cælo descendit. An te uerba Christi, panis erat, ut suprà dixerūt Ambrosius, & Augustinus: post uerba, Christi corpus tantùm, & sanguis, nō amplius panis primus B memoratur ab Hieronymo: nec primum uinū, uetera abierunt. Ipsa fuerunt corporalia fercula, quibus hæretici millenarij applaudebant, & carnales Iudæi, Iam (inquit) Iudaicas fabulas repellamus. Iam non sunt amplius regnum Dei esca, & potus, nisi spirituales, Nec Moyses dedit nobis panem uerum, & tamen panem typicum dedit nobis Moyses, quem adhuc Witeleff propinat. Differentiæ † temporum nihil agunt. Si enim aliquid grande faceret differentia præteriti & futuri, non eadem esset fides patrum credentium hoc futurum, quod nos de Christo credimus esse præteritum. Panis ergo Moysi figurans corpus Christi futurum, quantò esset nostro sacramento deterior, si panis noster solùm figuraret, & nō esset Christi corpus iam præteritū in nullo? Sed nec ille dedit nobis panem uerum: nec iste, sed do
5 minus Iesus Christus, ipse conuiua, & conuiuiū: ipse comedens, & qui comeditur. Attendite pro
C ipso Iesu si non conuincatur iste hæreticus. Iesus conuiua, & conuiuium, Iesus, qui comedit, & q. comeditur. Habitudo nuda non comedit. Figura non comeditur. Non est typus ergo in sacramento, non figura, non habitudo tenuis dominus Iesus: sed uerè naturalis caro nata de uirgine, & passa in cruce. Ipse non panis putridus, sed panis uiuus, panis, quem Iacob patriarcha comedere cupiebat: & quotquot Christo induimur, istum panem comedimus angelorum. Hactenus profecit ecclesiæ hoc dictum Hieronymi, ut cūctis pateat eum ab intento corpus domini saluatoris in sacramēto uenerari: & escas carnales panis & uini in regno patris, quod est regnum ecclesiæ, euitare pro uiribus. Iam quod AVGVSTINVS in sermone dixit: panem esse, & calicem, quod oculi renuntiant: de iudicio oculorū

Differētia temporū patrum agunt.

Augustin.

hoc dixit. Oculus panem suum diiudicat. Sed aliud est: nec hoc est. sic enim dicit in eodē sermone posterius. Ista fratres ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud uidetur, & aliud intelligitur, non ergo quod uidetur est hoc, quod intelligitur, & sicut suprà dixit, speciem habet corporalem. Quod uidetur extrà, speciem panis habet. Sed panis non est nisi EPIOVSION: non *ἐπιούσιον* est panis, qui in uentrem uadit, sed qui subsistantiam animæ fulcit. Alioquin si panis tuus esset, corpus Christi realiter, & uerè non esset. Sic tu ipse dicis in libro tuo de Eucharistia capite secūdo. Ex hoc dicto Christi, Hoc est corpus meū, patet non proteruo, quòd illum panē, quē accepit, postea demonstrauit: & cōstat, quòd illo manente pane, non est realiter corpus Christi, sed efficax signum eius. Hæc Witeleff. AVCTOR. *Vuitcleff.*
4 Ecclesia † ergo catholica panem tuum ibi peracta consecratione negat, ut ueram carnem ibi pronuntiet. Et est argumentum Augustini, à uerbis item Christi in sermone de corpore domini, qui incipit. Veritas quæ est Christus, & ponitur in decretis de consecratione, distinctione secūda cap. Vtrum sub figura. ubi dicit. Veritas, quæ *De cōs. d. 2.* est Christus, ait, Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Alioquin quomodo magnum erit: panis quem ego dabo caro mea est *Augusti.* pro mundi uita, nisi uera sit caro? Sed quia Christum uorare dentibus fas non est, uoluit Christus hunc panem, & uinum in mysterio uerè carnem suam & sanguinem consecratione spiritussancti potentialiter creari, & quotidiè pro mundi uita, mystice immolari: ut sicut de uirgine uera caro per spiritum sanctum sine coitu creatur, ita per eundem spiritum sanctum ex substantia panis & uini mystice idem corpus consecretur. Hæc ille.
5 AVCTOR. Vide † iam, si Augustinus panem tuum mucidum, & typicam carnem tuam in sacramento perpendat: ipse dicit, quòd non esset quid magnum, quòd Christus concesit ecclesiæ panem carnis suæ, nisi esset uera caro: distinguēs per hoc à carne figurata, sicut solet. Et monstrat rationem: quia Christum uorare dentibus nudis, non est fas. Idcirco hunc panē, & uinum potentia spiritussancti potentialiter creat. Nunquā dictum est hoc de typica carne agni: nunquā de pane figurato legali, quòd uerè creabantur caro Christi, & sanguis. Et monstrat quomodo uerè. Sicut (inquit) uera caro per spiritū sanctū creatur ex uirgine: ita ex substantia panis & uini idē corpus non aliud, mystice tamen, quia sub aliena specie, consecratur. Si ergo caro tantùm figurata & typica creatur de substantia panis: caro figurata, & phantastica secundum hæresim Manichæi creabatur Christo ex utero uirginis. Expectat Witcleff, opinor, quomodo iam soluatur

pater

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater Ambrosius uinculis peccatorum: quia di- A
6 cit, Quod † fuit panis, iam corpus Christi est. Be
ne, quid ultra hoc? dictum sancti patris est ue-
risimum. Quid tu conitcis? quid machinaris ex
hoc utile fore tibi? Frustra ex isto reples quater
nulos, quod orthodoxi omnes sine scrupulo di
cunt esse certissimum. Didicisti forsan istud ex
Iuliano patre tuo hæretico Pelagiano, cui iterũ
Augu.To.7 lib.3.c.10. AVGVSTINVS. Rem (inquit) quam prom
ptissimè confitemur, & libentissimè prædicamus,
uelut habeat inter nos cõtrouersiam ita per
scripturarũ testimonia conaris ostẽdere, & laboras
inaniter, non ut rũderes nobis, sed ut libros pos-
sis implere. Hæc AVGVST. contra Iulianũ lib. 3.
c. 8. AVCT. Sed, ut sæpe prædixi, noli laborare cir
cà hoc, quod fuit panis iam corpus Christi est, in
simplici prædicato, sed hoc proba si potes, quod
fuit panis iam corpus Christi est: & ille idem pa
nis. hoc uide si unquam dixit Ambrosius, quòd
remaneat ibi binus panis, scilicet, materialis, qui B
præfuit, & panis uiuus tropicus, qui succedit. Ille
De Cõs.d.2. nempe locus tuus in decretis hoc excludit om-
nino à mente Ambrosii ca. Omnia, præmittens
in principio, quòd licet figura panis & uini ui-
deatur, nihil tamen aliud, quàm caro Christi, &
Ambrosius. sanguis post consecrationem credenda sunt: &
tunc subiungit idem AMBROSIVS. Panẽ
quidem istum, quem sumimus in mysterio, illum
utique intelligo panẽ, qui manu sancti spiritus
formatus est in utero uirginis, & igne passionis
Ip.6 decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum fa
ctus est hominum cibus. Vnde ipse ait. Ego sum
panis uiuus, qui de cœlo descendi. Et item, Pa-
nis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita.
Ex his nanque duabus sententijs apertè datur
intelligi, quia panis iste & ille, non duo, sed unus
panis, & una caro proculdubiò unum efficitur
corpus. Hæc ille. AVCTOR. Patet ne iam, quo C
modo panem, quem sumimus in sacramẽto, Am
brosius intelligit panem illũ, qui manu spiritus-
sancti sine omni pistore fumigero formatus est
in utero uirginis: & illum solùm, ita ut nec aliũ,
uel plures panes ibi patiatur intelligi, nec secun-
dum glossam tuam principaliter, nec secundo?
Panis (inquit) iste, & ille, scilicet, sacramenti,
non duo, sed unus panis: & quis panis? Vna caro
(inquit) proculdubiò unũ efficitur corpus. Quid
potuit planius dici? tu dicis duo panes, scilicet,
naturalis, & mysticus: Ambrosius unus panis, &
nõ duo: iste & ille. Adiuro te ne fuscites tam prę
clarum antistitem: non trahas eum inuitum ad
partem tuam hæreticam: noli cum Nerone, uel
Cãdido fallas imagines, & figuras tuas eum ado
rare compellere. Aut quid putas refundet tibi,
quòd dicas eũ & hostem ecclesiæ, turpem hæreti
cum, sodalem tuum, Witcleuistam, & idolum
corporis Christi in sacramento uenerari, nel pa-
nem surdum & mutum colere cum Witcleff &
Berengario condemnatis hæreticis, dimissa con
cordi professione sanctorum in unitate eccle-
siæ? Saltem quæ de ipso dicis, utinam diceres illi
ipsi: sicut Augustinus optat facere Iulianum fal-
so allegantem Ambrosi. unde libro secundo con Aug.To.
tra eum cap. 2. AVGVSTINVS. Dic (in-
quit) ei scilicet, Ambrosio, quod aduersum me
in primo tuo uolumine uideris tibi satis cautè
acuteq; dixisse, nec execrare eos omnino, q̃ pec-
care dicuntur. Siquidẽ â quocunque creati sunt,
secundum id, quod creati sunt, necesse habent ui
uere, nec suæ repugnare naturæ. Hæc omnia dic
Ambrosio, q̃ mihi tam cõtumeliosè, tam proca
citer, & petulãter obiectas, Hęc ille. AVCTOR.
Ita utinam ista ipsi diceres: ut uideres eum tibi di
cere, aut saltem ut audires eum in futuro tibi bre
uiter respondere. Non ego tecum sic sentio, nec
ab ecclesiæ professione me diuido. Hic tamen lo
cum habet in expositione istorum sanctorum, &
omnium similium, communis illa, qua adhuc uti
tur ecclesia Christi regula DAMASCENI. "Si
quidam antitypam .i. refiguratiuam corporis &
sanguinis domini, panem & uinum uocauerunt,
ut diuus dixit Basilius: non postquàm sanctifica-
ta sunt dixit, sed antequam sanctificata esset, ip-
sam oblationem ita uocans. Hæc ille. 4. sententia
rum cap. 14. AVCTOR. Igitur dicat Augu-
stinus, Hieronymus, uel Ambrosius sicut & Basi
lius olim dixit, non solùm panem & uinum esse,
sed & figuraliter esse corpus & sanguinẽ domi-
ni. Et hoc intelligit (inquit) de pane ante con
secrationem, non post. Et putasne hanc regulam
Damasceni bene posse conuenire menti sancti
Ambrosij, dicentis, quòd ubi uerba Christi de-
prompta fuerint, iam non panis dicitur, sed cor-
pus appellatur? Verè omnino. Et nunquid item
Hieronymo fabulas repellenti Iudaicas, de pane
materiali? Igitur in suo sensu attendantur patres,
imò & in uerbis. Verè enim Hieronymus non di
xit corpus esse panem tuum, hoc nusquam dicit:
quod tamen si tu non probes, non proficis. Sed
igitur non parua cautela legendi sunt libri scri-
pturę, uel doctorum: & post lecturam assumendi
pro testibus. Sed siue Hieronymus legatur, Au-
gustinus, uel Ambrosius sumatur præ manibus,
hoc ipsum, quod dicturus est eum sentire, si sic
sentiat per cætera loca, lector percontetur. ut in
libr. de corpore & sanguine domini capit. 12. Aug.
ANSELMVS. Prudens (inquit) lector, & qui
ea bũuolentia ecclesiastica legit, ut à secularibus
secularia leguntur: inter quos plurimũ laudatur
ille, qui quemlibet auctorem docere poterit me
lius dixisse, non ambigens, quòd ipse potius erra
re diceretur, si persuadere uoluerit in aliquo il-
lum

lum errare: qui sic (inquam) librum ecclesiastici A
doctoris legit, si quid in eo quasi dubium & scru
pulosum inuenit, non statim illud exercendo in-
uadit, sed inspicit, & discernit, & retractat ex cir
cunstantiis, & ex scriptis eiusdem auctoris, &
ad ultimum prius eligit cõsiteri se ignorare, uel
non intelligere, quàm illi erroris notam impin-
gere. sicut illud beati Augustini intelligendum
est, quia & ipsum est corpus & nõ ipsum: ipsum
quidem est materiali essentia, non ipsum uisibili
forma. Hæc Anselmus. AVCTOR. Hoc mo
do hactenus usi sumus, & adhuc utemur in po-
steris, ut quantum ualemus scrupulosum locum
alicuius doctoris clariora dicta eius alibi nõ ad
uerbum, sed ad mentem scribentis exponãt, uel
uerba alicuius prudentis tempore subsequentis,
cuius fama sciendi uigilat apud plures, Qualiter
item obiecta Witcleff, quæ iam soluentur, ex-
poscunt.

¶ QVOMODO CANTVS, ET orationes, ecclesiæ commemorant panẽ, ad sextum Argumentum Witcleff. Cap. XLI. B

SVMMA.

1 *Responsio ad argumẽtum Vuicleff dicentis, quòd dicta sanctorum, atque ecclesiæ docent, quòd sacramenta sensibilia non sunt corporis Christi, & sanguinis, sed eorum figura.*

2 *Oratio, Perficiant in nobis domine. &c. pro Vuitcleff & Berengarij cõfutatione, à Lanfranco, & Guimundo explanatur.*

3 *Auctoris consequẽtis exemplaris, aduersus Vuitcleff.*

4 *Orationes duæ ecclesiæ proferuntur, ad rectificandum Vuitcleff errores, & pro sedanda sua rebellione hæretica.*

Vuicleff. 1 IErtiò † (inquit Witcleff) patet ex testimonio, quod acceptat usus ecclesiæ. Nam in festiuitate corporis Chri
sti sic cantat: Verbum caro panem uerum, uerbo carnem efficit: fitque sanguis Chri-
sti merum. Secundum testimonium accipitur de
secreto missæ mediæ natalis domini, ubi orat ec
clesia, quod sicut homo genitus resultit Deus: sic
hæc terrena substantia nobis conferat, quod diui
num est: nec foret ad propositum, nisi hæc terre
na substantia post consecrationem hostiæ rema
neret. Tertium testimonium est secreta feriæ
quartæ quatuor temporum Septembris: ubi ec-
clesia confitetur, quòd Deus ex his terræ fructi-
bus, scilicet, frumento, & uino sacramenta sua
constare uoluit. Hæc Witcleff. de sermone domi
ni in monte: cap. 39. Item capitulo primo de Eu
charistia. Sub auctoritate (inquit) Gregorii, spe
cies, & similitudo earum rerum uocabula sunt,
quæ ante fuerunt, scilicet, panis, & uini. Vnde in
fine cuiusdam missæ oratur, & dicitur. Perficiant
in nobis domine quæsumus tua sacramẽta quod
continent, ut quæ nunc sub specie panis & uini
gerimus, rerum ueritate capiamus. Hæc Wit-
cleff. AVCTOR. Hoc ultimum assumpsit sibi
magister eius Berengarius pro argumento, con
cludens tantum corporis Christi speciem uel fi-
guram in sacramento, quia dicit, ut quæ nũc spe
cie gerimus: & ita quoque Witcleff concludit.
Quotlibet (inquiens) sunt dicta sanctorum, at-
que ecclesiæ quæ docent, quòd illa sacramenta
sensibilia nõ sunt corporis Christi & sanguinis,
sed eorum figura. Hæc Witcleff. AVCTOR.
2 Nolo † ego tamen innouare responsum, sed suf
ficit mihi quod respondit ipsi tunc uiuenti in li- Lanfrãcus.
bro suo de corpore & sanguine domini LAN-
FRANCVS, sic dicens. Postulat sacerdos, ut
corpus Christi, quod sub specie panis uinique
nunc geritur, manifesta uisione, sicuti reuera est,
quandoque capiatur. Veritas enim pro manife-
statione in sacris sæpe literis reperitur. Hæc ille. Guimũdus
GVIMVNDVS. Iam nunc illud, quod ex ec-
clesiasticæ orationis auctoritate se confidere Be
rengarius iactitat, uideamus. Ecclesia (inquit)
in missa quadã ita orat. Perficiant in nobis quæ-
sumus domine tua sacramenta quod continent:
ut quod nunc specie gerimus, rerum ueritate ca
piamus. Hic igitur ostendit se non habere rerum
ueritatem, sed speciem. Heus bone intellector,
quarum inquam rerum speciem non ueritatem? Corporis (inquies) & sanguinis domi-
ni. Bene cõsidera ergo diligenter, quod dicitur,
ac mihi responde. Quid est quod nunc specie
gerimus? Corpus (inquiens) domini specie, nõ
substantiuè manducamus. Adde sequentia, re-
C rũ ueritate capiamus. Quid? in futuro ergo secũ
do corpus & sanguinem domini uerè & substan
tiuè manducabimus? hoc quippe oratur, ut id
quod nunc specie gerimus, quicquid illud sit, il-
lud idem in ueritate capiamus. Quare si semper
in hoc seculo corpus Christi (ut tu deliras) spe-
cie, id est, umbratiè comedimus: restat, ut illud
in altero seculo substantiuè comedamus. Quod
si sentire absurdissimum est, quã stultè interpre-
taris orationem prædictam, iam nec te ipsum la
tere puto. A capite ergo orationis quid uelit scri
ptura dicere, diligentissimè uideamus. Perficiãt
in nobis quæsumus domine tua sacramẽta quod
continent. Sequitur, id est, perficiant, ut nos uerè
simus unũ corpus Christi, una ecclesia. Quod
ui delicet significant: aut quod nunc, id est, dum
manducamus corpus filij tui specie gerimus, id
est dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, dum manducamus corpus filij tui speciegerimus, id est, figura tanti sacramenti significamus, hoc rerum ueritate capiamus, id est, reuera unum Christi corpus, & una ecclesia simus. Iste credo intellectus possibilis est, iste & scripturæ conuenientissimus: hunc beatus Paulus Apostolus comprobat, huic totius ecclesiæ fides concordat. Hæc ille lib. 2. de corpore & sanguine domini, uersus finem. AVCTOR. Hanc tam sagacẽ, tamque defensam sententiam nunquam hactenus sciuit reprehendere Witclouista, in qua sic illaqueatus est eorum præceptor incautus. Sic ergo respondendum censeo isti Witceleff, tam in hoc, quàm in oratione priori secreta, ubi oratur, quòd sicut idem homo refulsit Deus, sic hæc terrena substantia nobis conferat quod diuinũ est. Pondera uires conditionis implere. Est enim consequentia exemplaris, uel apud rhetores cõparatio. Et† dic mihi, qualiter homo genitus refulsit Deus, an secundùm substãtiam deitatis & naturam, an typicè tantùm, & secundum deitatis figuram? Si non secundùm Dei naturã, Arianus es. Si secundum figuram, Manichæus es. Si utrunque dixeris, uterque es: Arianus, negando in homine genito diuinam substantiam: Manichæus, asserendo phantasticam carnem, & figuram. Si neutrum dixeris, sed asserueris in homine genito Dei infinitam substantiam & naturã, tunc compara: si hæc terrena substantia nobis conferat quod diuinum est. i. diuinam carnem & sanguinem non secundùm figuram, sed sicut homo genitus refulsit Deus secundum propriam substantiam & naturã: hoc ora fideli corde, & ore ueraci hoc postula dominum cum ecclesia, & nec Berengarius eris, nec Witcleuista, sed pro tanto fidelis, quia auferet tibi mendacẽ panem, quem arguis, & instaurabit tibi substantiam corporis, quam pro uili pane repellis. Hæc enim terrena substantia panis tunc singulariter, tunc excellenter confert nobis substantiam corporis Christi, quando desinit esse panis, & substantialiter conuertitur in Christi corpus, quia ex isto pane fit corpus. Nã panis sic confert maximè ad uitam hominis, & uinum ad sanguinem per sui desitionem & conuersionem in naturam humanæ carnis & sanguinis. At quid conferet, putas, si tantùm conuerteretur in respectus tropicos aut figuras? nunquid sic uiuerent Witclesistæ? Efficacius ergo confert nobis infinitè hæc terrena substantia diuinũ corpus, cum in se esse desinit sua substantia, & esse incipit aliena, quoniam manens quod est, nihil confert nisi quod esse incipit in figura. Sic in alia secreta, ubi dicis confiteri ecclesiam, quòd ex his terræ fructibus Deus sacramenta sua constare uoluit. Ita est: nõ tropica sacramenta, non Iudaica, sed sactamen- A Christiana: quæ figuras euacuant, & substantiarum cælestium constantias largiuntur. Vide tu si utraq; substantia constare secum potest in utroque. Si non, ego eligo potiùs cum oratione ecclesiæ constare sacramenti Christi corporis ueram substantiam, quàm figuram. Quia † igitur tam errasti profundè per te malè intelligendo duas orationes secretas, duas e contrario pro fide ecclesiæ profero tuos rectificantes errores. Vna est pro poste. feria. 6. ante dominicam primam quadragesimæ, quæ, Spiritum (inquit) nobis domine tuæ charitatis infunde, ut quos uno cælesti pane satiasti, tua facias pietate concordes. Vbi, expulso omni terrestri pane, solus unus cæiestis panis nos satiasse describitur. Certè non unus panis satiat Witcleuistas, qui tot sibi faciunt sacramenta, quot panes: sicut pristini hæretici, de quibus HIERONYMVS in commentario super Oseæ lib. 2. textu.* Quia multiplicant Ephraim altaria. ubi dicit. Vnum esse altare ecclesiæ, & B unam fidem, & unũ baptisma apostolus docet: quod hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricati sunt. Propterea leges Dei accipere non merentur, cùm eas, quas acceperint antè contẽpserint: & si quid dixerint de scripturis, nequaquam uerbis diuinis, sed ethnicorum sensibus comparãdum est. Isti multas immolant hostias, & comedunt carnes earum, unam Christi hostiam deserentes, nec comedentes eius carnem: cuius caro cibus credentium est. Hæc ille. AVCTOR. Caue tibi Witceleff nè præsumas de cætero contra sacramenta ecclesiæ scripturã Christi proferre, uel Apostoli, quia non uerbis diuinis, sed ethnicorum sensibus comparatur, Iuliani (supple apostatæ) & uesani Porphyrij: quibus textus euangeliorum non decrant, cum in ecclesiam baccharentur. Verba Christi habes, sed sensum hæretici. Et recole iterum, q̃ necesse habes non ex uno pane satiari, sed ex pane multiplici: quitestẽ te ipso in sacramento, non uescris substantia carnis Christi. Aliam item, quæ est oratio secreta pro sabbato in uigilia passionis pro sedanda tua rebellione hæretica, quæ omnium C hæresum est mater adultera: sic omni Christiana deuotione diffundo, dicentem. Oblationibus nostris quæsumus domine placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius uoluntates. Has orationes tu ipse commemora frater sana conscientia, & corde optimo, qualiter nemo potest dicere dominus Iesus (apostolo teste) nisi in spiritu sancto. Et iterum in festiuitate corporis Christi (inquis) cantat ecclesia. Verbũ caro panem uerum, uerbo carnem efficit. Insipiens homo cur te nõ pudet illa sumere pro te, quæ omnium sensatorum iudicio militant contra te? Sic argueret sapiens: uerbum efficit uerum:

Oratio ecclesiæ

Hieron. Tom. 6. Oseæ. 4. Ephraim altaria ad peccandum ei.

Oratio.

1. Cor. 10.

rum panem carnem suam non nisi optima forma: facit ergo panem carnis substãtiam, quæ est melior, quàm figura. Idem uerbum facit aquam uinum: uis ne dicere uinum tantum factum secũdum figuram, & aquam mansisse secundum substantiam? Sic enim dicit euangelista. Cùm gustasset architriclinus aquam uinum factum. Fuit ergo aqua uinum factum, & non mansit aqua, quia fiebat uinum secundùm substantiam: sic est panis corpus factum: & ideo non permanet panis, quia fit corpus secundum substantiã, & merum Christi sanguis: ideo desinit esse merum. Et hæc duplex oblatio ne fiat Iudaico more permanens in sua specie corpus Christi solum secundum figuram, oratur ab ecclesia, ut fiat corpus Christi, & sanguis secundùm utriusque substantiam, & naturam. Vbi sunt iam quotlibet illa doctorum dicta, quæ tam mendaci fronte (ut asseris) docent, quòd sacramenta ecclesiæ non sunt corpus Christi & sanguis, sed eorum figura. Ista quæ confers, potiùs dedocent: & neminem certè docent, nisi priùs per te subuersum, & tuis legibus toxicatum, ne possit cernere uerum.

¶ AD SEPTIMVM ARGVMENTum de Papa, & Romana curia, quomodo concedunt panem esse corpus Christi, respondetur. Cap. XLII.

SVMMA.

1 *Curia Romana secundùm Vuiteleff.*
2 *Responsio ad argumentum Vuitcleff. falsificantis, & depranantis Romanæ Curiæ decretum, ad probandum suum errorem, de corpore Christi. Et quomodo in hoc sequatur Berengarium magistrum suum.*
3 *Berengarius quomodo temeraria fronte redarguit Humbertum, Paschasium, & Lanfrancum, eo quòd non auderent errare cum ipso, & dicere panem superesse post consecrationem. Et quid Vuitcleff.*
4 *Nicolaus Papa quòd non decreuerit contraria, à Lanfranco, & Guimundo ostenditur contra Berengarium, & Vuitcleff.*
5 *Berengarius, quòd non fuerit consentaneus, sed contrarius decreto Nicolai Papæ, & Synodi ostenditur.*

Ioa. 2.

Curia Romana secundùm Vuitcleff.

A fidem catholicam est correctus, ut patet de consecratione distinct. 2. cap. Ego Berengarius. Hæc Witceleff de sermone domini in monte capit. 39. Et in 4. Trialog. capite. 2. Certum est, quòd in Euãgelio Christi plenius, authenticius, & moderatius, quàm in Romana curia ista materia est decisa. Ipsa † tamen curia, ante solutionem diaboli cum antiqua sententia prædicta planiùs concordauit, ut patet de consecratione distinct. 2 cap. Ego Berengarius. A tempore tamen solutionis Satanæ dimissa fide scripturæ, multæ hæreses in illa materia, &c. AVCTOR. Nescio quid priùs obijciam, an dolos eius detegens, an mendacia? Si dolos, in eis magistrum cõsequitur. Ipse enim Berengarius post periurium recidiuans, occasionem iterandi erroris sumpsit sibi ex uerbis suæ confessionis eisdem planè, quibus Witceleff nititur in præsenti, culpam referẽs in Humbertũ, qui tunc Cardinalis erat, & de cuius manu confessionem, iubente Papa susceptit. Vnde Berenga. Scriptum, (inquit,) Hũberti Burgundi, quem fecerant Romę episcopum Cardinalem, quod scripsit contra catholicam ueritatem, quod inferiùs patebit (ut cogeretur illud Berengarius quasi profiteri errorem ineptissimi Burgundi) anathematizo omnem hæresim, præcipuè eam, quam astruere conatur panem & uinum, quę in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramenta esse, & non uerũ Christi corpus & sanguinem. Apparet quia lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt: quia ueritatis inimicus, uelit nolit, ueritatẽ asserat: quia sicut Goliath, proprio Burgundus ense depereat. Erat autem Burgundus in sententia, imò uecordia uulgi Paschasij, atque Lanfranci, minimè superesse in altari post consecrationem substantiam panis & uini, quã sententiam superioribus suis uerbis ille ipse deiecit, nec attendit. Qui enim dicit, panis & uinum altaris solummodo sacramenta sunt: uel panis & uinum altaris solummodò sunt uerum corpus Christi & sanguis: modis omnibus panem & uinum superesse constituit. Et infrà. Susceperat autem Burgundus negare panem & uinũ in mensa dominica superesse. Hoc minimè negat, immò omnino panem & uinum esse confirmat in mensa dominica, cùm ita enuntiat, Panis & uinũ quæ ponuntur in altari, solummodò sunt uerũ corpus Christi & sanguis. Hæc ille. AVCTOR. Conferẽ † nunc dicta Witceleff ad dicta magistri eius, si non concordent. Berengarius sic arguit ex decreto, Panis & uinum sunt corpus & sanguis in altari: sed qui sic enuntiat, panem superesse confirmat: ergo ex decreto panis superest in altari. Witceleff in de Eucharistia, ca. 2. Tertia (inquit) est opinio Berngarii, & uidetur fuisse de-

Curia Romana sed. ut dum Vuitcleff.

Berenga.

Ioa. 1.

2. Conf.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se decretum sanctæ Synodi. Constet quidem ex publica & solenni confessione Berengarij posita in de consecratione distinct. 2, quòd ipse corrigendo errorem priorem, confitetur panem & uinum esse hoc sensibile sacramentum, & rationibus recitatis concludit. Ex quibus colligitur, quòd sententiam illam receperat à Papa & Synodo confitendam: & patet, quòd olim fuit sensus ecclesiæ, ut de articulo fidei, quòd panis & uinum remanent post consecrationem, sicut an
3 tè. Hæc Witcleff. AVCTOR. Item † Berengarius temera frõte redarguit Cardinalem Hũbertum, Paschasium, & Lanfrancum de uecordia: quia non auderent errare cum ipso, & dicere panem superesse post consectationem. Item Witcleff omnes simul exprobrat aduersantes ca. 47. de sermone domini in monte. Quidam fideles, (inquit) huius fidei sunt ex euidentia triplici in domino confortati. Primò ex hoc, quòd omnes aduersantes ipsis in hac fide, uel nõ audient, uel nesciunt dicere quid sit ipsa hostia B consecrata. Secundum signum est, q̃ ipsa audet, & scit in ista materia fidem suam Christiano cuilibet publicare. Pars autem contraria nescit, nec audet docere populum fidem suam, sed una eius parte diuisa à reliqua: dicit uel uerba communia q̃ credit, sicut credere debent catholici, sed quid credit in isto articulo nimis tacet. Sed qui uecors consensus foret catholicis plus suspectus? Hæc Witcleff. AVCTOR. Vnum breuiter audi mi Witcleff: noli dicere fideles: cum de tuis loqueris, sed cum ecclesia Christi dicas hæreticos, nec fidẽ tuam: sed perfidiam. Item si tanta uiget audacia uestra secta, ut palàm cunctis audeat explicare quod credit, cur tu ipse hortaris scholares tuos, camerare uerba tua in hac ipsa materia, libro tuo de sermone domini in monte Vuicleff cap. 45. Patet (inquis) scienti camerare uerba C huius sententiæ, quomodo est in ista materia respondendum. AVCTOR. Sed item non negligenter aduertendum est, q̃ Berengarius non negauit omnino panem esse corpus domini uerũ, & non solummodò sacramentum: quanquam increpet eum Witcleff, q̃ non sit ausus logicè concedere, q̃ panis sit uerum corpus Christi, quia secundum figuram. Putauit se in hac cæca truffa præcessisse magistrum, sed indubiè eandem figuram extendunt, & eandem logicam expendunt, ut uijs, quibus possint, rem Christi corporis secundum suam naturam corporalem in sacramẽto attenuent. Iam uidimus quantum isti dolosè concordant in falsatione Decreti, & deprauatione subdola Papæ, & Cardinalium. Nõ ergo conuenerunt in sensibus, quamuis dolus esset in uerbis. Decretum intendit contra figuram corporis uerum corpus secundum substantiam dicere sacramentum. Vterque istorum dicit contrarium. Non sunt ergo concordes dictamini Nicolai secundi. Patet assumptum, quia aliquid plùs de ueritate corporis intendit Decretum ponere, quã sacramentum, id est, sacrum eius signum. Iam corpus Christi secundùm signum tantùm, non plus est, quàm corpus signum solum. Sicut rex nummi nihil plus est, quàm imago regis in nummo. Et quãuis centies dicant, est corpus Christi, est sanguis Christi, qui effusus est in cruce, cum dicitur solum secundum sacramentum, uel sensibile signum: plus aliquid dicitur, sed de re nihil plus creditur. Item quod iam addidit corpus & sanguinem Iesu Christi, hoc priùs addidit sub Victore, ut infra dicetur. Intendebat ergo iã Ecclesia per uerum Corpus Christi, corpus secundùm substantiam dicere, & non corpus signũ solùm. Item si planè credidisset secundum mẽtem Decreti Nicolai, non fuisset merito impetẽdus consequenter pro hæretico. Item ipse Berengarius detraxit eidem Papæ Nicolao, dicens eũ de creuisse contraria, ergo ex hoc ipso non uidetur fuisse ipsi mente consentiens. Vnde inde corpore & sanguine domini alloquẽs eum LANFRANCVS. Iõ † præsentia (inquit) suscepi ostendere uerba Romani concilii, quæ te iuraturum iureiurando firmasti, nulla a se inuicem contrarietate differre. Arguentibus enim te amicis, ac necessariis tuis, q̃ aut non seruanda iurare non deberes, aut iurata seruares, infamare soles Nicolaũ Pontificem, reliquosq̃ patres Romani concilii, uidelicet, q̃ scribentes, ac docentes contraria, tui fuerunt causa periurii. Id quoque in hoc opusculo, quod destruendum suscepi, ubique ferè laboras efficere. Propterea conferenda sunt uerba tua uerbis illorum. Nicolaus Papa comperiẽs te docere, panem uinumq̃ altaris post cõsecrationem sine materiali mutatione in pristinis essentiis remanere, concessa tibi, sicut superiùs dictum est, respondendi licentia: cum nõ auderes pro tuæ partis defensione aliquid respõdere, pietate motus, ad preces tuas præcepit tradi scripturam tibi. Eius principium hoc erat. Ego Berengarius anathematizo eam hæresim, de qua hactenus infamatus sum, quæ astruere conat panem & uinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse. Rectissimè id quidem & ipse præcepit & Synodus assentijt, & tu executus es, si labium dolosum in corde, & corde locutus nõ fuisses, si ad pristinum uomitum, & uolutabrum luti infeliciter periurus postea non redijsses. Hæc ille. AVCT. Ecce Lanfrancus iste fuit tunc superstes alloquebatur Berengarium magistrũ tuũ uiuens. Ipse fuit tunc de ecclesia doctor, & præclara

clara colũna. Ipse culpat Berẽgarium cũ cæteris A hæreticum? Quid ponis lucem tenebras, & tenebras lucem? Non est enim conuenientia illa, quam putas, Nicolai scilicet Papæ, quem sanctũ uirum collaudas, ad Berengarium, quem excusas. Vbi est quartum testimonium Papæ cũ sua curia, q̃ panis remanet post consecrationem in priori sua essentia? Quod dicitur panis corpus domini esse, uerum est, sed ubi dicitur panis post consecrationem panem esse? Nusquam per ecclesiam. Accipe ergo testimoniũ ecclesiæ, quod ipsa dicit, non quòd non dicit: panem post consecrationem dicit corpus domini esse. Verum est & hoc crede, quia sic est secundùm substantiam corporis: ideò dicit tunc ecclesia panem in corpus substantialiter commutari: quod remanente pane primo secundùm naturam, te sumo, in testem, non posse fieri. Panis ergo cùm est corpus domini, non amplius prior panis est, sed corpus: & per hoc solum corpus in substantia, in natura. Intendebat ergo ecclesia tũc sic credere sicut dixit, nihil plùs, nihil minùs, sicut & Christus dicens. Hoc est corpus meũ. Non dixit & prior pa- Matth. 26.
nis in natura, nec corpus dixit in figura. Ideò solùm corpus credit ecclesia sine pane.

Guimũdus Auersanus.

Lanfran.

¶AD HOC, QVOD WITCLEFF dixit, Modernam Romanam ecclesiam ecclesiæ priori sub Nicolao esse contrariam, respondetur. Cap. XLIII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicit modernã Romanã ecclesiam hæreticã, & priori contrariam, confutatur.*
2 *Berengarij processus, quòd per septem Pontifi cum tempora duraverit. Et quid de hoc dicãt Lanfrancus, & Guimundus.*
3 *Decretũ Gregorij Papæ septimi de corpore, & sanguine domini. Et de secunda Berengarij cõfessione sub ipso. Et multa de hoc ibi contra Witcleff.*
4 *Ecclesia, quòd nunquam fuerit sibiipsi contraria in condemnatione Berẽgarij ostenditur cõtra Witcleff.*
5 *Iudicis pietas nimia, quòd interdũ forsan, etma xinè apud toruos, & ingratos hæreticos, posfit sicut eis placet, calũnias figurare, ostẽditur*
6 *Witcleff, quòd sit falsarius Nicolai, illius decreto conuincitur.*

Deus, quàm solicitè quirit Witcleff fallere simplices de diuersitate rpum. Nõ parcit uerbis, non falsis criminib. non planis mendaciis. Ideirco ecclesiam illam dicit fidelem, quia ibi fauorem putat inuenisse perfidiæ. Modernam ecclesiam dicit hæreticam, & illi priori contrariam: quia pla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè sentit sibi aduersam: & colligit istam à tempo re Innocentij Papæ tertij: quia decretalem illam instituit, cap. Cum Marthæ. Vnde de Eucharistia cap. 2. Videtur (inquit) probabile, quòd prior ecclesia sanè sentit in isto, & posterior oberrauit. Tanta nanque auctoritas, tanta sanctitas, & tanta sapientia, uel maior lucebat in isto Papa Nicolao secundum chronicas, & in istis centum & quatuordecim Episcopis, quanta in eo, qui composuit Decretales: quare non crederetur tantæ, uel plus eius sententiæ, sicut debiliori sententiæ succedenti? Ecclesia enim deteriorãdo quod ad fidem scripturæ procedit.

Vvicleff. Lan. 1

1 Hæc Witeleff. AVCTOR. Iste † non uidit, uel dissimulat, ut secundum euangelium, quamuis uiderit, cæcus fiat. Nec enim Nicolaus Papa solus decreuit in hac fide contra Berengarium: nec erat ultimus, neque primus. Per tempora septem Pontificum durauit processus, inchoatus apud Leonem quintum ante Nicolaum, quem secundus post eum Gregorius terminauit. Post tria iudicia in Conciliis habita hæreticus continuè recidiuans, tandem consummatur in quarto. In præfato libello de corpore domini alloquens Berengarium LANFRANCVS. Tempore† inquit, sancti Leonis Papæ delata est hæresis tua ad apostolicam sedem. Qui cum Synodo

Lanfrãcus. 2

præsideret, ac resideret cum eo non parua multitudo Episcoporum, Abbatum, diuersique ordinis à diuersis regionibus religiosarum personarum, iussum est in omni audientia recitari, quas mihi de corpore & sanguine domini literas transmisisti. Quas cum legissent, & contra usitatissimam ecclesiæ fidem scriptas animaduertissent, zelo Dei accensi, quibusdam ad legendum eas porrexerunt. Sequitur. Igitur cùm à quodam Remensi clerico Romam perlatas recitator legeret, intellecto, quod Ioannem Scotum extolleres, Paschasium damnares, communi de Eucharistia fidei aduersa sentires, promulgata est in te damnationis sententia, priuans te communione sanctæ ecclesiæ, quam tu priuare sanctæ eius cõmunione satagebas. Post hæc præcepit Papa, ut ego surgerem, praui rumoris à me maculam abstergerem, fidem meam exponerem, expositam plùs sacris auctoritatibus, quàm argumentis probarem. Itaque surrexi, quod sensi dixi, quod dixi, probaui, quod probaui, omnibus placuit, nulli displicuit. Dehinc declarata est Synodus Vercellensis. Quæ tunc proximo Septembri eodem præsidente Pontifice, est celebrata Vercellis. Ad quam uocatus conueneris. Ego uerò præcepto, ac precibus præfati Pontificis usque ad ipsam Synodum cum eo remansi. In qua in audientia omnium, qui de diuersis huius mundi patribus illuc conuenerant, A Ioannis Scoti liber lectus est, ac damnatus. Sententia tua expolita, ac damnata, fides sanctæ ecclesiæ, quam ego teneo, & tenendam astruo, audita, ac concordi omnium assensu confirmata. Duo clerici, qui se legatos tuos esse dixerunt, uolentes te defendere, in primo statim auditu defecerunt, & capti sunt. Ab hac sententia nunquam discessit sanctus Leo, in omnibus conciliis suis, seu quibus ipse præsentiam suam exhibuit, seu quæ per legatos suos in diuersis prouincijs congregari instituit. Hæc ille. AVCTOR. Concor diter item dicamus, quid dicat GVIMVNDVS etiam Berengarij contemporaneus, in principio libri sui de corpore domini contra eundẽ. Mox (inquit) incipientibus his palàm audiri, catholici uari graniter, atque intolerabiliter ferẽtes, præsidente per semetipsum beatissimę memoriæ domino Papa Leone, Vercellis Concilium ponũt, B In quo post diligentissimam de corpore ac sanguine domini rationem, berengarium, & omnes eius in hac hæresi fautores, perpetuo anathemate, nisi resipiscerent, damnauerunt. Cùmque iam defunctum sanctum Leonem Papam, & sanctos uiros, qui interfuere Cõcilio, maledicis uerbis, & scriptis lacerare non desineret, sanctissimum illud, ac reuerendissimũ ecclesiæ Dei speculum, summum non pontificem, sed Pontificem, atque pulpificem uocans: eumque infatuatione Lanfranci infatuatum, concilium uanitatis adunasse blasphemans. Turoris item aggregato generali Concilio, præsente uenerabili nũc Papa Gregorio Romano tunc Archidiacono, panem & uinum in sacrificio domini non umbratiuè, sed uerè Christi carnem & sanguinem fieri dato propriæ manus sacramento confirmauit. Hæc ille. AVCTOR. Tamen & ante istud C Concilium Turonense, & post mortem sancti Leonis, secundo conuenit eum Victor Papa successor Leonis LANFRANCVS. Quæ sententia Leonis supple, successorem quoque suũ non effugit felicis memoriæ Papam Victorem. Sed quicquid de hac re, seu cæteris ipse statuit, statutinè præcepit, hoc & iam iste suu, atque omnium Conciliorum suorum auctoritate firmauit. Denique in Concilio Turonensi, cui ipsius interfuere, ac præfuere legati, data est ibi optio defendẽdi partem tuam, quam cùm defendendã susciperenon auderes, confessus coram omnibus cõem ecclesiæ fidẽ, iurasti te ab alla hora ita creditur ũ, sicut in Romano Cõcilio te iurasse est suprius comprehẽsum. Hæc ille. GVIMVN. Inde postmodùm desipiscens, itidem Romæ in generali Concilio confictu rationis remotus, libellos suos propria manu sub præsentia felicis memoriæ Papæ Nicolai coram omni Synodo cremauit, errorẽ anathematizauit, cõfessionemque bonam,

bonam, quam Turonis fecerat, præstito identidem propriæ manus sacro, renouauit his uerbis, Ego Berengarius &c. Hæc ille. AVCT. Ecce quã to tempore is rebellauit ecclesiæ: sub Leone accusatus, condemnatur, recidiuat: sub successore eius Victore accusatus, condemnatur. Successit Victori Stephanus, Stephano Benedictus, Bene dicto Nicolaus, sub quo Romæ uincitur, condẽ natur coram Cõcilio generali celebrato Romæ in ecclesia Constantiniana. Iterum desipit, succe dit Nicolao Alexander, Alexandro Gregorius septimus, qui anteà dictus est Hildebrandus, qui priùs deuicit eũ Turonis, cùm fungeretur ibi legatione Papæ Victoris, & iam ultimatè confutauit eũ Romæ in ecclesia Saluatoris, sicut acta formata declarant eiusdem Concilii, & ea reperi in annoso libro Decretorum Pontificum sub Decreto eiusdem. In quibus sic scriptum est, Anno

3 † ab incarnatione sempiterni principii M.lxxix. mense Februarij, Indictione secunda, Pontificatus uerò dñi Gregorij Papæ septimi. 6. anno, ad B honorem Dei, & ædificationem ecclesiæ sanctæ salutem quoque tam corporũ, quã animarũ, ex præcepto sedis apostolicæ conuenerunt sinitimi, & diuersarum prouinciarum Archiepi, epi, religioseque personæ, ut sanctam Synodum celebrarent. Omnibus igitur in ecclesia Saluatoris congregatis, habitus est sermo de corpore & sãguine domini nostri Iesu Christi: multis hæc, nõ nullis illa sentientibus. Maxima siquidẽ pars panem & uinum per sacrę orationis uerba & sacerdotis consecrationem Spiritu sancto inuisibiliter operante, conuerti substantialiter in corpus dominicum de uirgine natum, quod & in cruce pependit, & in sanguinẽ, qui de eius latere militis effusus est lancea, asserebat, atque auctoritatibus orthodoxorum sanctorum patrũ, tã Græcorum, quàm Latinorũ modis omnibus defendebat. Quidam uerò cæcitate nimia, & longa perculsi, figuram tantum, se, & alios decipientes, qui C busdam cauillationibus conabãtur astruere. Verum ubi res cœpit agi, priùs ẽt, quam tertia die uentum foret, in Synodum defecit contra ueritatem niti pars altera. Nẽpe Sancti spiritus ignis emolimenta palearum consumẽs, & fulgore suo falsam lucem diuerberãdo obtenebrans, noctis caliginem uertit in lucem. Denique Berengarius huius erroris magister, post longo tempore dogmatizatam impietatem, errasse se coram Concilio frequenti confessus, ueniamque postulans, & orans, ex apostolica clementia meruit. Iurauitq; sicut nunc in sequentibus continetur. Ego Berengarius corde credo: & ore confiteor, panem, & uinum, quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis, & uerba nostri redemptoris, substantialiter conuerti in ueram, ac propriam, & A uiuificatricem carnem & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Et post consecrationem esse ueram Christi corpus, quod natum est de uirgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit: & quod sedet ad dexteram patris: & uerum sanguinẽ domini nostri Iesu Christi, qui de latere eius, non tantum per signum, & uirtutẽ sacramenti, sed & in proprietate naturæ, & ueritate substantiæ, sicut in hoc breui continetur, & ego legi, & uos intelligitis: sic credo. Nec contra hanc fidem ulterius docebo: sic me Deus adiuuet, & hæc sacra euangelia. Tunc dominus Papa præcepit Berengario ex auctoritate Dei omnipotentis, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ut de corpore, & sanguine domini nunquam ulterius cum aliquo disputare, uel aliquẽ docere præsumeret, excepto causa reducendi ad hanc fidem eos, qui per eius doctrinam ab ea re cesserant. Hæc ibi ex decreto Gregorii AVCT. Vides ne, feci furtùm? cuncta spatiosè produxi. Sed uellem interim notatũ esse, quod Witeleff iam de solutione diaboli loquens aliter, quàm solebat secretè fefellit, uel ipse fallebatur in calculo, laudans fidem Decreti Romani in ca. Ego Berengarius. & illius ecclesiæ quasi solutionem diaboli. id est, initium secundi millenarij post annos Christi, ut ipse insipienter existimat, præcessisset, cùm de facto plùs 56. annis Concilium Nicolai secundum millenarium ingressum est, & hoc Concilium sub Gregorio anno. 79. celebratum esse demonstrat, dicens. Anno ab incarnatione sempiterni principij. M. lxxix. &c. Sed ad rem. Perpendite ibi, quomodo Berengarius delusit ecclesiam, peruertens sensum, seruatis uerbis confessionis suæ primæ sub Nicolao: quæ stat in consecratione, distinctione. 2. Ideo nacta opportunitate, cogitur iterum confiteri hæc prædicta sub Gregorio septimo. Cauillabatur panem non esse solùm sacramentum, sicut primo omnium ait, sed iam corpus domini dixit, intelligens tantùm sicut priùs secũdùm figuram: & per hoc manere panem in natura, cõuersum in carnem solum secũdum figuram: sed cautela ista perfida deprehensa, in confessione secũda reprobatur per Papã, & Synodũ, declarãtem debere credi panem conuersum in carnẽ Christi secundum substantiam & naturam. Cõfiteor (inquiens) panem & uinum, &c. substantialiter conuerti in ueram, ac propriam, & uiuificatricem carnem, ac sanguinem domini nostri Iesu Christi. Hic deprehensus est Berengarius. Hic capta uulpecula, quæ demoliebatur uineas. Iam eripiat se Witeleff catulus eius si sciat. Laxet Logicam, tendat sophismata. Si enim panis conuertatur in carnem Christi, non figuraliter, sed substantialiter, non substantialitate generica

Universidad de Deusto
Biblioteca

panis, sicut ipse truffabatur Concilium, quod terræmotus appellat, sed secundùm propriam, & non alicuius defuncti cadaueream, secundùm Nestorianos, sed & uiuificatricem carnē & sanguinem domini nostri Iesu Christi: nec tamen panis talis adnihiletur, ut ipse litigat, nec corrūpatur, sed sit uerum Christi corpus, quod natum est de uirgine: & hoc non ut priùs, per signum tātum tropicum, sed in proprietate naturæ, & ueritate substantiæ: qualiter euadet per cuniculos suos, quin neget substantiam panis supetesse, uel uini, sed sub eorum accidentibus corporis substantiam Iesu Christi? Ipse, ut dicit, nescit aliqua prædicatione identica copulare tam distinctas substantias. Quid tunc restat, si tam firmiter collocetur ibi secundùm substantiam corpoream, & naturam propriam Christus Iesus, quin statim desinat adesse, nisi forsan secundùm speciem, panis fœdus? Quid plura? Præter hæc miro, superextollendo ingenio, & in cunctis seculis prædicando, eadem sancta Synodus præcauens sibi, ne deinceps simplicitate uerborum suorum ipse, uel quisquam discipulorum suorum abuteretur arte callida sophistarum, ad intellectum ipsum, quem in eis uerbis sibi porrectis habebant tunc catholici, periurum, & recidiuum limitabant hæreticum, sic scribendo. Sicut in hoc breui cōtinetur & ego legi, ne quod aliud more Arii demonstraret latenter abditum sub axillis, & uos intelligitis, notando catholicos, ne propriis figmentis dimisis, iterum deliraret sic credo, &c. Si ista prior ecclesia tanto tē pore florebat in side, qualiter criminatur in ea Berengarius? munquid quia semper concessit ecclesiæ? Non (inquis) sed quia posuit panem tantummodò sacramentum. Cur ergo impetitur quando concedit non tantummodò sacramentum, sed carnem & sanguinem Christi? Hoc sub Victore concessit, & tamen sub Nicolao cōuincitur. Iterum corā Nicolao faretur, & tamē sub Gregorio condemnatur, Cur ita? si ecclesia semper dixit, quia à sic dicendo cessauit. Non ita, sed quia sub eisdem uerbis retentis hæresim renouauit. Vide utranque confessionem, & conciliorū acta, & semper eum senties criminatum: quia panem peracta consecratione secundum substantiam supereste concessit, & corpus Christi secundum figuram. Enimuerò sagacissimè præuidit illa una per omnes Papas illos, ecclesia, tres istas ueritates esse connexas, & earum composita. Esse ibi corpus Christi secundùm propriam substātiam, Panis prioris absentiam, Et eius accidentiū sine subiecto remanentiam. Quia pone ibi carnem Christi secundùm substātiam propriam & naturam, & statim sustulisti substantiam propriam panis sensibilis, & eius essentiam. Quibus datis, sequitur remanentia qualitatum sine subiecto primo. Item da panis absentiam: & sequi posset sine incōuenienti præsentia corporis, & absolutio accidentis. Item da accidentia sine subiecto, & alia duo non dubitabit dare, quauis remisisse catholicus. Ex contrario non dentur ibi accidentia sine subiecto, & necessariò substernes eis subiectum propriū ex antiquo. s. panis substantiam. Et hoc posito, tollis corpus Christi secundum substantiam, non dico esse ibi, sed esse hoc. Corpus enim Christi compatiebatur secum ostium secundum substantiam, ut esset ad omne punctum eius, non ut esset ostium. Pone itē corpus Christi esse hoc sacramētum secundum propriam essentiam absolutam, & ueritatem naturæ: & tu ipse dicis, q̄ nullus sciat ibi intelligere panem secundùm substantiam, nec accidens sub iectatum. Triplex† iste funiculus, qui satis difficilè rumpitur, non permisit tunc, nec permittit nunc, istam ecclesiam illi, uel illam priorem isti, usquequaque fore contrariam: imò facit sequentem ecclesiam elicere ueritates corroborantes primam. Ecclesia Leonis repperit magistrum tum dicere sacramentum Eucharistiæ sacramē tum tantum, & sacrum corporis signum damnauit, iubens dicere corpus esse dominicum. Ecclesia Victoris repperit eum dicere, hoc esse, sed tantum umbratice, quod Witcleff dicit figuraliter sacramentum, iubet dicere ueram carnem & sanguinem. Ecclesia Nicolai reperiens eum hoc item sophisticasse, & dixisse uerum carnis & sanguinis, sed tantummodò sacramentum; iubet dicere panem non remanere, sed uerum corpus & sanguinem domini esse. Ecclesia Gregorii uidens eum deludentem ecclesiam, & panem corpus domini esse, quia præsumpsit panem supereste, & figuram corporis semper arguere; iussit dicere panem substantialiter in corpus domini transmigrare. Concluſa est seps, obstructum est de cætero os iniqua loquentium. Videtis quàm non contrariæ sibi fuerint ecclesia Leonis prima, & extrema Gregorii? Prima decreuit credere corpus Christi uerum. Idcirco reliqua tulit panis substantiam propriam, & transsubstantiationem edocuit. Vnde tanquam sibi subsequenter se habentes, copulauit eos VINCENTIVS in speculo historiali, lib. 26. cap. 30. sub auctoritate Guilelmi, dicens, Leo Papa contra Berengarium Vercellis celebrauit concilium. Sed post Leonis obitum Hildebrandus Archidiaconus cum esset Turonis, mox Papa Romæ adunatis conciliis, eum compulit ad sui dogmatis anathema. Restiterunt ei Lanfrancus Archiepiscopus, sed præcipuè, & fortiter Guimundus prius monachus de sancto Leofredo Normanniæ, post Episcopus Auersanus

Confessio secunda Berengarij.

Tres ueritates connexæ sunt in sacramento.

Auersanus Apuliæ nostri temporis eloquentissimus. Hæc ille. AVCTOR. Bene non dissimulat historiographus iste sanctos patres ad tēporum interualla, quos in unius fidei coniūctos repperit esse sententia: primum in primo de domini corporis ueritate, secundum consequenter de panis transsubstantiatione. Quid ergo deliquit Innocentius? aut contrariabatur priori ecclesiæ, concludendo consequēter, q̄ accidēs est ibi sine subiecto, aut certè profecit inferēdo ultimum, quod sequebatur ex primis necessariò.

Sed† si rei ueritas exprimatur, pōt forsan interdum nimia pietas iudicis, maximè apud toruos, & ingratos hæreticos, sicut eis placet, calumnias figurare. Ecce non est nouum. Cælestius Pelagianus hæreticus coram Papa Zozimo libellum pā dere permissus est, in quo de quibusdam dubitās dolo hæretico instrui affectabat. Et idcirco totus libellus catholicus dictus, quia permissu iudicis, uoluntas (ut putabant) bona reputabatur pro facto. Attamen cùm postea inter cæteros res uentilata noceret, reuocatus ad iudicium, & damnatus, Romanæ ecclesiæ clericos diffamauit, dicens eos priori suæ sententiæ contrariam edidisse. Vnde contra duas epistolas Pelagianorum li. 2. AVGVSTINVS. Romanos (inquit) clericos arguunt, scribentes eos iussionis terrore perculsos, non erubuisse præuaricationis crimen admittere, ut contra priorem sententiam suam, qua gestis catholico dogmati affuerant, postea pronuntiarent malā horum esse naturā. Imò uerò Pelagiani spe falsa put auerunt nouum, & execrabile dogma Pelagianum, uel Cęlestianum persuaderi quorundam Romanorum catholicis mē tibus posse: quando illa ingenia, quauis nefando errore * peruersa, non tñ contemptibilia, cū studiosè corrigenda potiùs, quàm facile damnā da uiderentur, aliquantò leniùs, quàm seuerior postulabat ecclesiæ disciplina, tractata sunt. Hęc ille. AVCTOR. Ita non putent Witcleuistæ, Romanū clarum, aut Cardinales posteriores prioribus esse contrarios: nec spe falsa putent execrabile dogma Witcleuisticum in Berengariana sententia approbatum, quauis Berengarianorum ingenia uidebantur eis tunc facilè esse damnanda, sed studiosè potiùs corrigenda: & ppter hoc tam in forma libelli, quam in processu iudicij aliquātò leniùs, quàm disciplina seuerior postulauit ecclesiæ, sunt tractata. Demum Papa iudex fidei uice Christi censendus est bene fecisse quod debuit: & ab hæreticis esse peruersa sua molitione corruptus: sic Nicolaus apud Berengarium, sicut Cælestius apud Innocentium Papam, uel Zozimum. Vnde contra duas epistolas Pelagianorum loco prætacto AVGVSTINVS. Tot inquit & tantis inter apostolicam sedem & Afros Episcopos currentibus & recurrentibus scriptis ecclesiasticis, etiam gestis de hac causa apud illam sedem Cælestio præsente & respondente confectis, quæ nam tandem epistola uenerandæ memoriæ Papæ Zozimi, quæ interlocutio reperitur, ubi præceperit credi oportere sine ullo uitio peccati originalis hominem nasci? Nusquam prorsus hoc dixit. Nusquam omnino conscripsit. Sed hoc, cum Cælestius in suo libello posuisset, inter illa duntaxat de quibus ad hoc se dubitare, instrui uelle confessus est, in homine acerrimi ingenii, qui profectò si corrigere tur, plurimis profuisset, uoluntas emendationis non falsitas dogmatis approbata est. Et propterea libellus eius catholicus dictus est, quia & hoc catholicæ mentis est: si qua fortè aliter sapit, quā ueritas exigit, non ea certissimè definire, sed detecta ac demonstrata respuere. Non enim hæreticis, sed catholicis Apostolus loquebatur, ubi ait,* Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamus, & si qd aliter sapitis id quoque nobis Deus reuelauit. Hæc ille. AVCT. Ita dicat Witeleff de consensu Nicolai Papæ cum Berengario hæretico. Vbi præcepit unq̄ Nicolaus credi oportēre panem naturalem in Eucharistia peracta cō secratione manere in natura primi panis? Nunquam prorsus hoc dixit. Nusquam omnino conscripsit. Et quia dicis de illa ecclesia tunc tēporis modico ante sub Victore iussus est magister tuus credere panem illum non umbratice, id est, figuraliter, sed uerè corpus Christi fieri. Itē citò post sub Gregorio, panem illum substantialiter conuerti in carnem. Si non figuraliter, sed uerè panis ille substantialiter in corpus Christi conuertitur, contra totam scholam tuam scribitur, quæ solùm figuraliter, & non substantialiter panem illum corpus Christi fieri concedit. Et tamē ecclesia ista secum una semper fuit, quāuis sub diuersis præsulibus in diuersis tamen cōciliis eosdem Episcopos, eosdem patres habebat superstites: saltem qui tunc scripserunt, de duratione sua memoriam reliquerunt. Velut primas Lanfrancus, Guimundus Episcopus: tandem Anselmus primas: qui quantum non tibi consenserunt, sed fuerant in damnatione tui primi, testantur adhuc opera, quæ scripserunt. Mira ergo mendacis audacia. Iste sic scribit. Berengarium, scilicet, magistrum suum in sensit Witcleff hæretico habuisse conscium, & consulem Nicolaum. Aequè dixisset Innocentium tertium eius authorem, & modernā ecclesiā. Quod item sibiipsi contrarius planè dixit, saltem de Romana curis sui temporis, 2. parte sermonum sermone. 60. Vbi adulando Romanis contra Auenionicos, ut proponit, dicit Romanos ueriùs credere, & peruersè credere Robertinos. Aliàs

Aug. Tom. 7. cap. 3

* Persuasa.

Aug. cap. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen dicit(quod æquè notãdum est) ideò Berengarium criminandum esse bono iure, quia dicit ibi in sacramento corporis domini tantùm figuram esse. Et quomodo ergo iã potes laudare eum, quia dixit consonanter Nicolao, panem post consecrationem corpus domini esse? Quia hoc,(inquis,) post accusationem correctus dixit & sic concorditer Nicolao. Falsum dicis, nam & olim sic dixit: hoc solum intelligens, q̃ & post sit corpus domini in figura: sicut habet epistola illius LEODIENSIS Episcopi ad Henricũ Frã corum regem, quæ incipit, Glorioſiſsimo. & frequenter habetur in antiquis exemplaribus. Fama (inquit) supremos Galliæ fines prætergressa, totã Germaniam peruasit: iamq́ omnium nostrum repleuit aures, qualiter Bruno Andegauensis Eps, item Berẽgarius Turonensis antiquas hæreses modernis tẽporibus introducendo, astruãt corpus domini non tam cõpus esse, quam umbram, & figuram corporis domini. Hæc ille. AVCTOR. Ecce q̃ ab initio nõ negauit uerbo corpus domini, sed astruxit hoc tantùm secundùm umbram uel figuram, sicut & tu. Conuincitur & toruus Witcleff falsarius Nicolai, cum libro suo de Apostasia, cap. 10. Oportet(inquit) cauere de hæreti, ne ex totali similitudine concludatur, q̃ corpus Christi sit ex pane, uel atteritur in natura sua, sed in signo solummodò, ut dicit Decretum Nicolai 2. Hæc Witcleff. AVCTOR. Apponamus † Decretum Nicolai, quod est. Ore, & corde profiteor de sacramento dominicæ mensæ eãdem fidem me tenere, quam dominus, & uenerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus, auctoritate euangelica, & apostolica tenẽdam tradidit, mihiq́ue formauit, scilicet panem & uinũ, quę in altari ponuntur, post consecrationem nõ solum sacramentum, sed ẽt uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solùm sacramentaliter, sed & in ueritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & in ueritate fidelium dentibus atteri. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Decretum Nicolai, corpus domini dicit non solum in sacramento, sed ẽt in ueritate fidelium dentibus atteri, tu dicis illud non atteri in natura sua, sed in signo solummodò, ut dicit Decretum Nicolai. Quid est non in sacramẽto solùm, sed & in ueritate atteri corpus Christi, nisi non solummodò signum in signo, sed in signo naturam? Veritas enim corporis præter sacramentum est natura eius præter signum.

Leodienſis.

Vuitcleff.

Decretum, 6

¶AD ARGVMENTVM WITcleff pro pane materiali sumpta fide ex uulgo, respondetur.
Cap. XLIIII.

SVMMA.

1 *Responsio ad argumẽtum Witcleff, qui pro pane suo materiali defendẽdo, ruit ad laicos, & uulgares, ut de fidei subtilitate in sui fauorẽ testificentur.*

2 *Vulgi auctoritas, quòd in fidei subtilitatibus non sit petenda. Et quid de hoc dicant Seneca, Celestinus Papa, Lactantius, &c.*

3 *Decretum, quomodo altitudo mysteriorum altissimi quibusdam paruulis reuelatur seorsum à turbis, & non omni populo, quòd a lege perennis sapientia fluxerit, ostenditur.*

4 *Literatis ecclesiæ uiris quomodo amplior certitudo credibilium donetur, quàm simplici laico, cum utrique solo lumine fidei Christi mysteria contemplentur.*

5 *Hæretico quòd quanto plures adhæreant, tantò acrius aduersus eum sit insurgẽdum, ne malò suo proficiat.*

6 *Vuitcleff, quomodo usurpet sibi uocem hæreticorum antiquorum, lactantium se, & dicentium, Diuites facti sumus, &c. Et quid super hoc dicat Hieronymus.*

7 *Manichæorum deliramentum, & temeritas notatur. Et quomodo eadẽ temeritate Witcleff maculetur. Et multa ibi aduersus illum adducuntur ex Guimundo, Augustino &c.*

8 *Græcorum in fide, laus.*

9 *Augustinus quid dicat aduersus hæreticos, qui Christianorum irridẽt imperitiam.*

DIscurritur † undique pro testibus producendis: & tandem libet ridere, cùm ruit in laicos rogans eos testari de subtilitate fidei, quã ipse nescit intelligere. ut fatetur in 4. Trialogi. ca. 5. Deus sicut semper seruat notitiam naturalem in laicis, sic semper seruat sensum catholicum in quibusdam, ut in Græcia, uel alibi, ubi placet. Item in sermone domini in monte. cap. 39. Istud(inquit) quadruplex testimonium triplicatũ faceret fideles quiescere in antiqua fide ecclesiæ à popularibus usque hodie obseruata, scilicet, q̃ prius sacramentum licèt in natura sua ut panis, est tamen mysticè corpus Christi. Sequitur. Interroga parentes tuos, dum in ista materia fideles habueris, & dicent tibi concorditer fidem istam. Hæc Witcleff. AVCT. Non † ego dedignor laicos petere quasi uiles, sed in subtilitatibus fidei, * differo sicut incautos. Scio quidem, q̃ sapiens etiam ad formicam pigrum mittit, ut discat, sed uiri prudentes, & impigri in rebus arduis uulgi sniæ authoritatem non commendãt, tam propter inconstantiam, quàm propter incuriam. Vnde in epistola ad Gallionem dicit SENECA. Argumentum

mentũ pessimus, turba est, quæramus quid optimum factu sit, non quid usitatissimum. Hæc ille. AVCT. Et CELESTINVS Papa, & est in Decretis dist. 62. cap. Docendus. Docendus(inquit) est populus, & nõ sequendus. Nos quoque si nesciunt, eos quid liceat, & quid non, cõmonere, non eis consensum præbere, debemus. Hæc ille. AVCTOR. Et LACTANTIVS Firmianus li. 5. diuinarum Institutionum c. 12. A nobis autem abest hæc demẽtia, ut falsum uero anteponamus. An boni nostri qualitas plùs ex populi pendebit erroribus, quàm ex conscientia nostra & iudicio Dei? Hæc ille. AVCTOR. A† lege enim perennis sapientiæ fluxit decretum, quomodo altitudo mysteriorum altissimi quibusdam paruulis reuelatur seorsum à turbis, & non omni populo. Vnde Princeps, & caput Apostolorũ Petrus, de Christo loquens, Hunc (inquit) * Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui manducauimus, & bibimus eum illo postquàm resurrexit à mortuis: & præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Actuũ decimo. Hinc est perspicuum, q̃ paruuli, quibus Deus reuelauit, q̃ à sapientibus, & prudentibus mundi abscondit, non erant passim cuncti de populo: quia nec seipsum dedit omni populo fieri manifestum: sed ipsi paruuli erant apostoli, & Christi dilecti testes præsules, & doctores præordinati à Deo, q̃bus præcepit prædicare populo, & testificari ea, quæ per seipsum populus non est dignus accipere. Idcirco noranter dixit, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Hic † tamẽ posset quæri quomodo literatis uiris ecclesiæ amplior certitudo, credibilium donaretur, quàm simplici laico, cũ utrique solo lumine fidei Christi mysteria contemplantur. Responsio. Quia primos, qui apud Apostolum spirituales dicuntur, ipsa primorum principiorum fidei traductio usque ad rem credendam in specie, cognitione quadã certos facit, & indubios. Populares uerò sola credendi simplicitas facit tutos. Sicut uidetur dicere beatus AVGVSTI. contra epistola fundamenti ca. 2. In catholica(inquiens) ecclesia, omittam syncerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spirituales in hac uita perueniant, ut eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant. Cæteram quippe turbam non intelligendi, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Hæc ille. AVCTOR. Verè infra eundem ambitum fidei periti spirituales dicuntur intelligere: cæteri populares solum simpliciter credere: quos tamen credẽdi simplicitas tutissimos facit, & econtrariò timi-

Celestinus

Lactantius.

Matth. 17. 3

Petrus. Act. 10.

Quæstio. 4

Responsio.

Aug. To. 6

A dos eos facit scrupulosa duplicitas. Quid igitur istos interrogabo de fide, nisi forsan ut experiar qualiter ipsi credant? Pete multos de plebe: & nunquid dicunt patrem Deum hominem esse satis antiquum? spiritum sanctum fuisse columbã? Quot credis de populo credunt ante Christi aduentum nõ fuisse mundum? Sed quia de testimonio maioris populi totiens gloriaris: sicut dicis de sermone domini in monte. cap. 46. quòd ad propositum tuum de eucharistia, nadunt fides & testimonium populare, & cum hæretici proclamant, q̃ popularis testificatio licèt deficiat, testificatio fidei scripturæ probat, q̃ inimicus eorum sit hæreticus occidendus, multò euidentius acclamante plure populo, cum ista clausula. Hæc dicit dominus. Hæc Witcleff. AVCT. Verè q̃ testificatio pluris populi tecum concurrat, non puto: sed † si ita sit, acriùs insurgendum est cõtra talem hæreticum, ne malo suo proficiat: & populo condolendum, ne pereat in errore. lib. 6. de trinitate in principio HILARIVS. Non sum ne scius (inquit) difficillimo me, asperrimoque tempore scribere hoc aduersum uesanam impiorũ hæresim Dei filium creaturam esse affirmantem aggressum fuisse: multis iam per omnes fermè Romani imperii prouincias ecclesiis morbo pestiferæ huius prædicationis infectis, & uelut ad fidei huius malè usurpatam persuasionem longo doctrinæ usu, & ementito nomine ueræ religionis imbutis. Sequitur. Grauis enim, & periculosus est error in plurimis, & multorum lapsus, & si se intelligant, tantum exurgẽdi pudore auctoritatem sibi præsumit ex numero, habens hoc impudentiæ, ut quod errat, prudentiam existimari uelit: q̃ cum multis errat, ac intelligentiam esse asserat ueritatis, dum uulnus erroris esse existimatur in multis. Ac mihi quidem præter studii mei, ac officij necessitatem, quia hoc ecclesiæ episcopus prædicationis euangelicæ debeo ministeriũ, tamen eo propensior cura adscribendũ fuit, quo plures periculo infidelis intelligentiæ detinebantur: uberius gaudium consectans ex salute multorum. Hæc ille. AVCT. Sic si multi hoc errore tuo Witeleff subuersi sunt, instantiùs prouocas ad scribendum. Si pauci, quid iacticas? At quot inueniendi sunt in populo Christiano non per te subuersi, qui dicant uenerabile sacramentum eucharistiæ in sola figura corpus Christi esse, & in sua natura putribilem panem mittendum secessui animalis? Quot dicturi sunt corpus Christi ut est in sacramento esse deterius agno paschali, peius testudine, imò stercore rationis, seu muris secundum uerba tua: quia est sola figura, & respectus pessimæ habitudinis, ultimi generis? Gratias Deo: si interrogasses meos parentes, omni animositate negassent tibi, quòd corpus Christi

Hilarius.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ſacramento eſt corpus, quod nunquàm fuit na A tum de uirgine, uel paſſum in cruce: nec unquàm ſedebit in cælis ad uiuos & mortuos iudicandos: quod tamen tu concedis: cum ſit ſubſtantia materialis panis: Ecce iſtæ ſunt ueritates fidei tuæ. Poſtula gentes non circumuentas dolo tuo: quis tibi conſentiat in præmiſsis? Te ipſo teſte omnes ſimplices ſunt à principiis fidei proniores ad credendum uenerabile ſacramentum eſſe identicè & ſubſtantialiter corpus Chriſti cum ſancta eccleſia, quàm panem putribilem cum tua ſecta. Tu ſi quidem dicis ca. 2. de Euchariſtia. Omnino cauēamus deuorando quamlibet partem ſacramenti ſenſibilis eſſe corpus Chriſti, uel ſanguinem: quia uulgus, & literati uiri ſunt proni ad intelligendum panem poſt conſecrationē eſſe idēticè corpus Chriſti. Hæc Witcleff. AVCTOR. O miſer Witcleff, quid tibi ſic adularis? Quid tibi applaudis in multitudine popularium teſtium, quos priuſquàm dolo ſubornas, teſtes habere non potes? Nunquid ò Witcleuiſtæ, magiſter ueſter transformans in ſe illud hiſtorici uatis.

Dedidicit iam pace ducem famcque petitor,
Multa dare in uulgus, totus popularibus auris
Impelli, plauſuque ſui gaudere theatri?

6 Et † in hac inſania uſurpat ſibi uocem hæretico rum antiquorum, iactantium, & dicentium: diui tes facti ſumus. in Oſea. Vbi in commentario li bro 4. HIERONYMVS. Opprimitur (inquit) pauper eccleſiaſticus uerboſitate & argutiis hæ reticorum, qui poſtquàm alios deceperint, ſolēt dicere. diuites facti ſumus. Habemus plurimam multitudinem diſcipulorum: turba nos ſequitur. Inuenimus idolum, uel tetrigerium nobis. Idcir co enim uel maximè hæreſes componuntur, ut deuorent domos uiduarum, quæ diſcunt, & nunquam ad ſcientiam perueniunt ueritatis. Et pulchre ait. Inuent idolum mihi. Omnia enim hæreticorum figmenta, idola ſunt, & ſimulachra gentilium, nec differunt in pietate, licèt in nomine diſcrepare uideātur. Solentque dicere, quicquid fecero, quicquid egero, mihi non poterit imputari: habeo enim diuitias meas argutiam philoſophorum, habeo populi multitudinem, quā qui aſpexerit, me non peccare arbitrabitur. Hæc ille. AVCTOR. Solitus inſpicere libros Witcleff putandus eſſet Hieronymus ipſum notaſſe, cum diceret de argutiis hæreticorum: quia ſolus Wit cleff noſtri temporis inter ſcriptores de fide ſolet argutias dicere, cæteri argumenta cognominant. Et q̄ in myſteriis fidei gloriatur non modi cum in teſtimonio populi, & econtrà in paucita te congaudet teſtium peritorum. Quod duxi no tare, cū cum legerem in ſermone dñi in mōte & c. 47. hic dicentem. Mediū ſufficienter quietans

Oſea. 12.

Hier. To. 5.

1. Tim 4.

Wicleff.

fideles in iſta materia eſt, q̄ ipſi ſciunt docere quoſcunque quærentes de ſua fide, ubi hæc dicit dominus. Pars autem aduerſa neſcit dicere euidē tiam, uel perfunctoriam pro ſua ſententia: ſed ſo lum iſtam infidelem argutiam, q̄ prælati multi cæſarei, & longè maior pars ſuperſtitum eſt pārata cum illis ad teſtificandum ſuam ſententiam quam econtrario. Sed fidelis debet credere, q̄ Matth. 22. multi ſunt uocati, pauci uerò electi: & cum ſtultorum infinitus eſt numerus, populus non debet ipſis credere in iſta materia ſic deriſa in fide ſcri pturæ, niſi de quanto ipſi ſe fundare ſciuerint in ſcriptura. Hæc Witeleff. AVCT. Mirum de tā iactabundo hæretico: Witcleuiſtæ ſciunt docere quoſcunque: quærentes de ſua fide ubi hæc di cit dominus: & ego de quibuſlibet quærentibus unus doceri requiro, ubi hæc, quæ dicis, dicit Matt. 24. Deus. Ibi inquis, Hoc eſt corpus meum. Sed ibi B ego inuenio corpus Chriſti uerum ſecundum p priam naturam Chriſti, Chriſto dicente, corpus meum, non ſignum meum: dic ſi tu mecum hoc ipſum ibi inueneris. Non (inquis) ſed panis natu ram inueni, quia dicit, hoc, demonſtrando panē. Et quare non ſubſtantiam corporis propter cor pus meum? Quia mens (inquis) non capit unam eſſe utranque ſubſtantiam: igitur ſtatuto pane ſecundum ſuam naturam, corpus ſolum rema net ſecundum figuram. Sed hic eſt omnis difficultas. ſi panis ſubſtantia remanet ibi præſens. quia dixit, hoc, cur potiùs illa non remanet ſubſtantia corporis, dum multò determinatius dici tur, Corpus meum? Et item doce me, quare ſola figura corporis præſens eſt ſublata natura ſacris altaribus, & natura panis remanet, non obſtanti bus Chriſti uerbis, qui uoluit illum eſſe corpus ſuum, Si ego iuberem te de laico perficiendum C epiſcopum, nollem te deinceps laicum eſſe: uel lem autem omnino te fore epiſcopum. Si quoſcunque quærentes doces, doce me, qua auctorita te tollis ſubſtantiam corporis, relicto ibi ſigno corporis, quod panis ſubſtantiæ fieri nō permittis? Chriſtus nuſquàm dixit, Hoc eſt corpus meū ſecundum figuram. Chriſtus nuſquàm dixit, hoc eſt panis ſecundum naturam, dic iactator hæreti ce ubi hæc dicit dominus? An uis nos priùs crē dere te ſenſum habere domini in prædictis uer bis domini: omnes autem prælati ſine te, & doctores catholici remanere neſcios ueritatis? Hoc 7 † enim erat deliramentum Manichæorum. ſicut contra epiſtolam fundamēti cap. 3. eos arguit AVGVSTINVS. Elige (inquiens) quod uelis: ſi dixeris crede catholicis, ipſi me monēt, ut nul lam fidem accōmodem uobis, Quapropter non poſſum illis credens, niſi tibi non credere. Si dixe ris, noli catholicis credere, non recte facies per euangelium me cogere ad Manichæi fidem (ad Witcleff

Aug.

Maimundus

Witcleff. fidē, p̄ præſenti) quia ipſi euangelio p̄- A dicantibus catholicis credidi. Hæc ille. AVCT. Item libro de utilitate credendi uerſus finē AVGVSTIN. Nullis (inquit) me uideo credidiſſe, niſi populorum, atque gentium confirmatæ opinioni, ac famæ admodum celeberrimæ, hos autem populos, eccleſiæ catholicæ myſteria uſquequaque occupaſſe. Cur non igitur apud eos diligentiſsimè requiram quæ Chriſtus præcepit? Sequitur paulò infrà. O ingentem confidentiam, uel potius ineptiam? Ego te doceo quid Chriſtus præceperit, cui credis: * qui ſi ei non credē, nō aliquid me docere poſſes. Et infrà. Scriptis, ais, crede: at ſcriptura omnis ſi noua & inaudita pro feratur, uel commendetur à paucis, nulla confirmante ratione, non ei, ſed illis, qui eam proferūt creditur. Quāobrem ſcripturas ipſas ſi uos profertis tam pauci & incogniti, non libet credere. Sequitur. Cohibe tandem pertinaciam, & neſcio quam indomitam propagandi nominis arrogan tiam, & moue me potius, ut huius multitudinis primates quæram diligentiſsimè ac laborioſiſsi- B mè, ut ab his potius, de his literis aliquid addiſcam. Qui ſi non eſſent, diſcendum omnino eſſe neſcirem. Tu uero in latebras tuas redi: nec cui quam inſidiare ſub nomine ueritatis, quam conaris eis adimere, quibus authoritatem ipſe cō ceſſiſ. Hæc ille AVCTOR. Ecce temeritatem Manichæi in noſtro Witeleff. Ego (inqt) doceo quid dicit dominus: & prælatis nolite credere, ni ſi quatenus ſe fundent in ſcriptura. Cohibe miſer pertinaciam tuam, & mone potius fideles, ut quod apud populos requirentes inuenimus quid Chriſtus præceperit confirmatum opinione celeberrima, qualiter ſcripturæ ipſę confirmēt, nō a paucis Witcleuiſtis, & iam nuper incognitis, ſed apud ipſos primates, & doctores multitudinis orthodoxæ noſcamus. Tu dicis Chriſtum dicere panem eſſe corpus ſuum tropicē, & remane re panem. Hoc tu primus in Anglia docuiſti: aut dic quem reperiſti ſic intellexiſſe euangelium an tequam tu uenires. An primates, & docti in cle- C ro habebant expectare aduentum tuum, ut Chriſti euangelium in hac parte, te magiſtro ſentirēt & iam nec multos, nec paucos, ſed te ſolum diuinas ueritates docentem audirent: quia paucorum dicis eſt ueritas: & ideo multitudinem prælatorum idipſum docentium contra tuam perſidiam paucitati Witcleuiſtæ poſtponere non te pudet? Nimirum magiſtrum tuum, & ſub ipſo omnes ueteres hæreticos ſubſequens in hoc dicto. Pro Berengarianis enim ſic quidam reſpondit, habet lib. 3. contra eos GVIMVN. Nō ſunt (inquit) regnum, quia pauci ſunt. Ad quod reſpondeo: ſi non ſunt regnū, non ſunt eccleſia Chriſti. Eccleſia Chriſti regnum Dei eſt. De ca tholica ſanè Eccleſia propheta dixit. Fundatur exultatione uniuerſæ terræ, quod de noſtra eccleſia uidetur impletū. Berēgariana uero portio nō fundatur exultatione uniuerſæ terræ. Neque. n. eis uel una ciuitatula, uel etiam una uillula conquieſcit. Et poſt multa. Sed quis regum terræ hanc Berengarianam ſtultitiam fouit? Quis regum terræ in gloriam ſuam attulit? Et quidem in Arianam ueſaniam reges olim aliqui conceſſe runt: in Berengarianam autem nullus. Hæc ille. AVCTOR. Item Creſconio in ſua paucitate gloriantі libro 3. contra eundem cap. * 55. AV- Aug. To. 7. GVSTIN. In paucis (inquis) frequenter eſt ue * cap. 66. rita ſcerrare multorum eſt. Et ne uerbis tuis tan- Eſa. 54. tæ illius ſterilis fœcunditati contradicere uidere Gal. 4. ris, cui dictum eſt: Multi filii deſertæ magis quā Matt. 22. eius quæ habet uirum, adhibuiſti ex euāgelio te ſtimonium, quoniam pauci ſunt qui ſaluantur. Solue igitur quæſtionem, quomodo ipſe dominus dicit, quàm arcta, & anguſta eſt uia, quæ du cit ad uitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam. Matt. 7. Et idem ipſe dicit alibi. Multi ab oriente, & occi Matt. 8. dente uenient, & recumbent cum Abrahā, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. Quomodo etiam in Apocalypſi monſtratur eorum multitudo, quā Apo. 7. numerare nemo poteſt ex omni gente, & tribu, & lingua, habentium ſtolas albas, palmaſque ferentium, qui preſſuras propter fidem Chriſti ſuſtinuerant. Quomodo ijdem ſint pauci qui multi? Neque enim alterum horum eſt uerum, alterum falſum, cùm ſit utrunque à diuina ueritate prolatū: niſi quia iidem ipſi boni ueriq; Chriſtiani, qui per ſeipſos multi ſunt, in comparatione malorum & falſorum itidem pauci ſunt. Sic multa grana, quibus horrea magna complentur, pauca dicimus in comparatione palearum. Sic etiā ut de ipſo teſtamento Dei dicam, quod factū eſt ad Abraham de ſemine eius, quod eſt Chriſtus, multas ſtellas, quas numerare non poſſumus, c quibus tam grāde cælum nodiq̄ circunfulget, paucas dicimus in comparatione arenæ maris. Fortè ſtellæ ſignificaueruntſpirituales Chriſtianos: maris autem arena carnales, per quos, & ex quibus hereſes, & ſchiſmata fiunt: utroque tamē genere plenus eſt mundus: quia idem dominus dicit, ager eſt hic mundus. Hæc ille. AVCT. Item contra Petilianum Donatiſtam hereticum Matth. 13. lib. 2. reſponſione 45. AVGVST. Timuiſti (inquit) comparatam multitudini ueſtræ, multitu- Aug. To. 7. dinem orbis terrarum: & ad paucitatis laudem per anguſtam uiam gradientem te conferre noluiſti. Vtinam non ad eius laudem, ſed ad ipſam uiam te contuliſſes. Profectò perſpiceres candē paucitatem in eccleſia eſſe omnium gentium, ſed paucos dici iuſtos in comparatione multorum iniquorum: ſicut in cōparatione paleæ poſſunt

Aug. To. 6. cap. 14.

*Quid ſi nō ei crederē, nih aliquid de illo me docere poſſet?

Pſal. 47.

pau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauca grana lici uberrimæ segetis: quæ tamen A quæ per omnes terras copiosa fertilitate diffun-
per seipsa in massam redacta, implent horreum. ditur, in sua cuiusque propria unitate commune
Hæc ille. AVCTOR. Hæc quo ad illud inductum per Witcleff. Multi sunt uocati; pauci uero
electi. Quantum ad hoc, ꝙ dicit stultorum non Eccles.1.
est numerus, uolens se dici de numero peritorũ,
quia solus est, & discipuli eius pauci: contra Iulianum hoc ipsum dicentem lib. 5. ca. primo scri-
Aug. To.7. bit AVGVSTINVS. Quid (inquiens) opus est
ut aliquid aduersus ea dicam, quæ in principio
posuisti libri huius solita, & uana: & de paucita-
te uelut prudentium, quibus uos placere gaude-
tis? Hæc enim, & ueterum, & nouorum omnium
hæreticorum uox est, ipsa consuetudine iam so-
lidata, atque portata, & tamen necessitate com-
pellitur talibus pannis indui tam magna etiã ue- 8
stra superbia, quæ sic tenditur, & inflatur, ut eos
deformiùs dum gestit ostentare, dirumpat. Hæc
ille. AVCTOR. Attende mi Witcleff. uox illa,
quam tu de paucitate formasti, omnium hære- B
ticorum uox est, longi temporis præscriptione
confecta: sed si de paucitate congaudes, & maxi-
mè peritorum, cur Augustinum, Ambrosium,
Hieronymum, Papam cum omni curia, doctо-
res græcos, & Armenos, & omnes de millenario
ligationis diaboli tam auida lingua procuras in
testes? cur item multitudinem populi? Nunquid
ut paucorum esset ueritas? Aut ne multi tuis asti
pularentur erroribus? Sed nec in hoc recedis à
patribus tuis, qui pluralitatem sectatorum om-
ni labore cupiebãt habere de facto: sed quod dis
suadente Deo obtinere non poterant, istis tuis
coloribus excusabant, prout recitat de episcopis
arianis qui per discordiam mutuam suos popu-
los amiserunt, in historia tripertita lib. 9. capite.
Cassiode. 19. CASSIODORVS dicens. Aliarum regio-
num antistites propter discordiam suam in re-
prehensionem sui populi uenientes, æstuabant,
tristitiaque confusi, discedebant, & literis conso-
labantur alterutros ut non affligerentur cur eos
plurimi relinquentes ad fidem consubstantialita
tis accederẽt, dicentes quidem multos uocatos,
Mat.22. paucos autem electos. Quod utique nõ dicebãt,
quando multum populum per potestatem sibi-
met aggregabant. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ꝙ
isti, & superiores hæretici semper habebant au-
thoritatem hanc communem, quam sibi Wit-
cleff assumpsit. Multi sunt uocati. Sed hoc non di
cit Witcleff, uel illorum aliquis, quando quot
possent populos ad suam hæresim sociabant. Vn
de in hoc ipso deprehendit aduersarium legis &
prophetarum lib. 2. contra eum in fine Augusti-
Aug.To.6. nus dicens. Sanè post finem libri, in quo fine pau
citatem hominum in suo errore commendat,
quia uidelicet paucorum est sapientia, quod om
nibus hæreticis aduersarijs ecclesiæ catholicæ,

Hęc ille. AVCTOR. Concludamus ergo cõtra A 2 *Sensuum experimento quòd non sit tale adhæ*
Witcleff, & dicamus, ꝙ delectatur non in uarijs *rendum, & quare, secundùm Bernardum.*
sed iam in oppositis: quia multos delectat eũ ha 3 *Sensibus occupati, quòd sint à fide remoti. Et*
bere testes, & paucos sequaces. Nos autem in no *quomodo culpentur ab Augustino. Et plura*
mine Christi multos oramus habere Christi te- *de hoc ibi contra Witcleff referuntur.*
stes, & plurimos sectatores, quousque per stulti 4 *Sacramentorum quæ sunt, quòd oculis corpo-*
tiam prædicationis fidelium subintret gentium *ris non uideantur. Et quo Sacramenta non re-*
multitudo. Ipsa enim Christiana stultitia, sed ta *re capiantur exteriori sensu, sed mente. Et*
men uera, & sola dicenda sapiẽtia pauciores eos *quid de hoc dicat ibi Ambrosius.*
Aug.To.3. reddet: itaut semen Abrahæ in Christo sit nume- 5 *Antichristinum quòd non sit sacramẽtum, quod*
riosius cœli stellis, sicut libro de diuinatione dæ *sensus gustus, aut tactus confunderet, contra*
monum ad finem AVGVSTINVS protesta- *Witcleff.*
9 tur, dicens. Irrideant † quantum possint tãquam
imperitiam, & stultitiam nostram, & iactent do
Psal.2. ctrinam, & sapiẽtiam suam: illud scio, quoniam
irrisores Christi pauciores sunt hoc anno, quàm
fuerunt priore anno. Ex quo enim fremuerunt
gentes, & populi meditati sunt inania aduersus
dominum & aduersus Christum eius, quando ab
eis fundebatur sanguis sanctorum, & uastabatur
ecclesia usque ad hoc tempus, & deinceps quoti-
diè minuuntur. Nos autem aduersus eorum op-
probrium, & superbas irrisiones, fortissimos red B
dunt oracula Dei nostri: quæ de hac quoque re
nidemus, & gaudemus impleri. Sic enim nos al-
loquitur per prophetam. Audite me, qui scitis
iudicium: populus meus, in quorum corde lex
mea est opprobrium hominum, Nolite metue-
re, & detractionibus eorum ne superemini: & si
uos spernãt, non magni duxeritis. Sicut enim ue
stimentum, ita per tempus assumentur, & sicut 7
lana à tinea comedentur: iustitia autem mea in
æternum manet. Hæc ille. AVCT. Irrideant,
ut dicit Augustinus, imperitiam nostram. Suffi-
cit nos uidere irrisores nostros de multitudine
ad paucitatem uenire, dummodo catholici, & fi-
deles multiplicentur, & quotidiè inualescant.
Nobis enim præcepisse Deum cognouimus il-
liuer. 29. lud, quod scriptum est Hieremiæ. 29. Multiplica
mini ibi, & nolite esse pauci numero. E contrariò 2
de Witceleuistis, non dolemus, ꝙ pauciores sunt
hoc anno, quàm priore fuerũt. Est enim prophe
tatum de eis, ꝙ pauci facti, & uexati sunt a tribu
latione malorum, & dolore.

¶AD ARGVMENTVM WITCLEFF sumptum ex testimonio corporalium sensuum, respondetur. Cap. XLV.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui testimonium sumit ab humanis sensi*
bus, quod Eucharistiæ sacramentum non sit cor
pus Christi secundum substantiam suam propriã
in altari, sed ut prius panis materialis, & putri
bilis, reijcitur.

ALiud itẽ testimonium sumit ab huma-
nis sensibus, ꝙ hoc uer erandũ & ado
randum sacramentum non sit corpus
Christi secundùm suam substantiam
propriam in altari, sed ut prius panis materialis,
& putribilis. 4. trialogi. ca. 5. sic dicens. Inter om
nes sensus extrinsecos, quos Deus dat homini, ta
ctus, & gustus sunt in suis iudiciis magis certi;
sed illos sensus hæresis ista confunderet sine cau
sa. Foret igitur Antichristinum sacramẽtũ, quod
istud faceret. Nam quò ad tactum de sacramen-
to panis patet experimentaliter, ꝙ hæreticus nõ
negabit, ꝙ iste panis sacratus dum fuerit pistus
nouiter, dispariter frangitur in comparatione
ad panem antiquum: & post subiicit de uino, ꝙ
extiterit dulce in principio, & post acidum est
factum quo ad sensum gustus. Hęc Witcleff. AV
CTOR. Quod † Christus, quod Apostolus Pau
lus prohibet, iste sectatur. Paulus mãdauit Ephe Ephe.4.
siis Christianis, ut non ambularent sicut gentes
in uanitate sensus sui, hoc est, ne ualde adhære-
rent experimento sensuum, quod est plures fidei
corruptiuum. Quod præuidens dominus in Ma-
ria, Noli me tangere, inquit. Cur inhibetur tactus
qui iam secundum te est in suis iudiciis magis
certus? In libro florum super euangelio Ioannis,
BERNARDVS. Meritò † (inquit) carnem re- Bernardus.
diuiuam uerbi tangere prohibetur mulier carna
liter sapiens: plus tribuens oculo, quàm oraculo,
id est, carnis sensui, quàm uerbo Dei. Quẽ enim
mortuum uidit, resurrecturum nõ credidit: cùm
tamen hoc promiserit ipse. Denique non quie-
uit oculus, neque dum sanatus esset uisus, quo-
niam non erat consolatio fidei, nec Dei rata pro
missio. Sequitur. Tamen cessauit à fletu in uisu
oculi, quæ noluit cõsolari in uerbo domini: plu
ris habens experimentum, quàm fidem. At expe-
rimentum fallax. Mittatur ergo ad certiorem si
dei cognitionem, quæ apprehendit quod sensus
nescit, experimentum non inuenit. Noli me tan- Io.20.
gere (inquit) hoc est, dissuesce huic seducibili sẽ
sui, innitere uerbo Dei. Fides nescia falli, fides in
uisibilia comprehendens, sensus penuriam non
sentit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentit. Denique transgreditur fines etiam rationis humanæ, naturæ uisum, experientiæ terminos. Quid interrogas oculum ad quod non sufficit? Et manus quid explorare conatur, quod supra ipsam est? Minus est quicquid ille, uel illa renuntiet. Sanè fides præmuniet de me, quæ maiestati nil minuat. Disce id habere certius, id tutiùs sequi, quod illa suaserit. Noli tangere. Hęc ille. AVCTOR. Ecce circa eandem carnis naturam falli potuit Maria per tactum, circa quã per tactum, & gustũ laboras fallere iam modernos.

Matt. 18. Satius esset prohiberi ne tangans, aut manum scandalizantem à te abscindere, quàm duas manus tales habentem, te, & alios per perfidiã mittere in gehennam. Quid insane malitia sensuum artem fidei conaris euertere? Sunt (inquis) certissimi sensus hominis: sed nunquid omni fide catholica certiores? Bernardus dixit tibi, q̃ fides transgreditur fines rationis humanæ, naturæ uisum, experientiæ terminos. Quid fidem amplam sub penuria sensuum sic coerces quã ratio superat, natura derider, & quę humanæ experiẽtię uix

Aug. To. 10 retinet paruam partem? AVGVSTIN. dixit tales remoros à fide, qui his sensibus occupantur

3 de uerbis domini sermone. 3 5. †Sunt (inquiens) homines remoti à fide, terrenis dediti, carnalibus occupari. Nolunt credere, nisi quod ad sensus corporis quinque pertinet appetitum. In his quinque sensibus totius uoluntatis sibi regulas constituunt. Non (inquiunt) credo ego nisi quod uideo. Ecce quod noui, ecce quod scio, albũ est, nigrum est, rotundum est: sic, uel sic coloratum est, noui, sentio, teneo. Natura ipsa me docet: nõ cogor credere, quod mihi non potes ostendere. Sequitur. Quin multi & modo ipsam cœnam quamuis illam tunc mensam non uiderint, nec panem, quem dominus gestauit in manibus oculis suis aspexerint, uel faucibus gustauerint, tamen

4 quia ipsa est, quæ nunc paratur, quàm multi etiã nunc in ipsa cœna iudicium sibi manducãt & bibunt? Vnde autem tanquam occasio est domino

Luc. 14. C nata, ut de ista cœna loqueretur: dixerat unus de discumbentibus. In conuiuio enim erat, quo fuerat inuitatus. Beatus q̃ mãducabit panẽ in regnũ Dei: quasi in lõginquo ista suspirabat: & ipse panis ante illum discumbebat. Quis est panis de re

Io. 6. gno Dei nisi qui dixit: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descẽdi? Et infrà. Modicum accipimus, in corde saginamur: non igitur quod uidetur, sed quod creditur, pascit. Hæc Augustinus AVCT. Attendãt Witeleuistæ quid dicat Augustinus per singula. Culpat eos, qui iudiciis sui sensus indulgent, ita ut fidem lædant. Ecce quod noui album est, rotundum est. Nõne Augustinus uidit in spiritu futurũ Witcleff de illo albo & rotũdo corporalibus oculis uiso propositurum suum problema? Et iterum. Sentio, teneo, natura ipsa me docet: non cogor credere, quod non potes mihi ostendere, quia (dicit Witeleff) sic illos sensus hęresis ista confunderet. Et ut uideretur, quòd hoc de sacramento altaris diceret contra illos, qui iudicio sui sensus falluntur, in ipso statim in cœna dominica submittit exemplum, dicens illam esse, quæ nunc paratur, quam Christus tunc substantialiter occupauit. Idcirco multi nunc iudicium manducant & bibunt. Quare? Quia secundùm iudicium sensuum panem materialem acceptant: & tamen domini discredendo recusant. Ipse panis (inquit) ante illum discumbebat. Sequitur. Non ergo quod uidetur, sed quod creditur, pascit. Econtrariò secundum Witeleff, quia quod uidetur, panis est, qui ueram facit pastionem sensibilem. Quod autem creditur, figuralis habitudo est: & idcirco nec pascit, nec pascitur, sicut nec manducatur, cùm (ut dicit) ad relationem non est motus. Sed sequamur Augustinum

B dicentem: quod creditur, pascit, scilicet, corpus domini creditum ibi præsens secundùm propriã naturam: & idcirco quod uidetur ibi esse fallacibus sensibus, hoc non est, neque pascit. Hoc est enim quod, ut dicit alibi, oculi renuntiant. Sed oculi sublimens, non sumum usurpantes, & iudiciũ alienum inuadentes. Et nescit Witeleff omnes concorditer sententiare philosophos, quòd sensus decipi possit circa obiectum non suum per se, quamuis satis propinque sit ipsi per accidens, Circa obiectum suum etiam per se propter indispositionem organi, uel medii, sicut gustus febri infectus iudicat dulce, amarum: & uisus incautus iudicat de silice, uel carbone lapidẽ pretiosum. Quia si hæc de terrena substantia q̃d minũ cũ decipitur de cælesti? Sacramentũ quodlibet Christianum res cœlestis est, & sola fide percipitur. AMBROSIVS. uerò lib. 3. de sacramentis ca. 2. dicit, q̃ † quæ sacramentorum sunt, non uidẽtur oculis corporis, his uerbis. Considera & tu

C oculos cordistui. Videbas quæ corporalia sunt, corporalibus oculis: sed quæ sacramentorum sunt, cordis oculis adhuc uidere non poteras. AVCTOR. Item in libro de mysteriis cap. 3. dicẽs quomodo sacramenta non uerè capiuntur exteriori sensu, sed mente. Non (inquit) solis corporis tui credas oculis. Magis uidetur quod non uidetur, quia istud temporale, illud æternum aspicitur. Quod oculis non comprehenditur, animo autem, & mente cernitur. Et infrà. Ideo tibi antè prædictum est, & non hoc solum crederes quod uidebas, ne fortè ut tu diceres, Hoc est illud magnum mysterium, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Aquas uideo, quas uidebam quotidiè: ista me habent mundare, in quas sæpe descendi; & nũquàm mũ-

datus

datus sum. Hinc cognoscę, q̃ aqua non mundat sine spiritu. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Bene arguit doctor non esse credendum experientiæ sensuum in tractatibus sacramentorum: quia reuerentia sacramentalis debet esse quantã oculus non uidit, nec auris audiuit, quantò magis nec quam manus hominis tetigit, aut gustus sapuit? Et cõparat de aqua, q̃ illa uisibilis aqua non est sacramentum baptismi in quam sæpe descendimus, nec mundamur. Conformiter nec illud quod sapit gustus, aut uidet oculus in Eucharistia est sacramentum altaris: quia sic manna soret sacramentum illo sacramento multo celebrius. Vnde infrà eodẽ libro post mediũ. idest, cap. 8. AMBROSIVS. Parasti (inquit) in cõspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: & poculum meũ inebrians quàm præclarum est. Nunc illud consideremus: ne quis fortè uisibilia uidens, quoniam quæ sunt inuisibilia nõ uidentur, nec possunt humanis oculis comprehendi: dicat fortè Iudæis, Deus manna pluit, pluit cothurnices: Ecclesiæ autẽ illi dilectæ hæc sunt quæ præparauit, de quibus dictũ est, q̃ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus eum. Et post aliquanta, concludit. Non igitur humani, sed diuini est muneris sacramentum quod accepisti ab eo probatum, qui benedixit fidei patrem Abraham illũ, cuius gratiam & gesta miraris. Sequitur. Reuera mirabile est quod manna Deus pluit patribus, & quotidiano cæli pascebantur alimento. Vnde dictum est. Panem angelorum manducauit homo. Sed tamen illum panem, qui manducauerunt omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipis, iste panis uiuus, qui descendit de cælo, uitæ æternæ substantiam subministrat, id est, qui cunque hunc manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus est Christi. Hæc ille. AVCTOR. Perpende quid in isto C passu uult Ambrosius. Quòd si uisibilia attendantur, potiora sunt sacramenta Iudæorum. Idcirco illæ substantiæ, quas uidemus extrinsecus, non sunt tam optima sacramenta fidelium, quæ oculus non uidit &c. Sed inuisibilia (inquit) sunt, nec possunt humanis oculis comprehendi: non tantùm dona gratiarum, sed nec sacramenta ueracia. Vnde subdens exemplum de sacramento altaris. Ista (inquit) esca, quam accipis, corpus Christi est: & panis uiuus, qui de cælo descendit: & qui comedit, non morietur. Nonne & manna corpus Christi erat in figura? Et quare non comparuit uisibile manna ad panem uisibilem in sacramento? Sic enim rectius comparasset sibi ipsis sensibilia sacramenta. Maximè cum utrunque fuit figura corporis Christi

A ueri. Et quod dicit, illa esca quam accipis, si panis sensibilis fuerit in natura, quomodo concluditur, q̃ comedens illam non morietur? Quia (inquis) corpus Christi est. Qualiter? in figura. sic & manna. Quare ergo omnes comedentes manna mortui sunt, cùm ultra hoc, quod erat corpus Christi in figura totius trinitatis decreto, panis angelorum fuit ex natura? Non ultra resultes: comparauit naturam ad naturam: Manna ad Christi naturalem carnem secundùm gratiam sacramenti. Sed uult ne illa multo perè reputes sacramenta quæ uidentur, sed omnes sensus claudi debent ut consecrentur Deo. Vnde ibidem AMBROSIVS. Respondet ecclesia. Quis Ambrosius dabit te frater mi sugentem ubera matris meæ? Sequitur. Vides quemadmodum delectata munere gratiarum, ad interiora cupit mysteria peruenire, & omnes sensus suos consecrare Christo. Hæc ille. AVCTOR. Item libro de corpore, & sanguine Domini, cap. 2. PASCHA- Paschasius SIVS. Si (inquit) recte sapimus, uel rectè recipimus, diuinus spiritus, qui in nobis est, etiam per eandem gratiam ampliatur: eosdemq; sensus nostros ad ea percipienda instruit, & componit. Ita sanè, ut non solum gustum interius ad mystica perducat, uerùm & uisum, atque auditum, necnon odoratum, & tactum illatenus illustret quodammodo, ut nihil in eis nisi diuina sentiantur, nihilque nisi cælestia. Et infrà. Neque itaque sinit terrenum aliquid aut uile ibidem suspicari, sed mystica, & spiritualia in his supere; ita ut nostri corporis sensus ad ea interiùs sanctificandi auidiùs transferantur, siquo modo dicere possit præeminentior pars hominis: Cor Psal. 83. meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Hæc ille. AVCTOR. Si iuxta hæc dicta patrum omnes sensus nostri suo naturali priuantur iudicio, & ab sensibili suo clauduntur exteriùs, ut sola mystica, & spiritualia sapiant, sola cælestia sentire permittantur per gratiam: nec quicquam terrenum aut uile suspicari possint in sacramentis, qualiter uisus, quomodo gustus, aut tactus sentient panẽ suum? quin potius coercendi sunt ne iudicent: & pro prophano & errante iudicio habendum est, quicquid ibi tale decernant. Iuxta quam sententiam redarguendus est Witcleff, qui in hoc loco sensus citat ad testandum secum de substantia panis: cùm alibi dicat, quòd suspendendi sunt sensus, ut omnis intentio feratur in corpus Christi diuinitus, sibiipsi componens opposita ut uidetur. Nam quantum arguunt catholici fidem corporis Christi in Eucharistia secundùm naturam, tantum iste fidẽ panis ibi secundùm substantiam. Vnde aliter dicentes uocat hæreticos, probans panẽ suũ euangelij fidem esse. Tum sic. Oculus cordis

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessariò adhibendus est cum omni intentione rei credendæ. Si igitur panis sensibilis in Eucharistia est necessariò credédus: idem panis necessariò est attendendus. Et econtrariò si non est attendendus, non est credendus. Item † quod dixit suprà, Antichristum sacramentum esse, quod sensus gustus, aut tactus contunderet: mira est fatuitas sic errantis. Nunquid ergo manna Iudaicum fuit Antichristum sacramentum, quia præsentauit gustui omne delectabile per speciem; quorum nullum ibi affuit per naturam? Sic enim dicit scriptura, Panem de cælo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem, & omnem saporem suauitatis. Quia si manna generauit in gustu saporem dati sensibilis sine præsentia suæ substantiæ, quare increpanda est Eucharistia, si generet in gustu nostro saporem sensibilis panis sine sua substantia uel natura?

Sap. 17

¶AD ARGVMENTVM WITCLEFF DE brutis, & muribus, quòd non cognoscunt hostiam consecratam, & respondetur. Cap. XLVI.

SVMMA.

1 *Witeleff, qui ad fallaces sensus, & iudicium humanum, relicto documento fidei, imò ad mures peruenit, ut testimonium perhibeant de suo sacramento, confutatur.*

2 *Sacramenta uenerabilia corporis, sanguinis, & passionis domini, quòd nemo possit intuitiuè cognoscere, nisi princeps, & pontifex noster Christus.*

3 *Fulbertus quid de uenerabili altaris sacramento dicat.*

4 *Sacramenta, quòd à muribus, & bestijs non corrodantur, quamuis sic uideantur secundùm exteriores species. Et quid de hoc dicat Guimundus. Et plura de hoc ibi.*

HABET insanias recitare garrientis hæretici, & horrendas uilitates, quas cælicis conspuit sacramentis. Vellem nec audire, nec eloqui: si sputum cuculi uermes noxios non procrearet in herbis. 4. trialo. cap. 5. Dicant isti nunc hæretici idiotæ, quid est istud sacramentum, quod execrant cum suis mendacijs, si non fuerit sacer panis Christus qui est prima uita? Veritas dicit secundum quatuor euangelistarum testimonia, quòd ille panis est corpus suum. Sed quis hæreticus non erubesceret tunc negare ꝙ est panis? Ideo uel oportet ueritatem scripturę suspendere, uel cum sensu, ac iudicio humano cõcedere, ꝙ est panis. Mures enim, & aliæ bestiæ idem noscũt, cum secundum philosophos de suo sensibili habeãt notitiam. Hæc Witeleff. AVCT. Non † attentis conticijs eius, suauiter properemus ad rem: & primò uideant catholici & idiotæ si benè sequitur. Hoc est corpus meũ: ergo hoc est panis Witeleff. Et item, Hoc est corpus meũ: ergo hoc non est corpus meum: secundùm substantiam dico, sed solùm secundùm figuram. Hæc est ratio hæretici secundùm rem & uerba'. Demum uideant si non bene sequitur. Hoc est solummodo corpus meum & caro, quam assumpti de uirgine: ergo hoc non est aliquis panis putribilis. Ecce assumpta uerba sunt Christi, & ideo sequelæ sunt catholicæ. Christus solummodo dixit, Hoc est corpus meum. Quis nisi prophanus hæreticus, auderet addere panem, quem Christus non addidit, & instituere supra Christum noua uerba sacramentalia, dicens inter consecrandum sacrosancta mysteria, Hoc est corpus meum, & panis? Ad fallaces sensus, & iudicium descendit humanum, relicto documento fidei, imò ad mures peruenit, ut testimonium perhibeant Witeleuistico sacraméto. Mures (inquit) & aliæ bestiæ idẽ noscunt. O dolor, o uncror de perfidia. Scio ꝙ bos cognouit dominum suum, & asinus præsepe domini sui, & lapides, & multa utẽtilia tẽpli allegorico quodã sensu uerborũ nouerunt quadam recognitione facti mirabilis dominum Iesum Christum. Sed ꝙ experientia, & naturali iudicio sensuum altissima sacramenta Christi noscerentur à bestijs: quis audiuit unquàm, aut audet dicere Christianus? Sed esto: mures & sorices dignos esse omnia secreta rimari sacramenti Lollardici, ego autẽ omni feruore cordis audacter pronuntio, quia nec mures, nec fures Witeleff, nec ipse dux eorũ secundum altissimæ rationis suæ scrutinium peruenit unquàm ad palpandũ, uel calcandum Christiani mysterij, & diuinissimi sacramenti. Sanctissimus enim scriptorum HIERONYMVS in commẽtario Ezechielis, textu ca. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Hæc (inquit) porta erit clausa principi, scilicet Iesu Christo, qui est põtifex secundũ ordinẽ Melchisedec, & hostia & sacerdos, qui in conspectu patris comedit cęlestẽ panẽ nobiscũ, & bibit uinum, de quo dicitur, Non bibã de genimine uitis huius donec illud bibã nouũ i regno, clausaq; erit porta. Nemo enim potest passionis dominicorporisque eius & sanguinis pro maiestate rei cognoscere sacramenta. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † nemo põt cognoscere intuitiuè & clarè uenerabilia sacramenta corporis, & sanguinis & passionis domini pro maiestate rei, nisi princeps & põtifex noster Christus. Quid iam dicet Witeleff cum muribus suis & bestijs? Itẽ tractatu de hoc, ꝙ tria sunt maximè necessaria ad perfectum,

Vuiteleff.

1

2

C

Fulbertus. 3 fectum, FVLBERTVS. Iam † nũc (inquit) ad illud dominici corporis & sanguinis trãseamus uenerabile sacramẽtum, quod quidem tãtum formidabile est ad loquẽdum, quãtum nõ terrenũ, sed cæleste est mysteriũ, nõ humanæ æstimationi cõparabile. Nõ ideo disputãdum, sed metuendum: de quo silere potius existimaueram, quàm temeraria disputatione indignè aliquid definire, quia cælestis altitudo mysterij plenè nõ ualet officio linguæ corporalis exponi. Est enim mysterium fide, nõ specie æstimãdum: non usu corporeo, sed spiritu intuẽdum: cui quidem ad usum præfuit non superstitiosa mortalium cultura, sed cælestis disciplinæ magistra authoritas: non doctrina humana, sed institutio diuina, cuius potentis mysterij secretum quandoquidem ratio rerum mole uicta comprehendere non ualet, hoc fides tantum teneat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce mi Witeleff, prægrãdis doctor Fulbertus de hoc uenerabili sacramento loqui formidat, quia non terrenum est, sed cæleste mysterium: & ideo nõ ualet officio linguæ corporalis exponi. Vnde & ratio, quia mole rerum uicta est, cõprehendere ipsum nõ potest. Idcirco de manibus rationis eripiẽs, soli fidei secreta deliberat sacramẽti. Quid? uis huiusmodi secretum murium industrijs comprobare, non solùm quale aut quãtum, sed quid sit in natura? Et iterum bene infrà FVLBERTVS. Cũ uerò (inquit) in omni re sint inæstimabiles erga nos diuitiæ Dei, adeò ut maiestate abscondita, corruptibile pro nobis corpus induerit, contumelijs, & passionibus se subderit, quo opem ferret assumpto homini: quid indignum Deo iudicari potest, qui uterum uirginis subijt, si uirginibus creaturis infunditur? quæ licèt simplicis naturæ paululum ante ferant imaginem, postmodum cælestis uerbi sanctificatione inspirans maiestas uera diffunditur. Et quæ substantia panis & uini apparebat exterius, iam corpus Christi & sanguis fit interius. Gusta itaque, & uide quàm suauis cibus, & prægusta quid sapit. Sapit, non fallit. cibum illum angelicum habẽtem intra se mystici saporis delectamentum. Non ꝙ ore decernas, sed quòd effectu interiori degustes. Exere palatum fidei, dilata fauces spei, uiscera charitatis extẽde, & sume panem interioris hominis alimentum, non arte pistoria fermentatum, sed incarnatæ deitatis uitale pulmẽtum. Sume nihilominus uinum non sordido cultore calcatum, sed de torculari crucis expressũ. Hæc ille. AVCTOR. Ecce iam uides, quid antiquus pater Fulbertus sensit esse sacramentum sanguis uenerandum: non itaque panem arte pistoria fermentatum, sed incarnatæ deitatis uitale pulmentum. Nec est alimentum ore gustandum hominis, quanto magis nec muris, sed uiri-

Fulbertus.

B

4

C

Matth. 27. Marc. 15.

Guimũdus.

Guimũdus.

Guimũdus.

Guimũdus.

Lu. 24.

Guimũdus.

Cur aliquã do permittit Deus ut sacramentũ corrodatur à uermibus

nisterio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisterio, uel suapte uirtute raptum iri, in cælis. A
que constitui. Cuius sententiæ martyr gloriosus 5
Tarsitius nobis idoneus testis occurrit: qui cùm
ueneranda dominici corporis sacramenta porta
ret, à paganis fortè superuenientibus, & quidnã
ferret, exquirentibus, comprehensus est. At ille
mori potiùs, quàm sanctum dare canibus eligés,
palmam pretiosæ mortis emeruit. Illi uerò curio
siſsimè omnia scrutantes, rapto cælitùs domini
co corpore, nihil penitus nisi sola linteamina re-
pererunt. Porrò uerò si quis se uidisse dicat: nam
isti, contra quos agimus, non curant quid profe
rant, dum tamen aliquid ne rectè credant, sem-
per obijciant. Hæc ille. AVCT. Bene dixit Gui-
mundus sacramenta non esse corrosa, uel come
sta à muribus, quanuis sic aliquotiens uidentur;
putà secundum exteriores species: sed nostra sa-
cramenta latent interius. Et sicut sanctitates: nõ
comeduntur à canibus, quãuis quis cõtra iussum
Christi det sanctum canibus, sic nec sacramenta
Christiana, maximè sacræ Eucharistiæ, quæ nul- B
la ꝓportione talibus gustibus cõformãtur. Sed
ideo distinctio est gustus, & gustus: & nõ omnis
gustans has uisibiles species gustat, uel comedit
sacramentum. Sicut nec oculus quilibet cum ui-
det picturam, statim uidet artificium: sed aliud
uidet simpliciter intuens, aliud artifex, sic dixit
AVGVST. super psalmum. 98. uersu, Deus tu
propitius fuisti eis. Pleraque (inquit) faciunt ar
tifices, & ostendunt imperitis: & cum iam iudica
uerint imperiti esse perfecta, expolient illa artifi
ces, qui nouerunt adhuc quid illis de sit: ut mi-
rentur homines tantam expolitionem rebus ac-
cidisse, quam iam perfectas pronuntiauerãt. Fit
hoc & in ædificijs, & in picturis, & in uestibus,
& propè in omni genere artium. Sed aliud
iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis
regula. Hæc ille. AVCT. Multò magis aliud
gustat mus, aliud homo. Homo enim quamuis
malus, habet spiritum rationis communicatum,
& communicantem omni sensui corporis mul-
tiplicatiuè. Idcirco hoc medio rationis fit co-
pulatio spiritualis Christi corporis ad extimum
sensum. Hoc autem medium non est in bruto. Id
circo nedum obiectum credibile, sed ipsam pa-
nis substantiam non attingit cognitiuè, quan-
uis casu quandoque eam suscipit, cum sit præ-
sens. Sed æquè fertur in eam cum est absens.
Alioquin dicat Witcleff, quomodo mures sui
cognoscunt, panem suum, quando loco panis su
munt uenenum? ecce prudentia muris Witcleff.
In homine autem cum sit dare sensum, intelle-
ctum, & actum fidei tendentes in unum simplex
obiectum, uidentur quasi communicarent idio
mata, etiam actus habere circunquaque commu
nes, & hoc propter unum punctum concursus,

Tarsitius.

Nota Mirã culum.

Aug. To. 3.

in quo conueniunt, quasi in uno cono triangu- Mures qui
li imaginando balsum in principijs. Sed † ut redea modo fal-
mus ad dicendum: quomodo possit mus, uel bru sant figu-
tum saturari sacramentalibus sine substantia pa ras.
nis, dicant Witeleuistæ quomodo poterant Azo
tici mures de arca domini, propagari sine mure. 1. Reg. 6
1. Regum. 5. Si quidem per uiam finium suorum
ascenderint contra Bethsames, ipse fecit nobis
malum hoc grande. Quomodo itẽ cœlestis sub-
stantiæ manna potuit uermes creare, nec quidem
natura sua, sed culpa custodis: quia intuitu sab-
bati potuit obseruari. Nam quia ex eisdem nu-
trimur & sumus secundum Aristotelem: si po-
tuit mus tam æquinoctè generari ex arca, & uer-
mis de manna, & hoc sine ratione causæ efficien
tis, uel materialis, cur non æquè nutriri, & si non
conueniant in natura?

¶AD ARGVMENTVM WIT-cleff sumptum ex auctore suo erroneo de diuinis officijs, Respondetur. Cap. XLVII.

SVMMA.

1 *Auctor erroneus de diuinis officiis, unde sum ꝓsisse dixit Witeleff argumentum, quòd Eu charistiæ sacramentum non sit corpus Chri sti secundum substantiam, quomodo non sit Ambrosius, ostenditur, sed Anselmi contem poraneus.*

2 *Walramnus author de officijs. Et quomodo su spectus fuerit circa fidem &c. Et quid de eo dicat Anselmus. Et quòd hic putatur esse, de quo Witcleff loquitur. Et plura de hoc ibi.*

SEd auctor (inquit) de diuinis officijs, Vide
declarat ut fidè ecclesiæ: ꝙ sicut Chri
stus est simul Deus & homo, sic hoc C
sacramẽtum panis & calicis est simul
panis & uinũ, & corpus & sanguis dñi Iesu Chri
sti. Hæc Witcleff. de sermone domini in monte
ca. 39. AVCT. Iam abyssus abyssum inuocat. Iã Psal.
hæreticus appellat hæreticum. Et libro suo de a
postasia. ca. 7. largo processu describit fidem hu
ius auctoris, uocans eum prius Ambrosiũ, tandẽ
hæsitans, uel ut alij placet (inquit) auctor de di-
uinis officijs, qui cæpit istã sniam de beato Am-
brosio ex secreta mediæ missæ natalis domini. Vide
Et scribit (inquit) iste doctor catholicus & so-
lennis quicũque fuerit, in c. de materia sacramẽ
ti altaris. sic. Materia (inquit) uel substãtia sacrifi
cij qđ erat tũc, & nũc est in manibus põrificis no
stri, nõ simpla est, sicut nec pontifex ipse solius
diuinæ uel humanæ solius substãtię est. Est enim
tam in pontifice, quàm in sacrificio, diuina sub-
stantia, est & terrena. Terrena in utroque est il

lud,

lud, quod corporaliter, uel localiter uideri po- A
test: diuina in utroque uerbum inuisibile. Hæc il
le. AVCTOR. Fateor de doctore isto: plures
commouit ignaros. Nam ante plures annos me
tunc Oxonijs conuersante, uerbum istud ibidem
petitione regis Anglorum Henrici quarti iugi-
ter uoluebatur. Quærebatur auctor, quærebatur
& liber: ꝙbusdã dicentibus, ꝙ Ambrosius dicere
tur. Sed numq̃ hoc repto, alij autumabãt, ꝙ esset
Isidorus. Multa difficultate accersito de procul
Isidoro de officijs, defecerunt scrutãtes suo scru I
tinio. Tempore medio eruditi quidam, disputa-
tione scholastica, sed de lectura ueterum, tyro-
nes nouelli uidentes antiquitatem sermonis eius
cespitare cœperunt. Tandem illuminante Deo
oculos seruorum suorum, compertum est eundẽ
auctorem scripsisse diebus Anselmi, & ab eo cu
rialiter increpatum, consultumque, ut prædi-
ctum opus exquisitum faceret priusquãm ad ma
nus pergeret exterorum. Vnde in capite libri
sui de corpore & sanguine domini ad eundem
auctorem, Anselmus. Fratri (inquit) in Christo
charissimo, illuminatos oculos cordis. Lego, B
& relego charissime opus uestrũ de officijs: mul
tumque me delectat eius lectio, tum pro sui uti-
litate, tum pro auctoris dulcissima mihi charita
te. Sed quoniam ueritas charitatis & charitas ue
ritatis adulationis odit fucum: uideor mihi uide
re in facie pulchri operis næuum unũ: qui & si in
terim inter uos beneuola quadam dissimulatio
ne tegatur, si opus hoc exierit in manus eorum,
qui carpere amant aliorum & bene dicta, futu- Lo. 2.
rus es in signum, quod tibi à multis contradice-
tur. AVCTOR. Et incipit refellere illud idem
capitulum, quod Witcleff iam allegat. Cur (in-
quit) in ordine diuini sacrificij tria illa digestu-
rus, materiam, intentionem, causamque finalẽ,
de materia agentes dixistis post multa. Sed di-
cit mihi aduersarius. Viuens, & sensibilis in cor-
pore suo, mobilisq; est Deus & homo Christus.
Corpus autem sacrificij uitam nõ habet, sensum
non habet, mobile non est. Corpus igitur domi-
ni non est. &c. usque ibi in corpore limæ. Tandẽ
Anselmus. Primum quid hic sacrificii corpus ap
pelletis, pœnitus non aduerto. Cùm enim ad be-
nedictiones mysticas operante inuisibiliter uer
bo Dei, corpus in corpus, substantia mutata sit
in substantiam, sicut in mensa nuptiali aqua in Io. 2.
uinum mutata, solum affuit uinum, in quod a-
qua mutata erat, sic in mensa altaris solum ad-
est corpus domini, in quod uerè mutata uera pa
nis substantia, nisi quòd de aqua nihil reman-
sit in mutatione illa: de pane uerè mutato ad
Peragendum sacri institutum mysterij sola re-
manet species uisibilis. Vnde beatus Ambrosius.
Ne (inquit) horror cruoris fieret, ideo in simi-

litudine accipimus sacramentum. Nam panis
substantiam post dominici corporis consecra-
tionem in altari superesse semper abhorruit pie
tas Christiana: nuperque damnauit in Beren-
gario Turonensi, eiusque sequacibus. Nam si
hoc admitteretur, iam uerbum non incarna-
tum tantùm, sed etiam dici posset impanatum.
Sed sicut ille dicebat, panis sic in domini cor-
pus transiret, non tamen panis esse desineret.
Hæc ille. AVCTOR. Expecta paulisper,
& uide primò, quòd † iste auctor tuus non erat
Ambrosius magnus, nec quisquam ipsi uicinus,
sed contemporaneus Anselmi post Ambro-
sium sanctum plùs septingentis annis. Nec so-
lùm id, sed quòd Berengarium sequebatur, di-
cente Anselmo: nuperque damnauit in Beren-
gario Turonẽsi, & sequacibus eius. Reuera au-
tem de sequacibus eius iste erat unus, de secta
scilicet Panitarum impanantium Christi cor-
pus. Vnde ut suprà deduxi, in principio de cor
pore & sanguine domini, GVIMVNDVS. Guimũdus.
Berengariani (inquit) omnes quidem in hoc con
ueniunt, quòd panis & uinum essentialiter non
mutentur. Sequitur. Alii dicunt ibi corpus &
sanguinem domini reuera, sed latens contine-
ri: & ut sumi possit, quodammodo impanari,
& hanc ipsius Berengarij subtiliorem esse sen-
tentiam aiunt. Hæc ille. AVCTOR. Sic su-
prà Anselmus ait. Si sicut ille dicebat (intelli-
gens Berengarium) panis in corpus domini
transiret, non tamen panis esse desineret. Hoc
item iste auctor proprio documento declarat,
quod item Witeleff sibi assumpsit, dicens, sub-
stantiam sacrificii non esse simplam. Sed est
tam in pontifice, quam in sacrificio, diuina
substantia, & terrena. Terrena in utroque est il
lud, quod corporaliter uideri potest, diuina in
utroque uerbum inuisibile. Ex quo perpendit
cum Anselmus esse de hæresi impanantium. Si 2
hoc admitteretur (inquiens) iam non uerbum in
carnatum tantum, sed dici posset etiam impana- C
tum: quod impanantes de facto concedunt, ut pa
tet inspicienti opusculum Ioannis Parisiensis.
O quàm non puto peccare si dixero, Stulte
Witcleff, cur non præuidisti, quem tibi socia-
res in testem? Negas nobis facultatem produ-
cendi testes de secundo millenario pro fide Eu-
charistiæ. Tu contra fidem hanc, quam no-
bis negas, tibi usurpas licentiam. Planè Hiero-
nymus tibi dicit. Humanitatis tuæ foret indi-
cium, in quo tibi ueniam præbes, indulgere cæ
teris. Sed tamen liceat tibi. Sed quem testem
producis? hæreticum planè, Sed non tecum er
rantem, immo tibi aduersantem. Tu dicis in 4.
trialogi. & item 43. de sermone domini, & ali-
bi. Sum certus, quòd sententia ista impanatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis est impossibilis, atque hæretica. Et arguis: A quia sic corpus Christi nedum foret factū à presbytero celebrante, sed ēt à pistore: & generaliter sacerdos celebrans, collum, & omnia membra Christi frangeret. Et item tunc ille panis est factus realiter Christus Deus: sed quæ idololatria foret amplius detestanda? Hæc Witeleff. AVCT. Ecce sicut tu recitas, sic docet author tuus. Sic doctor per te solēnis & catholicus, & Ambrosius existimatus. An non audiuisti, q̄ dixit duas substantias in substantia sacrificij? Non dixit unam substantiam, & alteram figuram. Sed indubiè penuria testiū ad istum fugere te coegit. Post hæc tamen uenerandus ANSELMVS multas eiusdem capituli partes redarguens, quæ lucem nostram spectabunt in posteris, tandem auctorem istum alloquens, concludit in fine dicens. Nunc unum est, quod precor charitatem uestram per ipsum, qui est charitas, ne me quasi de integritate fidei uestræ dubitantem, quod longè sit à corde meo, & conscientia mea, existimetis in opus B studii uestri quasi censoriam tulisse sententiam iactabūda quadam temeritate, sed fraterna charitate, & amica solicitudine. Teste Deo, loquor pro uobis solicitus: sic uellem, & hoc, & omne opus studii uestri, & laboris exquisitum esse, & circumspectum, priusquàm exiret in manus eorum, qui foris sunt, ut qui rodere uellet, nō inueniret ubi dentem posset figere, & ut fractum uas nullus posset incrustare. Hæc Anselmus de hoc auctore de diuinis officiis. AVCTOR. Nulli uenire potest in dubium spectanti præsentia, quin tunc secum superstiti loquebatur, & quanuis de eius fide non habuit dubium, uas tamen operis huius dixit esse confractum, & in facie pulchri operis uidisse se næuum. Hoc autem Mediolanensi Ambrosio non dixisset Anselmus. Et mirum utique, q̄ in nomine Ambrosii, aut saltem eius discipuli auctorem suum erroneum honorare conatur: cùm alias turpiter decoloret Ambrosium, uocans eum doctorem apocriphum. capite. 22. 4. sui trialogi ter damnati. Quia Ambrosius, & alii doctores uidentur dicere, q̄ post consecrationem non est panis, sed corpus domini est dicendum: nunquid tales blasphemi uolunt negare fidem scripturæ Apostoli, & uerbum Christi propter sinistrum intellectum uerbi doctoris apocriphi? Hæc Witeleff. AVCT. O miser homuncio: Ambrosium nouimus sanctum patrem, & tuis prouuis diris hæreticis sic semper inimicū dum uixit, ut adhuc uosipsos torquere non desinat. Celebre nomen habet, famam habet catholicam. Sed author iste tuus quæro quo titulo, quo nomine appellatur, insinua. Visi sunt codices prædicti operis eius complures, sed primus, secundus, & quodlibet, auctoris nomen non exprimunt: omnes tacent. Is autē, qui mihi peruenit in manus, quasi passus sit author trinam capitis diminutionem, tria prima folia prætermisit in capite. Codex ergo eius cur nō erit apocriphus cuius author ubilibet est ignotus? Legi autem in eodē libro huius auctoris capite, scilicet. 17. octaui libri, eum annotasse annum domini. 1111. tunc insertum cereo paschali: quo cuidam fratri suo monacho sancti Laurentii extra muros, de (quo Comestor in historiis) uisum est resurrectionis miraculum ipso præsente: & tamen sanctus Ambrosius anno Christi. 376. florebat. Anselmi ergo tempora plùs erant ipsius annis contigua. Reperi tamen postmodum doctorem Herdeclei Cācellarium Oxoniensis, dicere in quadam quæstione, cuius titulus est. Vtrum de necessitate salutis est ponere accidens sine subiecto in sacramento altaris, quod† auctor iste de officiis, ad quem scripsit Anselmus, est WALERANVS episcopus Memburgensis: quod item Tolosæ quidam prouidus inquisitor comperit esse certum? Quàm suspectus uerò iste fuerit circa fidem, & filius alienus ecclesiæ, ipse Anselmus honestè insinuat in principio epistolæ, quam scripsit ad eundem de azymo & fermento, cuius initium est, ANSELMVS seruus ecclesiæ Cantuariensis Walerano Memburgensi episcopo. Scienti breuiter loquor. Si certus essem prudentiam uestram non fauere successori Iulij Cæsaris, & Neronis, & Iuliani apostatæ contra successorem & uicarium Petri apostoli, libentissimè ut amicissimum & reuerēdum episcopum salutarem. Hæc ille. AVCT. Quem ergo Anselmus renuit salutare, quia contra Papā fauebat imperatori, possumus ne putare Witeleff. esse bene concordē? Possumus quidem, sed in pertinacia non æqualem. pro eo, q̄ quandoque ad limites melioris pacis, & in fauorem summi pastoris peruenit. Et sic credi potest, quod à perfidia sacramenti ad ueram fidem ecclesiæ se collegit. C Vnde & salutari postmodum ab Anselmo promeruit in principio libri eius de sacramētis. Huic item accedit, q̄ ex talibus auctoritatibus introductis sub nominibus sanctorum doctorū, fides ab antiquo suscepit lata dispendia. Discipuli Iuliani Ecclauensis Pelagii defensoris, epistolam eius, q̄ incipit, Si summo ingenio, ad Demetriadem uirginem, auctori deputauerunt Hieronymo. Sicq; inter eius epistolas fixerant, ut nulli codici epistolarum Hieronymi uideatur abesse. De qua re nos admonet Beda super Cantica, in tractatu primo, qui est contra Iulianum eundem: & eiusdem epistolæ erronea loca designat. Beatus item Augustinus eādem notat, epistola ad Iulianam, quæ est.* 70. & putat esse Pelagii. Sic item quidam liber Sexti philosophi sub nomine Sixti Papæ & martyris, Pelagiani hæretici promouebant, quæ res

Anselmus.

Victorem

Augustinus

Aug. ad Iul. 120

res multos fefellit, & monet eos Hieronymus, & ponitur in glossa Iere. 22. super illum textum, Si fuerit Iechonias anulus in manu dextera mea, sic dicens. Miserabilis * grunnitus Sexti Pythagorici hominis gentilis unum librum in latinum trāstulit, & in duo uolumina diuisit sub nomine Sixti martyris: ubi nulla Christi, nulla spiritus sancti, nulla Dei patris, nulla patriarcharum, profetarum, uel apostolorum fit mentio. Et hunc librum solita temeritate, & insania, anulum nominauit, qui per multas prouincias legitur, maximè ab ijs, qui * errant, & impeccantiam prædicant. * Quando ergo dominus Iechoniam tanquàm anulum de manu sua proiecturum se minatur: * inde lectorē obsecro, ut nefarium librum abijciat. Si uoluerit legere, legat ut philosophum, nō ut ecclesiasticum. Hæc Hieronymus. AVCT. Verum hunc librum legisse me puto, in cuius itē prologi termino quasi uerba essent Russini presbyteri. Nunc (inquit) interim habeatur in manibus pro anulo liber. & sequitur. Sed breue totū, ut meritò omne opusculum, uel enchiridium, si græcē, uel si latinē anulus appelletur. Hæc ibi. AVCTOR. Et in epistola ad Ctesiphontē quasi sub eisdem uerbis beatus Hieronymus hæc ipsa commemorat.

Hier. 22. Hie. To. 1.

* Grunnitus

Arabitur * Quomodo

* Ita

Hie. To. 2.

¶DE SOPHISMATE WITCLEFF Iste panis est corpus Christi: ergo est, & manet panis. Cap. XLVIII.

SVMMA.

1 *Witeleff sophisma, Iste panis est corpus Christi, ergo est & manet panis: quòd sit idem cum Berēgarij eius magistri argumento, ostenditur. Et de eius solutione per Lanfrancum, Innocentium, Ambrosium. &c.*

2 *Esse, dictio qualiter sumatur ibi. Panis est corpus Christi.*

3 *Hugo quid de uera panis, & uera uini substantia in uerum corpus & sanguinem Christi conuersione dicat.*

4 *Witeleff fallacia, Cæci uident, ergo cæci sunt, ergo manent cæci. Claudi ambulant. &c. diluitur.*

VWitel. 1

ARguit Witeleff naturalem panem in sacra Eucharistia. 4. trialogi. Authoritate (inquit) scripturæ conceditur 2 simpliciter, q̄ iste panis, qui est hoc sacramentum, est ueraciter corpus, & non dubiū etiam laico idiotæ, quin sequitur: Iste panis est corpus Christi, ergo iste panis est, & per consequens manet panis. AVCTOR. Argumētum † fuit magistri cius Berēgarij. Qui dicit (inquit) q̄ Christus est summus lapis angularis, Christum non aufert: ita qui dicit panis altaris est sacramētum, uel est uerum corpus Christi, panem in altari esse non negat. Et respōdet in libro suo contra eundem LANFRANCVS. Porro (inquiens) similitudo, quam de domino Iesu Christo & lapide angulari posuisti, te impedit, nos expedit. Sicut enim qui dicit, Christus est lapis angularis, non reuera Christum lapidem esse cōstituit, sed propter aliquam similitudinem, quā ad se inuicem gerunt, ei tale nomen imponit: eodē modo cùm diuina pagina corpus domini panē uocat, sacrata, ac mystica locutione id agit, seu quia ex pane efficitur, eiusque nonnullas retinet qualitates, seu quia animam, incomprehensibiliter pascendo satiat, eique æternæ uitæ substantiā subministrat. Vel q̄ corpus est filij Dei, qui est panis angelorum, & in quem (sicut ait princeps apostolorum) desiderant prospicere angeli. Hæc ille. AVCTOR. Ecce non differunt argumentis. Berengarius dicit: qui dicit panem esse altaris sacramentum, panem non aufert. Witeleff dicit, ergo manet. Sed utriusque fallax sophisma Lanfrancus negat, sic negat ecclesia. Porrò Innocentius tertius de officio missæ recitat hoc sophisma sub fundamento doctorum, dicēs. Tradit Augustinus ante consecrationem esse panem & uinum quod natura formauit: post consecrationem uerò carnem & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Et Ambrosius in hæc uerba. Quod erat panis ante consecrationem: iam est corpus Christi post consecrationem. Nam & si panis, nec erit corpus Christi, nec aliud: panis itaque nihil erit, & ita panis annihilatur. Si uerò dicatur, q̄ panis erit corpus Christi, statim infertur aliquid fore corpus Christi, quod nec fuit natum, nec passum, nec mortuum, nec sepultū. Rursus si hoc erit illud, & non est corpus Iesu: hoc incipiet esse corpus Iesu. Sic igitur aliquando erit uerum: hoc esse corpus Iesu. Hæc ille. AVCT. Iam conclusit sophisma Witeleff. Non dubium (inquit) laico idiotæ, quin sequitur: Iste panis est corpus Christi, ergo panis est: & per consequēs manet panis. Sed planè respondet Innocentius. Licet hoc erit illud, nunquàm tamen uerum erit hoc esse illud, scilicet aliud quàm hoc desinit esse hoc & incipiet esse illud: sicut sanum erit ægrum, nunquam tamen erit uerū, sanum esse ægrum. Hæc ille. AVCTOR. Accipit† hic esse practicè, quod secundùm logicos copulat constantiam subiecti cum prædicato. Potest idem sumi practicè pro fieri. cum comparatione ad terminum à quo. Vnde scriptura. Terra es, ideſt terra fis, uel fiebas. Vel ad terminum ad quem. & sic rectè dicit AMBROSIVS de pane. Iam est (inquit) corpus Christi post consecrationem. Et secun-

Berenga.

Lanfrācus

Eucaristiæ cur dicatur panis.

1. Pet. 1.

Innocen.

Idem.

Gen. 3. Amb. To. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundùm hoc ecclesia dicit in confessione Berē A quàm scriptore catholico, q; factum sit tale, pu-
garij: panem & uinum, quæ in altari ponuntur, tà', quòd Ioannes factus est Elias, petra factus
post consecrationem uerum corpus & sangui- Christus, boues facti septem anni: qualiter Wit-
nem Christi esse, ideſt in corpus Christi mutata cleff solet dicere, ut licentiùs dicat panem factū
esse. Quòd autem magnus Ambrosius intende- corpus, intendens figurā corporis, quod est hæ-
bat hanc logicam, patet ex uerbis eius li. 4. de sa- reticum: quia sine ulla mutatione panis uel cor-
Idem. cramentis cap. 4. ubi dicit. Tu fortè dicis: meus poris potest panis sic fieri figura corporis Chri-
panis est usitatus, sed panis iste panis est ante uer sti, sicut erant panes propositionis Iudaicæ: non
ba sacramentorum: ubi accesſit consecratio, de ne sine mutatione desitionis, & inceptionis rea-
pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus quo lis potest panis esse, nec fieri corpus Christi. Et
modo potest qui panis est corpus esse Christi. ad hoc currunt exempla prædicta: quæ omnia
Consecratio igitur quibus uerbis est, & cuius ser sunt de creatione, uel generatione, quorum ter
monibus? Domini Iesu. Sequitur. Ergo sermo mini sunt substantiæ, non figuræ, & inducti per
Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo mutationem simplicem ad probandum à maiori
Christi? Nempe is, quo facta sunt omnia. Iusit transubstantiationem possibilem. Post hæc at-
dominus, & facta est terra. Iusit dominus, & tende qualiter probet inter consecrandum ope-
factum est cælum. Iusit dominus, & facta ratorium Christi uerbum. Quātò magis (inquit)
sunt maria. Iusit dominus, & omnis creatu operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud cō
ra generata est. Vides ergo quàm operatorius B mutentur? Quæro ego à Witcleff, nonne hoc de
sit sermo Christi? Si ergo tanta uis est in sermo- respectu suo figuratitio dici potest? cum audiat
ne domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erāt, Aristotelem suum dicere: ad aliquid non est mo
quantò magis operatorius est, ut sint quæ erant, tus: neque sicut facere, neque sicut pati: hic autē
& in aliud commutentur? Cælum non erat, ma- est mutatio, quæ operatorium agentem denomi
Psal. 148. re non erat, terra nō erat: sed audi dicentem. Ip- nat. Sed præmittit, ut sint quæ erant, ad annihila
se dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata tionem tollendam. Et subiungit, & in aliud com
sunt. Ergo tibi ut respondeam: non erat corpus mutentur, ad uitandum mutatorum remanentiā
domini ante consecrationem: sed post consecra & innuēdum eorum transitionem in alienā sub Hugo.
tionem dico tibi quia corpus est Christi. Hæc stantiam. Vnde securus interpres Ambrosij, Ve-
Ambrosius. AVCTOR. Perpende quod dixi, nerabilis Hugo sic exponit, libro secundo de sa-
esse, sumi pro fieri, uel commutari: cùm dicitur, 3 cramentis cap. 9. octauæ partis. Per † uerba (in-
panis est corpus Christi. Ideirco cū dixisset Am- quit) sanctificationis, uera panis, & uera uini
brosius, Panis iste panis est &c. subiunxit. De pa- substantia in uerum corpus & sanguinem, & sub
ne fit caro Christi. Et quæsito quomodo potest stantia in substantiam transeunte. Conuersio au
qui panis est esse corpus Christi, respondit. Er- tem ipsa non secundùm transitionem credenda
go sermo Christi hoc conficit sacramentū: qua est. Quoniā nequaquàm essentia essentiæ in aug-
si diceret: ideo est, quia fit. non ideo sic est, quia mentum accedit, ut per id, quod accedit, id, ad
sic manet: sed potiùs quia sic fiendo mutatur, ne C quod accedit, maius fiat: sed transitione, ut id,
maneat. Ad hoc enim exempla collata deseruiūt quod accedit, cum illo, ad quod accedit, unum
quomodo iussu domini factum est cœlum: & fiat. Nec sic in pane corpus Christi consecrati
post recolligendo ex eo quod non erat, terra ex dicimus, ut de pane corpus Christi esse accipiat,
eo quod nō erat, mare ex eo quod nō erat, om- nec quasi nouum corpus subitò factum de muta
nis creatura generata ex eo quod non erat. Nun ta essentia: sed in ipsum corpus uerum mutatam
quid non esse cæli mansit cælum, mansit terra, essentiam. Nec ipsam substantiam panis & uini
mansit mare, & simul cælum est & non est? Cer- in nihilum redactam, quia desijt esse quod fuit:
tè nec panis manet panis, postquā factus est cor sed mutatam potiùs, quia cœpit esse aliud, quod
pus Christi: ne simul sit corpus Christi & nō cor non fuit, & ipsum, quod cœpit esse, ex ea esse:
Vuitcleff. pus. Sed operatorius est sermo Christi, non com non cœpit, quia panis fuit: sed ipsa eius esse ac-
paratiuus, ut dicit Witcleff. Vnde figuraliter cō cepit, quando desijt esse quod fuit. Hæc Hugo.
1. cor. 10. Matth. 11. Gen. 41. parando panem ad corpus: sic enim compara- AVCTOR. Quàm planè dicit: q; panis esse cor-
uit Christus ab intento agnum paschalē ad cor- pus Christi accepit, quando desijt esse quod fuit
pus suum, petram ad Christum, Ioannem ad E- panis. Cuius esse accepit, corporis. Non mansit
liam, septem boues ad septem annos: nullum in- ergo, sed desijt esse panis secundum essentiam,
duxit Ambrosius ad huius sacramentalis trāsmu quando accepit esse corpus Christi secundum es
tationis exemplum. De nullo istorum probauit, sentiam, non figuram; Quomodo se iam saluā
aut dixit, quòd operatorius sit sermo Christi: de bit Witcleuista, qui negat panem conuerti secū
nullo istorum inuenies in scriptura, uel aliquo un dum materialem essentiam: cum quælibet panis
forma

forma, secundùm eum nullam materiæ addit es- A maculam, neque rugam? Non dicimus, Ecclesiā
sentiam, sed est ipsam esse formatā? Sed abijcit permānisse meretricem, sed fuisse. Nam & Simo Eph. 5. Matth. 26
per illud prædictum Ambrosij, Vt sint quæ erāt, nis leprosi domo saluatoris scribitur inesse con-
& in aliud cōmutentur. Sunt ergo panis & uinū uiuium: & utique non quia leprosus erat eo tē-
quæ erant? Falleris. sed ea coniunctim accipe, pore quo habebat hospitem saluatorē, sed quia
quæ coniunxit Ambrosius, nec falleris: nō dixit, leprosus antè fuerat. Matthæus quoque in Cata Matth. 9.
ut sint quæ erant: & ibi quieuit; sed copulatam logo apostolorum publicanus dicitur: non quòd
propositionem satis sapienter intexuit dicens, permanserit publicanus post apostolicam digni
ut sint quæ erant, & in aliud transmutentur: in- tatem, sed quia priùs fuerit publicanus: ut ubi
tendens, quòd de rebus existentibus sine annihi superabundauit peccatum, superabundaret & Ro. 5.
Nota. Nam ab aliquibus tenetur panē annihilari. latione sui, ipsæ in alienas essentias cōmutentur gratia, Hæc ille. AVCTOR. Ita ergo secun-
cum omni desitione sui. Sic accipe quod dico. dum logicam scripturæ cum expositione Hiero
Panis post consecrationem est corpus Christi: nymi, bene dictum est ad tropologicū sensum,
qui panis non est post consecrationem, neque hæc meretrix Salomonis est ecclesia: nec tamen
manet. Sic enim sapienter dicit ecclesia non re- sequitur in consequentia Witcleff: ergo hæc ma
manere panem post consecrationem, intelligens net meretrix, postquàm est ecclesia. Nimis enim
cum Lincolienſi, materialem. Prædicatū nāque est idiota, qui sic concludit; sed tantùm sequitur:
expressum secundùm logicos appellat propriam ergo fuit meretrix: sicut Simon leprosus fuit
formam, non subiecti nisi idem sint. Inclusum Christum, non tamen tunc leprosus permansit.
autem pro famosiori significato accipitur. Quo B Et Matthæus publicanus est apostolus: nec tamē
niam igitur sic dicto panis est post consecratio- est, aut permanet publicanus. Sic iste panis est
nem uel remanet: dat intelligi panem ipsum in corpus Christi: nec tamen permanet talis panis.

¶QVID DEMONSTRATVR PRONOMINE demonstratiuo, Hoc, in propositione sacramentali. Cap. XLIX.

SVMMA.

1 *Idem, Ille, Is, Hoc, Qualis, Talis. Meum, pronomina. Et quid de eis dicat Guimundus. Et plura de hoc ibi.*

2 *Sacramentali in propositione quid demonstretur pronomine demonstratiuo, Hoc, ostenditur contra Vuitcleff.*

3 *Paschasius quid de corpore Christi dicat in explanatione uerborum, Hoc est corpus meum.*

prædicato de quo subiectum dixit, sensus esset: panis est post consecrationem panis, uel panis remanet post consecrationem panis materialis: quæ falsa sunt. Innuāt autem panem in subiecto, & conuersionem eius in prædicato, & uera sunt: quēadmodum si dixero: panis est corpus Christi, uel remanet secundum essentiam corporis post consecrationem & deinceps. Arguere, ergo 1
Io. 2. Exo. panis remanet: est fallacia consequentis. Sic item in exemplis scripturæ patet. Architriclinus gustauit aquam uinum factam: ergo gustauit aquam, 2
quæ remansit. Item uirga Aaron deuorauit uirgas magorum: uirga ergo Aaron remansit uirga postquàm uersa est in colubrum, utrunque consequens falsum erit. Et † quid moramur, & non 3
4 ostendimus fallaciā Witcleff ex Christi uerbis? Matth. 11 Cæci (inquit) uident, ergo cæci sunt: ergo manent cæci? Claudi ambulant, ergo claudi sunt: ergo manent claudi? Leprosi mundantur, ergo leprosi sunt: ergo manent leprosi? Et mortui resurgunt: ergo mortui manent tales? Certe pessimè, Imò magis sequuntur eorum oppositā: ergo cæci non manserunt cæci: nec claudi, claudi, sed erecti: nec leprosi, leprosi, sed mundi: nec manserunt mortui, mortui, sed iam uiui. Ita manet panis non iam panis. sed iam caro Christi. Sic enim quidam inexperti theologi audientes alteram meretricem Salomonis esse ecclesiam, titubabant ne esset sine macula, & sine ruga: quasi mansisset meretrix quia sic est dicta. Sed beatus HIE- 3. Reg. 3. Hiero. 3 in Io. 3.
RONYMVS, quæstionem istam absoluens in epistola ad Ruffinum de inditio Salomonis in sectione paruuli. Prudēs (inquit) auditor quærit: quomodo meretrix sit ecclesia, quæ non habet

C Pvs item est sacramentalis propositionis uerba construere, maxime ea, quibus Witcleff hæresim suam construxit: & sunt duo illa pronomina, hoc, & meum, Satagit enim inuestigare quid ly hoc, significet demonstrando. 4. trialogi. ca. 3. & de sermone domini in monte. cap. 40. Quicunq; proteruus, qui non blasphemè imponit Christo Vuitcleff. stultitiam, sed perfectè confert partes orationis adinuicem non potest subterfugere, quin istis subiectis propositionum sacramentalium demō strentur panis & uinum. Quid rogo foret pertinens, panem accipere, & benedicere, & frangere, & apostolis præcipere manducare ex hoc omnes, quia hoc est corpus meum, nisi Christus intelligeret, quòd iste panis sit sacramentaliter corpus suum? Hæc Vuitcleff. AVCTOR. Falsè Matth. 26. concludis: sed meliùs concludunt catholici, sic

quæren-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærentes. Quid foret pertinens panem acci- A pere, & apostolis præcipere comedere ex hoc
Nota. omnes, quia hoc est corpus Christi, nisi Christus intelligeret, quòd iste panis sit corporaliter & substantialiter corpus suum, non autem sacramentaliter, id est figuraliter solum? Aptius enim daret eis ad comedendum substantiam, quàm figuram: & corpus uerum, quàm signum eius remotum, uel tropum grammaticum. Habebas hoc argumentum à magistro tuo Berengario sic ponderante grammaticam huius pronominis, hoc: fortificauteque, quòd pronomen significet substantiam meram, sicut & tu hanc grammaticam iugiter solennizas: non hic solùm, sed de Ideis, & in eo, quòd Quidlibet est Deus, & alibi. Sed quare non coniunxisti ipsi responsionem uictoriæ, quam porrexit in libro suo secundo contra eundem de corpore & sanguine domini GVIMVNDVS? Audisse me æstimo, quòd Berengarius de pronomine, hoc, ad hunc modum ratiocinaretur. Hoc (inquit) B pronomen est. Pronomina autem substantiam sine qualitatibus significant. Cum igitur dicit, hoc corpus, de substantia corporis, non de qualitatibus dicit. Hic exclamare compellor iuxta
Esa.33. prophetam, & apostolum. Vbi est literatus?
1.Cor.1. ubi trutinator uerborum? ubi legis uerba ponderans? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Verè stultam dixerim hanc sapientiam: nam ijdem ipsi Grammatici, qui huiusmodi proprietatem partium orationis dixerunt: figuras etiam loquendi, quibus à sua proprietate orationis partes decentissimè plerunque deficiunt, tradiderunt, & mirificè laudauerunt. Quis denique est, qui quotidiano usu loquens, aut dictans reprehendatur, si ita dicat, Non sum ego ille, qui quondam fui, Tu non es is, uel ille, qui solebas esse, cùm substatia eadem sit, sed qualitates diuersæ? Sed & Dialectici, C qui pernimium uerba appendunt, quotidiè res differre, & easdem esse non tantùm secundùm substantiam, sed etiam secundùm qualitates & I dicunt, & legunt. Quòd † si Idem, & Ille, & Is,
Idem, Ille, Is. Hoc. pronomina sunt, & non semper substantiam, sed etiam qualitates apud doctissimos persæpè significant, cur & hoc, pronomen non possit idē pati? An quia Berengario non habenti unde suā aliter muniat hæresim, id non placet? Placuit tamen summæ authoritatis quibusdam authoribus Grammaticæ artis non solùm figuratè qualitates in pronominibus posse accipi, sed etiam qualis, & talis, quæ propriæ qualitatis significatiua sunt, inter pronomina numerari. Sed uide
Qualis, Talis. Donatus. peritissimus Grāmaticus ille Donatus, qui qualis, & talis pronomina esse uoluit, quid dixerit. Ego enim de authoribus Grammaticæ artis iudicare nunc opus non habeo, cùm ipsa argumentatione aduersarij commodissimè mihi uti possim, dicens, Ipsa, pronomen est, pronomina autem substantiam significant sine qualitatibus. Cùm igitur Augustinus dicit, in ipsa carne ambulauit, & ipsam nobis manducandam ad salutē dedit, substantiam carnis Christi, non figuram nos manducare dicit. Item, hoc, pronomen est: cùm igitur idem Augustinus dixerit in sermone Ter.10. ad Neophytos. Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce, & hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere, substantiam corporis & sanguinis Christi, non figurā nos manducare & bibere declarauit. Hæc ille. AVCT. Item non prætereant hæretici, quin nouerint Mem. meum, esse pronomen, secundùm Donatum. Si ergo pronomina significent substātiam sine qualitate, absque dubio ipsa complexio adiectiui cum substantiuo docet nos Christi corpus esse ibi secundùm meram eius carnis substantiam Complet. non figuratiam qualitatem. Sed subdit GVIMVNDVS. Hæc igitur argumentatio tua o quisquis ea niteris, siquidem infirma est, nobis adeò curanda non est. Si autem firma, plus nobis, quàm tibi prodest. Hæc ille. AVCTOR. Ita apparere poterit, si argumenta eius coniungantur & nostris. Ecce sic arguit. Pronomine secundo cum dicitur, hoc est corpus meum, idē demonstratur, quod priori pronomine demonstratur, ubi dicitur, Manducate ex hoc omnes. Matthæ. sed ibi demonstratur panis, ergo in secūdo. Sed dicunt fideles, quòd primum illud pronomen nullus Euangelistarum assumit, sed nec Apostolus. Matthæus enim absolutè pronuntiat, Accipite, & comedite. non addens, ex hoc. Marcus, Dedit eis, & ait, sumite. Lucas quoque, Dedit eis. Sed si producas contra nos textum canonis, uerum est idem demonstrari primo pronomine, quod & tertio, cùm adiungitur ibi. & secundùm Lucam, & Apostolum, Hoc facite. Et quid rogo demonstratur illo pronomine tertio? Si dicas panis, quem Christus sumpsit in manus, tunc esset sensus, Hunc panem facite in meam commemorationem. Si sacramentum dicas, quia hoc penès te est generis epicœni: qa aliquando de genere panis secundùm naturam, aliquando de genere corporis dicitur, non secundum naturam per te, quia tunc catholicè enuntiares, sed solùm secundum mutam & surdam figuram: tunc erit sensus; hanc figuram facite: & tunc non erit sacramentum noui, sed ueteris Iudaici testamenti. Arguis item de uerbis sacramentalibus sanguinis, ubi quæris. Núquid Matthæ. uinum demonstratur in illo pronomine, Hic calix nouum testamentum est? Et iterum dico, qꝫ idem demonstratur in uerbo, Hic calix, quod in priori

priori pronomine hunc præclarum calicem. & A nunquid intelligit canon, quòd hoc idem præclarum uinum, quod ego manibus teneo, etiam
Pierre 3m. To.6. Christus manibus tenens consecrauit: & sic esset bis consecratus? primò à Christo, & postremò à me. Ista (sicut patet) sunt ineptiæ Lollardinæ ad seducendum imperitos, inuentæ. Sed eleuetur
Matth.26. Amos.9 intellectus fidelis in his pronominibus ad modum loquendi Christi simul unico sermone exprimi figuratum secundùm naturam nomine figuræ. Vnde sic exponit HIERONYMVS, Christum bibisse uinum nouum Soreth, de quo dixit, Non bibam amodò de hoc genimine uitis huius. in commentario Amos, in fine lib. 3. textu, Plantabunt uineas, & bibent uinum, ubi dicit, Bibent autem uinum, quod se in regno patris cum apostolis suis nouum bibiturum esse pollicitus est. Hæc est uinea Soreth, cuius uinum quotidiè in mysterijs bibimus. Hæc ille. AVCTOR. Ee ce uinum nouum sacramentale secundum tuam B hæresim non legitur Christus post resurrectionem bibisse: & tamen illud nouum bibit cum Apostolis, & uinum de uinea, quod nos quotidiè in sacramentis bibimus. Et nunquid ipse tunc, & nos nunc quotidiè naturalem liquorem illius uineæ naturalis poramus, quæ dicebatur olim Soreth? Certum est ergo illud uinum solùm in figura potatum: sanguinem uerò Christi, qui tunc demonstrabatur, iam potatur in sua
Matth.26. liquente substantia, sicut exponit in epistola ad Edibiam quæstione secunda idem HIERONY-
Hieronym. Tom. MVS. Illius (inquiens) bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus, & quotidiè in sacrificijs eius de genimine uitis ueræ, & uinea Soreth, quæ interpretatur electa, rubentia musta
Ayo.24. calcamus, & nouum ex his uinum bibimus in regno patris: nequaquàm in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus, cātantes canticum nouum,
Gen.28. quod nemo potest canere, nisi in regno ecclesiæ, quæ regnum patris est. Hunc panem & Iacob Patriarcha comèdere cupiebat, dicens, Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & uestimentum ad induendum. Hæc ille. AVCTOR. Quia Witcleff semper hunc locum inclamat Hieronymi, quia dicit panem, quem fregit dominus, esse corpus eius: hic potest audire eum dicere demonstrando eundem panem, quòd hunc panem Iacob Patriarcha comedere cupiebat. Sed nunquid eundem panem naturalem dicat, & stultitiam suam non dissimulet? Ergo panem figuratum optauit secundùm intentionem Hieronymi, panem figuratum non cogitans. Sicut rubentia musta calcamus quotidiè in mysterijs de uinea Soreth tam uerè sine uino eius naturali, quàm uerè nullum uinum naturale gustamus in mysterijs. Nec Christus ipse post resurrectionem idem uinum in sacramento corporali sensu gustauit. Et hoc idem sequens PASCHASIVS lib. de cor- Paschasius pore & sanguine domini, cap. 21. In regno (inquit) adoptionis de genimine uitis nouæ bibit: & uinea Soreth, quæ interpretatur electa. Rubentia enim musta de manipulo crucis eliquantur, dum quotidiè Christi sanguinem de altari sumimus. Hæc ille. AVCTOR. Sed quærit 2 † Witeleff, quid demonstrat si nō panem, Hoc, Her. pronomen, Manducate ex hoc omnes? Si mihi non credis, Augustinus ipse respondet tibi in sermone ad Neophytos, & celebriter recolitur in decretis, in libro Paschasij, & penè à cunctis scribentibus in materia sacramenti. Vnde AVGV- Augustin. STINVS. Hoc (inquit) accipite in pane, quod pependit in cruce. Hoc accipite in calice, quod manauit de Christi latere. Hæc ille. AVCTOR. Quàm absolutè tibi dixit quid demonstratur illo pronomine, non figura panis, quæ non pependit in cruce, sed substantia carnis. Non habitudo sanguinis, quæ non fluxit de latere, sed uerus sanguis naturaliter, quamuis panis & uinum figuraliter. Ideò enim dixit in pane. Vis altius aliquid, quàm est hæc demonstratio Augustini? Attende demonstrationem Christi, & audacter dico Christum intelligere per ly, hoc, ibi, quod itē intellexit in prædicatione huius celeberrimi sacramenti, cum diceret, Qui manducat hunc pa- Io.6. nem, uiuet in æternum. Et tunc propter hoc uerbum scandalizati discipuli abierunt retrorsum, sicut iam abeunt Witeleuistæ interrogantes, & dicentes, Si Christus sic illusit ecclesiæ, tenēs panem naturalem, & non illum propinans, cùm tamen diceret, Manducate ex hoc omnes. Hoc idē contigit discipulis Christi, qui abierunt retror- Io.6. sum, eo qꝫ post miraculum quinque panum in deserto Christus non ultrà protulit eis illū, sed C obtulit panem in illo figuratum, dicens, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. In quo loco Homil. 45. super Ioannem CHRY- Chrysost. SOSTOMVS. Ego (inquit) panem tribui uobis, To.3. sed multum medium erat. Videbatur enim & ex hoc esse minus illo, qꝫ ille quidem desuper ferebatur: hoc uerò inferius gerebatur miraculum panis. Quia igitur quærebant eum, qui de cælo ferretur cibum, propterea continuè dicebat, de cælo descendi. Si quis uerò scrutetur, quid utique de mysterijs immisit sermonem? Dicemus quoniam horum sermonum ualde tempus erat, In manifesto enim eorum, quæ dicuntur, semper auditorem erigit, & attentiorem operatur. Sequitur. Quare illorum amentiæ scandalum erat, non indissolubilitatis eorum, id est, inintelligibilitatis, quæ dicebatur à Christo. Tu autem uide, qualiter paulatim eos ducit ad seipsum.

Panis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Panis, ait, quem ego dabo, caro mea est pro mũ A
di nita. Sed extranea quædam erat doctrina, ait
aliquis, & nimirum Ioannes hoc superius ænigmaticè insinuauit, Agnum cum uocans. Sed neque sciuerant de resurrectione. Et quid dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud, multo magis de his, quæ dicta sunt; Hæc enim illis immanifestiora erãt. Nam quomodo prophetæ quidam suscitati sunt, nouerãt: & si non ita manifestè dixerunt scripturæ. Quoniam autem carnem quis manducauerit, quis unquam dixit illorum? Hæc ille. AVCTOR. Loquitur doctor, qua occasione Christus post 3
miraculum quinque panum intulit coram discipulis, & turbis sermonem de carne sua secundùm substantiam comedenda in sacra Eucharistia. Quia (inquit) incubantes erant corporalibus cibis, nullum alium cogitantes, præmulerunt in concepribus suis Moysen Christo, quia ipse manna fecit de cælo descendere, Christus panem suũ multiplicauit in terra. Idcirco Chri- B
stus uolens eos docere de cibo significato, eos instruxit, cuius uterque cibus alius fuit sola figura, & hoc sub demonstratione quasi panis prioris? Et petit si tunc tempus erat inducendi uerbum de sacra Eucharistia, cùm ipsi credebant eum loqui de re sentibili. Et dicit, q sic: quia per res patentes solebat ad res priuatas auditorem inducere. Nec culpa fuit inintelligibilitatis uerborum Christi, sed stoliditatis eorum, qui petere debuerunt. Et quòd Christus solitus erat reducere auditores per figuras in figurata, sicut de resurrectione, & alijs, cùm ipsi steterunt auscultantes figuras tantùm. Quid ergo arguit Wircleff pro inconuenienti, quòd Christus accipiens, & uerbotenus demonstrans panem sensibilem figurantem diceret, Accipite, edite ex hoc omnes. Nullum tamen sensibilem panem talẽ, sed cælestem, & carnis agni pabulum salutare per illum figuratum substantialiter ministraret edentibus, quando in principio sacramenti Chri
stus fidem eius eodem modo in figura rei rem docuit figuratam, & nõ simpliciter proprijs uerbis suis. Hæc ad interrogata Witcleff, quid demonstratur per pronomen primum. Cùm autem interrogat, & instat, q panis in natura demonstretur in secundo pronomine subiecto uerborum sacramentalium, nolit irasci. Concedo ipsi liberè. Sed tunc æquè pacificè respondeat argumento ex utroque magistri sui scilicet, & suo argumento compacto sic. Si omnino conueniens est, quòd idem demonstretur per duo illa remota pronomina, ergo multò magis per duo pronomina plùs propinqua, quæ in eadem propositione sacramentali primum & ultimum loca tenent. Cùm autem pronomina significant

Io. 2.

meram substantiam, ergo substantia panis demonstrata per, hoc, est corpus secundùm substantiam possessiuè significatum per meum. Et tunc panis naturalis est corpus Christi naturale: panis quoque substantialiter est caro Christi secundùm carnis naturam. Aut dicat quare demonstrationum pronomen habebit uim suam in demonstrando substantiam panis naturaliter, & pronomen possessiuum carebit significatione suæ substantiæ naturaliter sibi subiectæ? Vnde & in Epistola ad Fredugardum, quæ ponitur communiter in calce libri de corpore & sangui- Paschas.
ne domini, PASCHASIVS. Nemo † qui
sapit, credit Iesum aliam carnem, aut sanguinem habuisse, quàm quæ nata est de Maria uirgine, & passa est in cruce. Ipsa nanque eademque caro, quomodocunque modo sentiẽda est, ut credo, cùm ait, Hoc est corpus meum, quod tradetur pro uobis, uel, Hic est sanguis meus. Et ne putares, quia in sacramento loquebatur, q de alio diceret, quàm de proprio, in eodem mysterio demonstratiuè dixit, Hoc est corpus meum. Nam cùm ait, meum, &, hoc est, non qualecunque uult intelligi corpus, sed ipsum, quod tradendum erat, ut mox ipse adiecit, & non alium sanguinem, quàm eum, qui effundendus erat in pro
prio corpore in remissionem peccatorum. Hæc
ille. AVCTOR. Sustineat Grammaticam, &
Logicam purè, & proficiet fidei orthodoxæ. Tunc enim concedet cum catholicis, quòd panis secundùm substantiam est confectus corpus Christi secundùm substantiam. Et hic liquor uini secundùm substantiam est effectus sanguis Christi secundùm naturam. Et sic omnia argumenta eius de Euangelio, de ipso splendore Euangelij liquefiunt. Sic omnia dicta doctorum, quæ balbutienter tibi furabaris de pane, quem fregit dominus, aut quem accepit dominus in manus, placet, q dicunt ipsum esse, & C
factum esse, multò meliùs, te teste, quàm per figuram, quia per naturam, per substantiam, per eandẽ singularem essentiam uerum corpus Christi. Quod autem deridendo fingis aliquem rudem Grammaticum obijcere uobis tunc dici debere, hic est sanguinem meum, ponendo pro esse conuertere, uel substantiare in. Sapiens di- Prou.
cit, Quærit derisor sapientiam, & non inuenit, doctrina prudentium facilis. Forsan tales Grammaticos, & Logicos multos possident Wicleuiitæ: tales prædicatores & doctores in populis suis, quos de textorum, & textricum staminibus, de birretariorum acubus transuersatis, & cingulariorum stipantibus malleis & corijs fonte secit prolui caballino, ut indoctiores indoctis, seipsis nescijs repentè sagaces Poetæ prodirent. Attamen dicat ei alter Grammaticus iuxta sensum suum

sum suum uerba sacramentalia hæc fore. Hoc A
panis est enim panis meum, & hic uinum est uinum meus noui testamenti. quia per prima pronomina panis & uinum intelliguntur: & si panis est corpus, tunc panis, ut dicit, manet panis. Iunge ista sibi, & Grammaticâ talem inuenies.

QVOD SPECIES SENSIBILIS sacramenti modo quodam, sed abusiuè uocatur corpus Christi. Cap. L.

SVMMA.

1 *Species sacramenti sensibilis, quòd quodammodo uocatur corpus Christi.*
2 *Panis dicatur corpus Christi, & de istius appellationis multiplici ratione. Et quomodo à Prophetis huiusmodi forma appellationis uenerit.*
3 *Vuiteleff, quòd sit de hæresi Anthropomorphitarum. Et quomodo contra eum sit beatus Ignatius.*
4 *Apostolus quòd non dixerit corpus Christi, panem Vuiteleff, ostenditur.*
5 *Lanfrancus quid de figurato loquendi modo dicat. Et quomodo hunc item loquendi modum habeat Augustinus. Et plura de hoc ibi.*

CVM uidetis Witcleff imputare catholicis dicere sacramentum Eucharistiæ esse accidens, siue nihil, nolite credere, nolite propter hoc exire metas catholicæ ueritatis quæ omninò credit illud sacramentum esse naturaliter corpus Christi & sanguinẽ, quod tñ ipse ponit panem putribilẽ. Sed furit cum sic dicit de nobis uectus insania sua. Imò õtum fideles uenerãtur, & agunt de corpo C
re Christi, ille satagit agere de pane tristi, Attamen† cũ quærit de illo sensibili signo, modo suo 1
concedimus esse sacramentum & corpus dominicum ibi contentum, & panis, qui ibi præfuit, & cuius adhuc restat signum, sicut cherubica figura Cherubim dicta, & spicæ species Pharaonis uisa in somno dicta est spica, cùm non esset. Vnde Augustinus de quæstionibus Dulcitij, quæst. 5. Solẽt (inqt) imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt, sicut omnia, q pingunt, arq; fingunt ex aliqua materia metalli, aut ligni, aut cuiuscunq; rei aptæ, aut opera huiusmodi, quæ etiam uidentur in somnis, & omnes ferè imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Hæc ille. AVCTOR. Item idem epistola ad Bonifacium, quæ incipit, Quæris à me. Si enim, (in

Gen. 41. Aug. To. 4.

quit,) sacramenta quandam similitudinem rerũ Idem.
carum, quarum sacramenta sunt, non haberent, To. 2.
omnino sacramenta non essent. Ex hac autem Et est Epis.
similitudine plerunque iam ipsarum rerũ nomi 23.
na accipiunt. Si ergo secundùm quẽdam modũ sacramentum corporis Christi, corpus Christi est sacramẽ tũ sanguinis Christi sanguis Christi: est ita sacramentum fidei fides est. Hæc ille. AV
CTOR. Ecce quod iste totiens inclamat contra ecclesiam, quòd similitudo, uel species sacramẽ talis quodãmodò corpus est Christi: illa scilicet forma accidentalis panis, quam hic Augustinus appellat similitudinem abstractiuè. Ecce acci
dens sine subiecto quodammodo corpus Christi est, quia est eius signum, & extrinsecum sacramentum. Tu pro pane tuo naturali litigas, & calumniaris ecclesiam de accidente sine subiecto, Ecclesia cum omnibus sanctis corpus Christi prælegit secundum substantiam: & ut hoc habeat, panis tantùm signum loco panis in B
telligit, id est, panis figuram. Noli morari in ambiguis, noli in terminorum cõfusione confidere, semel proba ibi panem tuum materialẽ in expressis terminis, aut nullatenus proficis, sed aerem uerberas. Iterum item panis uocatur, quod ex pane fiebat, quamis iam desijt esse panis: & ista locutio est creberrima in scripturis. Sicut primus homo uocauit Euam os, Gen. 2.
quia de ossis sui fiebat substantia, inquiẽs, Hoc nunc os ex ossibus meis. Item uirga dicta est serpens, cùm ita non esset secundùm rem. Dicit enim scriptura Exod. 7. Deuorauitque uir Exo. 7.
ga Moysi uirgã Magorum, subintelligens, q serpens factus de uirga Moysi, deuorauit serpẽtes de uirgis Magorum præstigiosè confectos. Et in Euangelio dicit scriptura, Cùm gustasset Io. 2.
architriclinus aquam uinum factum. Nõ credo ad tantum stulte sceere Witcleff, ut dicat illam adhuc remansisse aquam in natura, & solum uinum in figura. Alia sunt, quæ nomina antiqua retinent in scripturis rebus mutatis, ut Matthæus in numero Apostolorum situs, ad Matth. 9.
huc Publicanus uocatur: & Simon Leprosus Luc. 22.
dicitur, postquam Christus eum purgauit à le Hier. To. 3.
pra. Vnde Hieronymus commentario super. 26. cap. Matthæi. Iesus moratur (inquit) in Betania in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis Leprosi, non q leprosus illo tempore permaneret, sed quia antea leprosus, postea à Salnatore mundatus est, nomine pristino permanente, ut uirtus curantis appareat. Nam in Catalogo Apostolorum cum pristino uitio & officio Matthæus Publicanus appellat, q certè Publicanus ẽe desierat. Hęc Hieronymus. AV
CTOR. Itẽ Paulus ultimo ad Romanos uocat Ro. 16.
Erastũ arcarium ciuitatis, qui iam hoc esse de

Universidad de Deusto
Biblioteca

sierat,& signat in annotationibus suis super illo loco Hieronymus. Salutat uos Erastus arcarius ciuitatis,& Quartus frater. Hic arcarium exarcarium dicit. Sicut gentes credentes ex gentibus sæpe uocauit,secundùm consuetudinẽ legis, q̃ Abigail uxorẽ Nabal adhuc appellat, cùm iam illo mortuo in Dauid matrimonium transisset.

1.Reg.25.

2 Hæc ille. AVCTOR. Sic † in cõsuetudine habebant Apostoli, & primæui sancti uocare panem corpus Christi consecratum ex pane, non quia panis tunc erat ex frumento,sed corpus ex pane confectũ. Et est istius appellationis multiplex rõ. Primò, ut uirtus Christi sic instituentis semper appareat,ut ꝫ, secũdùm Hieronymum.

Panis tur dicatur corpus Christi.

1 † Certè q̃ institueret talẽ nudam figuram,nõ esset uirtus alta Christo Deo cõdigna, quia quot

2 libet aptiores homines fabricarẽt artifices.† Secundò,ut distinctè conciperetur à fidelibus, cuiusmodi corpus Christi tractabatur ī domibus. An illius speciei & formæ cum quali conuersabatur in terris,an in forma sacramenti. Quæ locutio semper fuisset inter loquentes dubia,si uocassent solo nomine corporis sine specificatione

3 panis. † Item tertiò, ut confectio illa corporis de pane non uideretur posteris difficilis ad credendum, qualiter adhuc est Witcleuistis indura-

4 tis † Et quartò,q̃ popularibus,& similibus famosum est appellare rem nomine rei,sub cuius forma comparet. Et hanc locutionem uorũ scriptura non respuit,sed sectatur, ut Abraham dicitur uidisse tres uiros, & Tobias uocauit Raphaelem uirum,cùm non essent,sed Angeli in uirorum specie apparentes. Et sacramẽtum illud similitudinariũ corporis Christi, quod foris apparet, uocatur suo modo corpus Christi secundùm Augustinum. Videtis ergo planè quanta penuria argumentorum premebatur, Witeleff, quãdo cogebatur sic dicere, Apostolus uocauit hoc sacramentum panem,quem frangimus, ergo remanet panis naturalis. O miser homo, cur opes dedignaris ecclesiæ,& ad sectandam hæresim in has angustias te coarctas? Ecclesia diues ī sensibus dicit tibi de scripturis esse ibi multiplicem panem, qui non sit panis tuus. Est ibi panis diuinitatis,quem mãducant Angeli: est & panis uiuæ carnis,quem lacerauere Iudæi. Quare non uterque panis,quem frangunt deuotionibus suis Christi fideles? A prophetis enim uenit forma appellationis huiusmodi, ut ipsum scilicet corpus domini naturale diceretur panis per Metaphoram, sicut sanctus Ieremias ait ex parte persequentium Iudæorum. Mittamus lignum in panem eius,id est, crucem in corpus eius,secũdùm glossam interlinearem,& habet eam à Lactantio lib.4.diuinarum Institutionum, capi.18.sic dicẽte. Item Ieremias, Domine significa mihi,& 4 cognoscam tunc. Vide meditationes eorum. Ego sicut agnus sine macula perductus sum ad uictimam, in me cogitauerunt cogitationem dicentes, Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus de terra uitam eius, & nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum autem crucem significat, & panem corpus eius, quia ipse est cibus, ac uita omnium,qui credunt in carnem, quam portauit, & in crucem, quã pependit,Hæc ille. AVCTOR. At Christus dominus Prophetarum, conformans se Prophetarum suorum eloquijs postmodùm ait, Panis, quem dabo, caro mea est pro mundi uita. A quibus imitator, & sequax eus Apostolus nimirum sequaci lingua eundem panem idem Christi corpus pronuntiat,dicens, Panis quem frangimus, non ne participatio corporis domini est? Si panem tum naturalem dixit Apostolus, qui à Christi uerbo, & eius Propheta non dissonat: ergo panis naturalis erat, in quem miserunt Iudæi lignum crucis, & non caro Christi secundùm substantiam. Est item forma eius uisibilis, quæ nomen tenet euacuatæ, & in melius translatæ substantiæ. Bene † enim intulit tibi pater meus, & magister deuotus Frater Guilhelmus, esse te de hæresi Anthropomorphitarum, qui Deum credunt humanis membris in deitate formari, quia dicunt scripturæ, Manus tuæ fecerunt me, & os domini loquutum est, & brachium eius dominabitur. De quibus Augustinus de hæresibus capitu. 50. Sic tu dicis, Panis naturalis est corpus Christi, quia sic loquuntur uerba scripturæ. Et est contra te beatus Ignatius Antiochenus primas, & discipulus sancti Ioannis: cuius uerba sunt fidelibus sacrosancta. Ipse namque scripsisse fertur sic in epistolas. Considerate (inquit) qualiter Anthropomorphitæ à communione & oratione sanctorum recedunt, propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Saluatoris, quia posuerunt Eucharistiam esse panem,pro eo q̃ scriptura uocat eam panem. Hæc ille. AVCTOR. Sed die iam mihi,exere manus, ubi dixit Apostolus,corpus Christi panem tuum? Nũ alibi,quàm ibi, Panis, quem frangimus,nonne participatio corporis domini est? Hoc non est dicere corpus est panis,quem frangimus, sed panis quem frangimus corpus domini est, & calix benedictionis communicatio sanguinis Christi est, non sanguis Christi iteratò est uini calix,cui benedicimus. Nam aliàs dixisset, Panis, quem frangimus,est participatio corporis domini, & panis fractus. Quod quia nusquam habet Apostolus,nusquam tu probas, quòd corpus Christi est panis tuus. Dicimus † ergo cum Apostolo, Pa-

Gen.18.

To.5.

Sap.1.

Lactãtius.

lo, Panis, quem frangimus, id est, panis de frumento, est participatio corporis Christi, quia fit corpus Christi. Et hoc est corpus meum. Et calix uini est communicatio sanguinis Christi, quia sic fiunt, & sic sunt. Certè corpus Christi nõ fit huiusmodi panis,nec sanguis fit uinum de uua,ideò non sic sunt. Lege tamen quadam loquendi figuratè sic dicũtur,quia exinde facti sũt. Vnde LANFRANCVS ubi suprà,contra Berengarium. Solemus,† (inquit)aliquas res illarũ rerum,ex quibus efficiũtur nominibus appellare, quanuis in aliam naturam translatæ,iam nõ possunt esse illud,quod sunt res illæ,ex quibus probantur effectæ. Sicut beatus Augustinus in extremo Psalmorum ex planationis opere, crystallũ uocat niuem multorum annorum duratam tempore & serie seculorum, cùm nix sit liquida, & humida: Crystalli uerò natura dura,& sicca cõsistat. At per hoc cùm diuersæ naturæ sint in utrisque,nõ rectè quis crystallum niuem uocauerit,nisi eo locutionis modo,quo res effecta materiali solet nomine appellari. Et creator ex terra creato primo homini in Genesi dicit, Terra es,& in terram ibis. quasi diceret: quia factus es ex terra,quandoque fies terra,& reuerteris in terram. Hæc ille. AVCTOR. Hunc item modũ loquendi habet AVGVSTINVS. 12.libro Cõfessionum,dicẽs, Verum est, q̃ unde sit aliquid,pọ test quodam genere locutionis habere iam nomẽ eius rei,quæ inde fit. Inde potuit uocari cælũ & terra quælibet informitas, unde factum est cælum & terra. Hæc ille. AVCTOR. Et lib. 1.Retractationũ, cap.2. in libris academicis idẽ AVGVSTINVS inquit, Cùm corpus è terra, spiritum posſidemus è cælo: ipsi terra,& cælum sumus. Hæc ille. AVCTOR. Quid igitur cunctabimur dicere panem esse hoc sacramentum, id est,hoc sacræ rei signum,quod patet exterius, cùm ita non sit, nec hoc intelligitur in natura est quod dicitur? Hoc non obstabit,quo minùs dicemus ad Witcleff, q̃ nec accidẽs sine subiecto, neque nihil, nec aliquid peius pane equino, uel stercore ratonis: nec dies Parasceues, uel passio primi mobilis est sacramentum fideliũ, uel hostia cõsecrata,sed corpus Christi,& sanguis eius naturalis,non typicus,sed secundùm substantiã corporis res & sacramentũ,quod nullus Witcleuistarum hactenus nouerit assignare. Hoc modo Witcleuistæ fundarent firmiter glossas suas, nõ modo puerorum, cum uno flatu suo phãtastico omnes scripturarum, & sanctorũ patrum authoritates abijcerent,in quibus fides fundamẽta sua primæua locauit. Nos enim, qui catholicã fidẽ sequimur,& tenemus,ex authoritate scripturæ, & sanctorũ, glossam nostram producimus,& rationabilem, & authenticam approbamus, cùm

Aug. in Psal. 103. To.2 Cap.19.

A dicimus,corpus Christi panem dici in scripturis canonicis,uel antiquorũ codicibus: non quia panis uilis iam est,sed quia panis olim fuit: de quo iam factum est corpus, & sub cuius specie latet adhuc. Quòd si cuipiam non sufficit similẽ uidere glossam nostram dictis patrũ in modo loquẽdi,nisi item audiat aliquem sanctũ patrem dicẽtem planè, q̃ scripturæ,& sancti patres sic intelligendi sunt de pane sacramenti, libenter occurrit nobis. 4.sententiarũ. cap.14. DAMASCENVS. Hoc,(inquiens,)dico,nõ destruẽs corporis substantiam,sed uiuificatiuum, & diuinũ eius manifestare uolens. Et si quidam antitypa,id est,resiguratiua corporis & sanguinis domini panẽ & uinũ uocauerint,ut diuus dixit Basilius,nõ postquàm sanctificata sunt dixit, sed antequàm sanctificata esset,ipsam oblationem ita uocãs. Hæc ille. AVCTOR. Damascenus ecce ante nos exponit Basilium, cùm dixit panem esse, uel figurare corpus domini,non,(inquit)hoc dicit de pane post consecrationem,sed quia ante consecrationem fuit panis: ideò uocat panem,quia in principio dixit se nolle destruere corpus sub-

B stantiam propter panis figuram.

Damascen.

¶QVID SIT VISIBILIS FORMA panis, & quid per hoc uisibile sacramentum, Cap. LI.

SVMMA.

1 *Pulchritudo quid sit, secundùm Ambrosium.*
2 *Harmonia quid.*
3 *Panis uisibilis forma, ex quibus resultet. Et quando dicatur illud uisibile sacramentum.*
4 *Sacramenti baptismatis uisibilis unius ad formam requisita,describuntur.*
5 *Eucharistia quid.*

SED properat ualde Witcleff, ut nos dicamus, quid sit illa forma uisibilis panis, & subdiuidendo, utrum substantia, an accidens. Quòd si responderim, non hoc pertinere ad quæstionem quid est de quolibet: qũia neque de ente, neq; de passionibus eius primis,non de indiuiduo, uel genere,& specie in communi: ibi sistit quæstio, non querela. Et nunquid forma est transcendens in quolibet decem generum? Veruntamen ad propositum suum formam istam, uel speciem uisibilis panis, non reputo ego naturam simpliciter simplicem, sed essentialiter integratam ex pluribus formis,non quidem secũdùm aggregationem,sed essentiam: quemadmodum pulchritudo,uel sanitas,aut complexionalis forma, quam Augustinus temperaturam uocat,in libro de quãtitate animæ. Vnde sicut sanitas est conuenientium sibi humorum proportio, & omnes illi

C

Sanitas quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

requiruntur, uel in maiori parte ad formam integræ sanitatis. Sic ad unam formam uisibilis panis requiruntur res diuersorum generum: ut color, sapor, figura, quantitas, & forma artis, cũ suis requisitis: & sic exigit uniuersas, quòd nõ dependet à singulis. Quia sicut non esset alia forma panis, sed eadem, quauis esset sub uaria quantitate: sic non esset alia forma panis, si substantia panis esset præsens: & tunc tamen iuuaret per se ad integritatem eiusdem formæ. Vnde forma ista nõ terminaret directè quæstionem quid est, secundùm quosdam: nec secundùm substantiã, neque accidens. Quòd si mirentur aliquid indiuiduari ex rebus tot diuersorum generum, uideant per se rationem indiuiduationis humanę, quæ ultra res eiusdem generis indiuiduat comparatiuè ad suppositum hominis res omnium generum usque ad infimũ respectum habitus prædicamentalis. Videant ibi, quid sit pulchritudo.

Ambrosius 1 Tom.

Vnde lib. 2. sui Hexaemerõ. cap. 5. AMBROSIVS. Pulchritudo, † (inquit) uera est, & in singulis membris esse quod decet, & in toto, ut in singulis gratia, & in omnibus formæ conuenientis plenitudo laudetur. Hæc ille. AVCTOR. Videat etiam essentiam harmoniæ, de qua dicit

Aristoteles 1e. com. 53.

ARISTOTELES libro primo, de anima, q̃ sit compositorum quædam proportio, loquitur, non de proportionis respectu, sed fundamentaliter de proportionaliter habituatis. Et secundo

Armonia quid. Boetius. 2

Arithmeticæ BOETIVS. Harmonia † est plurimorum adunatio, & dissentientium consensio. Hæc ille. AVCTOR. Et tamen pulchritudinẽ, & harmoniam per se qualitates quis neget, & in simplici consistentes essentia? sicut cõsistit scientia medicinæ, quãuis ex multis resultet principijs. Et

Magnus

MAGNVS ille naturalis ponit, q̃ punctum est accidens, nec tamen qualitas, uel quantitas, & sic considerat bonus Metaphysicus indiuiduũ entis secundùm q̃ tale. Sic forma uisibilis panis ex multis resultat sine aggregatione una simplex essentia, etiam ex rebus generum diuersorum. Veruntamen non reputo formam istam post consecrationem sistere, nisi in accidẽtibus: quæ tamen omnia non sunt ibi sine subiecto, sicut respectus trium modorum habent ibi subiecta sua, utputà similitudo, uel dissimilitudo, qualitates, uisibilitates, æqualitas, subiecta sua. Item Sophista diceret corpus Christi esse ibi præsens subiectum multorum accidentiũ, quia ad minus fundat ibi respectum realis præsentiæ, & habet ibi complexionales humores, & qualitates resultantes ex his. Quorum omniũ corpus Christi

Auicenna.

est subiectum. Sed & modo suo Auicenna dicit tertio Metaphy. in principio tractatus secundi, q̃ accidens subiectatur in accidente, sicut uelocitas in motu, rectitudo in linea, figura in superficie. Sed in sacramento Eucharistiæ tenent ista locum substantiæ panis tunc uacantis. Et idcirco dicuntur destitui subiecto suo, quia primo subiecto naturæ non insunt. Vnde Witcleff non præualet in fallendo quẽuis orthodoxum peritum, sicut iactat se decepisse quendam Episcopum, & alios multos fratres in quæstionibus suis de quiditate hostiæ consecratę. Iam quærat, iam fallere satagat. Nondum probat hostiam consecratam esse accidens sine subiecto, uel nihil, imò nec panem suum, sed est uera Christi caro, & sanguis in natura sub forma panis & uini. Quæ † quidem uisibilis forma secundùm Parisiensem de Sacramẽtis, parte. 3. ad sensum Christi & ecclesiæ resultat ex multis qualitatibus, quę non insunt ibi subiecto suo primo ut formæ. Hic tamen non est prætereundum, q̃ adhuc forma ista uisibilis panis, non est extrinsecum illud & uisibile sacramẽtum, quousque ui uerborum Christi assistat ibi uera Christi caro in natura sua. Tunc est uera eius figura continens, & designans: & per hoc est uisibile sacramentum hostiæ consecratæ: & tunc ad quiditatem huius formæ panis ut est uisibile sacramentum, concurrunt omnia, quæ competunt corpori Christi uero, esse ibi ueram rem, & inuisibile sacramẽtũ, ut sunt forma uerborum, & fides aliqua ministrantis. Sicut item uisibile sacramentum baptismi est forma quædam simplicis tinctionis cum forma uerborum in liquido simplicis elementi. Non enim aqua pura est sacramentum baptismi. Certè nec panis sensibilis est præcipuum & integrum sacramẽtum corporis Christi. Tractatu. * 80. super Ioan. AVGVSTINVS. Quare non ait, mundi estis propter baptismum, quo lotí estis, sed ait, propter uerbum, quod locutus sum nobis, nisi quia in aqua uerbum mũdat? Detrahe uerbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam tanquam uisibile uerbum. Sequitur. Vnde ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente uerbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso uerbo aliud est sonus transiens, aliud uirtus manens. Et infrà. Mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, nisi adderetur in uerbo. Hoc uerbum Dei tantum ualet in ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, tingentem, benedicentem etiam tãtillum mundet infantem, quãuis nondum ualẽtem credere corde ad iustitiam. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † quatuor ad formam unius uisibilis sacramẽti baptismalis exacta. Tinctio, uerbũ Dei, fides, & elementũ. Et AMBROSIVS lib. de mysterijs cap. 3. addit consecrationis formã sub signo crucis, dicens; Aqua sine prædicatione dominicæ crucis * ad nullius futuræ usum salutis

tis est. Cùm uerò salutaris fuerit mysterio crucis consecrata, tunc ad usum spiritualis lauacri, & spiritalis populi temperatur. Hæc ille. AVCTOR. Horum igitur integra forma sensibilis est illud sensibile sacramentum. Nec item oleum est uisibile sacramentum chrismatis: sed tamen hoc dicerent, qui dicunt panem esse hostiam consecratam. Nec item hæc forma uisibilis erit statim alia, si contingat eam mutari in aliqua sensibili sui parte: sicut nec Christi caro fuit alia in patibulo propter subtractionem quarundam partiũ defluxarum, quàm fuit illa nata de uirgine. Vnde nec integra forma uisibilis sacramenti est alia propter additionem coniunctiuæ partis, quã Christus expresè non habuit. Certè nec per subtractionem substãtiæ panis est forma panis alia in uisibili sacramento, quàm fuit antè. Sed hæc uisibilis forma panis est tunc primò sacramentum sensibile, cùm primò cœperit cõtinere corpus Christi uerum secundùm suam substantiam, & significare corpus Christi mysticũ per signũ.

Augustin. To. 4.

Vnde AVGVSTINVS de catechizandis rudibus: & est de consecratione distinct. 2. cap. Panis & calix, ubi dicit. Panis, & calix non qualibet, sed certa consecratione fit nobis mysticus, nõ nasci tur. Proinde quod ita nobis fit, quanuis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramẽtum religionis. AVCTOR. Est igitur hæc uisibilis species, forma panis sensibilis à natura. Sacramentum uerò sensibile ab illa, quam continet, & quam significat gratia. Et uocatur sacramentum panis, quia signum panis habet in rem de ulterius designet ueritatem substantiæ panis ibi contẽtæ, quæ de cælo descendit, & unitatem ecclesiæ. Sicut etiam AVGVSTINVS exponit, & uocat sacramentum panis, panem, quem fregit dominus in castello Emaus, libro. 3. de concordia Euangelistarum, dicens, Aliquid discipulorum oculi pasti sunt, non ueritate fallente, sed ipsis ueritatem percipere non ualentibus, & aliud, quàm res est opinantibus, ut omnes intelligant se Christum non agnoscere, nisi fiant participes corporis eius, id est, ecclesiæ, cuius unitatem commendat Apostolus in sacramento panis, dicens, Vnus panis, unum corpus multi sumus: ut cùm eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum. Sequitur. Sed tamen a Christo facta est permissio usque ad sacramentum panis, ut unitate eius corporis participata, remoueretur inimicus, ut Christus posset agnosci. Hæc Augustinus. AVCT. Quotiens audit Witcleff panem, gaudens currit, & ecce, inquit, panem, intelligens panem, quem ipse inscię naturalem appellat, id est, terrestrem, quasi non esset alius panis, nisi ut ipse iocatur amarè in de Apostata, molitus à Tibba, & pinsatus à Ced-

Augustin. To. 4. La. 24.

1. Cor. 10.

da. Et tunc tota ecclesia Christi cælestis, & terrestris esset unus panis huiusmodi: quia dicit Apostolus, Vnus panis multi sumus. Sed sacramẽtum panis intelligitur, illa forma uisibilis panis, sub qua multi unum corpus designantur: & in qua uno corpore uescimur substãtia carnis Christi. Iam dixi tibi quid est sacramentum quid uisibilis forma in Eucharistia, hoc est, quod tot locis inclamasti. Iam cesset hæretica gula uociferare, & postulare, quid est sacramẽtum, quid hostia consecrata. Omnes * nesciunt quiditatem Eucharistiæ. Diximus tibi, præcelsum † illud Eucharistiæ sacramentum est naturalis caro Christi & sanguis substantialiter in forma uisibili panis & uini formaliter. Hæc Eucharistia, hæc hostia consecrata. Infimum illud sacramentum uisibilis formæ est forma panis & uini continens in se corpus Christi & sanguinem eius in suis subiectis, & ulteriùs designans unionem mysticam ecclesiæ Christi IESV. Vbi iam est quid est quod totiens somniasti, reputans tecum si quis dixerit quid est, statim concederet panem tuum? Nonne ita falleris, sicut & contumax Pelitianus hæreticus sic Augustinum inclamans, quid est, & si est, prout habet in libro. 3. contra eundem, cap. 17. AVGVSTINVS dicens, Rem quippe dixi, quæ putari possit, & esse non possit, ut lateat dantis cõscientia, & fortasse maculosa sit. Et sequitur se, & clamat quid est, quid sit? Quid est fortasis, nisi incerta, & inconstans hæsitatio dubitantis? de qua ille tuus ait, Quid si nunc redeo ad illos, qui aiunt, Quid si nunc cælum ruat? Hæc ille.

** sciunt. Eucharistia quid.*

Augustin. To. 7.

Tece zisu.

AD QVAESTIONEM INTRICAtoriam Witcleff: utrum illud album & rotundum uisum ibi oculo corporali, sit uerum corpus Christi.

Cap. LII.

SVMMA.

1 *Album, & rotundum uisum oculo corporali in sacramento, quòd non sit uerum corpus Christi, probatur.*

2 *Corporis Christi mysterium, quòd in specie panis permaneat. Et quid de hoc dicant doctores ibi. Et de quadam solutione ad quæstionem præcedentem.*

INTER omnes autem labores suos, quos sustinuit pro signo panis sensibilis, unam cum discipulis quæstionem intricatam cuiscerat, uolens in conspectu populi se ostentare catholicum, uel de catholico uiro facere hæreti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum responsalem. Nunquid (inquit) hoc al- A rit. Nam ipse idem uersus finem capituli eius
bum, & rotundum, quod uidetur in manibus primi putat esse contradictionem, & ideo cauen
sacerdotis oculo corporali sit uerũ corpus Chri dam à theologo. Aequiuocationes (inquit) quæ ¥Witcleff.
sti? Simile huic in sententia cap. 2. 4. trialogi de excludunt contradictionem oportet loquentes
illo albo & rotundo consecrato à presbytero si- in ista materia diligenter attendere: quia si con
mili hostiæ non sacratæ, quod sacerdos post frã ceditur, q̃ sacerdos conficit corpus Christi, sic
git, ac comedit. &c. De illo fiat primitus ser- concedo, q̃ illa hostia sit corpus Christi: quam
mo. Quæ quæstio si concedatur, implicabit ibi logicam propter periculum est bonum suspen-
esse panem album & rotundum. Si negetur, scan dere, & æquiuocationem detegere: & paret, q̃ sa
dalum erit populo, non discernenti aliud quàm, cramentum est forma panis & uini, & non Chri
q̃ hoc, quod sub illa specie ibi uisa continetur, stus. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ergo si sus-
discretè sit uerum corpus Christi. Hanc quæ- pendenda, cur uteris ea? Sed esto ita sit ut di-
stionem suam heroicam petunt solui sine ambi- xeris, cur sic blasphemas catholicos? cur æstuas?
guo respondendo sic, uel non, & sigillum respon cur ita nociferas? quia negant panem uel sacra-
salis scriptis apponi. Hanc uerò temeritas eo- mentum illud uisibile esse corpus Christi. Tu ip
rum hæretica attigi fecit per ualuas ecclesiarum se negas, quia non est naturaliter corpus Chri-
in ciuitate Londoñ. & per alia loca patentia ad sti: & nos ita negamus. Tu concedis esse figu-
magnam laudem suorum, & ut putabant trium- raliter corpus Christi: & nos etiam aliqua ra-
phum pompaticum, & totius catholicæ partis B tione concedimus. Species enim illa uisibilis
scandalum si raceret. Sed tu ipse dicis frequen- figura corporis Christi est, & signum, & sacra-
ter illud album & rotundum, &c. non esse uerum mẽtum eius, & ideo quodammodo corpus Chri
corpus Christi. Mira res: si hoc uerum sit, cur 1 sti est. Quid uis amplius? nos † negamus al-
hoc falsum erit in ore catholici? Si uerò falsum, bum & rotundum, quod ibi uidetur oculo cor-
quomodo uerum erit in ore hæretici ter damna- porali, esse uerum corpus Christi: quia non est
ti? Legatur quod scripsit iste lib. suo de Eucha allud naturaliter, simpliciter non est ipsum sed Augus. To. 2.
¥Witeleff. ristia, ca. 1. De consecratione (inquit) dist. 2. sub aliud. Vnde AVGVSTINVS in sermone
uerbis Augustini. Sic nos autem speciem panis de Pascha qui incipit, Hoc, quod uidetis. Ista
& uini quam uidemus res inuisibiles, id est, car- fratres (inquit) ideo dicuntur sacramenta, quia
nem Christi & sanguinem honoramus. Ex qui- in eis aliud uidetur, aliud intelligitur. quod ui-
bus patenter patet, quòd species illa sensibilis, detur, speciem habet corporalem: quod intel-
quam sacramentum dicimus, nõ est corpus Chri ligitur, fructum habet spiritualem. Hæc ille.
sti uel sanguis. Hæc Witcleff. Et item ibi an- AVCTOR. Ecce aliud, & aliud. Non idem
tè. Satis (inquit) est ad honorem & poten- ergo quod uidetur est illud, quod intelligitur.
tiam sacerdotis, quòd ipse benedicit, conficit, Item RABANVS de corpore & sanguine do Rabanus
& consecrat sacramentum, quod est hostia con- mini, cap. 25. Sapientia (inquit) Dei patris ma
secrata, & non corpus Christi, sed eius signum. luit hoc mysterium in specie panis ac uini per-
Vnde quia sacerdos non habet potestatem fa- manere, quam in colorem, ac saporem carnis,
ciendi hoc sacramẽtum nisi ministerialem Deo C ac sanguinis demutari: quoniam nec hoc est iã
principaliter faciente, ideo dicitur conficere, nõ quod uidetur: nec fieret illud amplius ut esset
corpus Christi, sed nudum sacramentum. Et caro & sanguis, quàm ut * præcipitur. Nos e- * Deuo-
cap. 7. dicit quomodo hoc non sit contrarium nim in illo illum panem qui de cælo descendit Comedi
antè dictis. Quia non contendo (inquit) quòd comedimus. & ideò dicitur: Comedi fanum eũ
ad sensus æquiuocos concedatur, iste panis est melle meo: quoniam in illo, diuinitatis dulce-
corpus Christi, & iste panis non est corpus Chri do & humanitatis prædicatur. Hæc ille. AV-
sti: quia Christus, & Baptista propter istam æ- 2 CTOR. Attende † quàm constanter dictum,
Matth. 11 quiuocationem non fuerunt contrarij. Sic in 4. q̃ mysterium corporis Christi in specie panis
Io. 1. trialogi. cap. 4. Christus dixit, Ioannes est Elias: permanet: quoniam non est hoc, quod uidetur.
Ioannes dixit, non sum: Christus intellexit figu- Item sanctus pater EVSEBIVS EMISE- Eusebius
raliter, Ioannes uerò personaliter. Conformiter NVS in sermone de corpore & sanguine do- Emiss.
(inquit) non contradicunt, sed æquiuocant, qui mini, qui incipit, Magnitudo cælestium. Ve-
concedunt, q̃ hoc sacramentum non est (sup- rè (inquit) unica & perfecta hostia fide æsti-
ple) naturaliter, corpus Christi; & idem sacra- manda, non specie, nec exteriori censenda uisu, sed
mentum est figuraliter corpus Christi. Hæc interiori aspectu. Hæc ille. AVCTOR. Nun
Witeleff. AVCTOR. Ecce filius inconstan- quid hostiam suam consecratam Witeleff æsti-
tiæ, quàm effrænis ruit in opposita sub colore æ- mat ipsa specie & exteriori uisu, asserens illam
quiuocationis statutæ. sic currit uagus, & discur- esse quidditatiuè & secundum essentiam panem
illum

illum uisibilem album & rotundum? Nunquid A aut rotundum. Præuidi enim fallaciam eius, q̃
ergo recedit à fide, & aspectu interiori hostiæ sophisticè hoc concedit naturaliter esse uerum,
consecratæ? Rabanus dicit, Non est hoc quod scilicet, quia est ibi aliquid rotundum & usum:
Augusti. To. 2. uidetur extrinsecus, Eusebius dicit, Non æsti- quia panis per figuram, ut declarat se, secunda
*Hyeronim. De cõs. d. 2. c. Non hoc. mandum specie, sed fide. Et item beatus A- parte sermonum. sermone, 51. & alibi. Ecclesia
VGVSTINVS dicit in epistola ad *Herennium. autem orthodoxorũ non consuenit habere hãc
& habetur in de consecratione distin. 2. cap. Nõ logicam, appellando simpliciter hanc rem illam
hoc corpus. Non hoc corpus, quòd uidetis, man distinctam à se per essentiam, Sed ideo quæro
ducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quẽ masculinè uel fœminiñè dictionibus adiectiuè
fusuri sunt illi, qui me crucifigent. Ipsum qui- sumptis, & per hoc innuentibus prædicationem
dem, & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ip- qualitercunque formalem (Sic enim oportet ca
sum uisibiliter. Sequitur. Si necesse est illud ui- uere fideles hunc tortuosum serpentem fallere
sibiliter celebrari, necesse est tamen inuisibiliter conatum mille per meandros) Sic igitur in ter-
intelligi. Hæc ille. AVCTOR. Hic corrige- minis ut ponuntur de fide ista quintipertita, pe-
ret Witeleff August. dicens: imò ipsum uisibili- tit rursus fidem certificam opponentis etiã sub
ter, quia figuraliter, sicut petra erat Christus. Et sigillo: ductus exemplo Christi, qui cum inter- Matt. 22
tunc est bis ipsum, & semel non ipsum. Ipsum rogaretur à callidis, si licet tributum dare Cæsa-
inuisibiliter in figura, & ipsum uisibiliter in figu ri: uidens toxicum in sagitta, Ostendite mihi
ra, & non ipsum in natura. Sed meliùs forsan (inquit) numisma census; quod foret isti dice-
dixisti suspendendam esse hanc logicam, quæ cõ te. Ostendite mihi hostiam, de qua petitis. Et
cedit hoc uisibile esse corpus Christi, quanuis tu unc quæratur cuius est imago, & superscriptio.
concesseris eam frequenter, utens quo, pro sim- Cuius est hæc uisibilis species & imago cum in-
pliciter tali. Et simpliciter remandabimus hanc scriptione sensibili? Nunquid panis? sed inui-
* Conce- prærogatiuam * condendi Christo ex authori- B sibilis iustitia Dei pro primitijs & decimis hac
dendo. * Cõcedẽ tu. tate capitis * condenti Ioannem esse Eliam, sci- inuisibiliter continetur. Redde ergo quæ sunt
licet, in figura. Nos uerò tutiùs hoc negabimus: panis pani, & quæ sunt Christi corporis Deo ui
quia non sic est in rei natura, ut tu doces Ioan- uo. Et nolite facere domum patris & templum
nem dixisse simpliciter: & seruasse domino suo corporis Christi domum negotiosi panis. De
Nota solu- tionem. tropum. cap. 7. eiusdem libri de Eucharistia: & hoc enim summa catholicorum querela est: q̃ Io. 2.
sic multò breuius expedicmus negotium. ¶ Cæ- panis putribilis sit caro Christi purissima. Id-
terum subtilis quidam ad hanc quæstionem sa- circo potiùs eligunt dicere, q̃ nulla est ibi sub-
tisfaciens Lollardorum, respondit, nolle se sim- stantia nisi carnis Christi. Qualiter AMBRO- Ambrosius
pliciter subscribere: quia fortè sacerdos aliquis SIVS dicit lib. de sacramentis: & est de consc- To. 4
non fecit debitum ut sacraret: uel fuit de hæresi cratione distin. 2. cap. omnia. Omnia quæcun-
Lollardorum fide carens ecclesiæ, & tunc certi- que uoluit dominus fecit in cælo & in terra: &
I ficet priùs ecclesiam de fide sua. Primò, si cre- quia uoluit, sic factum est. Ita licèt figura pa-
dat corpus Christi esse ibi aliquam rem, quæ nis & uini uideatur, nihil tamen aliud quàm ca
II nunquam fuit concepta, nec nata de uirgine Ma ro Christi & sanguis post consecrationem cre-
ria, uel in cruce passa, uel iam sedens in cælo bea credenda sunt. Vnde ipsa ueritas ad discipulos.
III ta. Secundò, si credat ibi corpus Christi non Hæc (inquit) caro mea est pro mundi uita: ut Nota.
IIII esse corpus secundùm carnis substantiam pro- C mirabilius loquar, non alia planè, quàm quæ na-
prium & naturam. Tertiò, si caro Christi sit ta est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit
V ibi uisibilis oculo corporali. Quartò, si illud al de sepulchro. Hæc ille. AVCTOR. Vbi pla
hum, & rotundum sit corpus Christi secundùm nè euacuat Ambrosius ab intento substantiam
suam substantiam uiuæ carnis. Quintò, si illa panis & uini à situ sacramenti consecratione
res, quam credit esse Christi carnem, gustetur peracta, dicens, q̃ nihil aliud quàm caro Chri-
ore carnis, & susceptа in uentrem, transeat ad sti & sanguis tũc panis & uinum credenda sunt.
secessum, sicut dicit turpis secta Heribaldorum, Quòd si glossa communis Witcleuistarum se
& indubiè Lollardorum. Omnes enim dicunt ingerat, dicens, q̃ nihil aliud principaliter cre-
illum panem, quem imprudenter naturalem ap- denda sunt ibi, quàm caro Christi & sanguis,
pellant, esse altissimum sacramẽtum, & hostiam sed tamen sunt ibi panis & uinum accessoriè:
consecratam. Sed non euadunt, quin dicant, q̃ cur ergo pater Ambrosius figuram panis & ui-
purgatur à stomacho, & inhonestè defluat per ni propter principalitatem corporis Christi nõ
secessum. Proh res dictu horrenda de sacramen sustulit: cùm multò maiorem principalitatem
to corporis creatoris. Et notetur, q̃ non peto gerat corpus Christi super qualitates, quàm su-
si corpus Christi sit ibi uisum, aut qualificatum, per binam illam substantiam, quæ illi par est ge-
nere?

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere? Iste incautus theologus incautam sibi glo-
sam præuidit. Ideo ad propositam quæstio-
nem: qualitates ibi sunt panis & uini, putà al-
bedo, & sapor, quæ nihil faciunt album uel sa-
pidum, quia corpus Christi non possunt affice-
re: cum sit plus quàm sol uel corpus tale cæleste
ab huiusmodi corruptiua impressione remotũ:
& alia substantia non est ibi. Ideo ANSEL-
MVS de sacramento altaris. cap. 5. sic scripsit.
Contra omnem secularis philosophiæ rationẽ
& intellectum, mutata panis substantia in aliam
substantiam ad quoddam mysterij obsequium,
quædam accidentia, quæ illi inhærebant, sic tran
stulit non mutata, ut corpus domini, licèt assit
albedo, non faciat album, nec rotunditas rotun-
dum: sed huiusmodi omnia sic reseruauit, ut li-
cèr in limitibus eius corporis sint, non tamen in-
sint: non illud inficiant uel afficiant, sicut acci-
dentia substantiam cui accidunt: sed exterius
seruientia ad corpus domini quodammodo ob-
tegendum. Hæc ille. AVCTOR. Iam habe-
tis & nihil est in sacramento Eucharistiæ album
uel rotundum, saltem nulla substantia panis me-
ri, consecratione peracta, quæ consecrationem
præcesserit in eodem: & idcirco quæstio Lollar-
dina præfata fallit in supposito. Aliàs si tantum
curet famam populi, quæro ego ab eo, Vtrum il
lud rubrum & rotundum, quod uidetur in æsta-
tis nubiloso mane, sit uerus sol cælestis: cum cer
tus sit, quòd corpus tale cæleste peregrinas im-
pressiones non recipit. Verius ergo quæsisset
ut æstimo, an quod uidetur oculo corporali al-
bum & rotundum, sit uerum corpus Christi: &
consideret fidelis etiam in natura, quod ipse hæ-
rer audire, Intelligo autem terminum uidere,
pro apparere, & non esse: sicut angelus Tobiæ
12. Videbar uobiscum manducare & bibere: sed
ego cibo & potu utor inuisibili. Et sol apparet
rubeus, dum non sit sic qualificatus. Sed in istis
dum oculus corporalis pascitur signis extrinse-
cis, intellectus secundùm fidem contemplatur
æterna: & quasi caliginem oculis inferens facit
minùs uideri quæ patent, & plùs aspici quæ non
comparent. Ideo de mysterijs in principio AM
BROSIVS. Non ergo (inquit) solis corporis tui
credas oculis: magis uidetur quod non uidetur:
quia istud temporale, illud æternum aspicitur,
quod oculis non comprehẽditur, animo autem
ac mente cernitur. Hæc ille. AVCTOR. Ec
ce æternum corpus Christi non ibi uidetur: tem
poralis forma uidetur: nunquid docet logicus
noster eandem ibi hostiam uideri & non uide-
ri? & credendum oculis esse carnalibus, qui soli
indicant ibi panem? dicente Ambrosio, Non so
lis corporis tui credas oculis. Quia item soli o-
culi indicant solem esse coloratum: nunquid ra-

Anselmus.

Cur accidẽtia in sacra mento re manent.

Tob. 12.

Ambrosius To. 4. Cap. 3.

tione hoc negante solis oculis credi debet? Item
ibi, infrà idem pater Ambrosius. Ideo tibi antè
prædictum est, ut nõ solùm hoc crederes, quod
uidebas: ne fortè & tu diceres, Hoc est illud ma
gnum mysterium, quod oculus non uidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.
Hæc ille. AVCTOR. Non est ergo hoc quod
solo usu ibi crederem magnum illud mysterium, quod oculus non uidit: non dicit, corpus, sed mysterium: non uerum corporis sacramentum.

Idem. Cap. 4.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

QVOD CORPVS CHRISTI CORporaliter uidetur in sacramento, sed sacramentaliter, non naturaliter. Cap. LIII.

SVMMA.

1 *Deus, an uisibilis sit. Et quomodo posit uideri, licèt sit inuisibilis, secundùm Augustinum, Hieronymum, Athanasium, Gregorium. &c.*
2 *Angeli, quòd oculis carnis uisi fuerint, ostenditur.*
3 *Deus quomodo erit nobis notus, atque conspicuus, ostendit Augustinus.*
4 *Corpus Christi in sacramento, quòd his oculis sit insensibile, & inuisibile docetur.*
5 *Chrysostomus quàm perspicuè doceat diuersis sensuum generibus carnem Christi in sacramento fieri sensibilem. Et quid de hoc dicant Gregorius, & Hugo.*

AVDITO ex præcedentibus, quòd corpus Christi carnaliter comeditur in sacramento secundùm formam uiuæ carnis suæ ut est caro: solicitè quidam interrogant, Cur ergo non sic est ibi uisibile: cum uisus sit sensus spiritualior omni gustu & tactu, & prior in consequentia naturali? Quia omne tangibile necesse est esse uisibile: nõ autem omne uisibile est tangibile, ut patet de luce, & figura absolutè dicta, & alijs sensibilibus communibus. Nec attendendus est hic noster hæreticus: qui cùm non permittit esse ibi corpus nisi per solam habitudinem, quæ est res minimæ entitatis, quid mirum, si non permittit esse sensibile? Et gaudet se habere colorem ab orthodoxis sic dicere, cùm reuera in nullo se tangentes multum distant. De Eucharistia capi. 1. Quærerem (inquit) ab istis fictoribus, si in sacramento uident sensibiliter corpus Christi: utrum inibi stat, uel sedet. Et in superioribus, Arguunt quidam, quòd si homo sentit hominem dum sentit eius indumenta ex motu uitæ latentis intrinsecus: & per idem sentit corpus Christi dum sentit sacramentum: sed ista argutia argueret, quòd homo uidet Deum & animam. Hæc Witeleff. AVCTOR. Bene arguisti, & sic uideret homo Deum & animam. Vbi est nunc illa* conscientia, quam soles facere de logica scripturæ sacræ: quæ copiosissimè concedit Deum uisum esse & angelos? Vidi dominum facie ad faciem, quod est dicere, sensu ipso: & uidebit omnis caro salutare Dei. Et uiderunt oculi mei salutare tuum. Non quidem intellectuales tantùm notitia abstractiua, quia sic antè uiderunt: sed corporales per intuitum. Econtrariò item scriptum esse non nescio: quia Deum nemo uidit unquam. Et non uidebit me homo & uiuet. Et quæ non uidentur æterna sunt. Et lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum uidet: sed nec uidere potest. Cur inter istas dissidentias scripturarum iuxta leges æquiuocationum contradictionum uires non attenuas, sicut in trialogo fecisti: & in de Eucharistia, dicens non esse contradictoria: Ioãnes est Elias: & ipse non est Elias: Panis in Eucharistia est corpus Christi: & ille nullo modo est corpus Christi, primum in utroque uerificãs secundum figuram: & secundum per naturam? Et cur item per te uetus illa distinctio conticetur, & † oculis carnis natura illæ diuina secundùm se non uidetur: eisdem tamen secundũ subiectam creaturam uidetur? Vide commonitorium Augustini ad Fortunatianum de non uidendo Deo, si non in hac breui responsione consumitur. Me modò (inquit AVGVSTINVS) scripsisse non pœnitet, quia dixi istius corporis oculos Deum non uidere. Et infrà adducens Ambrosium in testem. Meritò ergo se in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non uidetur. Vidimus spiritum, sed in specie corporali. Videamus & patrem: sed quia uidere non possumus, audiamus deinde HIERONYMVM dicentem. Nos omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eadem ecclesia trãsformamur à gloria in gloriam tanquam à domini spiritu: licet faciem Dei iuxta naturæ suæ proprietatem nulla uideat creatura: & tunc mente cernitur, quando inuisibilis creditur. Quod resumens AVGVSTINVS. Expressit (inquit) dicens, quia Dei faciem iuxta naturæ suæ proprietatem nulla uiderit creatura: & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur. Vnde sufficienter significauit: quando uisus est ab hominibus per oculos corporis tanquam ipse corporeus, non eum secundum naturæ suæ proprietatem fuisse usum, in qua tunc mente cernitur, quando inuisibilis creditur. Demum ATHANASIVM Alexandrinum epi-

** Aliàs, ut sequentia. Deus an uisibilis. Gen. 32. Lu. 2.*

Io. 1. Exo. 33. 2. Cor. 4. 1. Thy. 6.

Augustin. To. 2. ep. 111

Hieronym.

Augustin.

Athanas.

scopum cum ageret aduersus Arianos scripturarum sanctarum testimonijs, & diligentia suæ disputationis, asseruit instantissime, suadens Deum non esse uisum, nisi assumptione creaturæ. Secundum deitatis autem suæ proprietatem omnino esse inuisibilem. GREGORIVS etiam sanctus episcopus orientalis apertissime dicit Deum natura inuisibilem: quando patribus uisus est (sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur) alicuius conspicabilis materiæ dispositione assumpta, salua sua inuisibilitate uideri potuisse. Hæc Augusti. AVCTOR. Vbi patet, quòd cum Augustinus omni feruore ingenij Deum inuisibilem probare disposuit oculis carnis, in subiecta tamen materia authoritate sanctorum eisdem oculis uisibilem non negauit. Et testimonio Ambrosij, in diuinitatis substantia non uidetur. Vidimus autem spiritum, sed in specie corporali. Ex illo Hieronymi, quòd faciem Dei iuxta naturæ proprietatem nulla uidet creatura: quòd uisus est ab hominibus per oculos corporis. Ex Athanasio: Deum non esse uisum nisi in assumptione creaturæ. Ex Gregorio: alicuius conspicabilis materiæ dispositione salua sua insensibilitate uideri potuisse. Sic ut nullus antiquorum catholicus pater tam negat Deum inuisibilem in natura propria oculis carneis, quin concedat eundem satis uisibilem in massa molis. Et communis ecclesia in præfatione solenni hunc morem obseruat dicens. Quia per incarnati uerbi mysterium. &c. Vt dum uisibiliter Deum cognoscimus: per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Et ideo inquit de ciuitate Dei, libro 10. cap. 15. AVGVSTINVS. Sic itaque diuinæ prouidẽtiæ placuit ordinare temporum cursum: ut quemadmodum dixi, & in actibus apostolorum legitur: lex in edictis angelorum daretur de unius ueri Dei cultu: in quibus & personam ipsius Dei, non quidem per suam substantiam, quæ semper corruptibilibus oculis inuisibilis permanet, sed certis indicijs per subiectam creaturam uisibiliter appareret, & syllabatim per transitorias temporum morulas humanæ linguæ uocibus loqueretur: qui in sua natura non corporaliter, sed spiritualiter: non sensibiliter, sed intelligibiliter: non temporaliter, sed (ut ita dicam) æternaliter, nec incipit loqui, nec desinit. Hæc Augustinus.. AVCTOR. Hac ergo lege diuini sermonis, concedo tibi Deum uisibilem oculis carnis nostræ, qui summè inuisibilis est eisdem proprietate naturæ suæ diuinæ. Sic † priusquam ueniamus ad animam, concedo tibi per scripturas uisos esse oculis carnis duos angelos in albis sedentes. Et Marias angelorum uisionem uidisse, qui dixerant

Gregorius Nazanzenus.

Exo. 33.

Augustin. To. 5. Ast. 7.

Mar. 16. Lu. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 16. 1 Num. 23.

rant Christum uiuere. Et Agar ancilla fugiens, A angelum Dei uidit. Et, quod plus est miraculi, asina uidit angelum, homine non uidente, intellectum habente. Deinceps pro aspectu animæ quæ erit contentio: quam Iob portat in manibus suis: & dum comparatur ad Deum infinities in inuisibilitate deuicta, penè corpus est, & non spiritus? Et ideo uisibilem ipsam apud oculos corporis per medium corporis uegetati quis negat? AVGVSTINVS planè concedit eam sic uideri, uocans animam uitam inuisibilem. 22. de ciuitate, cap. 29. dicens. Vitam quidem suam, qua nunc uiuit in corpore, & hæc terrena membra uegetat, facitque uiuentia, interiori sensu quisque non per corporeos oculos nouit. Aliorum uerò uitas cùm sint inuisibiles, per corpus uidet. Nam unde uiuentia discernimus à non uiuentibus corpora, nisi corpora simul, uitasque uideamus, quas nisi per corpus B uidere non possumus? Vitas autem sine corporibus corporeis oculis non uidemus. Hæc ille. AVCTOR. Planè dicit Augustinus uno intuitu uideri oculo corporali corpora: & uitas uisibiles id est animas, quas sine corporibus non uidemus, inquit. Et infrà idem AVGVSTINVS. Sicut homines, inter quos uiuentes motusque uitales exercentes uiuimus, mox ut aspicimus, non credimus uiuere, sed uidemus, cum eorum uitam sine corporibus uidere nequeamus, quã tamen in eis per corpora, remota omni ambiguitate, conspicimus: ita quacunque spiritualia illa lumina corporum nostrorum circunferamus, incorporeum Deum omnia regentem etiam per corpora conuebimur. Sequitur. Ita

3 † nobis Deus erit notus, atque conspicuus, ut uideatur spiritu à singulis nobis in singulis nobis: uideatur ab altero in altero, uideatur in seipso, uideatur in cælo nouo, & in terra noua, atque in omni, quæ tunc fuerit creatura, C uideatur & per corpora in omni corpore quocunque fuerint spiritualis corporis oculi acie proueniente directi. Hæc ille. AVCTOR. Argumentum, quod contra te suprà sumpsisti, iam robur accepit: & redargutio tua ex hoc dicto contemnitur. Sentit enim homo hominem tactu non uestium, imò per uitam, & uitam latentem intrinsecus. Vnde mox ut aspicimus, non credimus, sed uidemus, dicit Augustinus. Sed ista argutia argueret (inquis) quòd homo uidet Deum & animam: & hoc concedit Augustinus. In omni (inquit) quæ tunc fuerit creatura uideatur: & per corpora in omni corpore quocunque fuerint spiritualis corporis oculi, id est, corporei oculi corporis glorificati: quos suprà uocat spiritualia lumina: nostrorum corporum acie proueniente directi. Postremò ergo quid de subtilissimo corpore est dicendum? quod nec etiam sic potest deputari per gloriã, ut per aspectum proprium nec Dei, nec angeli, imò nec animæ propriæ in forma propria ualeat contemplari naturam: sicut in priori loco commonitorij inquit AVGVSTINVS. Qua propter si uidebunt Deum, non istius corporis oculi uidebunt, quia & in hoc non erit ipsum corpus usque in illam uim potentiamque mutatum. Sequitur. Siue ergo hoc, siue illud uerum sit: secundum utrunque uerum est. quòd istius corporis oculi Deum non uidebũt. Aut enim istius erunt, & non uidebunt: aut non erunt istius si uidebunt, quoniam tanta commutatione longè alterius corporis erunt. Hæc ille. AVCTOR. Huic syllogismo Augustini omnino moderna philosophia concordat: & nihil poterit intendi ultra genus suum. Non ergo corporeus aspectus potest ad tantum intendi, ut genus corporis posset excedere. Hoc uidetur ergo concludendum de cæteris: quòd si tantoperè distent in gloria diuinitas & corpus, ut oculus Christi corporalis diuinitatem in forma sua etiam infinitè distans non uideat: multò magis per subtilitatem naturę & gloriæ Deus inuisibilis inuisibile corpus in inuisibilitate præcellit. Quid ergo concluditur absurdum: ut si inuisibilis Deus sine præiudicio simplicitatis suę in assumpta creatura uideatur oculis carnis: & item caro gloriosa pro hac uita nobis inuisibilis, in subiecta tamen creatura uideatur exterius? Hanc regulam scio secutos esse antiquos patres, & ecclesiæ canones: ut dicerent carnem Christi in sua forma inuisibilem oculis carnis nostræ, in eis tamen uisibilem in alia specie: & sensibus uniuersis esse sensibilem. Quòd † enim in-

4 sensibile & inuisibile oculis his sit Christi corpus in sacramento, in expositione Psal. 54. de consecratione distinct. 2. cap. Prima quidem. sic docet AVGVSTINVS. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum uobis aliquod commendaui, spiritualiter intellectum uiuificabit uos. Hæc ille. AVCTOR. Item in cap. Forte dicas, AMBROSIVS. Fortè dicas quomodo uera caro est, quomodo uerus sanguis, qui similitudinem non uideo carnis. Sequitur. Ideo in similitudine quidem accipitis sacramentum. Hæc ille. AVCTOR. Item in cap. Hoc est quod dicimus, de lib. sententiarum Prosperi, AVGVSTINVS. Caro eius est, quam forma panis opertam in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub uini specie ac sapore potamus. Caro uidelicet est carnis, & sanguis est sacramentum sanguinis: carne & sanguine, utroque

utroque inuisibili, spirituali & intelligibili. &c. A
Rabanus. Hæc ille. AVCTOR. Item horum sententias in libr. de corpore & sanguine domini. ca. 37. secutus est Rabanus, dicens. Iam in hoc mysterio ab aspectu oculorum ne caro uideatur subtrahitur, & ut fide auidiùs quæratur, quæsita uerius
Cele. 2. inueniatur, inuenta uerò chariùs habeatur, & habita desiderabiliùs fruatur: quia in Christo omnis plenitudo corporaliter inhabitat, sine dubio, diuinitatis. Hæc ille. AVCTOR. Hoc
Thomas. modo item doctores scolastici, ut puta sanctus Thomas, de Christo, & alij modum dicendi fecerunt per ecclesiam usualem, q̃ corpus Christi sit inuisibile in sacramento, intelligentes secundũ proprietatem nudæ naturæ in medietatis accidentibus affectatæ, qualiter nudè uidetur homo, uel bos, per accidentia ipsi cognata. Qui tamen omnes æque catholica mente denegant eandem Christi carnem esse ibi uisibilem & sensibilem in qualitate extranea, aut specie aliqua peregrina: ita ut palpabilem, & carnali ore tractabilem eã B dicant: quantò magis ergo uisibilem? Quia uisibilitas minùs repugnat spirituali essentiæ & formæ gloriæ, quàm palpatio corporalis: ut sol uideri potest, & omne corpus cæleste: palpari autem carnis manũ non potest. Vnde & antiquus pater Chrysostomus, quem Witeleff laudat sublimem philosophum, & subtilem logicum, in de
Chrysost. To. 2. sermone domini in monte. cap. 3. Ipse (inquam) Chrysostomus super Ioan. Morali. 46. Quis uti
Hom To. 3. Mo. 45. que daret nobis carnibus eius impleri? Ideoq; utique & Christus hoc ipsum fecit in amorem nos inducens maiorem, & suam dilectionẽ ostẽdens circa nos: non uidere solum seipsum tribuens ijs, qui concupiscunt: sed tangere, & manducare, & infigere dentes, & complicari, & amorẽ implere omnem. Vt leones igitur ignẽ spirantes, ita à mensa secedamus illa, terribiles diabolo sientes, & caput nostrum intelligẽtes, & amorem, quem circa nos ostendit. Hæc ille. AVCT.

5 Quàm † perspicuè docet sanctus pater diuersis generibus sensuum carnem Christi in sacramento factam esse sensibilem: quia iam antè præmisit se probaturum non hoc fieri rantum spiritualiter pẽr amorem. Et subijcit ista, quomodo ibi tangitur: mãducatur dentibus, figitur, & compli
Gregorius. catur ore corporis, non cordis tantùm. Et ratio
De cons. d. 2. estitur sanguis agni sit super utrunque postem. si cut in homilia Paschali, ut habetur de consecra. distinct. 2. cap. Quid sit. Gregorius. Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo bene didicistis: qui sanguis super utrunque postem positus, quando non solum ore corporis, sed etiã ore cordis hauritur. Item hæc salutaris uictima illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat: qui licet surgens à mortuis iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur, tamen in seipso immortaliter, & incorruptibiliter uiuens, iterum in hoc mysterio moritur: eius quoque ubique corpus sumitur, eius caro in populi salutem, potatur eius sanguis: & non iam in manus infidelium, sed in fidelium ora funditur. Hæc ille. AVCTOR. Aduersarius ergo legis est Witeleff: qui fideles non tollerat ore corporis, Christi sanguinem bibere: sed alterum postẽ sanguine agni destituit, dum spiritualiter tantùm bibendum cordis ore concedit. Sanctus autem pater Gregorius concedit illum in sua natura imporabilem, in mysterijs esse potabilem: & in fidelium ora perfusum, & Christi corpus ibi factum non solùm per carnis ora sumptibile, sed & corruptibile mysticè, & passibile, & mortale. Intellige semper per species sacramenti, sicut est uisibile, & tangibile. Non autem in nuda essentia corporis sempiterni: propter illud Augustini dicentis, quòd non consumitur morsibus. Et huic item in fine disputationis suæ secundo libro de sacramentis. p. 8. cap. 3. consonat uenerabilis Hugo. Vbi loquens quomodo Hugo. Christus dedit proprium corpus ad manducandum discipulis. Inuisibiliter (inquit) sumebatur, quantùm ad formam dico propriam corporis sui, non quantùm ad speciem sacramenti sui. Inuisibiliter enim sumebatur: quia in eo quod sumebatur, quod ipse erat, non uidebatur. Christus enim sumebatur, & species panis & uini tantùm uidebatur. Ideo dico inuisibiliter sumebatur, & quod erat, non uidebatur. Si ergo in eo quod dabat, quod ipse erat, uidebatur: & in eo quod dabatur, quod erat ipse non uidebatur; & si in eo quod dabat, tenebat, & crucifigebatur, & in eo quod dabatur, frangebatur, & non diuidebatur: edebatur, & non corrumpebatur. Quid miraris, si in eo quod dabat, mortalis dicit: & in eo quod dabatur, immortalis, & impassibilis fuisse prædicatur? Hæc ille. AVCTOR. Et idem super secundo capite Dionysij de Angelica hierarchia. Hugo. Quod nunc uisibiliter se- Hugo. cundum sacramenti speciem & corporaliter secundùm corporis & sanguinis ueritatem Christum in altari sumimus, sacramentum est, & imago, quòd ipsum eundem inuisibiliter, & spiritualiter secundùm gratiæ infusionem, & spiritus sui participationem in corde sumere debemus. Ergo diuinissima eucharistia, quæ in altari, & secundum panis & uini speciem, & secundùm corporis & sanguinis Christi ueritatẽ uisibiliter & corporaliter tractatur, sacramẽtũ est, & signum, & imago inuisibilis & spiritualis participationis Iesu. Hæc ille. AVCTOR. Quàm planè ecce dicit Hugo, quòd uisibiliter, & corporaliter Christũ sumimus in altari secũdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum sacramenti speciem, & corporis ueritatem: & quòd uisibiliter, & corporaliter ibi tractatur diuinissima eucaristia. Videtur ergo ibi sacramentaliter: & percipitur corporaliter.

AD AVTHORITATES VVITcleff contra uisionem corporis Christi in sacramento, respondetur Cap. LIIII.

SVMMA.

1 *Responsio ad authoritates, quas Vuiteleff adducit, ad probandum, q̃ corpus Christi non sit uisibile in sacramento.*

2 *Christus, quòd uisibiliter in sacramento comeditur, & uidetur, & spiritualiter, ac inuisibiliter in seipso, secundùm Augustinum. Et quid de hoc dicant Gregorius, & Basilius,*

3 *Augustinus à Lanfranco laudatur. Et plura ibi de uisione corporis Christi in sacramento, contra Vuiteleff, ex Augustino, & alijs.*

NON ergo indignum quicquam dicimus de tam eximio sacramẽto; si qđ de Deo tota dicit ecclesia, hoc item de eius corpore in mysterijs sentiamus: q̃ s. est ibi oculis istis inuisibile per naturã propriam: est tamen ibi uisibile, & manu tractabile per sensibile sacramentum. Redarguit hoc Vuiteleff propter figuram suam ubique inuisibilem: sed primo authoritatum loca uoluamus. Etenim certè fallor, si non in his ipsis ipse fallax probetur. Illuminet ad hoc probandum oculos meos Deus, ne unquam dicat inimicus meus pualui aduersus eum. Patet (inquit) ista sententia secundum leges ecclesiæ. Nam in de consecratione distinct. 2. cap. Nos autem sub uerbis Augustini sic scribitur. Nos autem sub specie panis & uini, quam uidemus, res inuisibiles carnem Christi & sanguinẽ honoramus. Ex quibus patenter patet, q̃ illa res sensibilis, quam sacramentum dicimus, non est corpus Christi, uel sanguis. Hæc Witeleff. AVCTOR. Falsè † dicis, q̃ hoc ex istis patenter patet. Nam post ista, patenter sequitur ibidẽ. Nec similiter prandemus has duas species quemadmodum ante consecrationem prandebamus; cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse & uinum, quod natura formauit: post consecrationem uerò carnẽ Christi & sanguinem esse, quod benedictio consecrauit. Hæc ille. AVCTOR. Vide doctor mendacij: iam ex illis sequitur dicti tui merũ contradictorium. s. duas species post consecrationẽ esse carnem Christi & sanguinem, quæ benedictio cõsecrauit. Iunge iam ista prædicta, q̃ sub specie panis & uini res inuisibiles carnis Christi & sanguinis honoramus: quæ utiq; species sunt illæ res inuisibiles post consecrationem, quas benedictio consecrauit. Ergo illæ res in se inuisibiles sunt post consecrationem species, quas uidemus. Non dico, q̃ simpliciter sunt illæ, sed quodãmodo sicut dicit Augustinus sacramentum fidei fides est: sufficit tamen, q̃ illæ res per se inuisibiles sunt in speciebus illis uisibiles. Item (inquis) patet eadem distinctione sub authoritate Ambrosii. Fortè* dicis. Similitudinem (inquit) non uideo carnis: non uideo sanguinis ueritatẽ. Veruntamen si uiderem sanguinis Christi essentiam; uiderem per idem omnem quantitatem, uel qualitatem sensibilem, quæ informat corpus Christi in cælo. Hæc Witeleff. AVCTOR. Et hic item fallax est: nam pro toto dicto Ambrosij, aut lege ecclesiæ plenaria, solã obiectionem infidelis assumit, solutione eius omissa, non ausus eam dicere, quia reuerberasset perfidiam eius acerrimè. Solutio autem Ambrosij finaliter sequitur. cùm dicit. In similitudine quidem accipi sacramentum: sed ueræ naturæ gloriam uirtutemque consequeris. Ego sum (inquit) panis uiuus, qui de cælo descendi. Hæc ille. AVCT. Ergo qui in similitudine accipis sacramentum, non solam similitudinem accipis in ore carnis: sed ueræ naturæ gloriam, id est, naturam gloriæ per hypallagen, uel naturam gloriæ per endiadem: uirtutemque consequitur, id est, gratiam sacramenti. Ergo cùm in similitudine accipitur sacramentum, simul gustatur eodem actu corporeo uera natura carnis Christi gloria per essentiam, & ritè accipiens consequitur gratiam. Sic enim Ambrosius passum illum prosequitur dicens, Sed caro non descendit è cælo: hoc est carnem in terris assumpsit ex uirgine. Quomodo ergo descendit panis è cælo, & panis uiuus? Quia idem dominus noster Iesus Christus consors est diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis carnem diuinæ eius substantiæ, in illo participaris alimento. Hæc ille lib. 6. de sacramentis in principio. AVCTOR. Sic in publicum dicimus furta Witeleff. Ita uoluit esse magis tacta, quàm detecta. Iam q̃ suprà dixit, in similis accipis sacramentum, & declarans se dixisse hoc de sacramento & de corpore Christi secundum essentiam, finaliter hoc expresit dicens, Tu q̃ accipis carnem diuinæ eius substantiæ: & accipis inquam quomodo? sicut iam dixit, in similitudine, id est, uisibili sacramento, in panis sensibili specie: ergo ore corporis qui accipis carnem: quam? non figuratam, nõ tropicam, sed diuinæ eius substãtiæ: cuius unà & diuinitatis Christus est consors. Ergo tu qui corporaliter accipis, & comedis carnem illam in similitudine, efficeris particeps diuinæ eius substantiæ. Hic nihil est furto commissum, nihil uiolẽter extortum, sed cuncta se reddunt ad manus, ut Christi caro uiua manducetur in sacramento sensibili, in sua, non aliena substantia. Et qđ concludis, si uideres sanguinis Christi essentiam, uideres per idẽ omnem quantitatem, uel qualitatem sensibilẽ, quæ informat Christi corpus in cælo. Pessimè cõcludis: ita ut te possit omnis uir doctus argue re falsitatis. Nã pro tempore mortalitatis suæ uidebat Christus uestitus, & tamen per essentiã: & quis tunc uidit omnẽ quantitatẽ, & qualitatem sensibilem, quæ iã informat Christi corpus in cælo? Nã in transfiguratione cùm semel uidissent Apostoli eum in gloria per essentiã, non fuit inuerunt explorare tunc omnem qualitatem eius sensibilem, quam tunc habebat. Item nec fudæi quando ceciderunt retrorsum in horto ad hanc uocem, Quem quæritis? Assumit itẽ, ut dicit sæpe inferius recitatum dictum Augustini de consecratione distinctione secunda c. Nõ hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem effusuri sunt illi, qui me crucifigẽt. & post detegens æquiuocationem sic loquitur. Ipsum quidem & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ipsum uisibiliter. Necesse est (inquit) illud celebrari uisibiliter, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Hæc Witeleff de eucharistia ca. 1. AVCT. Quid contra orthodoxos facit hoc qđ attulisti? Istud est, quod in planis uerbis Christi q̃ferimus. Nõ hoc corpus uisibiliter manducaturi sumus: nec ipsum sanguinem uisibiliter secundum proprietates naturæ. Ipsum tamen sic inuisibiliter debemus & in sacramento uisibiliter celebrare. Imò contra te est; qui a idem ipsum corpus secũdum istam sententiam uisibiliter & inuisibiliter manducatur. Visibiliter in sacramento, inuisibiliter in seipso. Tu autem dicis, quòd solùm inuisibiliter, & spiritualiter comeditur utrobique: & solùm spiritualiter in sacramento. Nec est iste sensus extortus, sed planus, cõsonus Augustino. Quod itẽ manifesta dictũ aliud AVGVSTINI eadem distinctione, cap. Qui manducant. Vbi dicit. Qui manducant, & bibunt Christum, uitam manducant, & bibunt. Illum manducare, est reficì. Illum bibere, est viuere. Quod in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter mãducatur, & bibitur. Mãducatur Christ: uinit manducatus, quia surrexit occisus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce dicit: Quod in sacramẽ-

A to uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter manducatur. Quæro quid hoc est, quod in sacramento uisibiliter sumitur, & spiritualiter in ueritate? Nunquid ipsum idem sacramentum uisibile? & tunc sacramentum uisibile in sacramento uisibiliter sumitur: & idem erit uisibile & inuisibile. Si verò hoc, quod suprà dixit, sicut necesse est dicere, qui manducant, & bibũt Christum, & illum manducare est reficì, ergo Christus in sacramento uisibiliter sumitur, qui in ipsa ueritate spiritualiter manducatur; quod est nostrum. s. q̃

2 † Christus uisibiliter in sacramento comeditur & videtur: & spiritualiter ac inuisibiliter in scipso. Item in cap. Quid sit sanguis. GREGORIVS. Gregorius. Vno quidem eodemq; tempore & momento, & in cælum rapitur ministerio angelorum cõsociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo eodem momento est corpus Christi his oculis in cælo inuisibile, & eisdem uisibile in altari.

B Pius BASILIVM sequitur Gregorius in hoc dicto, qui ait. O miraculum O Dei in nos beneuolentia. Qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamen tẽpore hominum manibus continetur, traditurque lambere cupientibus eum. Hęc ille. AVTHOR. Profundæ deuotionis bene formata sententia, quæ tropicis mysterijs, aut figuratitijs sacramentis nunquam legi poterit adaptata. Nũquam hæc stupenda uerba sanctorum de aliquo sacramento ueteris legis in scripturis canonicis uel patrum poterunt inueniri. Nunquam de manna. Nunquam de sanguine agni. Nũquã de pane & uino Melchisedec: qui tamen inter omnes propinquissimè figurabant eu charistiæ sacramentum. Sed ẽt de cæteris sacramẽtis nouæ legis, de baptismo, de matrimonio, ee ordine quis unquam sanctus dixit: O miraculum qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur: cùm Christus ipsę omnibus sacramentis præsens sit secundùm uirtutem, & in omnibus figuretur? Vnde & fidelis inter manus sacerdotis baptizatus, sepulturam Christi figurat transactam secundùm Apostolum dicentem, Consepulti enim sumus Christo per baptismum in mortẽ, & tamen de illo non dicitur. O miraculum. O Dei in nos beneuolentia qui sursum sedet ad dexteram patris, sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur. Patet ergo ex mente sanctorum, esse Christum ibi essentialiter: & ipso corpore carnis suæ hominum manibus contineri. Et idcirco deducta circunstantia mali puto eos bene formare sermonem quo ad substantiam iuramenti, qui bono corde iurant, in Christo corpore saluatoris & sanguine, quæ ipso die oculis carnis suæ prospexerant

Psal. 42.

Vuiteleff De cõs. d. 2.

Aug. in dict. loco eodem loco.

Matt. 17.

Vuiteleff.

Augustin. De Ec. d. 2.

Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in manibus sacerdotis. Et longè eos dijudico à A dolo Waldensium illeuisitarum, qui sub ficta conscientia, uel se non iurare ausos pronuntiant, uel in ipso albo & rotundo, quod oculis carnalibus uidet, & quod est corpus Christi, id est, signū eius cassum, & nihil continens, iuramentum formant sophisticum. Sed quia dicit aduersarius fidei, q̄ hoc capitulum Augustini tam sæpe resumpserit: quia discipulis abeuntibus retrorsum, intendebat Christus secundùm expositionem Augustini, q̄ non hoc corpus daret eis comedere, nisi spiritualiter, non corporaliter: & sic ipsum, & non ipsum: & hoc dicit recitasse frequenter. Verum est, & inde improbitatem eius hæreticam, & immolliendam duritiem cordis magis admiror. Quia hanc ipsam assumptionē in prophano dogmate magistri sui Berengarij patenter inuenit: & multò patentiùs catholicos præsules, & doctores cum omni claritate sermonis B in suis opusculis reperit eam planasse, frustratumq; iri magistrum. Et tamen mens eius indomita post tot utrorum sententias, quas ipse nunquàm * legit, quia nescivit, cum prioribus damnis refugit esse cōtenta. Lanfrancus enim Episcopus, contra magistrū tuum pugil optimus in libro suo de corpore & sanguine domini, sic habet. Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus, q̄d uidetis, manducaturi estis: & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. In his postremis beati Augustini uerbis exultas: in his uicisse, & superiorem te esse gloriaris: hic firmamentū tuæ defensionis te inuenisse gratularis. Quomodo (inquis) persuadere contendis, q̄ ueram carnem, uerūq; sanguinē i hoc sacramēto sumamus, cùm manifestè audias, q̄ corpus, quod uidebant, nō essent discipuli comesturi: neque bibituri sanguinem, quem crucifigentes erant effusuri? Calumniosa quidem ista obiectio est. Qui enim superius testatus est q̄ carnem, quam de matre uirgine sumpsit, & in qua in terris ambulauit, ad manducandum nobis salubriter tradidit, quomodo huic tam præclaræ sententiæ alia contraria sententia potuit obuiare? Absit † à sobrio lectore, & catholico expositore, tam peruersè sentire de colūna ecclesiæ, de firmamento ueritatis, de quo Cælestinus Papa in decretis suis asserit, q̄ nec saltem sinistrę suspicionis rumor dū uiueret, eum asperserit. Imò reuera id dixit, q̄d catholica ecclesia in omnibus membris suis fideliter fatetur, & credit: quod ego in professione fidei breuiter superiùs posui brēuiter comprehendi: uidelicet ipsum esse corpus, & non ipsum. Neque enim id, quod ipsi putabant, modò credimus, q̄ uisibile Christi corpus comedamus, ac sanguinem, quem fusuri, aut oculis suis conspecturi erant persequentes, bibamus: sed potiùs id credimus, quod non uidemus: ut ualeat esse fides: quæ non potest esse, si res, quæ creduntur, corporalibus sensibus constiterit subiacere. Vnde exponens quod obscurè posuit, Et si necesse (inquit) est illud uisibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi. Existimabant nāq;, q̄ præciperet eis dominus, aut bestiali, aut humano more comedere corpus quod uidebant, ac sanguinem bibere, quem persequentes fusuri erant: hoc est, aut crudum, aut coctū aqua, aut substratis carbonibus in uerubus assum. Hanc carnalem eorum intelligentiam redarguens dominus in euangelio sm Ioannē dicit. Spiritus est qui uiuificat: caro autē non prodest quicquam. Quod exponēs beatus Augustinus in. 27. Tractatu, ait, Quid est: non prodest quicquam? sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatū, aut in macello uenditur: non quomodo spiritu uegetatur. Hęc ille. AVCTOR. Hunc passum Lâfranci sequitur uestigio filius eius Anselmus libro suo de corpore & sanguine domini, c. 11. nihil adens, nisi cautelam quandam, quam debent habere lectores fideles in legendo codices seniorū. Qui (inquit) errare uult, uel errorem docere, nil est tam bene dictum, q̄d non possit malo intellectu depraua ri. Nam (ut alia omittam) quis cōtradicere possit uirū eruditissimum edidisse in scripturis suis, quod ignauus quilibet si scripsisset, prima se facie respuēdum, & conspuendum non dubitaret? Quid magis ignauum, q̄ uno in loco contraria sibi edere? Nam cùm psalmum tractaret. 98. De carne (inquit) Mariæ carnem accepit, & in ipsa carne ambulauit: & ipsam carnem nobis manducandā ad salutem dedit. Statimq; post pauca. Nō hoc corpus, q̄d uideris, manducaturi estis. &c. Quid magis contrariū? sed prudens lector. &c. Hæc ille. AVCTOR. Carnotensis item Iuo in lib. epistolarum epistola ad Haymericum Aquitinensem abbatē, quæ incipit. Minimus Beluacensis ecclesię. &c. Dixisti (inquit) te hærere in quibusdam uerbis beati Augustini: conantis determinare uerba domini. 12. Apostolos instruentis, qui remanserant. 70. fermè abeūtibus retrò. Sūt autem hæc uerba. Nō hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: neque bibituri illum sanguinem, quē fusuri sunt illi, qui me crucifigent. Q̄d sic conuenienter intelligi potest, quia & ipsum est, & non ipsum. Ipsum quidem materiali essentia, sed non uisibili forma. Vnde & subditur. Et si necesse est illud uisibiliter celebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ipsi enim qui recesserunt à domino, putabant, quòd carnes domini uiuentis bestiali

* Aliàs lesit.

Lanfranc.

Augustin. 3 lanc.

bestiali more essent in frusta scissuri, & aut elixas, aut assas in uerubus, comessuri: quod si nollent, non possent eius esse discipuli. Sequitur. Neq; enim quod de altari sumimus, beatus Augustinus uerum corpus esse negaret, qui hoc in pleriſq; tractatuum suorum locis euidenter affirmat. Hæc ille. AVCTOR. Videtis q̄ Witcleff nō fuit primus motor huius pulueris quæstionis, sed potiùs q̄ auidus erat ad contendendum, qui edere maluit sopita litigia, q̄ litigiorum laudare inexpugnabiles sedatores. Nam si expugnare sciuerit, cur omisit? Et sine fulcimento nouello cur uoluit reparare toties dissutum, & tam laceram argumentum? Sed necdum uerba sinuimus, restat in hoc ipso conferre uerba GVIMVNDI lib. suo. 2. de corpore & sanguine domini, sic dicentis. ill. ad sanè Berengarium mouere permaximè solet, quod in expositione supra dicti. 98. psalmi, beatus Augustinus de uerbis domini ad discipulos ait. Cum remansissent cum illo. 12. discipuli, instruxit illos, & ait. B Spiritus est qui uiuificat: caro autem non prodest quicquam. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis. &c. Si ergo (ait Berengarius) non hoc corpus, neque illum sanguinem, restat ut quod de altari sumitur, umbra tantum sit corporis, sanguinisq; figura. Sequitur. Infelix homo diu in peste hæretica inueteratus suadente diabolo: cuius retibus penè inexplicabiliter implexus est, libentius omnes ingenij sui uires ad aucupandum unum uerbum, quo malè intellecto, propagatam stultitiam munire uideatur, accommodat, q̄ diuinarum scripturarum prouidentissimam uigilantiam contra se ualidè reclamantem, uel tenuiter attendat. In eodem quippe psalmo hæc prædixerat Augustinus. Suscepit Christus de terra terram: quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. &c. cum præfatis Lanfranco, & Anselmo. C ibi. AVTHOR. Ecce quod totiens repetisse te iactas, totiens solutum fuisse per patres te multò peritiores, cur non aduertis? Quòd si de raritate librorum excusationem obtendas: de famoso codice Magistri sententiarum te uinco, qui penè apud omnem studentem diuinæ pagi- 1
næ reperitur in manibus. Ipse ad hoc obiectum hæreticum magistro tuo respondet: cur sic ipsum sine additione, aut solutionum impugnatione, quasi nullus ante hoc dixerit, nullus soluerit, reducis in publicum? Quid amplius increpo contumacem? Obmutesce, & exi ab eo ô dæmoniacum argumentum, donec istos retellas, qui hoc tibi fecerunt, ut taceas.

Guimundus.

AD RATIONES WITCLEFF, quas colligit à natura, Respondetur. Caput LV.

SVMMA.

1 Witcleff, qui rationes quasdam physicas adducit, ne corpus Christi uideatur corporaliter, aut sentiatur in sacramēto, cōficiatur.
2 Visibilis gradus, & sensibilis per accidens.
3 Deus noster, & corpus eius, quod uideatur per speciē extraneam, non tamen habet per eam, neque calet, non olet, uel aeet, &c.
4 Christus, quòd non sit illud album, ad rubrum triangulum, uel rotundum, quòd oculi carnis uident.
5 Christus in sacramento, quòd secundùm ecclesiæ fidem nec sedeat, uel stet, nec coloratus, uel quantus sit.
6 Christi domini nostri corpus, quòd non frangatur secundùm propriam formam, sed in specie sacramenti.
7 Christum sensibilibus manibus æquè, aut amplius in sacramento tactum, sicut tangi posset per fimbriam, dicitur.
8 Responsio ad argumentū Witcleff, dicentis, quòd moderniores doctores negant corpus Christi corporaliter in sacramento uideri.

AD rationes quasdam physicas accedamus, quas fabricat sibi Witeleff, nè corpus Christi videatur corporaliter, aut sentiatur in sacramento. Primum eius argumentū est in eodē primo capitulo libri eucharistiæ. Oportet (inquit) sensum cōem, uel aliquem sensum intrinsecū cōprehendere substantiā ex motione per se sensibilis adiacentis: sed modò nullus sensus hominis, sed purè intellectus per fidem percipit corpus Christi: quod patet: quia cōmixta hostia consecrata cū alijs, homo non plùs discernit eam ab alia, subducta fide, q̄ facit bestia. Sicut ergo bestia non sufficit apprehendere hanc rem sacramēti sub tali habitudine, ita nec sensus hominis. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hæc † dicit homo, cuius obturatus est oculus, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius, vt de Balaam legitur in Numeris, Cuius quāuis Nu. 22.
obturatus sit oculus, ut quid tū sic inuolutus est sermo? Dicat planè oportere sensibiliter subiectum esse perceptū à sensu mediante aliquo per se sensibili informante fidem per accidens. Dicetur illud subiectum esse sensibile directè contra naturā sensibilis per accidens. Nam qualiter exēplum reddit Aristotelis sensibilis per accidēs de Darij filio: nisi quia apprehenso eo per sen-

Witeleff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum ex colore, figura, uel motu, adhuc manet A ignotus, quòd sit Darij filius? Et commentator de Socrate: & misceatur inter centum homines, & quomodo iudicio exterioris sensus vel interioris nullo addito quod de statura eius aut gestu alicuius relatu cognouerit? Aut si canis, uel bestia sit, qui iam primò in sensum eius ueneriț, quomodo per viam sensus ueniet in Darij filium, quia ut sic est sensibile per accidens: & tamen Darij filius visus est, & ibi siquidem loquatur auditus? Sed ut ad scripturas ueniamus, nunquid Maria Magdalena uerè vidit dominum specie hortulani, quando dicebat euangelium, quia uidit Iesum, & nesciebat quia Iesus esset? Si uidit Iesum nō solùm per accidens, sed per se, quod plus est, quomodo non comprehendit Iesum per aliquem sensum intrinsecum ex motione per se sensibilis adiacentis, ita quòd si cōmisceretur cū alijs hominibus, nō aliter posit eū B ab alijs hominibus discernere, quàm bestia? Hoc idem de duobus discipulis euntibus cum Christo ad castellum Emaus, quorum oculi tenebantur ne eum agnoscerent, non autem ne eum uiderent, ita ut postea dicerent, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, cùm loqueretur nobis in uia? Et ad cæcum natum, cui dixit Iesus. Tu credis in filium Dei? Et ille. Et quis est domine ut credam in eum? Et Iesus. Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est. Ergo qui nondum fidei oculo Iesum uidit, corporis oculo eum uidit. Et tamen quis ille est, nescit. Idcirco interrogat eum, quis ille est, ut in eum crederet. Quomodo putas ipse discerneret Iesum, quem Christus uidisse eum dixerat, à centum hominibus, quem iam oculis uidit, nec tamen cognoscit? Et quomodo item mulier Samaritana in euangelio secundum Ioannem uidit Messiam, & audiuit eum loquentem, nesciens eum ab alijs viris discernere, plus- C quàm bestia: quoùsque diceret ei Christus, Ego sum qui & loquor tecum, & quælibet talia? Ergo iste philosophus peccat cōtra philosophum suum Aristotelem, nesciens quomodo in libro suo secundo de anima cap. de uisu & uisibili assignat multos gradus de uisibili ordinatè distinctos. Nam † preter per se visibile, quod secundùm eum est color, primum subiectum affectatum eo per se sensibili, est sensatum per accidens. Ideo paruo, aut nullo intercedente uitio, circa ipsum contingit sensum errare; sicut sensus iudicat aliquando in hyeme de lunari globo, quando primò eleuatur super terram, q̄ sit ignis in patria. Secundò gradu & per accidens sensibile: quod nullo accidente inexistente subiecto pōt per sensum extrinsecū percipi directè: sed sub qualitate aliqua concepta per tem-

Io.10.

Luc.24

Io.9.

Io.4

Ar.2. de Anima text.66.

Visibilis gradus & sensibilis per accidens.

2

pus à sensu intrinseco, sicut Darij filius, uel Socrates. Vnde & perspectiui dicunt, q̄ ad huius uisionem requiritur tempus. Tertiò item gradu sunt sensata per accidens illa, quæ per nullum accidens inexistens ipsi rei cognoscuntur à sensu, sed tantùm per extraneas qualitates: sicut sol, cælum, & omnia diaphana perennis luciditatis secundùm cōmentatorem ibi, commentis. 68. & 69. Vnde ibi concluditur, q̄ quia sunt solùm potentia lucida, & per hoc diaphaneitatis perpetuæ, non uidentur colore proprio, sed colore causato in extremitate sui diaphani in igne, uel aere nostro caliginoso, non procul ab oculo. Quòd si arguatur oppositum, quia & aer est ité corpus diaphanū, conceditur: sed tamen in comparatione cælestium, est corpus obscurum: & ideo luminosus radius ibi reflexus, efficit colorem, quasi iam venerit ad extremitatem sui conspicui: sicut videmus flāmam intensiùs rubram infrà flammam: quia flamma illa plùs habet de grosso uapore. Si ergo hæc supercælestia videri possunt, & uidentur, & tamen nisi per qualitates à multis distantes millibus omnino eis extraneis: quare non uidetur corpus Christi sicut huiusmodi corpus per qualitatem sibi propinquiùs assistentem, quamuis non insistentem? Certè de cælo, sole, & stellis non potest negari, quin uidentur oculis huius carnis, dicente scriptura. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum, lunam, & stellas quæ tu fundasti. Et ad Abraham dixit dominus, Suspice cœlum, & terram: numera stellas, si potes. Vbi etiam patet sensibile per accidens remotum, scilicet, stellam, aut cælum per extraneas qualitates esse sensatum sensibili per se non sensato: quia stellas potuit Abraham sentire, & sensu percipere, earum numero impercepto: cùm tamen numerus est per se species sensibilis communis. Sed iam ad propositum. Quis idiota non uidet stellam in capite tauri, cùm tamen inter omnes stellas cæli non percipiat eam plùs q̄ bestia? ergo dicemus quia non uidit eam? Aut cùm iste magister uiderit assub inter stellas, nunquid percipit, & discernit eam à stella priusquàm ceciderit? Hæc est philosophia istius Witcleff. Certè sic uidens Christi corpus inter mille panes non sacros, non discernet ipsum ab alijs: cùm tamen ita uidet ipsum inter panes, sicut cùm uidet Hesperium inter stellas. Cætera argumenta sua huius sectæ, his defectis, modicum habent ponderis. Si enim (inquit) tam clarè intuerentur corpus Christi in sacramento: quæratur cuius coloris, cuius quantitatis, cuius figuræ est corpus Christi ibidem? & oportet eos dicere, quòd in hostia una sit albius, in alia fuscius, & in alia maius, in alia minus, &

Psal. 8.

Gen. 15.

Vuitcl.

nus, & sic dominus noster foret in una hostia A plenè rotundus. Et sic postea de sanguine in cōparatione ad alios sensus, q̄ in una hostia putre facta olet Deus in alia, quæ sit acida, acet. Et sic in ciuitatibus Deus est sapidus, cum in ruralibus acet. Hæc Witcleff. AVCTOR. Hæc, & huiusmodi ludicra si philosophiam sciret, certè pudore uictus taceret. Nam quot uidēt oculis suis solem istum, & nesciunt: cuius sit quantitatis, uel 4 coloris? Et tu ipse si stares in eminenti loco, ubi perspiceres superius hemisphærium summi cæli, & interrogarem te, cuius esset quantitatis, aut coloris: quid putas statim diceres iudicio sensus excluso rationis decreto? Quid de stellis in Arcto, quæ perhibentur esse sole maiores? Quid de arctophylace initio septentionalis circuli, & solstitij æstiualis? Quid de Abaco patre Thoantis? quas stellas, & si homines carnalibus oculis uideant, quia tamen ut tales sunt per accidens ualde uidētur, ideo si colorem, aut figuram, aut B quantitatē, uel appellationem inquireres, minimè respōderent. Aut tu dic si in uno cæli situ sol ille croceus, non comatus, in euro fuluus, flauus in austro & crinitus, & in occidente ceruleus. Et nunquid est fax ignea dum calet, & oceani undis submersa dum occidit? Sic æstimauere poetę per iudicium sensus. Et nunquid de figura eius bene senserant Manichæi, dicentes eum triangularis formæ, & esse nauem onerariam boni Dei, per quoddam foramen cæli micantem? Ecce iudicio sensuum tot & plures generantur errores de colore figura, & qualitatibus solis, quem tu ipse non potes negare uisibilem. Quid igitur mirum, si de carne saluatoris in sacramento ualde occulta propter meritum fidei, aspicientes non clarè dicant ad singula? Aptius ergo uident, & certius, qui iudicio fidei, quàm qui iudicio uisus credunt: sicut expositione super Ioannem Homi 5 li. 25. de intuentibus baptizatum Christum, syllogizat Chrysostomus, dicens. Astiterunt profi- C cientes quidem, nihil solùm autem uidentes ea quæ fiunt. Pater enim, & filius, & spiritussanctus omnia operantur. Suadeamus igitur ab enuntiatione Dei. Visu enim hæc est fidelior. Nam uisus quidem multis in locis fallitur: illam autem * inimachinabile est excidere. Hæc ille.

Chrysost. Tom. 5.

* immutabile.

AVCTOR. Bene dicit quòd uisus fallitur, quamuis Witcleff dicat uisum, & tactum esse certissimos inter sensus: sed corporati ad fidem Christi sunt incerti, & fallaciis pleni. Nihilominus aliud est de re uisa per speciem extraneam non coniunctam: aliud de re uisa per speciem informantem ipsam, & rei uisa coniunctam. Nam prima species illa non denominat nisi in genere, putà quòd est sic, uel sic sensibilis. Secunda uerò species rem ipsam in particulari denominat. Deus † noster, & corpus 3 eius in sacramento uidetur per speciem illam extraneam: non autem albet per eam, neque calet, non olet, uel acet. Sed priùs, si esses philosophus, demonstrasses species illas, sub quibus uidetur Christus, esse Christo coniunctas, informantes, & denominantes. Hæc est doctrina Aristotelis de uisibili qualitate extranea. Non †est ergo Christus noster illud album, uel rubrū triangulum, uel rotundum, quod ibi oculi carnis uident, sicut alibi pluries insultasti. Vel dic tu, quod illud croceum sine comis, ad quantitatem peluis, quod oculis corporalibus uideo in roridо mane est sol ille corporeus, qui sensibiliter calet in meridie? Insultat amplius. Si (inquit) in sacra hostia corpus Christi sic uidetur, quærerē ego ab istis fictoribus, utrū inibi stat, an sedet. Vuitcleff. Dico tibi Witeleff, quòd tu in hoc ipso fictionis notam non effugis. Quia alibi hoc argumentum per Antichristi discipulos simulas tibi factum: quod hic planè contra orthodoxos euibras. cap. 44. de sermone domini in monte. Per hoc (inquis) respondetur ad quæstiones, quibus quærunt discipuli Antichristi, utrū corpus Christi sedet, an stat in hostia consecrata. Nam corpus Christi non stat, uel sedet ibidem, nec mouetur localiter ad motum istius hostiæ consecratæ. Et citò pòst subijcit rationem, quia ad relationem non est motus (inquit.) Hæc Witcleff.

AVCTOR. Pessima causa, & hæresi plena: quia sic corpus Christi non esset ibi nisi relatio, immo relatione quid deterius, scilicet, extremus respectus. Attamen conuicini eis sunt sessio, & statio. Et nunquid ideo prohibentur contrahere nuptias cum habitu respectiuo nisi motus localis in ecclesia respectiuorum publicè missam celebret nuptialem? Rideo fateor risibile fundamentum. Fides † ecclesiæ meliùs dicit: Chri- *Christus in sacramento non sedet, nec stat, nec est coloratus, nec quantus.* stum in sacramento, scilicet, nec sedere, uel stare, nec coloratum, uel quantum esse: quia est ibi tantùm in ratione suæ nudæ corporalis essentiæ: non autem ut qualitatibus, uel quantitatibus suis amictæ. Sufficit autem simplici alicui sic respondere proteruo, quòd corpus CHRISTI, quod est corporaliter in sacramento, uerè sedet ad dexteram DEI patris in Vuitcleff. cælo: sicut dictatur in symbolo. Accusat iterum orthodoxos antiquos iste serpens de crurifragio saluatoris. Si (inquit) audimus dominum in fractura hostiæ: cùm ipsa sit nisi fractio corporis quod auditur, oportet concedere, quòd Christus frangitur, quod est horribilius, quàm Io.19. opus militum, qui ut dicitur Ioannis. 19. ad Iesum cùm uenissent, non fregerunt eius crura; quia Exod. 12. de agno paschali figurante Chri- Exodi. 12. stū precipitur, Os non comminuetis ex eo. Mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tō magis ergo de corpore Christi uiuo & glorificato Christiani non frangerent eius membra. Hæc ille. AVCTOR. Bene nouit hæreticus fideles nō sic dicere nec sentire: sed euomit scādala sua contra sacrum Christi corpus: ne crederetur ibi scūdùm suam essentiam uerum corpus, 6 sed nudum signum fictum. Ecclesia † nanque Christi semper docet, & docuit, corpus domini nostri non frangi secundùm propriam formam, sed in specie sacramenti: sed nec uisum esse, uel auditum ibi in genere proprio, sed in sacramento. Sicut possemus dicere regem læsum: si quis pallium regium laceret: non quidem secundùm se, sed in amictu eius satis à suo corpore separato. Vnde & Dauid percussit cor suum, cùm præscidisset oram chlamydis Saulis, dicens, Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, ut mittam manū meā in eum, quoniam Christus domini est. Adiudicauit enim se misisse manum in regem, quia commisit eam in chlamydem. Et dominus Iesus interrogat (Lucæ. 8.) quis eum tetigit, quod & Petrus recitat Marci. 5. cùm mulier illa sanguinaria uestimēta eius tantùm tetigisset à retro. Qđ & quæstio Christi testatur in Marco. Quis (inquit) tetigit uestimenta mea? Nec putet aliquis Christum de tactu tantùm per fidem & desiderium cordis, & non de tactu corporis hanc edidisse quæstionem: quia diu antè tactum istū mulier ægra per fidem & desiderium cordis Christum illo modo tangebat. Ideo refert Marcus illam per se dixisse: quia si uel uestimentum eius tetigero, salua ero. Hoc ergo cùm primò diceret, non dubium fide tetigit, sed nondum sanitatem accepit: nec Christum testantem se tactum audiuit quousque corporis manum cum bona fide uestibus premeret saluatoris. Hoc enim facto, statim Christus se tactum detegit, & statim uirtutem à se exisse pronuntiat. Argumentū est, C q̄ sacramenta fidei fide tantum, uel amore nudo percepisse non sufficit, ad hauriendum uirtutem, & gratiam de fontibus saluatoris: si corporaliter carnalibus membris & sensibilibus ea capere asit facultas. Redeamus ad prima: & dicamus † Christum sensibilibus manibus æquè, aut amplius in sacramento tactum, sicut tangi posset per simbriam. Et sicut Dauid sensit se præscidisse corpus regis in abscisione ore clamydis eius, cùm nullum membrum eius uiolasset, aut læsisset in se, Cur non manducant fideles ad sensum, & frangunt corpus domini in simbria sacramenti, sine omni fractionis iniuria mēbri Christi? Sic exponit rem istam in de uerbis domini, ut de consecratione distinctione secunda capit. Qui manducat me, Augustinus. Non (inquit) timeamus fratres manducare istum panem, ne

1. Reg. 24.

Luc. 8.

Mar. 5.

Solinis arg.

7

Aug. To. 10.

A fortè sumamus illum, & posteà non inueniamus quod manducemus. Manducetur Christus: uiuit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit: & norunt fideles quemadmodum manducent carnem, uel corpus Cristi, unusquisque accipit partem suā. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo. Per partes manducatur in sacramēto, & manet integer totus in corde tuo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quàm planè Christus manducatur in sacramento, & per partes quidem in sacramento, sic diuiditur, sic sit dicit Augustinus. Sacramentum illud nunquid corporeum quid est? Secūdùm illud ergo Christus corporaliter manducatur, & per partes diuiditur: certè non sua in natura: quia sic manet integer totus in cælo, totus in corde tuo, & totus integer in sacramento. Sic item in epistola sua prædicta ad Haimericum Yuo. Nos (inquit) immolatum Christum sic manducamus, & bibimus, ut integrum eum manere ad dexteram patris credamus: & cùm semel distinctione membrorum suorum in manifestatione corporis sui se obtulit hostiam uiuentem, passibilem & mortalem: quotidiè tamen sub uelamento panis, & uini, a sancta ecclesia immolatur: & non in partes scissum, neque cruentum corpus eius fidelium ore percipitur: & hoc est, quod dicitur. Nō hoc corpus, quod uideris, manducaturi estis. Neque enim quod de altari sumimus, uerum corpus esse Augustinus negaret, qui hoc in plerisque tractatuum suorū locis euidenter affirmat. Hæc ille. AVCTOR. Euidenter ergo fides antiquę docet ecclesiæ corpus Christi gloriosum & multiplicatum in sacramento sensibiliter esse comestum, & fractum, & in partes diuisum, quod in propria sua natura nullam sustinet molestiam passionis. Sic enim primo Machabæorum: multæ animæ dicuntur esse peremptæ, quarum nulla secundùm se sensit peremptionis iniuriam, sed secundùm carnem indutam. Nec ut hæretica desipientia garris, sacerdos frangit Christi collum in hostia, siue crura, uel caput: sed totam hostiam sine distinctione partium corporis nominanda in sacramento confringit. Quòd autē agnum paschalem in exemplum adducis, contrate est. Nam cùm figura corporis Christi frangi non debuit, cur tu figuram panis tui confringis? Sed cuius ossa fracta non fuerant, carnes poterant ad commendendum confringi. Non ergo contra figuram nos facimus, si carnem Christi in sacramento diuidimus, qui tamen & carnes, & crura, & omnia sacra membra in seipsis inconcussa seruamus. Iterum arguit, q̄ moderniores doctores negant corpus Christi corpora

B

Ioh. 6.

Vuiclef.

liter

liter in sacramento uideri, quia (ut inquiunt) nihil uidet ab oculo, nisi secundùm formam trianguli: cuius conus est in oculo, & basis in ipso uisibili: sed corpus domini cùm sit multiplicatum ad omne punctum hostiæ, non terminat talem basim. Ideo secundùm ucra perspectiuorū principia non sic uidetur oculo corporali. AVCT. Mendax semper in mendacio deprehendendus est. Nam etsi quidam moderni doctores sic negent, intelligentes non uideri secundùm se, utrationes eorum ostendunt, tamen doctor ille subtilis; qui illud argumentum assumpsit, manifestè posse sic uideri cōcedit. Vnde sic habet. Ad quæ 8 stionem (inquit) dico † q̄ Deus de potentia absoluta posset in glorioso oculo causare, uel non glorioso uisione istius corporis, licèt istud corpus nusquam esset nisi in eucharistia. Et probat primò. Quia uisio est forma absoluta, ergo sine contradictione potest fieri sine respectu præsentialitatis ad obiectum, uel quòcunque tali respectu. Secundò assumic q̄ nullius uisio etiā sic causata posset esse corporis ut hic primò: quia hoc includeret corpus ut hic, uel etiam causam primò uisionis, uel etiam proprium, & primum terminum uisionis. Sed corpus ut hic neque potest causare primò, neque terminare: quia tā cautio, quàm terminatio talis requirit in obiecto primo causante, uel terminante dispositionem debitam, & hoc secundum locum, ut pote approximationem, & debitam distantiam. Sed corpus istud, ut hic non potest debitè approximari, nec distare debitè, quia non est in loco, ut hic. Hæc duo argumenta plùs uidentur nobis conferre, q̄ petimus: scilicet q̄ corpus Christi posset ibi uideri synceriter sub immediato uisibili primo, etiam ab oculo non glorificato. Hæc fortè si Wicleff intellexisset cùm legit, non tam leuiter mentiretur. Ad illud argumētum exercitij placet, q̄ quicquid sic uidetur, sub tali uidetur triangulo, imò secundum perspectiuos sub tripertita uidetur pyramide uirtutis uisibilis: & lucis orientis super planum dati sensibilis: quarum omnes coni sunt in oculo, & bases in re uisa. Sed si semper locabis basem pyramidis uisualis immediatè super re ipsa qualitercunque uisibili: nunquam uides hominem, nunquam cælum, nunquam solem, quia axis uisualis ab oculi centro progrediens, non potest in essentiam hominis protendi, ut habeat ibi punctum sine qualitate, uel quātitate superducta illi essentiæ, puncto suo finali conterminum loco centri. Et item cùm ipsum hominem per sensibile proprium uidet, non tamen totum aliquando simul, sed solum partem eius ipso intuitu oculi simul uidet. sicut in de uerbis domini sermone. 36. Augustinus docet, dicens. Quicquid enim aspicis, non totum aspi-

Resp.

Aug. To.

A cis. Cuius hominis faciem uides, dorsum non uides, eo tempore, quo faciem uide. Et quādo dorsum uides, eo tempore faciem non uides. Sequitur. Tractas quod uides: uersas huc atque illuc: uelut ipse circuis, ut totum uideas. Vno ergo aspectu totum uidere non potes. Et quandiu uersas ut uideas, partes uides. Et contexendo quia uidisti alias partes, uideris totum inspicere. Nō autem hoc oculorum uisus: sed memorialis uiuacitas intelligitur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si unquam uidisti hominem, dic ubi locasti ueram basim tuæ pyramidis, sub qua totum uideris uno intuitu: cum nūquam uirtus ipsa sub axe uisuali sese multiplicans potuit uenire nisi ad partem? Nec sic ad extremū diaphani solis, uel cæli primi uirtus ipsa perueniet, in quo reperiri poterit ratio uisibilis primò causans, aut terminans uisionem. Dicēdum igitur, sicut reuera est, q̄ basis illa trinæ pyramidis erit in plano primi per se uisibilis: sub quo omni immediatione naturæ fit res ipsa uisibilis gradu tertio, uel secundo per accidens: sicut substantia uidetur parietis sub basi pyramidis locata in suo colore quā B to. Sol autem, uel cælum in basi pyramidis locata in extremo perspicui nostri ignis, uel aeris caliginosi uersus aspectum quia ibi causatur qualitas illa extranea, sub qua uidetur corpus ipsum diaphanum. Ita † Corpus Christi in sacramento 9 uidetur sub basi pyramidis causatæ in colore de quantitate panis ad extra sensibili: non in propria sua essentia, quia nec hoc facit ulla substantia in seipsa.

QVO'D NECESSARIVM EST ILlam partem tenere de uisibilitate corporis Christi, ut simus conformes canonibus, prouidentibus hoc modo contra hæreses.

Cap. LVI.

C

S V M M A.

1 *Corporis Christi uisibilitas in sacramento quæ re potiùs sit admittenda, & tenenda, quàm contrarium.*

2 *Corpus Cristi, q̄ frangatur in sua essentia sub sacramento, non autem in sua essentia nudè, & purè secundùm se.*

3 *Paschasius, quid de uisibilitate corporis Christi in sacramento, dicat.*

4 *Christi caro quare lateat in sacramento, ostenditur.*

5 *Christus, qui sedet ad dexteram patris, quòd sacrificij tempore hominum manibus con-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tineatur, ex Basilio, & Chrysostomo, ostenditur.

6 *Hugonis de corporis Christi in sacramento uisibilitate dictum recensetur. Et quomodo antiquorum, & Canonum in hoc sequutus fuerit professionem.*

7 *Ioannes de Baconis, quomodo positionem de uisibilitate corporis Christi in sacramento necessario sequendam putet. &c.*

8 *Causæ tres concedendi angelum esse uisibilem, nõ sic corpus Christi, ab Vuitcleff assignatæ, improbantur.*

9 *Angeli quatenus animalia à Gregorio dicti.*

NEc quisquam leuiter patiatur q̃ cum utrunque dicatur rationibus separatis de Corpore Christi: puta, q̃ sit penitus inuisibile in sacramento oculo corporis, sicut dicunt quidam doctores, & canones: & iterum, quòd si benè sensibile in eodem, sicut quidam magni, ut suprà contulimus, asserebant: quare uiam secundam legimus, non obstante, q̃ sanctus Thomas, Bonauentura, & alij, primam præferunt esse tenendam: quia
1 † cunctis inspectis cùm utraque sit modo suo uera, secunda plus continet abundantis cautelæ contra hæreticos: & conformior est sanctis canonibus, & sensui sanctorum patrum roborantium Christi fidem. Nam uiam illã obstuere necesse est, per quam hosti patet introitus. Sic dũ Ariani hæretici fremebant contra diuinitatem Christi diligenter clauserunt ora sua patres ecclesię, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, & alij ne dicerent aliqua ex parte Christum esse creaturam: quia à peruersis putarentur intelligi Christum puram dicere creaturam. Iterum cum Eutichiani boatus suos misissent in orbem cõtra humanitatem assumptam, Hieronymus libero ore
C proclamat Christum creaturam. Ita de fide uenerabilis eucharistiæ ex quo surrexerunt quidã de synagoga sathanæ signorum cultores, & figurarum inanium nihil in se corinẽtium quod signarent doctores idololatræ: tutum uidebatur sanctis præsulibus, & peritis ecclesiæ declarare, q̃d ex fide scripturæ, & apostolorum per successiones episcoporum & plebium hactenus sapue-
2 runt, ueram s. substantiam corporis Christi & sanguinis eius sub speciebus illis carnaliter prorijs corporalitatibus contineri. At cùm contrà Berengarium arguerent, corpus ibi non esse, sed sacramentum, id est, signum solam: quia pălpari non poterit, aut uideri: iterum decreuit ecclesia, q̃ & sensualiter tractaretur ibi, & frangeretur: non tantum sacramento, sed secundùm suam proprium essentiam in sacramento. Ex istis cortè & cæteri profluxerunt: ut puta Berengariano rum hæresis, qui hostiæ cùm leuaretur, nõ assurgerent, nec reuerentiam exhiberent: de quibus in clementinis de hæreticis cap. Ad nostrum. Et alij citeriores Valdenses, & nostri Wicleuistæ moderni, qui cùm leuatur hostia benedicta, in cælum tollunt aspectum, dicentes palam se ibi corpus adorare ubi est, non ubi non est, nec uideri potest à quoquam. Cõtra omnes hos decreuit Nicolaus Papa feliciter cum sacro concilio Cõ Nicolaus Papa.
stantiniano Romæ, cùm confessionem Berengarianam sic formasset. Ego Berengarius indignus ecclesiæ sancti Mauritij Andegauensis Diaconus cognoscens ueram catholicam & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præ
3 cipuè eam, de qua hactenus infamatus sum, quæ astruere conatur, panem, & uinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse: & non posse sen
B sualiter, nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari uel frangi: aut fidelium dẽtibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ ecclesiæ, & apostolicæ sedi, & ore, & corde profiteor de sacramentis dominicæ mensæ eandem fidẽ me tenere, quam dominus & uenerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus auctoritate euangelica & apostolica tenendam tradidit mihiq̃; firmauit, scilicet panem, & uinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solùm sacramentum, sed etiam uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter, non solùm sacramento: sed in ueritate, manibus sacerdotum tractari, ac frangi, & fidelium dentibus atteri. Hæc ille. AVCTOR. Hic uideri potest, quanto pondere uerborum curauit papa cum synodo affirmare uerum corpus Christi tractari sensualiter; atque frangi, non in
C sacramento tantùm ideſt per tracturam signi tãtum: quia hoc esset incidere laqueum Berengarij, sed ipsius propriæ substantiæ corporis Christi in sacramento: & sic secundùm eãdem essentiam corporaliter ibi contentam, fidelium dentibus esse contritam. Si autem instet sophista: secundùm hoc corpus Christi tangeretur, & frangeretur ibi secundùm suam essentiam: Respondeo cum decreto præfato, q̃ † corpus Christi frangitur ibi in sua essentia sub sacramento, nõ autem in sua essentia nudè & purè secundum se, hoc est dicere, secundum essentiam, quia hoc uitauit Papa, q̃ nihil teneretur, aut tractaretur ibi de corpore Christi nisi signaculum tantum. Ideo concedi debet etiam substantiam corporis Christi ibi teneri, & frangi: sed hoc per medium sacramenti, sicut essentia hominis uidetur sub colore tanquam sub sensibili primò, ipsa uerò substantia hominis per accidens secundò. Et item

patens

patens est quantã Wicleff patiebatur authoritatis egentiam, quando de prædicto decreto assumpsit sibi colorem de pane suo cibario: quia dicit decretum panem & uinum post consecrationem corpus & sanguinẽ domini nostri Iesu Christi esse, Tũ, quia hoc nõ est dicere panẽ & uinũ post consecrationẽ, panẽ & uinũ esse, imò nõ panem, neque uinum, sed corpus & sanguinem Iesu Christi: sicut dicens, hunc lapidem post horam aurum uerum esse, aurum uerum ibidaturus esset, non lapidem. Tum etiam, quia hoc idem corpus sensualiter: & non sacramentaliter tantum, tractatur ibi, & teritur. Panis autem illius solùm tractatur ibi sensualiter in sacramẽto. Aliud ergo est panis eius, aliud corpus Christi, quod sensualiter sic tractatur. Hac ergo necessitate propellendi hæreses coacti sunt partes in hanc professionem decernere sanctam carnem Christi & sanguinem sensualiter, ideſt, indistinctè sub sensibus conuersantem. Vnde eorum auctoritate & necessitate Christianiùs sentiendum
B est, & conformandum canonicis regulis, quàm propter paucas leues rationes topicas quicquã uel in uerbo sentire diuersum: maximè cum assertio illa, quæ corpus Christi uisibile reddit, hæreses multas strauit, putà Berengarianam, Catharianam, Witoleuisticam, & omnem signifera
4 rorum cohortem. Assertioni verò illi, quæ corpus Christi ibi ponit omnino inuisibile, quantum adhuc legi, nullus hactenus olfecit hæreticus, quinimo omnes gaudent illud potiùs confirmare per locum à superiori negatiuè, quia corpus illud nullatenus est ibi: idcirco nec est uisibiliter ibi. Hoc enim clarissimis etiam uiris in ecclesia post decretum præfatum uidebatur esse sequendum. Vnde magnus PASCHASIVS in
Paschas. tractatu finali, libri sui de corpore & sanguine
3 domini sic scripsit. Quidam † loquacissimi magis, quàm docti, cùm hæc credere refugiunt, quę cunque possunt, ne credant quæ ueritas repromittit, opponunt, & dicunt nullum corpus esse, quod non sit uisibile, & palpabile. Hoc autem inquiunt, quia enim mysteria sunt, uideri neque
2. Cor. 4. unt, nec palpari, & ideò corpus non sunt: & si corpus nõ sunt, in figura carnis & sanguinis hęc dicuntur, & non in proprietate naturæ carnis. Christi, quæ passa est in cruce, & nata de Maria uirgine. Ecce quàm bene disputãt contra fidẽ, sine fide, ne credant: quia fides nõ corũ est (teste Apostolo) quæ uidentur, sed quæ nõ uidẽtur. Vn
Hebr. 11. de quia non uidentur, mysteria sunt, & sacramẽta: & ideò in fide hoc sunt, quod dicuntur, & ueritas restatur. Sequitur. Alioquin præfata sancta Synodus Ephesina, cui contradicere, nulli fas est, plùs quàm Euangelio, nunquam auderet abnegare, quod ✠ abnegãt, nisi ex Euangelio, &
C affirmare uerè uiuificatricem carnem Christi in hoc sacramento, & ipsius uerbi propriam factã. Vita enim naturaliter, (inquiunt,) vt Deus existens, quia propriæ carnis unitas. Vnde nescio an apertiùs de his dici possit, aut si manifestius, ubi totum, quod est Christus, prædicatur: non in figura, sed in re, & in proprietate, atque in natura, quæ uita naturaliter vt Deus existit: & ideò nõ uirtus tantum, sed proprietas naturæ iure creditur. At per hoc isti, qui negant hoc uisibile esse mysterium, atque palpabile, non ob aliquid aliud agunt, nisi ne credant, & ne sit quod ueritas ait: hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus. Hæc ille. AVTHOR. Lucidè satis, dixit Paschasius quantam occasionem negare sensationem sacramẽtorum dedit errantibus. Et Paſch.
concluſit ideo negatum uisibile esse mysterium, ne crederetur uerum, quod Christus ait, Hoc est corpus meum. Statimq; probare incipit carnem illã in sacramento in seipsa fore uisibilem, quãuis non in seipsa. ibi. Ascendant ergo hi, ubi Christus est in dextra patris, & inuenient uisibile, & palpabile ipsum eundemq; Cristum, quem
B requirunt. Nos autem quia per fidem ambulamus, & non per speciem credimus, & communicamus interdum quod latet. & est uerũ in mysterio: quia † omnino si non lateret, fides, & mysterium nõ esset. Vnde fit uisibile, & palpabile in Christo quod accipimus, & inuisibile in mysterio, & in fide caro uerbi in spiritu sancto propria facta, & una eademque passa est, & nõ alia. Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit Paschasius si omnino non lateret caro Christi in mysterio, sed uideretur sine ænigimate, sicut est in seipsa, tunc sacramentum non esset, nec obiectum fidei, sed species oculi. Sed est uisibile, & palpabile in Christo quod accipimus, tam in cælo, quàm in sacramento: & tamen sic inuisibiliter Basilius.
in sacramento. Quemadmodum antiquus ille pater BASILIVS ait, ut habet memorabilis illa Leodiensis epistola ad Henricum Regem Frãcorum de condemnatione Berengarii & Brunonis. O † miraculum, ò Dei in nos beneuolentia
C Qui rursum sedet ad dexteram patris: sacrificij
5 tamen tempore hominum manibus continetur, traditurque lambere cupientibus eum. Hæc ille, AVTHOR. O uerbum plenum fidei non sacramentum eius extrinsecum, non inane, & nihil continens signum: sed ille, qui sursum sedet ad dexteram partis, sacrificij tẽpore hominum manibus continetur. Ergo manibus palpatur, & à potiori oculis uidetur: traditurque lambere cupientibus eum. Ita ergo quomodo manibus hominum corporaliter continetur: taliter: corporalibus faucibus corporaliter lambitur, & gustatur, in ipso, scilicet, sensibili sacramento,

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysost. To.5.

rió sic sensibiliter sine signo. Istam clausulá glo A rioſi Basilij, sanctus pater CHRISOT. notare non distulit, & sibi ipsi assumere in libro suo dialogorum, quem cum eodem Basilio amico suo composuit libro tertio. O miraculum, ô Dei in nos benevolentia, qui ruetum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur, tradi, vrque lambere cupiē ribus eum: & cum bona ratione complecti, fit que hoc totum sub oculis humanis. Hæc ille. AVCTOR. Hoc, quòd iam Chrysostomus ait, ad propositum nostrum facit. Hoc, inquit, totum fit sub humanis oculis, oculi humani sunt oculi corporis, oculi mētis, sunt oculi spiritus, velut item angelici. Sub oculis ergo carnalibus hoc totum fit, scilicet quòd tenetur manibus hominum, qui sedet ad dexteram patris: & traditio eius ad lambendum, & edendum: hoc totum videtur oculis humani corporis. Hanc item professionem antiquorum & canonum sequutus est B libro. 2. de sacramentis, parte octaua. cap. 7.

Hugo. 6 Quod, † inquiens, nunc visibiliter secundùm sacramenti speciem, & corporaliter secundùm carnis & sanguinis Christi veritatem Christum in altari sumimus, sacramentū est, & imago, quod ipsum eūdem inuisibiliter & spiritualiter secundùm grātiæ infusionem. & Spiritussancti participationem in corde sumere debemus. Ergo diuinissima Eucharistia, quæ in altari, & secùdùm panis & vini speciem, & secundùm Christi corporis & sanguinis veritatem visibiliter & corporaliter tractatur: sacramentum est, spiritualis participationis Iesu, qui intus in corde per fidem & dilectionem percipitur. Hæc ille. AVCTOR. Conferuentur verba doctoris, nunc visibiliter secundùm sacramenti speciem Christum sumimus, & corporaliter secundùm corporis & sanguinis Christi veritatem: ergo visibiliter manducatur Christus, & sic videtur secundùm sacramenti speciem, non illa species tantum, sed Christus in illa, qui etiam corporaliter secundùm corporis & sanguinis Christi veritatem absumitur: non corporaliter corporalitate panis & vini secundum sophisma Witcleff, sed corporis & sanguinis Christi Iesu. Et sic concludit diuinissimam Eucharistiam in altari tractatam visibiliter & corporaliter secundum corporis & sanguinis Christi veritatem, per panis & vini speciem, esse sacramentum spiritualis participationis Iesu. Non ergo solùm spiritualiter manducatur, si suprà sacramentum sumptionis spiritualis alterius, vt Witeleff delirat: cùm tunc sit spiritualis sumptionis alia sumptio spiritualis imago, & iretur in infinitum. Hunc patronum suum sequitur magister Petrus in sententiis. Vnde cùm de inuisibilitate, vel in

Mag. sent. li. 4. d.

sensibilitate corporis Christi in sacramento fecit mentionem, statim expositionem adiungit, sic esset scilicet insensibile ibi secundum formā propriam. Sic item vt suprà scribitur, doctor ille verè subtilis ccedit item oculo viatoris possibile iuitiuē cōspicere corpus Christi in sacramento per speciem propriam. Quid credis concederet de intuitu eius remoto per extraneam qualitatem? Qualiter Tobias vterque Raphaelem vidisse negari non potest, & audisse loquentem: qui vtique fuit inuisibilis de natura; non secundùm quendam modum. Et Deus pater videbatur in rubo. Deus filius in carne, Deus Spiritussanctus in columba, & nube. Ista passim conceduntur in scripturis, & opusculis patrum veterum, & nouorum. Si causeris dissimilitudinem tam remotam carnis & panis, longè dissimiliores sunt Deus & nubes, verbum & caro. Si insensibilitatem carnalis essentiæ deducta qualitate, quantūcunq; singula subtrahant, nunq; ꝑt caro crescere ad simplicitatē inuisibilē angelici spiritus qn sic qlibet spiritus est eo īsensibilior infinitè. Deus autem infinities simplicior, & per consequens insensibilior, q̄ vterque. Hanc † item positionem necessario sequendam putat Doctor IOANNES DE BACONIS oppido super quartum sententiarum, propter pondus sanctorum canonum, quibus exprimitur esse fides corpus Christi sensualiter manibus tractari, & frangi, quantò magis videri; tum quia minus glorificationi, aut spiritualitati cuiusquā repugnat corporaliter videri, quàm tangi: tum quia malignandi locum non substrahemus hæreticis, qui arguere solent: quod est inuisibile, est intangibile. Et annectit prædictus Frater Ioannes periculum de obuiando sanctis canonibus. Memorabilis item Doctor FRATER GVILHELMVS qui librum validè scintillantem edidit contra ter damnatum Trialogum huius Witcleff, valde necessarium sentit esse sic dicere pro remouendis hæresibus, sumens ad exemplum hominem plenè armatum, quem visum esse dicimus, & sentimus, cùm tamen de sic iudicando posset error contingere. Nec tamen putet quis doctores illo toto orbe præclaros, sanctum Thomam, Bonauenturam, & alios: his prædictis sentire contraria, quamuis dicant corpus Christi ibi inuisibiliter contineri, nec istos illis, cùm dicunt ipsum corpus inuisibile, manu carnis esse tractabile: cùm ipsi hoc faciant in distinctis codicibus: quod doctores priores, & multi canones in coniunctis sibi sine separatione sententijs. si sua forma ibi insensibile esse, in aliena tamen forma sensibile. Et vix de antiquis quenquam faciliter legerim dicentem corpus illud ibi inuisibile: nisi citò coniunxerit, in aliena tamen forma uisibile. si-

Aug. To.2.

Ambr. To.5.

Vuitleff assignat tres causas, quibus suis posse concedi Angelum esse uisibile.

Tob. 12.

Exo. 4.

Matth. 3. Luc. 3.

Impossibile, ut dicit.

Isidor. de Eccles. 4. Sent. d. 8. Gabr.

Ambrosius Tom.

Beda Lu. 1. Io. 17.

Io. 1.

le. sicut beatus Augustinus in libr. de uidendo Deum ad Paulinam, omnino necessarium esse concludit propter finem scripturæ, ꝙ Deus, & Angelus possunt uideri. sequens uerbum illud Ambrosij lib. 1. super Lucā ca. 1. quòd Deus uidetur ea specie, quam uoluntas elegit, non natura formauit, sua scilicet diuina, secundùm Augustinum. Assignat † tamen Witeleff tres causas 8 concedendi angelum esse uisibilem, non sic corpus Christi. ca. 7. de Eucharistia. Prima (inquit) quia figura, & motus, & uox uiua, quæ apparent in corpore assumpto per Angelum, significant expressius præsentiam rationalis naturæ, quàm significat hostia, uel suum accidēs corpus Christi: ideò solo intellectu & fide illud concipitur. Secundam causam uidetur beatus Gregorius notare, quòd Angelus, cùm sit rationale animal, assumpsit corpus in unitatem personæ: & sic uidēdo illud corpus, uidet homo suppositum, qd̄ est Angelus. Et tertiò, quia natura Angeli est in corpore illo definitiuè, sed corpus Christi licēt sit ibi uerè, & realiter, tamen est ibi non ueriùs, B quàm sacramentaliter, ut in signo. Hæc Witcleff. AVCTOR. Pessimum philosophum, & stolidum Logicum in hac fabulatione se monstrat, & non minus Theologum improuisum. Primò, qa sequela contemnitur. Istæ res plùs faciūt ut uideatur homo quàm busto ergo busto non uidetur. Item color est primum, & potissimum signum promouens ad uidendum, ergo per modū tuum arguendi expressius significat præsentiam uisibilis corporis, quam figura motus, uel uox præsentiam Angeli. Item polus arcticus nō uidetur ex motu: quia supponitur esse immobilis, nec ex figura sua, quia non sic figuratur, nec ex uoce, quam non habet, & tamen sensibilius uidetur Angelo. Item quid uox ad uisum? Vnde in prologo Lucæ, Ambrosius. Vox, inquit, non uidetur, sed auditur: uox enim quid est nisi sonus, qui nō oculis ceruitur, sed aure percipitur? C Hæc ille. AVCTOR. Quò ad tertiam item causam coniunctim primæ: Deus uidebatur in flamma & in nube: & tamen figura flammæ, uel nubis cum motu, uel uoce non expresse significauit ibi præsentiam rationalis naturæ, quibusdam dicentibus tonitruum esse factum. Et Spiritussanctus uisus est in columbæ specie. Nūquid erat ibi definitiuè? Et nunquid illa species significauit expresse naturam rationalē esse ibi præsentem? Vnde cap. iam dicto, ubi Augustinus eū allegat, dicit Ambrosius. Acquiescatur, (inquit) necesse est, si Deum patrem nemo uidit unquā, 9 filium uisum esse in ueteri testamento. Et infrà. Aut certè refelli non potest, uel patrem, uel filium, uel certè Spiritumsanctū, si tamen est Spiritussanctus uisus, ea specie uideri, quam uoluntas elegit, ponit. Item color est primum, & potissimum signum promouens ad uidendum, ergo per modū tuum arguendi expressius significat præsentiam uisibilis corporis, quam figura motus, uel uox præsentiam Angeli. Item polus arcticus nō uidetur ex motu: quia supponitur esse immobilis, nec ex figura sua, quia non sic figuratur, nec ex uoce, quam non habet, & tamen sensibilius uidetur Angelo. Item quid uox ad uisum? Vnde in prologo Lucæ, Ambrosius. Vox, inquit, non uidetur, sed auditur: uox enim quid est nisi sonus, qui nō oculis ceruitur, sed aure percipitur? C Hæc ille. AVCTOR. Quò ad tertiam item causam coniunctim primæ: Deus uidebatur in flamma & in nube: & tamen figura flammæ, uel nubis cum motu, uel uoce non expresse significauit ibi præsentiam rationalis naturæ, quibusdam dicentibus tonitruum esse factum. Et Spiritussanctus uisus est in columbæ specie. Nūquid erat ibi definitiuè? Et nunquid illa species significauit expresse naturam rationalē esse ibi præsentem? Vnde cap. iam dicto, ubi Augustinus eū allegat, dicit Ambrosius. Acquiescatur, (inquit) necesse est, si Deum patrem nemo uidit unquā, 9 filium uisum esse in ueteri testamento. Et infrà. Aut certè refelli non potest, uel patrem, uel filium, uel certè Spiritumsanctū, si tamen est Spiritussanctus uisus, ea specie uideri, quam uoluntas elegit, ponit.

A tas elegit, nōnatura formauit, quia spiritū quo que uisum accipimus in columba. Hæc ille. AVCTOR. Iam sustineat Witeleff duas causas suas, primam & tertiam. Spiritussanctus in linguis igneis, & in columba uisus est, secūdùm fidem: & uerbum in carne: & nullus istorum fuit in istis speciebus definitiuè: ergò esse infra uisibilem speciem, uel non definitiuè nihil agit ad uisibile esse, uel præiudicat. Item istæ species linguæ igneæ, & columbæ cum confuso sonitu, nō tam expresè significant præsentiam rationalis naturæ, ut species panis Christi carnē: quia ista sibi conueniunt in genere propinquo: illa distāt per oppositas differentias rationalis & irrationalis, sensitiui, & insensitiui. Causa autem eius secunda est falsaria sancti Gregorij, & hæresis contra fidem: nusquam enim dicit Gregorius Angelū assumpsisse corpus in unitatem suppositi, sed tanquam instrumentum ad exemplum ministerium sibi commissum, sicut bene monstrat idem Gregorius lib. 28. Moralium cap. 4. dicens, Nisi Angeli nobis in terra nuntiantes ad tempus ex aere corpora sumerent, exterioribus profectò nostris obtutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex cælesti elemento gestarent. Hæc ille. AVCT. His uerbis satis patet sanctum Gregorium non fuisse consentaneum illi Platonico Apuleio de incorporatione Angelorum: qualem item quidam decepti putant fuisse Augustinum tertio super Gene. ad literam, c. 3. Reuera nec est, sed tantùm ostendit: quod & si sic diceretur, non oportere tamen sequentes uiolare scripturas. Vnde & 21. de ciuitate Dei, c. 10. probat absolutè præuaricatores Angelos sine corporibus sic unitis, corporalibus tamen flammis sic adhærere posse, ut accipiant ex ignibus pœnam, non dantes ignibus uiram. Et hoc ab antiquo Dionysio in cælesti hierarchia, & Ioanne Damasceno tota traxit ecclesia, à qua non ad momentum se separauit sanctus Gregorius. Vnde & idcò iam dicit, Nisi Angeli ad tēpus ex aere corpora sumerent, nec enim sibi assumerent corpora, si ipsis essent connaturalia, sed à prima creatione contraherent, nec ad tempus, quia non sua administratione expleta possent deponere, si forent de sui integritate suppositi. Quia quātum ad spiritum hoc fuit Christo in priuilegium, quòd habuit potestatem ponendi animam suam, & quātùm ad naturam integram, nunquam eam absoluit. Verunt amen † ꝙ Gregorius in Homilia Epiphaniæ dicit Angelos animalia rationalia. Hoc dicere procul est ab unione suppositali, sed dicit secundùm apparere pro tempore non secundùm esse. sicut etiā in Homilia Ascensionis, dicit, ꝙ Angeli uiuunt

Aug. To.5.

Angelus nō assumit corpus in unitatē suppositi.

Gregorius. To.1.

Gen. 18.

Angeli quatenus dicti animalia.

sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentiunt,& discernunt: quasi diceret, In assumptis corporibus ministerijs suis aptis, hæc opera uitæ apparenter exercent. Quasi item sentiãt cum hominibus,& discernant. Sed in re ipsa animalia non sunt, quia solùm ad tempus corpora ista sumunt, & cùm volunt, assumpta deponunt.

¶QVO'D CORPVS CHRISTI COmeditur in altari corporaliter in natura panis, & corporaliter comeditur in sacramento.

CAP. LVII.

SVMMA.

1 *Caro quid. Et quomodo sumatur ibi, Iam non nouimus Christum secundùm carnem: secundùm Augustinum.*

2 *Manichæus, & Vuitcleff hæretici, quomodo uterque tentat sub æquiuoco carnis uocabulo seducere Christianos.*

3 *Anselmus quid de Christi carne dicat. Et qualiter in mysterijs sit considerandа. Et quid item Damascenus.*

4 *Corpus Christi, quando ore corporali corporaliter manducetur, & quando spirituali ore cordis spiritualiter comedatur, & hauriatur, ex Lanfranco aduersus Berengarium.*

5 *Vuitcleff, qui dicit se notasse ex dictis Augustini, quòd caro, & sanguis solùm spiritualiter sunt edendi, confutatur. Et multa de hoc ibi.*

NE obijceret sibi corpus Christi esse hostiam consecratam corporaliter: qa corpus Christi comeditur in altari corporaliter secundùm primæuam fidem ecclesiæ, Witcleff hanc fidem mutilare nõ destitit, dicens ipsum manducari ibidem spiritualiter tantùm. ca. 1. de Eucharistia. Nihil horribilius, q̃ necessariò mãducare carnaliter carnem, & bibere carnaliter sanguinem hominis tam renerè prædilecti. Sequitur. Ideò Christus dicit Apostolis, quòd sensus carnalis ipsis non proderit, sed spiritus est, hoc est, spiritualis sensus, qui uiuificat. Hæc ille. AVCTOR. Vbi primo capienda est nostra vulpecula, q̃p istũ terminum carnaliter, uel carnalis inducit, qui tam est ambiguus, & sonat in deterius, vt habetur in usu. Potuit dixisse corporaliter corpus assumi, uel comedi: quod magis ex directo spiritui correspondet. Sed mordaciter cupit aduersari uenerabili sacramento, cum verbis olentibus, Hoc modo Faustus Manichæus aduersabatur carni Christi colore authoritatis sancti Pauli ad Corinthios. Iam nõ nouimus Christum secundùm carnem. Beatus Augustinus libro. 11. contra eũ soluit uersutam eius argutiam, dicens † ibi carnem sumi pro corruptione, & mortalitate, non pro ipsa substantia sicut item libr. 2. Retractionum cap. 3. exponit illud eiusdem apostoli, Caro, & sanguis regnũ Dei non possidebunt. Cùm (inquit) hoc factum fuerit, iam non erit caro, & sanguis, sed cæleste corpus, non sic accipiendum est quasi carnis non sit futura substantia, sed carnis & sanguinis nomine ipsam corruptionẽ carnis & sanguinis intelligendus est Apostolus nun cupasse: quæ utique in regno illo non erit, vbi caro incorruptibilis erit. Hæc ille. AVCTOR. Vterque † ergo hæreticus tentat sub æquiuoco carnis uocabulo seducere Christianos. Manichæus improbans carnem Christi in suppositо, Witeleff eandem substãtiam in sacramento. Et credit iste fidem huius comestionis magis exosam reddere, imò, ut ipse dicit, horribilem, si reduplicationem formæ carnis augere posit eius aduerbium. Sed Logici orthodoxi fallaces eius formas abrumpunt. Quia sic aduerbium specificare potest carnis formam secundùm substantiam, & aliàs passionem carnis, sicut & nomen carnis, aut nomen hominis reduplicare potest vtrumque. Dicitur enim quis humaniter facere, quia fortiter fecit, & specificat qualitatem: aut quia naturam hominis sequens fecit, & specificat formam humanæ essentiæ. Ita carnaliter sicut caro, potest dicere intrinsecum modum essentię, uel passionem corruptelæ. Vnde in epistola ad Consentium AVGVSTINVS. Tãquam diceret Paulus supple. Quod dixi, caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, ideò dixi quia corruptio incorruptionem nõ possidebit. Hoc ergo loco nomine carnis & sanguinis corruptionẽ mortalitatis intelligi uoluit. Denique tanquam ei diceretur, quomodo caro erit, & caro non erit? Caro quippe erit, quoniã dominus post resurrectionem ait, Palpate, & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem non erit. Quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Hæc ille. AVCTOR. Ita in hoc venerabili sacramẽto caro nulla est, nec quicquam carnaliter manducatur: si carnis corruptionem, aut corruptiuã sumptionem Christi carnis attẽdas. Sed nolo, propter hoc, q̃p ipsam Christi carnis substantiam abhostia consecrata seeludas: sicut nec à dextra patris in gloria. Vnde libr. de corpore & sanguine domini c. 2. contra authorem tuum de officijs, quem dementiris Ambrosius, ANSELMVS. Hac, † (inquit) cõsideratione in mysterijs Christi carnem sapere non debemus secundùm carnem. Nam & si Christum secundùm carnem nouimus, sed nunc iam non nouimus. Rursumque carnis ueritatem non sic debemus quasi spiritualiter rimando attenuare, ut naturam uerbo Dei unitam, non tamen in uerbum mutatam quasi ratiocinãdo uideamur destruere. Nam Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula. Qui naturam illam, in qua carni communicauit, & sanguini, ut fratribus per omnia alsimilaretur misericors Pontifex sic glorificauit, ut non destrueret: sic prouexit, ut non exinaniret. Sic enim est cogitãdum corpus domini sicut est, nostræ scilicet naturæ, sed alterius gloriæ. Est enim quidem non spiritus, aut Deus. Et est tamen spirituale quodam modo, & diuinum. Hæc ille. AVCTOR. Bene dicit sacer Anselmus: corpus Christi & caro eius in mysterijs spiritualis est, & diuina, sed nec spiritus est, neque Deus, neque sic spirituali ter rimando eam attenuare debemus, ut carnis substantiam destruamus. Præcauebant enim sem per sancti patres hanc attenuationem hæreticam. Vnde apparet, quòd non sit omnino noua, quamuis iam nouiter attentata, sicut. 4. libr. sentent. *ca. 5. DAMASCE. Spiritus, (inquit,) uiuificans est caro domini: quia ex uiuificatiuo spiritu concepta est. Quod enim generatum est ex spiritu, spiritus est. Hoc autẽ dico, non destruẽs corporis substantiam, uel naturam, sed uiuificatiuum, & diuinum eius manifestare uolens. Hæc ille. AVCT. Attende Damascenũ, quòd nõ nulte talem spiritũ concedere Christi corpori, ut corporis substantiam destruat in uestibulo sacramẽti. O quàm attenuati sunt Witeleff oculi tui suspicientes in excelso mysterio carnis Christi, ut eam ducere conaris in spiritum, non quidem realem, sed tropicum? Et qualẽ ipsi concedis essentiam, talem manducationem concedis, spiritualem eam appellans, assumens Augustinum in testem, quia dicit, (inquis) ubi supra de Eucharistia, Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio non mãducat spiritualiter eius carnem, licet carnaliter, & uisibiliter premat dentibus sacramenta corporis & sanguinis Christi. Vbi, (inquis) tria notabilia sunt notanda. Primò, q̃p caro Christi & sanguis solũ spiritualiter sunt edendi. Nam Deus ordinauit, q̃p sanctus suus non uideret corruptionem in ali quo membro suo. Hæc Witeleff. AVCT. Miser & toruus hæreticus, qui nescit ex fide concipere comestionẽ corporis corporalẽ sine contamina tione corporis sic comesti. Iungatur ei magister eius Berengarius, unde sumpsit argumentũ infame, & tandẽ ad utrunq; ponamus sanctũ uirũ Lãfrancũ. Berengarius sic arguit, Quis (inquit,) aut rõne concipiat, aut per miraculũ fieri posse concedat, panẽ frangi in Christi corpore, quod post resurrectionem tota uiget incorruptibilitate, &

A usque in tẽpora restõnis omniũ cælo manet in de uocabile? LANFR. Quòd incorruptionẽ dñi ci corporis, & cælo usq; in diẽ iudicij deuocari nõ possit, fidei nr̃æ, qua ipsum uerè à fidelibus suis mãducari credimus, quasi eãm impossibilitatis opponis, pfectò fidẽ nostrã aut nõ intelligis, aut intellectã, malè exponẽdo, ad tuã ipsius pernicieẽ deprauare contẽdis. Sic n. credimus uerè salubriterq; mãducari in terris à dignè percipiẽtibus dñm Iesum Christum, ut certissimè teneamus existere eũ in cælestibus incõtaminatũ, incorruptũ, illæsum. Et bñ infrà, docẽs ex scriptura comestionẽ istã carnaliter fieri ore corporis. Si (inquit) ea, q̃ ad literam accipi, & ea, q̃ spũaliter oportet intelligi, chr̃iana cautela distingueres, ,,peludubiò crederes, qd̃ uñs ecclesia credit: prædicares quod aplica doctrina in tota mũdi latitudine prædicandum instituit. Corporaliter si quidẽ ore corporaliter mãducamus, & bibimus quoties in altari dñico ipsum dñicum corpus p manum sacerdotis accipimus. Spũaliter uerò ore cordis spũaliter comedit, & hauritur, qñ suauiter, & utiliter (sicut Augusti. dicit) in memoria recõdit, q̃p unigenitus Dei filius p salute mundi carnẽ accepit, in cruce pepẽdit, resurrexit, apparuit, ascẽdit, uẽturus est in die iudicij dignas singulis mercedes repẽdere pro suis operib. Sequtur. De corporali comestione discipulis à dño dr̃, Accipite, manducate, & bibite, Hoc est corpus meũ, q̃p pro uobis tradetur. Hic est calix sanguinis mei, qui p nobis fundetur. Et Aplus ad Corint. Qui mãducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, nõ dijudicãs corpus dñi. Hæc ille, in libro de corpore & sanguine domini. AVCT. Ad ista nunq̃ Berẽgarius potuit uel mutire, sed nec discipulus eius Witcleff. Ideò nec recitare ausus, maluit pertransire. Ecce dicas, Dñs sicut corporaliter accepit in manus, ita corporalibus manibus accipere iussit discipulis, & simili corporis ore comedere: ergo mãducare corpus suum corporaliter imperauit, qñ dixit, Accipite, & comedite, Hoc ẽ corpus meũ. Corpus dixit, panẽ nõ ibi dixit. & corpus suum, non figuram suam. Spiritualem uerò comestionem præceperat, ubi dixit, Hoc facite in meã cõmemorationem. Qui n. passionem Christi synceriter comedendo recogitant, ipsi spiritualiter Christum comedunt: dum item corporaliter eũ manducant, sicut suprà Augustinus exposuit. in libro de corpore & sanguine dñi ca. 9. PASC. Iteratur autem hoc mysterium, & ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait, hęc quotiensc unque agitis, in meam commemorationem facite. Quotiensc unque ergo hunc panem fumitis, & bibitis hunc calicem, mortẽ dñi annuntiabitis donec ueniat. Non utique sic accipiendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

piendum, donec mors Christi ueniat, quia iã ultrã non dominabitur: sed donec ipse dominus ad iudicium ueniat. Interdũ aũt semper mors est Christi pro seculi uita posteris nuntianda, ut discãt, qua charitate sanctos dilexit, qui pro eis mori dignatus est: cui oẽs uicem debemus repẽdere charitatis. Hæc ille. AVCTOR. Ista ab Euangelio Christi deduximus, ipso tradente nobis, quomodo caro, & sanguis Christi in hac uita corporaliter, & spiritualiter sunt edẽdi. Iam uenit hora, ut ad notulas ueniamus, quas ex Augustino notasti. Primò, cp̃ caro, & sanguis solũ spiritualiter sunt edendi: hoc dixisti in excessu miserrime homo mendax. Quid dixit AVGVSTINVS? recense as. Hoc, scilicet, est manducare illã escam, & illũ bibere potũ, in Christo manere, & illam manentem in se hẽre. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nõ manducat spiritualiter eius carnẽ, licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramenta corporis & sanguinis Christi. Hæc sunt uerba Augustini. Nõdũ dixit, cp̃ solũ spiritualiter caro & sanguis sunt edẽdi. Qualiter edi debent, spiritualiter dixit. Et quo eduntur carnaliter, & nõ spiritualiter. Itẽ dixit, quãdo. S. manducantes non manent in Christo, aut Christus in eis. Habes ergo hic contra te ipsum utranq; manducationem, non unicã. Nã si spiritualiter manducare carnẽ Christi est spiritus, qui uiuificat, ut suprà notasti: quomodo non est carnaliter manducare eandẽ carnẽ: caro, quæ non prodest quicquã? Caro certe ipsa dominica, sed passa iniuriam. Declaret se facet AVGVSTI. in loco per te notato, super Ioannem, tractatu. 27. ubi dicit, Quid est, non prodest quicquã caro? non prodest quicquam: sed quomodo intellexerunt? Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu uegetatur. Proinde sic dictum est, caro nõ prodest quicquam, quomodo dictum est, scientia inflat. Iam ergo debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est Scientia inflat? sola sine charitate. Iõ adiunxit, Charitas uero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia: non per se, sed per charitatem. Sic & nunc, Caro non prodest quicquã: sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, quomodo accedat charitas ad scientiã, & prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset, uerbum caro non fieret, ut inhabitaret in nobis. Si per carnem multum profuit nobis Christus: quomodo caro nihil prodest? Sed per carnem spiritus aliquid profalute nostra egit. Caro uas fuit. Quod hẽbat, attende, nõ quod erat. Hæc ille. AVCTOR. Non lectorem prætereat, quod hic dicit Augustinus, carnem fuisse uas respectu spiritus. Et inde iussit attendere quod habebat, non quod erat. Christum enim continebat: ergo caro Christus non erat. Sed & uideat Witeleff Berengarij carnem domini. Videat & spiritũ, in quo debeat manducari: qui est unitas cum Deo in cõpagine charitatis. Caro Christi sumpta sine isto spiritu non prodest quicquam: sicut nec scientia sine charitate. Sed nunquid ergo debemus odisse scientiam? Absit (inquit Augustinus.) Sed & adde scientiæ charitatẽ, & erit utilis. Sic accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimũ. Sed ubi nisi in manducando? Alia ergo est manducatio carnis Christi per se, quę nõ prodest. Alia comestio eius cũ spiritu, quæ prodest plurimum. Quæ est prima manducatio petis? Nũquid spiritualis? Spũalis ergo prodest, & erit secunda. Si carnalis, ergo põt carnaliter manducari: quod tibi aduersatur. Si nulla, nullus ergo est habitus scientiæ alius, quã charitatis, nec aliud erit fidem habere, quã charitatẽ: nec baptismus exterior corpus lauat, sed solus baptismus interior, qui mentẽ abluit. Nec erit aliqua ablutio sacramentalis corporea, qa interior sola uiuificat. Ideò exterior nusquã prodest. Quod si fit: quia secundũ Augustinum, & totam fidem simul carnem abluit, & cor purgat: & cõcurrit simul eiusdem sacramenti duplex ablutio: cur non eadem Christi carnis substãtia ore carnis corporaliter manducatur, & spiritualiter ore mentis sub sacramento uisibilis panis? Semper uolo dicat mihi Witeleff, cùm aliud sit manducare carnem Christi cum spiritu uiuificante, aliud spiritum sine carne: aliàs non dixisset Augustinus, Accedat spiritus ad carnem, sicut scientia ad charitatem. Nunquid comestionum suarum formas, ut comestio corporalis & spiritualis, carnis & spiritus ibi concurrant, sicut scientia & charitas, retinent formas habitionum distinctarum, quãuis simul mentem subiectã concurrendo perficiant? Vnde de concursu isto subdit ibidem AVGVSTINVS. Spiritus (inquit) est, qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam: sicut intellexerunt carnem, non sicut do ad manducandum meam carnem. Diximus enim fratres hoc dominum commendasse in mãducatione carnis suæ, & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, & ipse in nobis. Hæc ille. AVCTOR. Vbi planè Augustinus se monstrat aduersarium Witcleff, quia Witeleff carnem Christi abijcit à sumptione sacramentali, dicens solum spiritum ibi prodesse: Augustinus ibi non abijcit, imò retinet. Sicut, (inquit,) ego do ad manducandum carnem meam. Quomodo hoc? sicut suprà dixit, cum spiritu. Witeleff nullam carnem dat ibi nisi spiritum, uel respectum tropicum: quo contrà, Augustinus dat carnem

nem spiritui accedentem. Diximus, (inquit,) fratres hoc dominum commendasse in manducatione carnis suæ; & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus. Quod esset dicere, spiritum in spiritu, & amationem in amatione eiusdem de eodem: si nulla esset ibi carnis manducatio præter spirituum unionem. & ibidem post AVGVSTINVS. Verba uitæ æternæ habes, uitam enim æternam habes in ministratione corporis, & sanguinis tui. Sequitur. Idem ipsaque uita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo, nisi quod tu es. Hæc ille. AVCTOR. Ergo in ministratione corporis & sanguinis Christi in altari uita datur æterna Christus Iesus: & nihil aliud datur in corpore & sang[illegible]e, nisi quod ip se est. Quomodo ergo cibarius panis datur ibidem, qui Christus non est? Et quomodo Christus ibi non sumitur, qui ibi datur, & est omne quod datur in uitam æternam? Hæc ergo satis aperiunt erroneos conceptus Witeleff contra carnem domini, & manducationem eius uiuam in sacramento: demum tendamus ad loca indifferentiæ. Vnde in sermone, Interim dum à Deo, idem ait AVGVST. Interim, (inquit,) dum à Deo in hoc mundo peregrinamur, corpore, & sanguine eius in hac uita pascimur. Sicut Apostolis suis hoc mysterium in cœna ultima ante mortem suam tradidit: & nobis sequentibus frequentandum per eos mandauit. Adhibenda est ergo fides dominicis uerbis, quibus dicit, Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Omni igitur die execrata dubitatione, sicut credimus, quia unigenitus Deus cœternus Deo patri, filius uere in carne nostra natus, uere mortuus, uere resurrexit, uere in cœlum ascendit, uere sedet ad dexteram patris sui: ita indubitanter credamus, quia corpus eius & sanguinem uerũ & integrum in altari post consecrationem manducamus. Verum, (inquit,) corpus dominicum & integrum, quòd & totum in dexteram patris sedens gloriatur, & totum de sacerdotum manibus sumitur. Et si per partes quasi frangatur, in unaquaque tamen parte, quamuis minutissima, totum, & integrum habetur. Et si eadem hora, & eodem momento mille sacerdotes hoc mysterium operantur, in singulorum tamen manibus corpus Christi totum & integrum consecratur, à singulis totum & integrum sumitur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quàm planè ab ore Augustini, * quòd omni die eadem carne Christi pascimur, quam natus assumpsit, & in gloriam secum ducens ascendit. Et illud in altari, (inquit,) post consecrationem manducamus. Si diceret de spirituali manducatione tantum, hoc ante consecrationem, sicut post æqualiter ederemus. Idem etiam sanctus præsul non solam passionem animæ, sed & corporis de hac uenerabili Christi carne in sacramento concedit: ita ut totus homo de carne manducata, & sanguine sumpto reficitur, sicut totus homo in Christi carne passa, redimitur. In sermone de corpore & sanguine domini, qui incipit, Veritas, quæ est Christus. & ponitur sermo penè per totum de consecratione distin. 2. capit. Vtrum sub figura? AVGVSTINVS. Rectè (inquit) caro sanguini sociatur, quia nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne iure communicatur. Totus enim homo, qui ex duabus substantijs constat, redimitur, & ideo carne Christi & sanguine simul saginatur. Deinde non sicut quidam uolunt, anima sola hoc mysterio pascitur: uerumetiam caro per hoc sacramentũ ad immortalitatem & incorruptionem recreatur. Hęc ille. AVCTOR. Planè ergo errauit Witeleff in loco prætacto, dicens non consistere in corporali acceptione, sed in passione animæ. Quia hic dicit Augustinus, cp̃ non sicut quidam uolunt, anima sola hoc mysterio pascitur, uerum etiam caro per hoc sacramentum ad immortalitatem recreatur: propter hoc quod dominus dixit, Caro mea est pro seculi uita. Et sic totus homo ex hoc sacramento in corpore, & anima saginatur. Quid refert tunc, quòd totum corpus cum sanguine Christi ore duplici, corporis, & animæ comedatur? Et idem libro. 10. de ciuitate Dei cap. 24. AVGVSTINVS. Non ergo caro per seipsam mundat, sed per uerbum, à quo suscepta est, cum uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nam de carne sua manducanda mysticè loquens, cum ij, qui non intellexerunt, offensi recederent, dicentes, Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Respondit manentibus cæteris, Spiritus est, qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Principium ergo suscepta anima & carne: & animam credentium mundat, & carnem. Hæc ille. AVCTOR. Ergo caro, quæ per seipsam non mundat, de cuius manducatione mysticè, id est, sacramẽtaliter loquitur Christus, per spiritum tamen uerbi suscipientis, non tenuissimi tropici respectus animam credẽtium mundat, & carnẽ. Nec tamen assumat hinc hæreticus, quòd hoc uenerabile sacramentum, scilicet Christi caro, traijciatur in corpus hominis, ut conuertatur in illud, sed potius corpus Christi corporaliter, & spiritualiter manducatũ saginet corpus hominis per copulationem eius ad seipsum. Sic enim ideo dixit, quòd caro hominis per sacramentum ad incorruptionem recreatur. Certè per conuersionem carnis in seipsum, conuertens, & conuersum post modicum tendunt ad corruptionem. Quia corrupto alimẽto, quod sumitur, cito post corpus percipiens, & uicissim digerens, corrumpitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶QVOD CARO CHRISTI EST SPIritualis, & tamen carnaliter modo carnis, & corporaliter comeditur in sacramento. Cap. LVIII.

SVMMA.

1 *Corpus Christi ut est sacramentum, & res, qualiter inibi comedatur.*
2 *Caro Christi post resurrectionem quomodo spiritualis erat, & est, nec tamen spiritus erat, uel est, sed corpus.*
3 *Corpus Christi, quòd non est esca carnalis, sed spiritualis &c.*
4 *Corpus Christi in sacramento quomodo accipitur, & comeditur, non tamen consumitur.*
5 *Hilarius quid dicat in robur palpationis euangelicæ, & tactus carnalis spiritualis carnis Christi in sacramento possibilis. Et quid item Paschasius.*

EIDES Christi in Euãgelio carnem suã in sacramento, quod est res, manducari constituit, cùm diceret, Nisi mãducaueritis carnem filij hominis. Io.6
& iterum, Accipite, & manducate ex hoc oẽs. Matth 26. Witeleff.
Dicat ergo Witeleff manducationem eius in specie, aspiciat, qui uult omnes paginulas eius, & non inueniet. Quod propinquius dicit ad rẽ, est illud. 4. Trialogi ca. 7. Ad corporis esum pro fundamento capitur correspondenter. Panis sacramentalis à fidelibus sparsim accipitur, consequenter irroratus fide euangelica, in corde pinsatur, & igne charitatis induratus, spiritualiter manducatur. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ecce corporalem manducationem creditur assignare pani sacramentali, quod est sacramentum nudum, & non res. Spiritualem manducationem adhibet per flagrorem charitatis ad uniendum per amorem se Christi carni in suo corpore mystico, quod est res, & non sacramentum. Iam †quæritur de corpore Christi, ut est sacramentum, & res, qualiter inibi comedatur. Dices non nisi tropice, quia tropus est figura. Sed quæro, spiritualiter solùm, an item carnaliter? Si secundum, contra te est: quia dicis solùm spiritualiter manducatur. Item cum talis manducatio sit essentialiter motus, & ad respectum tropicum non est motus, non ergo dabis fidelibus manducare tropos. Sic enim esses minister peior Satana, qui petijt in Christi mensam panes de lapidibus ministrari, quod elegibilius est, quàm panes ueros, & Christi corpus in tropos conuerti. Si autem spiritualiter, quod exponendo dicis, quomodo ille panis sacramentalis in igne charitatis induratus, spiritualiter manducatur? Quis delirat, nisi qui tanto amore tropicos panes amat? Et cùm illi panes non sint corpus Christi, ut est sacramentum, & res (ut ipse dicis) si adhuc hoc uiuificum sacramentum remanet incomestum: dicit, & docet ecclesia Christi illud prætactum euangelij de manducatione corporali & carnali, naturaliter & spiritualiter tamen intelligi: sicut obiectum eius in sacramento est caro naturaliter naturalis secundùm essentiam, quanuis item spiritualiter, ut est item in cœlo per gloriam: quemadmodum in Epistola ad Cosentium AVGVSTINVS dicit. Aug. Tra.
Sicut animale corpus non est anima, sed corpus: ita spirituale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Quis porrò audeat opinari uel Christi corpus non spirituale resurrexisse, uel si spirituale surrexit, non iam corpus fuisse, sed spiritum, cum hanc opinionem discipulorum refellat: ubi cum eum uidentes existimarent se spiritum uidere, ait, Palpate, & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habere? Iam †igitur illa caro spirituale erat corpus, nec tamen spiritus erat, sed corpus: nulla ulterius morte ab anima resoluendum, atque separandum. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc enim fundamento fidei Christi caro spiritualis erat, & est, nec tamen spiritus erat, uel est, sed corpus. Et item AMBROSIVS libro de mysterijs. in illo (inquit) sacramento Christus est, quia corpus Christi est. Non ergo carnalis esca, sed spiritualis. Vnde & Apostolus de typo eius ait, quòd patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt. Corpus enim DEI, corpus est spirituale: corpus Christi corpus diuini spiritus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce †non est esca carnalis corpus Christi, sed spiritualis. Nec tamen spiritus factum est, nec carnale corpus desiit esse: quia corpus DEI est corpus spirituale, dicit Ambrosius. Iam dicat Witeleff qualiter palpabatur à discipulis, nunquid solũ spiritualiter per amorem cordis? quod esset hæresis in scriptura. Si item carnaliter premebatur hominum mortalium manibus, certum est autem, quòd non tunc corrumpi potuit spirituale sic factum, ut nec ulla morte posset ab anima separari: ergo cùm gustus sit quidam tactus, quare non posset eadem caro gustanter tangi, & dentibus palpari carnalibus, sine hoc, q̃ sanctus DEI sentiret corruptionem in aliqua sui parte? Ipse enim AVGVSTINVS satisfacit argumento tuo, tertia parte sermonum, sermone de sacramentis habitis in Pascha, qui incipit, Memor sanctæ. ubi dicit, Ecce accipitur, comeditur. Nunquid corpus Christi consumitur? absit. Hic mundantur, ibi coronantur. Manebit ergo quod signatur æternaliter, quanquã transire uideatur. Hæc ille. AVCT. Ecce †corpus Christi in sacramento accipitur, & comeditur, non tamen consumitur. Et super Psalm. 100. Psal. 100. Aug. Tra. 8
uersi. superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. AVGVSTINVS. Cibis (inquit) talibus pascebantur Iudæi, quando crucifixerunt dominum, quia pascebantur tanquam de pœna domini. Nam & nos de cruce domini pascimur, quia corpus ipsius mãducamus. Hæc ille. AVCTOR. Non dicit corporis figuram manducamus, sed corpus ipsius. Et soluitur motiuum tuum hæreticum, quod primò suprà ex Augustino falsè notasti: sed ex Berengario tuo doctore ueraciter collegisti. In robur autem huius palpationis euangelicæ & tactus carnalis spiritualis carnis Christi in sacramento possibilis, accedat sacer HILARIVS uetus pater, qui dicit. 8. lib. de trinitate citò post principium de Christo. Quomodo, † inquit, per patrem unus, eodem modo nos per carnem eius unimus. Hilarius.
Sequitur. Hæc ergo causa uitæ nostræ est qui in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus: uicturis nobis per eum ea conditione, qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundùm carnem per eum uiuimus, id est, naturam carnis eius adepti, quomodo non naturaliter secundùm spiritum in se patrem habeat, cùm uiuat ipse per patrem? & concludit. Hæc autem à nobis idcirco commemorata sunt: quia uoluntatis tantùm inter patrem & filium unitatem hæretici mentientes, unitatis nostræ ad Deum utebantur exemplo, tanquàm nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantùm, ac uoluntate religionis unitis, nulla per sacramentum carnis ac sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur, cũ & per honorem nobis datum Dei filij, & per manentem in nobis carnaliter filium, & in eodem nobis corporaliter & inseparabiliter unitis mysteriũ ueræ ac naturalis unitatis sit prædicandum. Hæc ille. AVCTOR. Notetur quid iam dixit Hilarius. Nunquid occasionem dedi ipsi dicendi hoc, quod dixit: uerbum illud Christi, cùm de hoc sacramento tractaret, Et qui manducat me, & ipse uiuet propter me? Ex quo sit inuchit Hilarius, quòd quomodo ipse per patrem uiuit, ita eodem modo nos per carnem eius uiuimus. Sed nos (inquit) naturaliter per eum secundùm carnem uiuimus, etiam naturam carnis eius adepti. Quid refert ne concludat, ergo sic uiuit Christus naturaliter per naturam patris, qualiter nos per naturam eius carnis? & patet tam manifestum tunc fuisse apud ecclesiam Iesu Christi carnem Christi naturaliter secundùm suam essentiam ministrari in sacramento Eucharistiæ, ut ex hoc concludi posset tanquam minus notum nobis, Iesum Dei filium esse consubstantialem patri suo. Iam autem qui concedit hoc ultimum, cur non concedit sine disputatione secundum? ita ut dicatur Christus carnaliter, ut ille dicit corporaliter: & tamen idem corpus spiritualiter manducari. Et quod Witeleff satis ruraliter syllogizat fallaciam magnam præualere diaboli nisi crederetur ibi manducari corporaliter solum panem, & non corpus Christi, ubi suprà, dicens, Reputatur, quòd calliditas diaboli diu studuit circa istam fallaciã, ut ecclesiam in hanc hæresim introducat. Sequitur. Acsi diabolus machinaretur istam sententiam, si posium per meum uicarium Antichristum ad tantũ seducere fideles ecclesiæ, ut negent, hoc sacramentum esse panem, sed credant ipsum esse accidens maxime abominabile: per idem inducam, ut credant posterius quicquid uolo. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hanc machinationem, ut tu dicis, diaboli, quam nullius authoritate nisi ab eius immisione per Angelos malos exenteras, authoritate Spiritussancti in sancto patre Hilario, & ibi retorqueo, à uiris catholicis catholicè reputari, quòd calliditas patris tui diaboli multò diutius studuit, ut hanc hæresim introducat per unum hæreticum Antichristum, ut homines negent sacramentum Eucharistiæ esse carnem Christi, secundùm suam substantiam, sed aliquod accidens maximè abominabile, & pro sui uilitate uix intelligibile, scilicet, figuralem respectum ultimi generis in prædicatione habitudinali. Et sic destruam naturalem unitatem Christianorum ad Christum, ut credant posterius cũ Ario nullam esse connaturalitatem patris æterni cum filio sempiterno. Ista sibi magis conueniunt. Ista sic Hilarius suprà iam aptauit, cum diceret, Hæc à nobis idcirco commemorata sunt, quia uoluntatis tantum inter patrem & filium unitatem hæretici mentientes unitatis nostræ ad Deum utebantur exemplo. Et hanc rõnem dicti suscepit PASCASIVS contra signiferos istos libro de corpore & sanguine domini, cap. 9. dicens. Quicunque dignè hanc uitam sumunt, renati unum efficiantur, ut sicut iam per baptismum Christum induunt, ita Christus in eis per hoc sacramentum corporaliter maneat, ut sint credentes unum in Christo, & Christus in eis maneat, quatenus illud impleatur, quod ipse ad patrem orat. Non pro his autem rogo tantùm, sed pro his, qui crediturí sunt per uerbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi sint in nobis. Hæc itaque unitas non sicut hæretici uolunt sola uoluntate inter patrem & filium prædicatur: & sicut laborant ex eo, qui ait, Ego & pater unum sumus. Tentant igitur ad unitatis illud conferre consensum, ut unitas uoluntatis in his sit, non naturæ, sicut multitudinis credentium in Hieru- Act. 4.

Witeleff.

Pasc. sius.

Io. 17.

Io. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

salem dicitur cor unum, & anima una fuisse. Sed nos patrum uestigia sequẽtes, credere oportet, quòd Deus ex Deo subsitãtialiter genitus, naturaliter hoc est, quod pater, ac per hoc unitate naturæ pater & filius unum esse comprobãtur. Nec non & Christus hodie in nobis non solum per concordiam uoluntatis, sed etiam per naturam in nobis, sicut & nos in illo rectè manere dicitur. Nam si uerbum caro factum est, & nos uerè uerbum carnem in cibo dominico sumimus, quomodo in nobis Christus manere naturaliter iure non existimatur, qui & naturam carnis nostræ inseparabilem sibi homo natus Deus assumpsit: & naturam carnis suæ, ad naturam æternitatis sub sacramento hoc nobis communicandæ carnis admisceuit? Hæc ille. AVCTOR. Ecce Christus in nobis per hoc sacramentum manet corporaliter, non autem corporaliter corporalitate panis secundùm nugam, & fugam tuã sophisticam, sed carnis, in qua uerbum caro factum. Et secundùm hanc carnem item naturaliter in nobis manet, & non per consensum tantummodò uoluntatis. Nunquid pecco si inferã: ergo non tantùm spiritualiter, sed etiam corporaliter, naturaliter, & carnaliter, manducatur? Nam sicut dixisti suprà, hoc est spiritualiter illam comedere escam per amorem in Christo manere, non sic autem tantummodò Christus per uoluntatis consensum, sed etiam corporaliter, carnaliter mãducatur, ergo item carnaliter, & non tantùm spiritualiter manducatur.

Io.1.

Nota.

¶ QVOD VVITCLEF NON SALuatur in glossa sua logicali, quòd corpus Christi est ibi corporaliter, id est, per modum corporis. Cap. LIX.

SVMMA.

1 *Vuitcleff, quòd non saluetur in sua logicali glossa, q̃ corpus Christi est in sacramento corporaliter, id est, per modum corporis, multorum doctorum authoritatibus, ostenditur.*

2 *Christus quomodo in sacramento est nobiscum corporaliter, naturaliter, & carnaliter, ostenditur contra Vuitcleff.*

AT Witcleff improbè contrudens, responsa sua sophistica contra aduersaria illa, carnaliter, corporaliter, essentialiter, & huiusmodi, in quarto Trialo. cap. 10. Secunda (inquit) æquiuocatio aduerbiorum huiusmodi est: quòd accipiuntur quandoque simpliciter, ut res dicitur esse corporaliter alicubi, dum est ibi modo corporis, & sic intelligunt quidam, quòd corpus Christi est in hostia corporaliter, substantialiter, & essentialiter. Hæc Witeleff. Et exponit posteà eos intelligere, quòd est corpus ibi existens corporaliter. AVCTOR. Sed nos semper petimus glossæ huiusmodi fundamentum in doctore catholico. Ipse si suæ proteruiæ licentiatus euagetur effrænis, qualiter capietur? detur mihi ipsa licentia intra fidem, & uideat quando capturus est me. Fabrico ego mihi nouam Logicam, Metaphysicamque nouellam, non quòd oporteat, sed quia libet. Ipse utraque ratione fecit utrunque.

* Enim enimuero quia uetus hæresis sine Logica nouiter practicata satis esset inermis, apponamus tamen eis soliditates fideles. Notum enim est sanctos patres his fictitijs Logicis parum locum dedisse. Tamque certum, q̃ locutione famosa & sancta propter hanc fidem carnis Christi contra hæreticos roborandam: antiqui penè omnes hanc concesserunt, & docuerunt comestionem sensibilem. Vnde super Ioannem Morali. 45. CHRYSOSTO. * Qui † quidem genuerunt, multotiens alijs nutrire dant edita. Ego autem non ita (ait Christus) sed carnibus meis nutrio. Meipsum uobis appono, omnes uos nobiles esse uolens, benignam uobis de futuris portendens spem. Qui enim hic uobis dedi meipsum, multò magis in futuro. Frater uester uolui fieri, communicaui carni & sanguini: propterea uerò rursus eam uobis carnem & sanguinem, per quæ cognatus factus sum, do. Hæc ille. AVCTOR. Quàm speciosè loquitur dulcis pater Chrysostomus in persona Christi suis fidelibus. Cæteri (inquit) cùm genuerunt, multotiens tradunt alijs nutricibus fœtus suos. Ego non sic ago, sed nutrio uos carnibus meis, non mutis figuris, & tropis, sed meipsum uobis appono, uolens uos facere nobiles, hausto nobilis carnis & sanguinis, non figuralis & typici, sicut erant nutriti Iudæi grosi, sed eiusdem carnis & sanguinis naturalis, per quem factus sum uester cognatus. FVLBERTVS item dulciloquus in tractatu suo, de eo, quòd tria sunt maximè necessaria ad perfectum. Gusta (inquit) cælestis ferculi suauitatem, sed nè nausees germinis terreni saporem: de fide enim interioris hominis procedit diuini gustus saporis, dum certè per salutaris Eucharistiæ infusionem influit Christus in uiscera animæ sumentis, quem diua mens castis penetralibus in ea uidelicet forma susceperit, quem sub ipsa recordatione mysterij, spiritu reuelante sibi præsentem intuetur, infantem uidelicet materno in gremio, ac cunis puerilibus iacentem, calcata morte resurgentem, supra cœlos cuectum gloria patris sublimen. Iuxta quas species Christus gratum cõicantis intrans habitaculum, tot, ut dicam, suauitatis saporibus mentem reficit, quot formæ intimæ reuelationis oculi meditantis eum meruerint intueri. Hæc ille. AVCTOR. Iam proficiscantur sophismata Witcleff per uerba & aduerbia, uisiter æquiuocationes innumeras. Simplices enim oculi Christiani fidelis aspiciunt, quo modo captus est. Sed quomodo, quia capi nollet, laqueos, & compedes suos auget. Videtis ne, quàm planè doctor Fulbertus non per instrumenta Metaphisicarum formarum aduerbia, imò per pura nomina nostrum excipit fugitiuum? Certè (inquit) per salutaris Eucharistiæ infusionem influit Christus non dicit panis cibarius, in uiscera animæ sumentis, quem diua mens ea forma susceperit, quem intuetur sibi præsentem in recordatione mysterij. Infantem in matris gremio, puerum in cunis, resurgentem à mortuis, supra cælos euectum in gloria patris sublimen. Et secundùm has omnes species communicantis intrans habitaculum tot suauitatibus reficit, quot sacrum corpus formis meruit intueri. Nihil planiùs scitit ipse Witcleff, si iam esset fidelis pro Christi fide describere. Gratia quanta Christi, quia non tantùm carnaliter & corporaliter nobis Christi caro in sacramento porrigitur: uerùm ipse Christus in ea specie, qua infans in matris gremio, aut puer in cunis, aut uictor resurgens, & quotlibet alijs formis ibi realibus, quot communicantis petit affectus. Isti ne sunt modi panis tui materialis, sub quibus Christus est ibi carnaliter & corporaliter? Sed si dicas hæc omnia i imagine geri, ipse doctor tibi obstitit, dicens, quòd Christus per se influit in uiscera animæ sumentis &c. Sed & AVGVSTINVS in sermone de catheclisino, prima parte sermonum, sermone. 3. qui incipit, Quoniam in proximo. sic dicit, Non relinquetis ex eo quicquam usque mane. Hoc nunc agitur. Conditur enim agnus per noctem huius seculi, ut cùm mane illud uenerit, quod uesperum non habebit, non iam offeramus imaginem agni, sed ipsum agnum, quem quotidie comedimus, & cuius sanguinem bibimus. Inueniamusque illic eum sacerdotem perfectum, quem hic pro nostra salute constat occisum. Hæc ille. AVCTOR. Planissime confundit Augustinus suum Witeleff, suum, inquam, sed hæreticum suum, falso semper inuocantem eum patronum, sicut etiam Berengarius magister eius fecit, ut tradit Lanfrãcus. Frustrà tamen, cùm tam eum à se Augustinus repellit, ut ubi Witcleff non nisi figuram & imaginem carnis Christi in altari oblatam concedit, Augustinus hoc uetat, dicens mane illud uenisse, quod uesperum non habebit. Et idcirco non iam offeremus imaginem agni, sed ipsum agnum, quem quotidie* concedimus, & bibimus eius sanguinem, sacerdotem ipsum perfectum pro nostra salute occisum. Quod si non offeremus iam figuram, aut imaginem agni, quid ergo per

Augustin. Ser. 12.

* Comedimus.

A te, nisi nunc dicas, aliud esse offerre imaginem agni, aliud agnum in imagine? Sed nobis aliud est, tibi nequaquam, qui nihil ibi offers de agno Christo, nisi figuram. Nos autem in figura sacramenti agnum Christum secundum carnis eius immolamus essentiam. Vnde & in libro contra aduersarium legis, & prophetarum, libr. 2. uersus finem, dicit AVGVSTINVS. Sicut mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem, fideli corde atque ore suscipimus, quanuis horribilius uideatur humanam carnem manducare, quàm perimere, & humanum sanguinem potare, quàm fundere: atque in omnibus sanctis scripturis secundum sanæ fidei regulam figuratè factum, uel dictum, si quid exponitur de quibuslibet rebus, & uerbis, quæ sacris paginis continentur, expositio illa ducatur, non aspernanter, sed sapienter audiamus. Hæc ille. AVCTOR. Dictum istud Augustini cum contigisset unum aliquem forsan male fidum inspicere, cœpit annotare: ergo figuratiuè oportet intelligere Christum esse comestum. forsan nescius uerum dicens, sed non figuratiuè solùm: ne masculus & fœmina negentur esse creati duo in carne una ad literam: & Saræ concubitus negetur ad historiam, & Abrahæ polygugium, quæ ibi figuratiuè etiam recitantur, intelligi. Processus enim ille per longum docet ibi, quòd uult Augustinus res aliàs turpes, honestis excusare figuris. Annectit item comestionem carnis Christi, quam etiam figura operit sacramenti, ne uideretur horribilis, non per hoc ibi tollens carnis essentiam, sicut nec uerum, & literalem Saræ concubitum, quanuis operiat eum honesta figura: nec item manducationem corporalem corporis Christi, secundùm se, quanuis addat imaginem sacramenti propter horrorem, sicut in sermone, qui incipit, Veritas ait, idem AVGVSTINVS. Nihil rationabilius, quàm ut nos, qui iam similitudinem mortis eius in baptismo accepimus, similitudinem quoque carnis & sanguinis eius sumamus: ita, ut & ueritas non desit in sacramento, & ridiculum nullum fiat à Paganis, quòd cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter ferre nequiuerunt, quod dominus dixerat, Qui non manducat carnem meam, & non bibit sanguinem meum, non habebit uitam. Et qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habebit uitam. Sed dixerunt, Durus est hic sermo, Quomodo ista ferent incredoli? Hæc ille. AVCTOR. Ecce similitudinem, id est, sub similitudine aliena ipsi sanguinem bibimus, sed non similitudine sola, nè ueritas desit sacramento, non quidem ueritas similitudinis constitutæ, sed subiectæ carnalis sanguinis ueræ substantiæ.

Aug. To. 6. cap. 9.

Aug. To. 2.

Io. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantiæ. Et sic ridiculum nullum fiet Paga- A modum carnis, ut caro propria est: & uenimus ad
nis, quòd cruorem carnalem occisi hominis in ui- expositionem tuam secundam. Si est ibi per mo-
ni specie bibimus, quanuis ipsi Witeleff, tanquam dum carnis alienæ, incurritur hæresis Nestoriana,
regi Achis, horrenda uidetur insania, sicut in titu- quæ posuit carnem ibi esse alterius boni uiri. Item
1. Reg. 1. lo Psalmi. 33. scribit AVGVSTINVS. Non- iste uoluntarius logicus quare delinquit in Meta-
Cor. 1.8 ne uidetur insania? Manducate carnem meam, & physica, cùm aduerbia, & uerba designent formas
bibite meum sanguinem. Et quicunque non man- secundùm abstractionem ultimam? Nam quis
ducauerit carnem meam, & biberit meum san- demens poneret Michaelem corporaliter conuer
guinem, non habebit in se uitam. Quasi insani- sari nobiscum, intelligens non corporaliter, sed
re uidetur, sed regi Achis insanire uidetur, id angelicè: quia est modus unus analogicè compe-
est, stultis & ignorantibus. Ideò dimisit eos, tens Angelo & corpori, putà definitiuè esse hic?
& abijt. Hæc ille. AVCTOR. Huc profi- Si ergo corporaliter, ergo secundùm rationem ul-
cit processus huius capituli, ut probatum habeatur timæ differentiæ essentialis corporalis, & tunc sim-
pro uero, fidem antiquorum, Hilarij, Pa- pliciter, ut est corpus. Alioquin non esset plùs
schasij, Augustini, & Chrysostomi, posuisse ue- corporaliter, quàm non corporaliter hìc uel ibi.
ram Christi carnem corporaliter in sacramento: Et sic dicit Apostolus, quem tu tam inscienter expo-
Hier. To. 1 quod uidens Witeleff, corquetur insania regis A- nis, nullo tecum dicente fideli Theologo, Colos.
chis: & extorquet procul sanctum HIERO- quòd in Christo habitat omnis plenitudo deitatis
NYMVM dicentem in Leuitico sic, De hac qui- corporaliter, id est, incorporata omni ratione ue
dem hostia, quæ in Christi commemoratione Witeleff.
miraibiliter fit, edere licet. De illa uerò, quam B ri corporis. Nec igitur sapis Hilarium, nec intel-
Christus in ara crucis obtulit secundùm se, nulli lexisti Hieronymum. Sed sicut exponit Augusti-
edere licet. Hæc ille. AVCTOR. Quo habi- nus, ita hæresim discipulorum uitauit ibi Hiero-
to, quasi dixisset contra Hilarium cap. 15. de blas- nymus, dicens non edi ibi Christi corpus secun-
phemia, Witeleff fingit concordiam, dicens, dùm se, id est, secundùm exteriorem suam spe-
Hieronymus uerè dicit, quòd infidelis non man- ciem in forma crudæ carnis, sicut uenditur in ma-
ducat secundùm se Christi corpus in sacramento cello, sed sub imagine panis. Editur tamen ibi
altaris, & Hilarius cum Hugone dicit, quòd cor- secundùm substantiam propriæ suæ carnis, nè (ut
pus Christi est substantialiter, corporaliter, & car dicit Augustinus) desit ueritas sacramento. Et
Glossa. naliter ibi, & per consequens taliter manducatur. sic exponit HVGO communem omnium illo- Hugo
Glossa concordans doctores stat in isto, quòd cor- rum doctorum fidem libro de sacramentis. 8. se-
pus Christi potest dupliciter intelligi corporali- cundæ partis. cap. 7. dicens, Quod nunc uidemus,
ter esse alicubi, uel modo corporis inquantum species est panis & uini. Quod autem sub specie
corpus. In isto secundo modo proprio loquitur illa credimus, uerum corpus est, & uerus sanguis
Hieronymus. Hæc Witeleff. AVCTOR. En alia fu- Iesu Christi, quod pependit in cruce, & qui fluxit
ga, sed uerè satis remota, & uix illi ipsi cõcepta. At de eius latere. Nec per panem & uinum corpus
tamen lassus de currendo, sic capitur una manu. Pri- & sanguinem tantum significari credimus, sed sub
mò dices, ubi iã est quod dixisti in Trialogo, quòd C specie panis & uini uerum corpus & uerum san-
corpus Christi est ibi corpus, sed nõ corporaliter? guinem consecrari. Et speciem quidem uisibi-
Et in sermone domini in monte, q̃ non est ibi cor- lem sacramentum esse ueri corporis, & ueri san-
pus, uel materialis substantia in ipsa hostia, nec guinis: Corpus autem & sanguinem sacramen-
corporaliter, sed sicut rex est in omni parte re- tum esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodum
gni, non corporaliter, sed potentialiter, uel uir- species illic cernitur, cuius res, uel substantia ibi
tualiter. Sed iam coarctat te authoritas, ut con- esse non creditur: sic res ibi ueraciter & substan-
trarias sentias. Et si aduerbium, corporaliter, sic tialiter præsens creditur, cuius species ibi non
sophisticari potest propter analogiam sui gene- cernitur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce substan-
ris, secundùm quam dicis corpus Christi esse ibi tialiter ibi caro Christi creditur cuius species ibi
corporaliter corporalitate panis, quomodo ta- non cernitur: & species panis ibi cernitur, cuius
men diceretur ibi esse carnaliter modo carnis, nisi substantia ibi non creditur, & uerum Christi
etiam fuerit ibi ut caro est caro? Vtrunque enim corpus, quod pependit in ligno, est ibi sub pa-
dicit ille chorus sanctorum cum Hilario, quòd nis specie, nec per panem tantummodò signi-
2 Christus † est in sacramento nobiscum corpo- ficatur. Cuncta concurrunt obuiam capiti
raliter, naturaliter, & carnaliter. Tunc sic, est tuo, ad modum gurgitis præterfluí dilabentis.
ibi carnaliter, ergo per modum carnis, secun-
dum primam expositionem tuam. Quæro cuius?
suæ, an alienæ? Si suæ, ergo est ibi carnaliter ad

¶QVO'D

¶QVOD NON MVRES, ET BRV- A & secundò respectus realis dispositi, ut sit ci-
ta, sed peccatores & præsciti verè corporali- bus in genere: qui ultra formam absolutam car-
ter manducant corpus domini in sacra nis, aut panis dicit respectum ad agens, ut man-
mento. Cap. LX. ducans dicatur. Vnde si ferrum sit præsens ma-
xillis, quamuis patiatur à dente hominis, non
tamen comeditur, etiam quamuis traijciatur
in uentrem, sicut pueri sorbent anulos, & lapil-
los: quia, scilicet, carent respectu denominatiuo
cibi, ideò non comeduntur, quamuis uorentur.
Ideo id quod est uni cibus, alteri non sic est. Ioan. 1.
Quemadmodum ferrum est cibus Struthioni,
& ossa dactilorum Camelis, & arena uolucri-
bus, ideò ab eis eduntur: hominibus autem non
sunt cibus, ideò ab eis non eduntur. Cibus er-
go dicit respectum congrui ad edentem super
formam absolutam rei comestæ. Vltra hos re-
spectus tam præsentiæ realis, quàm etiam pro-
portionalis cibi, requiritur tertius de genere pas
sionis. Vnde quanuis sit realiter præsens instru
mento edendi, & respiciat comedentem in ra-
tione congrui cibi: tamen si non patiatur à co-
medente, non comeditur. Quemadmodum
Ionas non fuit comestus à pisce, quanuis fuerit
deglutitus. Ad propositum ergo: quia glorio-
sum corpus Christi caret ratione respectiua, ut
sit cibus brutorum: idcirco quanuis reperiatur
in ore bestiæ, aut in uentre, non tamen ibi co-
meditur: sicut nec comederetur ab eo auri mas
sa, quanuis reperiretur in ore uel stomacho: sed
potest deglutiri, per gulam traijci, uel uorari.
Berengarius autem magister nostri Witeleff,
sicut & ipse dicit, ita ille concesit sacramen-
tum, scilicet, corporis Christi à mure comes-
tum: & hoc obiecit fidelibus contra corpo-
ris ueritatem. Respondit autem ipsi in libro
suo secundo de corpore & sanguine domini,
ipse GVIMVNDVS, sic, Mihi quidem sacra- Guimũdus.
menta nequaquam à muribus, uel aliquibus
brutis animalibus, uidentur posse corrodi.
Quòd si aliquando uelut corrosa uideantur:
quod nunc de hortulano, de peregrino, de lepro
so diximus, responderi potest non esse corro-
sa, sed uel ad puniendam, seu corrigendam mini
strorum negligentiam, uel ad probandam eo-
rum, qui hæc uiderint fidem, in tali specie posse
uideri. Ad hoc uerò, quòd à brutis animalibus * dicitur
consumi posse * dicuntur, respondere possu-
mus ob prædictas causas, id est, probandæ fi-
dei, aut damnandæ, siue corrigendæ custodum
negligentiæ bruta animalia eotenus ad corpus
Christi posse accedere, quousque potest hu-
manus uisus aspicere. Deinde autem mox in-
uisibiliter angelorum sibi semper assistentium
ministerio, uel suapte uirtute tantum iri, in cæ
lisque cõstitui. Deinde probans, q̃ corpus Chri
sti non eo læsum credatur, quanuis in bestiarũ

Summa.

1 *Bestiæ brutæ, quòd nec spiritualiter, nec corpora liter comedant sacramentum solenne sacræ Eucharistiæ, quòd solùm pro suo sacramento fideles adorant, ostenditur contra Witeleff, & Berengarium eius magistrum.*

2 *Præscitus, aut quantocunq; mortali detentus, si non præseruetur miraculo, quomodo comedit corpus & sanguinem Saluatoris.*

3 *Manducare spiritualiter quid sit. Et plura de hoc ibi ex Chrysostomo, Augustino, Cypriano &c.*

Witeleff. RATET secundò (inquit Witeleff,) ex notabilibus Augustini, quòd nec B bestia, nec præscitus manducat sic corpus Christi, licèt manducet corpo raliter sacramentum. cap. 1. de Eucharistia AV-
1 CTHOR. Ecclesia† Christi docet, quòd bestiæ brutæ, nec spiritualiter, nec corporaliter comedunt sacramentum illud solenne sacræ Euchari stiæ, quod solùm pro suo sacramento fideles adorant. Ipsum nanq; sacramentum Christiano rum est extollenda illa caro Christi & corpota lis substantia Saluatoris. Aliud sacramentum ibi fideles non colunt. Et hoc sacramentum nullæ tenus edunt bruta, quanuis sensibiles qualitates, sub quibus natura latitat Saluatoris, per eorum buccas uoluantur interdum. Sicut nec mus acci pit quouis modo sacramentum baptismi, quan- uis interdum mergatur in fonte. Nec canis subit sacramentum Ordinis, quanuis unà cum ordi- nato contingat eum subesse manuum impositi- C
Aristo. 3. de anima. 10. 2. 2. tioni Episcopi, uel libro pontificali antistitis consecrãtis. Pro cuius clara notitia non dedigna mur regulam illam Aristotelis secundo de ani- ma dicentis, quòd actiones actiuorum sunt in patiẽte* prædisposito. ubi innuuntur tres respe- ctus necessarij, ad hoc, quòd actio actiui insit passo, tam secundum genus, quàm speciem, scili cet, respectus unitatis, & præsentiæ: & iste est mu tuus, quia communis agenti & passo. Secun- dus est respectus dispositionis, & tertius passio- nis. Vnde descendendo ad manducationem corpoream, illa uidetur non esse sensatio forma liter, quia forsan tunc esset forma absoluta, secũ
* scotum dum * doctorem verè subtilem, sed sensatio manducationem illam consequitur, uel per acci dens comitatur. In obiecto ergo manducabili necessario exigitur respectus realis præsentiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ore,uel uentre inueniatur,subiungit. Sed nec p uilitate bestiarum ora, uel auium refugit, qui in lapide sepulchri iacuit, qui post resurrectionis etiam gloriam terram calcauit. Manifestissimum quippe est ex ordine Dei animata corporea inanimatis,sensibilia insensibilibus meliora esse. Sequitur. Non igitur propter aliquam uilitatem cuiuscunque animalis corpus perhorrescit. Quapropter etiam si aliquo diuino iudicio bruta quælibet animalia non solùm sacrosancta mysteria tangere, sed ualeant etiam deuorare, nulla tamen ex hoc nobis ratio obuiat, quæ ueritatem dominicæ carnis & sanguinis, quam tenemus in sacris mysterijs, nos negare compellat. Hæc ille. AVCTOR. Planè ergo uideri potest,ad quos fines sibijpsis iungantur hæretici,quibus item à fidelibus separãtur. Iam ad id, quod annexuit,ueniamus. Sed nec præscitus (inquit) sic manducat corpus domini. Colligit hoc ex illo AVGVSTINI, Qui nõ manet in Christo,& in quo non manet Christus,procul dubiò non manducat spiritualiter eius carnem, licèt carnaliter,& uisibiliter premat dentibus sacramenta corporis & sanguinis Christi. AVCT. Quàm facilè capit hæreticus occasionem erroris. Miser homo, beatus Augustinus non dixit præscitus,sed generaliter, Qui non manet in Christo,& in quo non manet Christus: sicut & Saluator uerba formauit,dicturus, Hoc est corpus meum præmisit,uel,ut dicunt quidam,cum dixisset,Hoc est corpus meum. adiunxit, Accipite & manducate ex hoc omnes. Ibi erat Iudas cum Petro & Iacobo,præscitus cum prædestinatis,fur cum Apostolis. Quid sibi uult mandatũ uniuersale Christi, & demonstratio singularis omnes,& ex hoc?sufficisset, Accipite & comedite ex hoc si Iudam uolebat excludi. Et non diceret, ex hoc,sed ex his, si duos cibos ibi comedendos intenderet: corpus suum spiritualiter à bonis,& panem sensibilem corporaliter à præscitis. Sed qui corpus suum substantialiter demonstrauit per hoc ipse illud à Iuda traditore comedi non negauit,cùm diceret,omnes. Accipite & edite ex hoc omnes, boni & mali, digni & indigni,electi & reprobi. Et item, Bibite ex hoc omnes. Ex quo? Hic est sanguis meus. Audax Witcleff,qui Iudam excludit, quem Christus admisit:nec admisit modò, sed & inuitauit ad ferculum. Et Apostolus ad Corint. dicit, Qui manducat,& bibit indignè,iudicium sibi manducat & bibit. Non dixit,præscitus. Quid igitur tu dixisti,præscitus, nisi ut priores errores tuos, hoc ipso firmares,quibus soles dicere præscitũ continuè peccare mortaliter, & nullum præstimatum mortaliter aliquando peccare? Iterum dicis, q nonsic mãducat corpus Christi. Quid

Witcleff. Augustin.

1.cor.11.

A uult aduerbium,sic? Placet. n. q existens in peccato mortali nõ spũaliter comedit corpus Christi: comedit tamẽ illud corporaliter,& carnaliter. Non(inquis)sed sacramẽta corporis & sanguinis Christi. Quæ sacramẽta? Non dicimus sacramenta,quæ sunt res,ipsum corpus specie panis uelatum,& ipsum sanguinem Saluatoris,nõ putribilem panem tuum & uinum, quæ sacramenta tu tantopere solennizans, de corpore & sanguine domini nihil curas. Tu uerò sub hoc æquiuoco latitare lætaris,& firmiter scriptitas de illo sacramẽto sic loqui Augustinũ, nõ autẽ de corpore & sanguine domini. Dicis enim, Patet tertiò mira subtilitas uerborum doctoris, qua dicit,nõ q indignus uisibiliter premit dentibus corpus Christi,sed q uisibiliter premit dẽtibus sacramentum corporis Christi & sanguinis. Illud enim sacramentum ualde distinguitur à corpore Christi,quod est res huius sacramenti. Hæc Witcleff,ubi iam suptã. AVCTOR. Ex isto non patet aliqua talis subtilitas Augusti ni,sed tu: infignis fatuitas,qua sic temerè contra intentionem Augustini,& ecclesiæ,cuius ipse gaudebat se esse sequacem,Augustinum uiolenter exponis. Sed Berengarij magistri tui ineptia ista fuit. Sociorum autem tuorum quorundam de schola eius mitior error erat. Concesserunt enim quidam panem in ueram carnem cõuerti,non totum, sed solùm secundùm partem illam,quæ à dignis erat edenda. Alia pars mansit panis in natura propter indignos. Alij uero totum conuerti dixerũt, sed iterum quod ab indignis esset sumendum,in aliam speciem cõuertendum. sicut in libro. 3. de corpore & sanguine domini uersus finem, GVIMVNDVS declarat,dicens, Ex his unã panis & uini partem in carnem ac sanguinem domini transmutari confirmat,partem uerò propter indignos immutabilem retineri. Altera uerò totum quidem panem & uinum altaris in carnem & sanguinem domini conuerti asserit. Sed cum indigni ad cõmunionem ueniunt,in panem & uinum iterum reuerti. Nam utriusque sententiæ assertores nolunt ab indignis hominibus corpus & sanguinem domini posse participari. Is igitur cùm sit error dispar,una tamen eademque causa erroris est. Hæc ille. AVCTOR. Quid mirum igitur si Witcleff,qui plenus Berengarianus est,ita desipiat,cùm isti semiberengariani ita desipiãt? Dicamus ergo cum ecclesia catholica, q † præscitus,aut quantocunque mortali detentus, si non præseruetur miraculo, comedit corpus & sanguinem Saluatoris, non illa exteriora tantum & furfurea sacramenta. Et quia Augustinum uiolenter intrusit, AVGVSTINVS ipse pro se loquatur. Vnde libro suo. 1. contra Cresconium

Augustin.

Gratian.

Augustin.

sconium Gãmaticum cap. 26. sic scripsit, Tibi occurrere multa non dubito, quæ quanuis bona non sint,& ad utile aliquid inst tuta, non omnibus tũ habentibus sint utilia, sed tantũmodò bene utentibus. Nam cum eadem luce & sani oculi perfunduntur,& saucij,istis adiumentum est, illis tormentum. Idem cibus alias ualetudines alit,alias sedat. Idem medicamentũ hos curat, illos debilitat: eadem arma alios muniunt,alios impediunt. Eadem uestis alijs tegumento est, alijs impedimento. Sic baptismus alijs ualet ad regnum, alijs ad iudicium. Hic uideo quid te posit mouere: fortasse enim dicis, q in his omnibus nihil sacramenti commemorauerim: Baptismus autem sanctum sacramentum est, Sequitur cap. 27. uersus finem. Quid de ipso corpore & sanguine domini unico sacrificio pro salute nostra, cum ipse dominus dicat, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit meum sanguinem,non habebit in se uitã æternam,nõne idem Apostolus docet etiam hoc pernicio- B sum male utentibus fieri? Ait enim, Quicunque manducauerit indignè, & biberit calicem domini indignè,reus erit corporis & sanguinis domini. Hæc Augustinus. AVCT. Hic planè dicit Augustinus de ipso sacrificio unico pro salute nostra,scilicet, de ipso corpore & sanguine domini dixisse Christum, Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se uitam æternã, & de eodem dixisse Apostolum, Quicunq; manducauerit panem, uel biberit calicem domini indignè &c. Vnde sequitur,quòd corpus domini manducari põt indignè. Non autem spirituali comestione manducari potest indignè, ergo corporaliter potest corpus Christi indignè tractari, & comedi. Sed dicit Witcleff,pro me est, q Apostolus non dicit,qui mãducauerit corpus domini,sed panem hũc indignè, quia hic Apostolus uocat panem. Sed pro te non est, q Apostolus hunc panem intelligit non materialẽ, sed supercælestem: in cuius signum sic eum recitat AVGVSTINVS tertia parte sermonum, sermone de sacramentis in die Paschæ,qui incipit, Memor sum. in quo, Magna(inquit)sacramẽta, & ualde magna uultis nosse quomodo comedãtur? ait Apostolus, Qui manducat corpus Christi,aut bibit indignè, reus est corporis & sanguinis domini. Quid est indignè accipere? contemptibiliter, & irridẽter accipere, Non tibi uideatur uile quod uides. Hæc ille. AVCTOR. Noli putare, quòd Augustinus falsificet textum Pauli, ipse dixit aliẽ Apostolum, Qui manducat corpus Christi indignè. Si ergo Apostolus & Augustinus nõ supponant impossibilẽ, ergo corpus Christi manducari potest indignè. Non autem spiritualiter, quia hoc esset oppositũ in adiecto: quia † manducare spiritualiter, est mãducare dignè. Ergo corporaliter potest corpus Christi manducari indignè, & spiritualiter solũ dignè. Vnde de his uerbis domini, secundum Matthæum sermone II. AVGVSTINVS. Illud etiam, quod ait, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo, quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos poterimus hic accipere, de quibus dicit Apostolus, q iudicium sibi manducent,& bibant, cum ipsam carnem manducent, & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas magistri uenditor & traditor impius, quãuis primum ipsum manibus eius confectum sacramentum sanguinis eius & carnis cũ cæteris discipulis, sicut apertius Lucas Euangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo? Multi denique, qui uel corde ficto carnem illã manducant,& sanguinẽ bibunt,uel cùm manducauerint & biberint apostatæ fiunt? Sed profectò est quidam modus mãducandi illam carnẽ,& bibendi illum sanguinẽ: quo modo qui manducaut & bibit, in Christo manet,& Christus in eo. Non igitur quocunq; modo quisquam manducauerit carnẽ,& biberit sanguinẽ Christi, manet in Christo, & Christus in illo, sed certo quodã modo. Hæc ille. AVCT. Ex quo planè patet, quòd comedentes non distant à substantia, sed solum in modo discrepant comedendi. Et hoc item probant uerba Apostoli, quibus dicit, Reus erit corporis & sanguinis domini. Alioquin diceret, reus erit illius sensibilis sacramenti panis & uini, quod ualde distinguitur à corpore Christi, quod est res huius sacramenti, iuxta Witcleff. Et sic item exponit Apostolum ibi CHRYSOST. dicens, Si quis manducauerit Christum regem dignè, uel indignè, habebit iudicium, uel præmium. super Ioãnem Moralium*. 46. ubi dicit, Hoc(inquit) sanguine, comparauit ecclesiam Christus: hoc sanguine ornauit eam uniuersam. Sicut enim homo seruos emens, aurum dat, & ornare ruẽ sus eos uolens, auro hoc facit: ita & Christus comparauit nos sanguine, & ornauit sanguine. Qui hoc participant sanguine dignè, cum angelis,& archangelis, & superioribus uirtutibus, statim hanc induti sunt Christi regalem stolam, arma habentes spiritualia. Sed nihil adhuc dixi: ipsum enim induti sunt regem, sicut est magnus, & mirabilis. Ita si quidem cum puritate accesseris, in salutem accessisti. Si uerò cum pernicioſa conscientia, in supplicium, & cruciationem. Qui enim manducat & bibit indignè sanguinẽ & corpus domini, iudicium sibi manducat,& bibit. Si enim qui sordidant purpurã regalem torquentur, sicut & qui tesciduntt

Manducare spiritualiter quid.

August. To.x.

Io.6.

1.Cor.11.

Chrys. To.3.

*45.

Nota.

nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil incongruum & eos, qui immunda mente corpus sordidant, idem sustinere suppliciū cum ijs, qui id rescindunt per clauos. Vide denique qualiter terribile ostendit Paulus suppliciū, dicens, Irritam faciens quis legē Moysi, sine propitiatione in duobus uel tribus testibus morietur: quantùm existimatis deteriori digna efficietur supplicio, qui filium Dei conculcat, & sanguinē testamenti cōem putat, in quo sanctificatus est? Hæc ille. AVCT. Ecce ne quicquam remaneret ambiguum in verbis Chrysostomi, hic nec nominat sacramentum, nec mysterium, siue signum, sed si quis dignè participat Christi sāguine. Et recitat Apostolum sicut Augustinus iam suprà, Qui manducat & bibit indignè corpus & sanguinem domini: non dicit panem hūc. & eos æquiparat, qui immunda mente sordidant corpus Christi, ijs qui clauit idem corpus perforabant. Et Apostolum intulit de conculcantibus filium Dei. Sic ergo uidetur istum antiquum patrem non aliud unquam intellexisse, q̄ q̄ Dei filium, & corpus eius secundùm substantiā digni manducant ad uitam, indigni ad pœnam. Et itē in sermone de corpore & sanguine dñi, qui incipit, Veritas, quæ est Christus, & hī de consecratione distinctione. 2. cap. Vtrum sub figura, inquit AVGVSTINVS. Quia nouerat Christus, q̄ & boni dignè, & mali indignè accepturi essent suum corpus & sanguinem, voluit cunctis communicātibus ostendere quid boni, quidue mali ex eo percipiant. Et ideò Iudas in figura omnium malorum primus ad percipiendū corpus Christi permittitur. Nam si post resurrectionem hoc fieret, iam Iudas cum sanctis apostolis communicare non potuisset, quia iam damnatus erat. Hæc ille uersus finem sermonis. AVCT. Ecce iam si illa subtilitas, quam laudasti, fuerit de fabrica Augustini: q̄ indignus premit dentibus sacramentum, sed non corpus Christi: iā require subtilitatem tuam in prædictis. Hic nō dicit sacramentum, silet de uerbo. Et dicit nouisse Christum, q̄ mali indignè accepturi essent corpus suum & sanguinem. Et ideo Iudas in figura omnium malorum, permissus est primus corpus Christi percipere, non sacramentum sine re sed sacramentum rem ipsam in sensibili sacramento corpus & sanguinem saluatoris. Quod item suprà idem Augustinus appellat intranslitiuè, unicum sacrificium pro salute nostra. De quo sacrificio corpore Christi uero, item CYPRIANVS epistola de exhortatione lapsorum, & incipit. Pax ecce dilectissimi fratres. increpans sacerdotes permittentes communicare lapsos sine suscepta pœnitentia. A diaboli (inquit) aris reuertentes, ad sanctum domini, sordidis, & infectis nidore, manibus, accedūt. Mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes, & exhalantes, etiam nunc scelus suum faucibus contagia funesta redolentibus, dñi corpus inuadunt, q̄n occurrat scriptura diuina, & clamet, & dicat, Omnis mundus manducabit carnem. Et anima quæcunque manducauerit ex carne sanctificij salutaris, quod est dñi, & immunditia eius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Apostolus item testetur, & dicat. Nō potestis calicem dñi bibere, & calicem dæmoniorum: Non potestis mensæ dñi communicare, & mensæ dæmoniorum. Idem contumacibus, & pertinacibus comminetur, & denuntiet, dicēs, Quicunque ederit panem, aut biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Spretis his omnibus, atque contemptis ante expiata delicta, ante purgatam conscientiam, sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis dñi, vis infertur corpori eius, & sanguini. Et plus modò in dñi manibus, atque ore delinquunt, q̄ cū Deum negauerunt. Hæc ille. AVCT. Vide q̄ famosum fuit apud antiquos dicere perniciosos Christianos inuadere corpus dñi, & intelligere illud apostoli, Qui ederit panē, uel biberit calicem dñi indignè: de perditis fidelibus, à quibus uis inferebatur non nudo sacramēto, sed ipsi corpori in sua essentia, & sanguini saluatoris. Et quanuis sub calamo suo Cyprianus iam uerbum habebat apostoli dicētis, Qui ederit panem, tñ panē materialē abijciens, de solo Christi corpore loquebatur: per hoc dans intelligi, q̄ corpus Christi uocauerit ibi panem: sicut & AVGVSTINVS exponit in tractatu de oratione dñica, qui incipit. Euangelica præcepta. ubi inquit. Panis uitæ Christus est. Et panis hic omnium non est, sed noster est. Et quomodo dicimus pater noster, quia intelligentium & credētium pater noster: sic & panem nostrum uocamus, quia Christus eorum, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidiè postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiā quotidiè ad cibum salutis accipimus, intercidēte aliquo grauiori delicto, dum absentes, & non communicantes a cælesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur: ipso prædicāte, Ego sum panis uitæ, qui de cælo descendi: si quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Panis, quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Quando ergo dicit in æternum uiuere, si quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure communionis accipiunt: ita contrà timendum est & orandum, ne dum quis absens separatur à Christi corpore, ieiunus remaneat à salute, comminante ipso, & dicente, Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis. Et ideo panem nostrum, ideſt, Christum dari nobis quotidiè petimus. Hæc ille. AVCTOR. Mirum quotiens reuoluit sermonem de pane: & nunquam exponit de pane nostro sensibili, sed de carne saluatoris, & Christo ipso, quem in Eucharistia contingimus, non tantum spiritualiter, in cuius signū absentiam à iure communionis satis expauit, exponens de hoc, Nisi ederitis carnem filij hominis, quod Witeleff dicit intelligēdum de spirituali sumptione, quæ si esset, æquè ablens vt præsens, spiritu posset assumi. Dicant iam Witcleuistæ, si hoc intendat Augustinus in principio omnium istorum verborum contra Crescōnium, quod dixit vnicum sacrificium pro salute nostra de sensibili sacramento pane & vino, an non potius de corpore uero Christi, quod est res huius sacramenti, & utique sacramentū. Sic enim assumpsit probare, quòd vnum, & idē sacramentum alijs sit vtile, & aliis sit nociuum: vt posset hoc congruè de baptismo probare per similē. Sed postea nē te posses sub consueta tibi æquiuocatione protegere sacramenti, de ipso corpore Christi vnico sacrificio pro salute nostra argumentum assumpsit, q̄ posset assumi, q̄ busdam ad regnum, quibusdam ad iudicium: non hic sacramentum dices extrinsecus sensibile, sed vnum & idem corpus, & sanguinem saluatoris. Vnde & idem AVGVST. ibidem ca. 29 scilicet, libro primo contra Crescōnium. Nunquid (inquit) hic quod dicas inuenies, nisi non in eis bonis ad Dei legem pertinentibus deputandum esse baptismum, quem possunt homines & habere, & boni non esse? Sed ipsam quidē legem, & scientiam, & sacrificium corporis Christi, & sanguinis Christi, talia bona esse, quæ possunt homines & habere, & mali esse. Baptismū uerò tale bonum esse, quod quisquis habuerit, necessariò bonus sit. Quod si dicere volueritis, falsum dicetis. Hæc ille. AVCTOR. Ex quo liquet, quòd sacramenta comparauit Baptismi & Eucharistiæ ad habentes. Et tunc ex concesso quasi per se noto, quod sacrificium Christi corporis vnicum pro salute nostra oblatum posset sumere bonus & malus, bonus ad vitam, malus ad pœnam, deducere conabatur Augustinus tunc negatum, quòd æquè posset quis suscipere sacramentum baptismi quanuis malus. Iam autem utrūque negare videtur noster Witcleff.

A CONTRA BLASPHEMIAM WITcleff, qua concedit cum Rabano Maguntiensi & Heribaldo Altisiodorēsi, corpus domini in sacramēto esse cibum digerendum in humanam carnem. Cap. LXI.

SVMMA.

1 *Rabani Maguntiēsis, & Heribaldi Altisiodorēsis error circa corpus domini in sacramento, dicēces esse cibum digerendum in humanam carnē. Et quomodo eis consonat Witeleff. Et qualiter Rabanus alter, hanc perfidiam tanquā horrēdam abijciat. Et multa de hoc ex Anselmo, Damasceno, Hugone, Ambrosio, & aliis.*
Corpus domini quòd non digeratur. Vbi quāplurimi alij cibi, qui non digeruntur, recensentur.
Status seu conseruatio suppositi.

DEMVM † uenitur ad experimēta naturæ, & dicit experimēto ꝓbari, panē, quia per tempus & tempora posset quis hostijs enutriri, & inebriari. Ex quo video concludendum, q̄ sicut Witeleff cōcedit digestionem Eucharistiæ: ita dabit egestionē eiusdē. Et ita cōsonat Heribaldo & Rabano Magutiēsi, ponentib. venerabile sacramētū altaris obnoxiū esse secessui. Quod nē videar imputare ipsi pro scādalo, ipse pro se loquatur. Ipse. n. ipsum eundem Rabanum approbans in authorem fuæ peruersitatis, & quod errauit assumit li. 5. de naturis rerum ca. 11. Maluit dñs corporis & sanguinis sui sacramenta a fidelium ore percipi, & in partem eorum redigi, vt per uisibile opus, inuisibilis ostenderetur effectus. Sicut .n. cibus materialis forinsecus nutrit corpus, & vegetat, ita etiam verbum Dei intus animā nutrit. Hæc Rabanus ibi, & assumit Witcleff cap. 6. tractatu de Eucharistia, addens subsequēter. Ecce quòd iste magnus doctor dictat cum experientia, q̄ panis & vinum, quæ sunt sacramentū corporis & sanguinis domini, rediguntur in partem hominis, quo ad corpus. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quod quià tibi placet etiam quod impurum est: decidat ad secessum de necessitate placebit. Hoc de facto sustinuit Rabanus, idcirco merito reprobatus, qui etiam planius hoc dixit libro suo de institutis clericorum cap. de sacramento corporis & sanguinis domini, dicens. Sacramentum ore percipitur: sacramentum in alimentum corporis redigitur; uirtute autem sacramenti æterna uita adipiscitur. Hæc ille. AVCTOR. Cætera omnia ibi præmisit, quæ posuit in libro suo de naturis rerum, quòd sacramentum domini corporis in

Universidad de Deusto
Biblioteca

partem hominum redigitur. Hic addit, q̄ idem sacramentum in alimentum corporis redigitur. Sed non idem Rabanus existimatur, qui de laude crucis, & de sacramētis conscripsit. Nam iste in libro de sacramento corporis & sanguinis domini, hanc perfidiam cāquam horridam abijcit: & librum de quo transumpta fuit, appellat apocriphum. cap. 49. Neq; (inquiens) obtemperandum sicut apocriphorum monimenta decernunt donec digerantur in corpore me communis cibus accipiatur: sed satis inuigilandum, ut antea quisque semper se præparet, & post acceptam gratiā nullus se reddat indignū. Spiritualiter enim hæc accipienda, & non carnaliter. Licèt igitur panis in carnem, & uinum in sanguinem conuertatur, ueluti à natura probatur: tamen altius hæc considerandā sunt, ubi non modo caro aut sanguis Christi in nostram conuertuntur carnē aut sanguinem, uerùm nos à carnalibus eleuant, & spirituales efficiunt. Hoc sanè in nobis nutritur, quod ex Deo natum est, & non quod ex carne & sanguine. Sequitur. Et ideo hæc mysteria non carnalia, licet caro & sanguis sint, sed spiritualia iure creduntur. Et infrà. Friuolum est ergo, sicut in eodem apocripho libro legitur, in hoc mysterio cogitare de stercore, nè commisceatur in digestione alterius cibi. Denique ubi spiritualis esca & potus sumitur, & spiritus sanctus per eū in homine operatur: ut si quid in nobis carnale adhuc est, transferatur in spiritum, & fiat homo spiritualis: quid cōmixtionis habere potuit? Quantū igitur distat uita illa æterna ab ista mortali uita, tātum & iste cibus omnino præeminet ab illo communi, quo simul nobiscum etiā animalia uiuunt, & ideo cōmunis appellatur: quia omnium est, bonorum, scilicet, ac malorum, nec non & animalium. Hæc ille. AVCTOR. Ecce digestionem sancti cibi Rabanus denegat: & admixtionem sacramenti cum cibo cōmuni si prædigestione sumatur, irridet. Quod tamen necesse esset intelligere, si in partem hominis cederet quo ad corpus, aut si uerum esset, q̄ in alimentū humani corporis redigeretur ut alius. Vbi notādum, q̄ tantum dicit cibum sacramenti à cibo distare communi, quantum uita ista mortalis à uita cælesti. Certum est autem, q̄ uita ista mortalis non est æterna: ergo nec cibus noster communis est sacra Eucharistia. Et propter hoc determinauit aliàs in hoc uolumine, quòd nihil de substantia panis remanet, quia efficaciter commutatur, & hic dicit, q̄ hæc sacramenta corporis ac sanguinis Christi nihil in nobis nutriunt, quod ex carne natum est aut sanguine, sed solum quod ex Deo natum est. Quem passum Rabani etiam ANSELMVS imitatus est libro suo de corpore & sanguine domini, capitu. 9. ubi dicit, Pulcherrime Christianus poeta dicit, scilicet, Boetius.

Rabanus aliter.

Anselmus

A

Qui pereuntem hominem uetici dulcedine pomi,
Instauras meliore cibo, potuque sacrati
Sanguinis infusum depellis ab angue ueneuum. *Boetius*

Sumpta enim ore carnis nostræ caro Christi, ne quaquam æstimanda est lege communium cibo rum. Hic enim cibus non est uentris, sed mentis: dissimilis omnino ab illis cibis, de quibus dicitur, Omne, quod in os intrat, in uentrem uadit, & per secessum emittitur. Hic est cibus, qui non uadit in corpus, quia nequaquam sicut alij cibi in naturam uertitur corporis, sed corpus nostrū in suam uertit naturam: & futuræ resurrectioni, & perpetuæ incorruptioni illud præparans, & coaptans, & in nobis est, & ubi erat. s. in dextera Dei patris. Hæc ille. AVCTOR. Non est leniter transeundum, quod Anselmus contra hæreticorum morsus exponens sanctum Ambrosium, dicit. Hic est cibus, qui non uadit in corpus. Sic

B enim Ambrosius libro de sacramentis, & Augustinus de uerbis domini, ut habetur in prætijs. Sed ne hoc in partem suam torqueret hæreticus dicens, ergo corpus dñi non uadit per os hominis in corpus eius: exposuit Anselmus quomodo non uadit in corpus hominis, quia nequaquā sicut alij cibi in naturā uertitur corporis, sed corpus nostrum potiùs in suam uertit naturam. Et quidam doctores dicunt hoc modo. s. assumendo animam & corpus sibi, q̄ transeunt secundū se in substantiam animæ & corporis. Vnde. 4. lib. sententiarum. cap. 14. DAMASCENVS. *Damas.* Corpus, scilicet, & sanguis Christi in stabilimentum & consistentiā animæ & corporis transiens, non consumptum, non corruptum, non ad secessum iens (absit enim hoc) sed in nostram substantiam, & conseruationem, læsionis omnino reparatio, sordis omnis purgatio: si quidē aurum assumat sordidum, per iudicatiuam, correpto-

C riamq; ignitionem purgat, ut non in futuro cū mundo condemnemus. Sequitur. Et hoc est quod dicit. Quare qui participat corpore & sanguine *1. Cor. 11.* domini indignè, iudicium sibi comedit, & bibit. Per ipsum purgati, unimur corpori domini, & spiritui eius, & efficimur corpus Christi. Hæc ille. AVCT. Sed quæris forsan, Quid de hoc ergo sacramento corporis Christi factum erit, postquàm comestum fuerit? Respōdet tibi HVGO *Hugo* libro secundo de sacramentis. capi. 13. octauæ partis, dicens. Sed forsasis iterum dicit tibi cogitatio tua, quid fiat de corpore Christi, postquàm sumptum fuerit, & comestum? Tales sunt cogitationes hominum, ut uix quiescere uelint, in ijs maximè, quæ quærenda non sunt. Dicit ergo tibi cor tuum. Quid factum est de corpore Christi postquàm illud sumpsi, & manducaui?

ubi cani? Audi ergo, Corporalem præsentiam Christi quæris, in cælo quære, * ibi Christus est ad dexteram patris sedens. Tecum ad tempus esse uoluit, qñ, & quandiu necesse fuit. Exhibuit tibi ad tempus corporalem præsentiam suam, ut te ad spiritualem excitaret. Sequitur infrà. Qñ in manibus sacramentum eius tenes, corporaliter tecum est. Qñ ore suscipis, corporaliter tecum est. Qñ manducas, & qñ gustas, corporaliter te cum est. Denique in usu, in tactu, in sapore corporaliter tecum est. Quandiu sensus corporaliter afficitur, p̄sentia corporalis non auferē. Post q̄ autem sensus corporalis in percipiendo deficit, deinceps corporalis præsentia quærenda nō est, sed spiritualis retinenda. Dispensatio completa est perfectum sacramentum, uirtus manet, Christus de ore ad cor transit. Melius est tibi, ut eat in mentem tuam, quàm in uentrem tuum. Cibus iste animæ, non corporis est. Noli in ipso quærere consuetudinem cibi corporalis: uenit ad te ut comedatur, non ut consumatur: uenit ut gustetur, non ut incorporetur. Augustinus uocem de cælo audiuit, quia hoc à terrenis illi dici, aut responderi non potuit: Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me: non ut me mutes in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me: Hæc ille. AVCTOR. Satis clarè manifestauit doctor cibum istum sacramenti, quē in altari tractamus, non esse cibum communē corporeum: quia expresè dicit, quòd cibus animæ est, nō corporis. Nec quærenda est in eo cō suetudo cibi corporalis. Pepercit uerbis ob reuerentiam sacramenti. Sed ut eius tollamus iniurias, digestionem intelligit etiam secundū medicos triplicatam, nec ullam de sancto cibo cōcedit, quæ relinquatur post sensus. Sed demum (inquit) non in uentrem uadit, sed in mentem, secundùm uerba prædicta Ambrosii. Non est panis (inquit) qui in uentrem uadit, sed qui substātiam animæ fulcit. Et expresse concludit, q̄ nec uenit ut consumetur, uel incorporetur, secundùm illud Augustini. Nec tu me mutabis in te, Quomodò ergo digeritur in partem hominis uel alimentum hominis secundum corpus, si nō mutetur in illud? At ne mentiaris Hugonem dixisse hæc omnia de illo idolo uel figura corporis Christi in sacramento, uel ut tecum uerbis utar de esse spirituali & figurati corporis Christi, ibi Hugo præmisit corpus Christi habere in sacramento corporalem sui præsentiam in sapore, in colore, in gustu, & tactu, & quandiu sensus corporalis corporaliter ex sacramento afficitur, postea uerò spiritualiter retinetur. O q̄ improbus exactor iste allegat Hugonem, qui nec Hugonem auderet aspicere, uel audire loquentem. Sed ergo in hoc sibi conueniunt Rabanus fidelis, Anselmus, & Hugo, quòd sacramentum corporis Christi non in partem hominis digeritur, nec alimoniam corporalem. Vnde patet, q̄ Rabanus iste non fuit ille socius Wicleffi, uel si talis fuit, in hoc libro pœnituit turpis dicti. Cōsultius ergo Witcleff debuit sub sequi pœnitentem, quàm comitaretur errātem. Prædictorum uero sententia, scilicet Anselmi, Hugonis, & Rabani, AMBROSIVM imitatur in comparatione manuæ libro suo de mysterijs, ubi dicit. Reuera mirabile est, quòd manna Deus pluit patribus, & quotidiano cæli pascebantur alimento. Vnde dictum est, Panem angelorum manducauit homo. Sed tamen illum panem, qui mādducauerunt omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca, quā accipis, iste panis uiuus, qui descendit de cælo, uitæ æternæ substātiam subministrat, id est, quicunque hunc manducauerit, non morietur in æternum, quia corpus Christi est. Considera nunc, utrum præstantior sit panis angelorum, an caro Christi, quæ utique corpus est uitæ. Manna illud de cælo, hoc supra cælum, illud cæli, hoc domini cælorum, illud corruptioni obnoxium, si in diem alterū seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione. Qđ quicunque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Hæc ille. AVCTOR. Attende comparationem. Præstantior (inquit) est caro Christi in sacramento, manna pane angelico. Sed cum utrunque fuerit corporis sacramentum, secundum quid est hoc illo præstantius? Nunquid ſm sensibilem speciem? & constat ſm hoc, nostrum esse uilius sacramentum. An secundum inuisibilem figuram carnis Christi? & constat idem corpus secundum esse suum sacramētale figuratum esse per manna Iudaicum & panem nostrum. Quomodo ergo hoc manna non supra cælum? quomodo non domini cælorum? quomodo non ab omni corruptione alienum? Si consideretur secundùm figuram suam, non naturam, secūdùm habitudinem ad corpus Christi uerum: sicut & sacramentum nostrum secundùm figurā est ab omni corruptione remotū, quomodo sacramentum nostrum secundùm naturam suam, non est æquè ut manna quandoq; putridum, & multiplici corruptioni obnoxiū? Quod si per figuram corporis, dicendum est ab omni corruptione remotum, tam formaliter respectiuè in se, q̄ efficaciter in sumente, sicut dicit Ambrosius: quicunque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Cur propter eandem figuram ad idem corpus ab eodem cauſatā authore, non idem priuilegium erit manne indultum? Quid credis Witcleff, quòd paruus respectus præsentiæ Christi corporalis sic præponderat, ut præposteret sui ipsius Christi, & to

Ambrosius. To. 4. cap. 8. et. 9. Psal. 77.

Hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius trinitatis præsentiam maiestatis? Statuas aliam glossam. Faruitas enim huius prudentes nō latet. Sed reuera inter naturas, & substantias cōparat hic Ambrosius sacramentis, scilicet, ueteris, & nouelli, non tamen excludendo, sed includendo figuras, quia manna in sui natura non obstante figura, potuit esse corruptum. Caro Christi secundùm substantiam in sacramento est à corruptione immunis: & secundum id sumpta quod figurat, hoc est, religiosè sumentes efficit incorruptos. Patet ergo, quòd non potest intelligi dictum Ambrosij, si non secundùm substantiam intelligatur in Eucharistia corpus Christi.

Hoc sacramentum Christianorum est: quod famos è, & absolutè dicimus sacramentum: quod utique quia nos pascit mortales, de tanto beneficio reportare non potest corruptionis incommodum. Quod sumi potest ex eo, quòd libro secundo de baptismo parulorum, cap. 38. dicit sic AVGVSTINVS. Non huiusmodi est sanctificatio. Nam & catechumenos secundùm suum quendam modum per signum Christi & orationem manus impositionis puto sanctificari. Et quod accipiunt, quis non sit corpus Christi, est tamen sanctum, & sanctius, q̄ cibi, quibus alimur, quia sacramentum est. Verum & ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustentandæ uitæ huius alimur, sanctificari idem apostolus dixit per Dei uerbum, & orationem, qua oramus utique nostra corpuscula refecturi. Et sicut ista ciborum sanctificatio non efficit, vt quod in os intrauerit, non in uentrem vadat, & in secessum emittatur per corruptionem, qua omnia terrena soluuntur, undé & ad aliam escam, quæ non corrumpitur, nos dominus exhortatur: ita sanctificatio catechumeni si nō fuerit baptizatu, non ei valet, ad intrandum regnum cælorum.

Hæc ille. AVCT. Hic Augustinus expressit omnes cibos secundum sanctificationum suarū gradus, quibus eos sanctificare solemus. Recolit corporis Christi, recolit & panis benedicti, quem ita sanctificamus, ut sit etiam sacramētū, & exprimit omnes cibos, quos iubente Apostolo sanctificamus: & hoc uariè, sicut accuratiori forma paschalem agnum, butyrum & oua: quotidiana autem forma usuales escas, non tamen vt fiant sacramenta. Hæc duo sanctificata vltima dicit in secessum emitti, non obstante sanctificatione sua, & per corruptionē solui, qua omnia terrena soluuntur. De corpore uerò Christi hoc non uidebat se posse dicere propter sanctificationem suam. Imò de illo subiunxit, quòd ad aliam escam, quæ non corrumpitur, nos dominus exhortatur, cum dicat, supple, accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Et qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Ergo omnino voluit ab omni corruptione excipere, quā inter corruptibiles escas sanctas noluit numerare. Sic arguit ipse Witcleff cap. 41. de sermone dñi in monte: accidens non posse esse sine subiecto in sacramento, quia non excepit illud Augustinus, cùm generaliter loqueretur de illo in libro de quantitate animæ, cùm nec ibi de sacramento fecerat mentionem: hic autem de corpore Christi recolebat expressè. Concedimus ergo cum Augustino, & fide ecclesiæ, sacramentū hoc ab omni corruptione alienum, non in cælo tm̄, sed etiam in sacramento: non sic panis Witcleff, quem probare proponit ibi esse propter nutritiones, ebriationes, digestiones (ut arguit) expertas in sumentibus. Sed sicut ab antiquo & postmodum magistro tuo Berengario sancti patres dixerunt: hos effectus attribuimus accidentibus derelictis, quæ, ut dictum est, non sunt simpliciter, sed quodammodo sacramentum. In li. de corpore & sanguine dñi secundo, GVIMVNDVS. Rogerius (inquit) denique de sacramentis istis: si multi panes (inquiunt) & multa vina sacrētur, potest quis longo tpe uiuere, nihil aliud comedēs, aut bibens. Vnde igitur habebit secessum illo tpe, nisi ista in secessum uadant? Hæc sunt interim, quæ de rōnibus Berengarii mihi occurrūt, GVIMVNDVS. Corpus † quidē dñi nullo modo in secessum mitti & nos credimus: sed & non omnia, quæ in os intrant, in secessum ire concedimus. Non enim sententia illa dñica nisi de cibis, qui ad sustentandam huius mortalis corporis uitam ingeruntur, competenter intelligi pōt; Nemo est enim, qui de eo, quod saluator post resurrectionem suam comedit, sicut nec de angelis, q̄ apud Abraham comederūt, id uel audeat suspicari. Sicut igitur cibus corruptibilis cùm ab immortalibus sumitur, hac secessus lege congruè creditur non teneri: ita cibum incorruptibilem, quod est corpus dñi, cū a mortalibus editur secessus necessitatem pati, nefas est arbitrari. Absit, n, vt inhonestam corporis egestionē cibus ille sustineat, qui corpus & animā ad æternam honestatem parat. Hæc ille. AVCT. Optimè arguit per locum à permutatis: quòd si corruptibilis cibus, cùm ab immortalibus sumitur, non exigit habere digestionem, aut nutrimento secedere, vel abire in secessum: ergo à pari incorruptibilis cibus cum à mortalibus sumitur, non nutritioni cedet, vel secessui. Sed forsan quæris: si secessus est & nutritio corporalis, nunquid arguendum est à posteriori cibus materialis esse gustatus? Dicitur † quòd tria hæc ordinatè se habent: vt non medicorum, sed scripturæ sanctæ vtamur vocabulis: Manducatio, Nutritio, & Secessus: uel æquialenter sicut est status suppositi loco nutritionis,

Augustin. lib. 2. de peccatorū meritis & remissione contra Pelagianos. ca. 26. To 7.

1. Thim. 4.

Matth. 15.

Matt. 26.

Gratian. d.

Corpus dominicum non est cibus corruptibilis.

Gen. 18.

Status. suppositi.

Exo. 24. 1. Reg. 19

tritionis, quem Elias, & Moyses habuisse creduntur post corporalis sumptionem edulij: qñ per quadraginta dies unus in deserto, alter in monte, legitur in defectibiliter naturæ statum continere cum dño. In his ergo purum cum impuro cessit in substantiam rei alēdæ. & demum calor naturalis non est extinctus, sed stetit quodammodo à consumptionis suæ facultate suspensus, sicut ignis inclibano Babylonis. Et sic patet, q̄ sicut in illis tribus prædictis, prior actus non nec cessariò posteriorem exigit: ita nec postremus à priore aliquanta necessitate dependet. Nā possunt esse secessus sine nutritione, si saltem sudores, & euaporationes superflui tales esse creduntur: sicut post quinquaginta annos in corporibus sanctorum crines ac barbas euaporasse legitur.

Crines siue capilli euaporauerunt in corporibus sanctorum post quinquaginta annos sine detrimento.

¶QVOD NVLLVS CIBVS PENITVS EST EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM SECESSVI VEL CORRVPTIONI OBNOXIVS. Cap. LXII.

SVMMA.

1 *Viuere quòd possit quis ex uirtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore, Et secessum posse ei exinde fieri, omnino denegatur.*
2 *Miracula de corpore dominico sustentatis, recensentur.*
3 *Accidentia quomodo sola nutriant.*
4 *Lignum paradisi. Et quid de illo dicat Augustinus. Et de eius uirtute.*
5 *Miraculum in uitis patrum narratur, de subtractione dominici corporis sacramenti indignis communicaturis.*
6 *Witeleff, qui contendit sanctum sacramentū dominici corporis esse obnoxium combustioni foetuæ, & digestioni humanæ, confutatur.*

Quintilian.

1. Reg. 19

IGITVR propter nutritionem aut statum naturæ, non potest argui rei corporalis manducatio præcessisse, sicut probat ibi consequenter GVIMVNDVS. Illud (inquiens) equidem ego confiteor, quoniam ex uirtute sacrosancti corporis si placet ita Deo propter aliquam, quam ipse nouerit causam: non dico ex multitudine panū, sed uel ex modica portiuncula potest quis longo tēpore melius, quàm ex omnibus huius mundi epulis sustentari. Nam si Elias ex uirtute refectionis illius, quam, ex duobus subcinericeis panibus & modico aquæ angelo ministrante perceperat, quadraginta diebus, totidemque noctibus uixit: quanto magis ex uirtute cælestis hu-

ius diuinique conuiuij, in quo non iam subcinericeos panes, & aquam de manu angeli, sed ipsius uerbi Dei propria carnem & sanguinem de manu eiusdem sumimus Christi, potest quispiam nullo alio cibo vtens, si quando ita Dei vōluntas est, optimè sustentari? Denique & hoc de quibusdam sanctis patribus legimus, qui nullum aliud sumentes prorsus edulium, sola communione dominica diebus tantùm dominicis sagināti, multis annis uixerunt. Hoc † igitur concedere possumus, posse, uidelicet, aliquē ex uirtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore uiuere, secessum autem posse ei fieri exinde omnino denegamus. Si quid sanè interim secessus habet, aut ex reliquijs præteritorum ciborum, aut ex defectu sui corporis id esse necesse est. Hæc ille. AVCTOR. At ne hoc uerbum simplex Guimundi de quibusdam patribus putetur non fuisse, aut si ita fuit ut recitat: tamen hoc opus diuinum iam cessauerit, nec nisi rarò contigerit. In Dei gloriam, recitemus gesta, quæ nostris adhuc temporibus, & experientijs contigerint. In † parte nāque Aquilonari Angliæ, dicta Norfolchia, reuera opulentissima rerum & spiritualium & temporalium iam tarde, superstes erat deuota quædam in Christo puella, dicta uulgariter Ioanna Metles, id est, sine cibo: quia nunquam cibum gustasse, uel potum per tempus annorum. 15. experta est: sed solo sacramento dominici corporis diebus dominicis cum deuotissimæ mentis gaudio uescebatur. At quod altius stuporis res est, nè decipi posset de ueritate sacramenti, inter mille panes simillimos hostiam consecratam à qualibet non sacrata distinxit. Et quod plures credebant maioris esse miraculi, hoc fecit non inspiratione tantùm diuinitus, sed quadam sagacitate sensus: quia omnem cibum corporeum fastidiens, nullum sustinuit apud corporalēm odoratum suum, uel gustum, quin fugeret iam remotum. ¶ Adhuc item supermisit Deus incredulis aliam virginem nobis superstitem, dictam in uulgo suo Dillā, incolā uillæ cuiusdā Comitatus Hollandiæ dictæ Schidā, ad litus maris Britānici, q̄ quatuordecim annis iā nup elapsis, sed continuis, nec cibū quenq̄ sustinuit, uel in quantitate semipisæ sumere corporalem. Et, quod mirum est, cum licentiatis aspicere, quod horror erat, erate uentris abrupta exenteratā penitus se multis ostendit ancilla Christi solum pulmonē & iecur ostēdens, & hęc minutis obesa uermiculis. Hæc nimirum multo tempore omni pane abstinens, solius lactis alimonia pascebatur. Postmodum uerò nec lac susciperе pertulit ultimis octo annis, sed tantum in dominicis, ut præcedens uirgo, Christi

Miracula de corpore dominico sustentatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis ferculo saginatâ, per totam hebdoma dam potuit stare contenta. ¶Iam item rursus anno domini. M. CCCCXIIII. hoc miraculum Eucharistiæ declaratur, quia doctor quidam magnus in lege ciuili, dictus Radulphus de uiridi colle, Anglicè Greenherst, peracto nuntio huius nostri illustris principis regis Angliæ Henrici quinti, apud serenissimum tunc Romanorum & Hungariæ regem Sigismundum, & reuersus Cantuariam, mortis futuræ cœpit gustaro præambula. Et tandem concilio monachorum, & fratrum, aliorumq; turba fidelium circuncinctus, cœpit dominici corporis sacramentum saltem ad corporalis oculi sui rogare præsentiam, cum prius esset tacitus Witcleuista, & incredulus sacramento, uerùm nullus ausus erat dare consilium, ut se conuiuam faceret sacramẽti, cùm ab horis infirmitatis suæ primæuis, continuo uomitu laboraret: & omnis cibi, uel potus corporalis, uel ad odoratũ experiebatur impatiens. Sed magnus dominus uolens tanti sui sacramenti declarare potentiam, & ab omni sublunaris cibi participio alienum, dedit in corpus uiri, quem prædestinauit in filium, rogare, & dicere. O domine redemptor omnium saluandorum, da mihi sentire, & credere, quod de hoc sacramento credendum est. Et si quidem retineã, corporeus cibus non est, quem usquequaq; nausea plenus horreo, & à procul euito: sed hoc ipsum solum in natura, quod nuper credere distuli, tui corporis diuinissimi ferculum salutare. Tandem oratione finita cum multis astantium lachrymis, qui omnem cibum corporalem euomuit, spiritualem Christi cibum retinuit cum accepit. Ac post perceptum. 8. diebus continuis miraculum prædicans, sed omnem corporeum cibum renuens, superuixit. Et tandem salubris lamenti completo tempore, & incredulitatem pristinam ualidis delens gemitibus, obdormiuit in Christo. Ecce quot experientiis personarum expressit modernis fidelibus Christus legifer sacramenti, quòd non sit in eo panis aliquis usualis: cùm nec fragmẽtum panis poterat quis illorum sine certa morte gustare. Et ex alio latere de speciebus panis absentis meliùs, quàm præsentis nutritionem diutinam, uel qui illi æquiualet, statum, scilicet, mortalis uitæ continuit. Sic enim expertis medicis notum est plurium ciborum nocere substantias, quarum accidentia conferunt medicinam. Veluti bouina caro recens, & ciceres febricitantibus oberunt, quorum decoctio suis qualitatibus affectata febres extinguit. Quid igitur? Nunquid accidentia illa possent in operationes suas actu secundo, si essent sine subiecto, cùm subiectũ plùs impedit, quàm adiuuat in agendo? Ita & accidentia panis: cur

A non disgregant, & sapiunt, sonant, & nutrium sine subiecto, cùm has proprietates per se à seipsis habent? subiecta uerò p accidens? quãuis accidentia illo ab ipsis subiectis actualiter uel habitualiter in actu primo dependent: in actu autem suo secundo nequaquam. Vnde uerum existimo, quòd quanuis sol per radios suos, & emissarias qualitates mundum istum uiuificat, non minus aptè cuncta uiresceret, si qualitates illæ sine subiecto existerent, aut alicui angelo coexisterent, quàm nunc faciunt. ¶Sed † dubium restat istis contentiosis, quomodo qualitates istæ nutrirent sine subiecto, cùm obiectũ nutritiuæ est materia? Et respondetur, quòd secreta quadam uirtute, uel influxa qualitatibus, aut rei eis coexistenti præsenter possent qualitates earum actiuæ forsan congregare, uel humores in corpore, uel aerem proximum per anhelitum, & eum affectatum sua uirtute aptum reddere, B ut per transmutationem calidi naturalis congruam præstaret materiam nutritiuæ. Sicut econtrariò corruptus aer attractus generat morbos, & lepram. Et cùm iuxta Aristotelem ex eisdem nutrimur, & sumus, quomodo non ex eisdem nutriri possumus, ex quibus sumus longæui? Sicut Aristoteles ipse de odore pomi, si fides dabitur illi libro, quem legunt philosophi. Aut aliter, sicut lignum uitæ semel gustatum, immortales faceret comestores. Quam uirtutem AVGVST. docet lib. 8. super Genesim ad literam. cap. 9.* dicens. * Illud adde: quanquam corporalem cibum, talem tamen illam arborem præstitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta. Profectò enim licèt usitatus panis aliquid tamen amplius habuit, cuius una collyride hominem Deus ab indigentia famis dierũ 40. C spatio uindicauit. An forte credere dubitamus, per alicuius arboris * spatium, cuiusdam altioris significationis gratiam homini Deum præstitisse, nè corpus eius, uel infirmitate, uel ætate in deterius mutaretur, aut in occasum laberetur, qui ipsi cibo humano præstitit tam mirabilem statum, ut in fictilibus uasculis farina & oleum deficientes reficerent, nec deficerent? Iam hic de genere contentiosorum quisquam existat, & dicat Deum in terris nostris miracula talia facere debuisse: in paradiso autem non debuisse: quasi uerò uel non de puluere hominem, uel de latere uiri mulierem maius ibi miraculum fecit, quàm quòd hic mortuos suscitauit. 4 Hæc ille. AVCTOR. Optimè † probat Augustinus ad propositũ lignũ uitæ in medio paradisi præstitisse stabilem, & firmam sanitatem cũctis de eo corporaliter uel semel sumentibus, non quidem

Accidentia quo sola maneant.

Gen. 3. Fo. 3.
cap. 9.
*Augustin. * Illud quo addit.*

Lignum uitæ.

quidem ipsa naturæ suæ substantia, sed inspiratione (inquit) salubritatis occulta. Et probat ex comestione modici panis Eliæ, & de indeficiente farina & oleo: in quibus omnibus uirtus influxa rebus, quæ ualde per accidens influit, & non propriæ substantiæ per se dederant non deficiés incremẽtum. Et si hoc extra hominem in testa, quid obest ne hoc faciat qualitas intra stomachum, præstans ei simul & nutrimentum, & salubritatem stabilem in natura? Nullus potest dicere, ꝙ materia illius olei in lechyto sibiipsi præstitit incrementum. Magne Deus quid tantopere requiritur ad nutrimentum & augmentũ hominis cibalis materia? Maxime cùm longè melius agens est corpus Christi corporaliter in hostia præsens, & sua uicinitate qualitates hospitas gratiosè perfundens, quàm lignum uitæ, aut lechytus olei sacramentum ipsum figurans. Nec intellexit seipsum Witcleff, cum diceret sacramentis aliquem nutriri posse per tempus & tempora, quia nescìuit distinguere causam ab effectu. Nutritio enim est propter conseruationem B suppositi. Et quia uidit forsan aliquos sospites post sacramenti sumptionem per aliquantũ tẽpus sine cibis communibus: ideirco conseruationem eius nutritionem appellat, cũ tamẽ formaliter ita non sit, quanuis sic causaliter dici possit. Sicut iam dixit Augustinus multũ sagaciter corpus hominis per esum ligni uitæ semel posse sanitate stabili confirmari: non dixit continue enutriri. Ita uidetur conseruatiuam uim suppositi, quæ est totus fructus nutritionis, & lõgè melius donum, posse sine materiali cibo corpus hominis prorogare per tẽpus multo productius, q̃ cibus corporeus nutritiua. Sicut cõseruati sunt sospites sine cibo Moyses & Elias: licut Daniel, & socij eius de esu leguminis pulchriores carnes effecerant, quàm pueri enutriti pulmentis regalibus. Sicut etiã centenis annorum septem dormientes sine cibo. Et si fas est admiscere fidei secretis experimenta gentiliũ, dormiẽtes illos posC sumus inducere, quos dicit Aristoteles tot annis dormiuisse apud heroas in insula Rhodos, quarto physicorum. capite de tempore. Et auctores naturæ, testudinibus, & mulcis, & hirundinibus, & cuculis per sæuã hyemẽ sine cibo recenter sumpto conseruationẽ uitæ cõcedunt: & nisi per continuũ cibum sola uirtute corporis Christi substantialiter præsentis in hostia, incredulus Witcleff homines diu superesse negabit? Imò quis coget tacere, ne dicã Deum, etiã nostris diebus influere quibusdã dilectis suis uim saturatiuam sine cibo, quæ possit humani corporis statim in quadam æqualitate elementarium qualitatum seruare ne egeat: sed tamen possit manducare si libeat? quemadmodum de

Aug. 24. 3 Reg. 19. Dan. 1.

Aristot.

3 Reg. 17

A corporibus beatorũ probat. 13. de ciuitate Dei. cap. 22. AVGVSTINVS, dicens. Corporalium istorum, quæ in resurrectione futura sunt, neque ullo ligno indigebunt,* quo fiat, ut nullo morbo, uel senectute inueterata moriantur, neq; ullis alijs corporalibus alimentis, quibus esuriendi, ac sitiendi qualiscunque molestia deuitetur: quin certo, & omni modo inuiolabili munere immortalitatis induentur, ut non nisi uelint possibilitate, non necessitate uescantur, & tractabiliter: quod angeli quoq; uisibiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia uolebant, & poterant, ut hominibus congruerent sui ministerij quadam humanitate fecerunt. Neque enim in phantasmate angelos edisse credendum est quãdo eos homines hospitio susceperunt: quanuis utrum angeli essent ignorantibus, * cum simili nobis indigentia uesci uiderentur. Vnde est, ꝙ angelus in libro ait Tobiæ. Videbatis me manducare: sed uisu uestro uidebatis, id est, necessitate corporis reficiendi, sicut uos facitis, me cibũ sumere putabatis. Sed si fortè de angelis aliud credibilius disputari potest, certè fides Christiana de ipso saluatore non dubitat, quin etiã post resurrectionem iam quidem in spirituali carne, sed uerum cibum ac potum cũ discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi, ac bibendi talibus corporibus auferetur. Vnde & spiritualia erunt, nõ quia corpora esse desistent, sed quia spiritu uiuificante subsistent. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo necessariò demonstrat quenquã uiatorẽ naturaliter uiuere ex hostijs, ꝙ ex aliquo alio cibo sustentationem non accipit. Quia etsi hostias æquè non sumeret, potest esse, ꝙ occulta uirtute sibi influxa diuinitus uictitaret. Postremo item diuina uirtute illapsa sacrę hostiæ posset seipsa in parua sicut in maxima quantitate sumpta nulla uirtute terrestri hominem in longæua salute seruare. Sed instant Heribaldini. Vnde ergo habent secessum? quasi necesse esset dicere utrum Paradisi incolæ solebant egerere. Aut nunquid phlegma, uel à præteritis cibis, aut ab aere, uel humoribus forinsecis genitum, nõ potest sicut ad os, & nares, ita ad partes alias secedere, cùm res petit? Saltem quicquid dixeris, nolo ipsi sacramento dominici corporis deroges. Sed ad tantæ rei fidelem reuerentiam satisfacientem hæreticis turpibus nota GVIMVNDVM ubi suprà sic dicentem. Hoc (inquit Berengarius) iam manifestè probatum est. Ita enim nonnulli pro eo nobis responderunt: neque ex reliquijs præteritorum ciborum, quippe propter diuturnitatem longi temporis iam consumptis, neque ex defectu proprię carnis, quippe consueta corporis pinguedine remanente eucharistia pastos habuisse secessum.

Augustin. To. 5.
quo fiat

cõsimili

Thob. 12.

Lib. 24.

Guimũdus.

O hæretica

Universidad de Deusto
Biblioteca

O hæretica malitia. Horcine experimento ausa es probare? Hoc te probasse ausa es dicere? Hoc manifestè ausa es propalare? Qua immanissima audacia nec præsentis DEI tremendam maiestatem in experiendo pertimuisti, nec Christiani populi pro tanto scelere digne sænituram in dignationem in referendo formidasti? Hic ego tamen quæro, quando, uel à quo istud probatum est? Si enim antiquis temporibus id probatum esse dicat, cum nullus hoc auctorum probabilium referat, nullo modo credendum est.

At si propinquis temporibus probatum est, quis probauit? Catholicæ partis equidem nullus.

Quis enim hunc sacratum panem Christi corpus uerè esse crederet, & de experiendo tam nefandissimo scelere cogitaret? Quod si ipse, uel suæ partis quispiam panes multos, aut pergrande unum tale quid probaturus sacrauit: nos demissa infidelium, & maximè tantum nefas probare uolentium quicquid eis concigerit, nõ magnopere iam curamus. Non enim nisi apud eos, qui uerba Christi per diuinam uirtutem tantæ rei operatoriam esse credunt panem & uinum in carnem & sanguinem domini transire necessariò credimus. Apud eos autem, qui fidem huius rei tenent: hanc mutationem per uerba Christi necessariò fieri & credimus, & confirmamus. At si forte aliquando quemlibet simplicem presbyterum catholicum ignorantem ad quid hoc fieret, ut plures sibi panes aut unum maximum sacraret ob idipsum experimentum decepit: aut suæ partis quispiam forte cũ catholicis missam celebrans itidem fecit: Corpus quidem Christi, quod sacratum est, credimus: sed aut nunquam in secessum isse, aut eodem corpore domini inuisibiliter assumpto, dignum fallendis, refellendisque hæreticis, qui secessum faceret panẽ ab angelis, siue à malignis spiritibus repositum respondemus. Nam in uitis patrum, quas Berengarius recipere non uult, ad institutionem tamen aliorum hoc proferam. Legitur quod aspiciente quodã sanctissimo patre, cuius ad id cernendum Deus oculos aperuerat, quibusdam indignis communicaturis corpus domini, inuisibiliter angelus subtrahens, carbonem porrigebat. Contra hanc de secessu quæstionem posteros fortasse præmuniens, non q̃ id semper indignis faciat. Et subdit exemplum AVGVSTINVS de ciuitate DEI de Iphigenia. Et tandem quocirca? quoniam uel in missa nõ credentium uirtute uerbi dominici corpus domini non sit: uel certe corpore domini diuina uirtute, uel angelico ministerio inuisibiliter ablato, põt hæreticis secessui cõgruus panis, aut ab angelis, aut à dæmonibus subijci. Iã de tali experimẽto Berẽgarius, & sequaces eius contra ecclesiam Dei dent sundare suam sententiam, uel reprobrare iam fictam, quàm infinitas alias simulatas. Hæc Witeleff.. AVCTOR. Ecce dixi uobis: iste omnino contendit sanctum sacramentum dominici corporis obnoxiũ esse combustioni fortuitæ, & digestioni humanæ: & idcirco totum, quod contra magistrum eius Berengarium, Guimundus protulit, ipse non tolerat. Sed adhuc homo miser attende Guimundum dicere illusiones tales fieri per angelos bonos siue malos nõ semper, sed quando uos turpes & fœdi hæretici tentatis Deum in sumptione uestra sacrilega, ut probetis, more pecudum, panem Aegyptium per digestionem humanam. Væ mihi, quia hæ dicens de corpore domini mei, uir pollutus labijs factus sum. Sed quia in medio populi labia polluta habentis ego habito, si ipsi licenter dicerent, nos autem suffusi uerecundia taceremus, uerborum iniuria concrescerent saluatori. Infelix iste, & turpis hæreticus dicit Guimũdum istam sententiam de subtractione dominici corporis sacramenti à tentamentis hæreticis non posse fundare. Quid dicit catholicus, nisi quod planè uerum est? mentiris hæretice. Nam ibi planè fundatur, ubi Christus dominus ipsum idem, & non aliud, & secundum substantiam, & naturam unitæ carnis idem corpus suum subtraxit inuisibiliter homicidis Iudæis, ante tempus suum lapidare eum uolentibus. Quando item abscondit se, & exiuit de templo. Et ubi eorum culpa permittit eis patrem hæreticorum diabolum, pro pane filiorum, lapidem: pro pisce Ionæ, serpentem: & pro ouo gallinæ congregantis pullos, porrigere scorpionem. Ipse autem integer permanens & inuiolatus: quid (inquit) me tentatis hypocritæ?

pocritæ? Sed uel quandoque permittitur filijs iræ, ut de Dei accidentibus corticem sacramenti nutritionem assumant usque ad ebrietatem, sicut de Corinthijs Paulus scripsit: quod species illæ sine substantia satis possunt: sicut quotidiè inebriatos cernimus ab odore ceruisiæ, atque uini, & à longinquo respectu cibi alicuius fastidiũ ingerẽtis tam repletos, ut nec reliqua parte diei quaslibet escas gustent: & in his accidens supplet uicem substantiæ.

QVOD WITCLEFF DETESTANda plura concedit de sacramento Eucharistiæ, quæ item ipse dolosè, & mendosè imponit catholicis. Cap. LXIII.

SVMMA.

1 *Witeleff quantas abominationes, quamq́; horridas exputet ad desolandum sanctissimum sacramentum corporis Christi, ostenditur. Et quid item falsò imputet Christi fidelibus.*
2 *Chrysostomus quid de mysterijs ecclesiæ, & altaris, dicat.*
3 *Corpus Christi, quòd uenenum ullum non contineat, quamuis omni hæretico sit uenenum ex in dispositione suppositi. Et quid de hoc dicat Augustinus.*
4 *Eucharistia Christi fidelium, quòd sacramento Witeleff sit omnimodè melior, ostenditur.*
5 *Hieronymus quid de hæreticis Witeleff similibus dicat. Et quomodo testimonia ueritatis trãsferant in mendacium. &c.*
6 *Miraculum factum in eo, qui tussus facere reuerentiam hostiæ, dicebat araneam esse dignioré ut reuereretur, narratur.*
7 *Accidens non omne deterius omni substantia.*

FIDELES Christi seruos se possunt probare catholici, si quod bene credunt, constanter affirment. Tunc maximè, quando surgent pseudochristi, & pseudoprophetæ, tractantes abominationem desolationis, & signa dantes, ut in errorem ducantur, si fieri possit, etiam electi. Quantas abominationes quàmque horridas exput Witeleff ad desolandum sanctissimum sacramentum corporis, & ad contemptum eius inducendos si posset electos. Ecce inter cẽtum blasphemias eius cap. 7. quarti trialogi. Fideles (inquit) coguntur concedere, q̃ quælibet talis hostia, quam nos credimus esse panem & corpus Christi, sit peius simpliciter, quàm panis equinus, uel corpus aliquod quantumlibet uenenosum, cum certũ sit, quòd omne tale accidens corporeum, siue quantitas, uel qualitas, uel aggregatum ex multis accidẽtibus, sit infinitè imperfectius, q̃ corpus aliquod assignandum. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hæc ad inuidiam corporis sancti dicit: sic ubilibet sanctum Christi corpus blasphemat. Sic cũ donatistis sacramẽta christiana exsufflat. Sed parcat mihi Christus, pro cuius fide decerto: inter omnes mendaces hæreticos nondum legi tã im manifeste mentiẽtem. Imputat Christi fidelibus, q̃ ipsi adorent pro eximio sacramento signa panis foris patentia sensui: eo q̃ ipse panẽ suũ cõficit sacramentũ: sic nescit à luto so pane secedere. Non nescit tamen se falsum asserere: omni n. luce certius agnouit, q̃ solum præueneranduin Christi corpus adoramus ibidem, præuenerabile sacramẽtum: ipsum inquam de spiritu sancto conceptum, & natũ de uirgine. Ipsum itẽ (quod in odium Witeleuistarum dico) idem & nusquã aliud: idẽ essentialiter in essentia carnis, nõ alienа, sed propria: ipsum substantialiter idem, non substantia, uel corporalitate panis, ut fatuissimè Witeleff sophisticat. sed substantia proprij corporis sacrosancti, uelati, tamen qualitatibus panis pristini: quas improperat nobis hic Witeleff esse sacramentum nostrum infinitum peius pane equino, uel corpore uenenoso, aliàs turpiter dicit, uel rationis stercore. Quid mirum? cùm Seneca dicat in nullo differre, uel laudari à turpibus, uel laudari ob turpia. Et igitur de turpi pectore eius ab altis cõtumeliis altæ laudes uix differũt. Sed uir turpis cum nefandis hospitibus uolens angeli testamẽti naturam fœdare pulcherrimã, acrisia sua percussus, irruit in figuram. Ibi igitur circũpalpitet, ibi blasphemet, solicitè frendeat contra signa, & accidentia sine subiecto. Probet ea pessima, & demum improbet, dum nos cum sponso Christo intus in cubili intimi sacramenti intra uelum templi, imò longè intra sanctũ sanctorum ad ipsum altare propitiatorij adorãtes intremus, ibi scabellum pedum domini, humanitatẽ. s. saluatoris in sua natura, & pura substantia uideamus, colamus, & oremus: & ore corporis corporaliter comedamus. Vnde aïa nostra insatiabiliter ferueat ignibus charitatis, prout hortatur, & instruit in expositione sua super Ioanẽ morali. *46. CHRYSOSTOMVS, dicens. Horribilia fuerè mysteria ecclesiæ, horribile uerè altare. Ascendebat de paradiso fons flumina emittens spiritualia. Secus hunc fontem plantatæ non salices infructuosæ, sed arbores ad ipsum cælum ascendẽtes, fructum habentes maturum, & immarcescibilem. Si quis æstum patitur, ad hunc ueniat fontem, & refrigeret æstum: etenim ariditates soluit, & incendentia omnia mitigat: non quæ ex sole inferuntur solũ, sed quæ à telis ignitis diaboli. Etenim principium desuper habet,

*45. Chrys. To. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet,& radicem illinc, unde & irrigantur multa huius *incilia fontis, quæ emittit paracletus, & mediator sit,nõ sarculũ habens,& uiam faciens: sed dispositionem,quæ in nobis est,aperiens.Sequitur. Quemadmodum enim auro liquefacto si manum quis immiserit,siue linguam, aureum eam confestim faciet:ita utique & hic animam operantur ea mysteria,quæ ante nos iacent. Nã feruet quidem igne uehementius hoc flumen, sed non ardet, sed infundit solum quodcunque susceperit.Hic sanguis desuper præfigurabatur semper in altaribus in iustorum occisionibus. Hic honor orbis terrarum,hoc comparauit ecclesiam Christus, hoc ornauit eam uniuersam. Hæc ille. AVCT. Hoc sacramentum nostrum est,fideles in Christo fratres charissimi, in hoc gaudeamus: hæc altaria tua domine uirturum, rex meus,& Deus meus.In hoc sacramento altaris Christi fons uiuus emanat, ortum habens, & radicem in cœlis, emittens riuulos placido murmure omnium gratiarum,& donorum spiritus sancti ybertate humanarum mentium perfundentes irrigua,totum diuinum faciens, quicquid in eo lauerit homo, sicut aurum liquidum efficit aureum.Audiat Witcleff cum luteo pane suo & uino tropicato, & accidentia nostra deludat sine subiecto,adoret figuras, uenerabili 3 bus tropis genua flectat: nec ea rectificet, donec tot,& tanta sibi conferant insignia gratiarum. Non enim has uires habent ænigmata cũ substantia corporis Christi communes. Et idcirco dominus ab hoc sacramento omnes tales figuras excluſit,cùm diceret, Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. sicut ex circunstantiis literæ probat ubi iam suprà in sequenti homilia, idem CHRYSOSTOMVS, dicens.Continuò conuertit se ad eum sermonẽ, qui est de mysteriis,scilicet,corporis & sanguinis Christi sacramentis, ostendens rei necessitatem,& quoniam omnino fieri oportet.Quid autem est hoc, uerus est cibus, & uerus est potus? Hoc vult dicere:quoniam uerus est cibus is,qui animam saluat: aut facere eos credere de eis, quæ dicta sunt,ut non æstiment ænigma esse, & parabolam, quod dictum est: sed sciant quoniã omnino oportet manducare corpus domini. Demum ait, Qui manducat meam carnem, in me manet, Hæc ille. AVCTOR. Ecce ut faceret fideles credere non esse ænigma corporis sui uel sanguinis quod dixit, idcirco Christus dixit carnem suam uerum cibum, & sanguinem uerum potum. Et ne existimarent eum paraboliceè loqui de manducatione corporis sui,ideo illa dixit, & adiunxit: Qui manducat meam carnem,innuens omnino,id est, corporaliter oportere eos comedere carnem suam.Hoc sacramen

*nisi.

Psal.83.

Ioã.6.

Idem.

A tum carnis probet Wicleff si possit esse peius ueneno: hoc nos dicimus melius summo cæio. Nam quod dicit de sermone domini in monte. cap.42. Illud sacramentum cùm sit corpus Christi in forma panis, est melius, quàm aliqua substantia sublunaris. Et sic sectæ intoxicantes principes terræ per hostiam uenenatam facerent ipsam meliùs, quàm prius fuerat consecrata. Hæc Witeleff. AVCTOR. Primùm contra seipsum insurgit, quanuis sibi fingat sibi uerba fidelium: quia si corpus Christi figurale,ut ipse tenet, in forma panis est melius omni substantia sublunari,multò magis corpus Christi naturale sub forma panis, quod fideles dicunt,est melius omni substantia sublunari, quia melius simpliciter est quodlibet in sua natura, quàm in nuda sui figura: & sic infinitè simpliciter melius est corpus Christi,quod uniuocè fideles credunt, quàm corpus figurale, & æquiuocum, quod Witcleuistæ sibi fingunt. Quod se- B cundò dicit, conuicium eius est, & à fidelibus omnino negatum.Nec enim porrigunt hostiam uenenatam unquam:quia nec potest unquam esse de se uenenum, sicut potest esse panis Witcleff,uel musca mystica Lollardorum.Nõ enim propinant catholici hostiam consecratam nisi corpus Christi in natura, quod † uenenum ullum non continet, quanuis omni hæretico sit uenenũ ex indispositione suppositi:sicut loquitur libro suo de pœnitentia Augustinus,dicens. Buccella dominica fuit Iudæ uenenum: quam cùm accepit, inimicus in eum intrauit:non quia malum, sed quia malè bonũ malus accepit. Hæc ille. AVCTOR.Hoc autem conuicio toxici utuntur hæretici ad infamiam fidei, sicut in querela Augustini supponitur lib.2 ad inquisitiones Ianuarij, ubi dicit Augustinus. Quia ex his rebus ad mysteria uerbi Dei similitudinum signa sumuntur,dicant, si placet, uel aspicias nos captare,uel uenena conficere, uel theatricas af- C fectare luxurias. Sequitur. Sed ad rem sacrè significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cætera creatura, de uentis, de mari, de terra, &c. Ad celebrationem uerò sacramentorum iam christiana libertate * pauciſsimè: sicut de aqua, de frumento,de uino,de oleo.Hæc ille. AVCTOR. Et ipse Petilianus infamare Augustinum sacratissimum præsulem ausus fuit de panibus uenenatis fœminæ cuidam porrectis maleficiatis,ut dixit,amatorio carmine. prout libr.3. contra Petilianum cap.16. idem recitans Augustinus.Titulos (inquit) epistolarum mearum à se,uel à suis,sicut eis placuit,inscriptos legat, & tanquam me in eis comprehendisse se gestiat contentem:eulogias panis simpliciter & hilariter

Vuiclef.

Philip. 2.

Idem Tom. 8. epist. 48.

*quasi simul.

Tom. 3. Ioan. 33.

titer datas ridiculõso nomine uenenosæ turpitudinis, ac furoris infamet: & de nostro corde tã malè sentiat,ut amatoria maleficia data mulieri, marito non solum conscio, uerum etiam credi sibi posset præsumat.Hæc ibi. AVCTOR. Si in historiis ergo inuenerit toxicum sub hoc commento doli porrectum principibus, quid hoc ad hostiam consecratam? quæ nulla est ibi panis putribilis, cùm omnẽ talem hostiam abolerit Christus per mortem suam sacris altaribus, ut probat Apostolus planè ad Hebræos. 10.Sed corpus tantum aptasti mihi(inquit)corpus mundum,& impollutum, nullius inquina- 4 menti,uel toxici susceptiuum. Imò † uelit nolit,fatebitur Eucharistiam Christi fidelium suo sacramento omnimodè meliorem hac ratione: quia Eucharistia nostra, quam Christus constituit,est corpus Christi naturaliter, & panis, & uinum figuraliter.Sacramẽtum,quod Witcleff B instituit,est panis coctus naturaliter, & corpus habitudinaliter,sed utrobique corpus Christi secundum naturam est melius pane naturali: & species panis,& uini qualitas & accidens absolutum est simpliciter nuda habitudine melius: ergo sacramentum ab eo fictum est sacramento à Christo facto deterius infinitè. ¶ Postquàm ergo sic imputata falsa resoluimus, quid credis astutiæ,& falsæ machinationis in sensu compre- 6 hendimus hæretico, si detestabiles obscœnitates probemus eum concedere, qualia mendosè de nobis ipse confinxit?Parcam argumentis, & flexuris dialecticis, textu uerbi eius utar. Ipse planè dicit libello suo de apostasia.cap.18. Sicut conceditur catholicè, quòd corpus Christi, & sic Deus sit materialis essentia:& sic materia prima, quæ est substantia abiectissima in natura,cum iuxta Apostolum ad Philip. 2. Christus seipsum exinaniuit,formam serui accipiens: sic concedendum est, q̃ corpus Christi sit panis se- C cundum sacramentalem habitudinem:& sic corpus Christi est imperfectius,quàm testudo.Hęc Witcleff. AVCT. Videte quid dicit, q̃ corpus Christi est abiectissima substãtia,imò & Deus, quia materia prima: & corpus Christi est peius testudine: & quis coegit eum ista fateri,nisi detestabilis hæresis propria? Et nunquid digni sunt Lollardi tali sacramento, quod sit peius testudine? Nunquid dignè tradidit eos Deus in reprobum sensum,ut faciant ea, quæ non conueniant, & aptetur eis illud Oseæ. Si Galaad idolum:ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes,ubi lib.3.in commentario HIERONYMVS. Quia † uerò(inquit) Galaad interpretatur trãslatio testimonii, & Galgal uolutabrum: hoc dicere possumus, q̃ principes hæreticorum testimonia ueritatis transferant in mendacium

Vuiclef.

Ioã.1. Oseæ 12.

Hieron. 3 in 4.6.

& quicquid colũt,idolum sint& sacrificia eorum habeãt similitudinem uel aceruorum de lapidibus congregatorum, uel testudinũ. Quomodo enim & acerui hinc atq; illinc de lapidibus & fabula congregantur, ita & hæretici de sapientia seculari & argutiis hominũ,de fraude,atq; mendacio simulacra cõponunt.Et cùm hoc fecerint tardis gressibus,in uno mouentur loco, & totũ orbem occupare non possunt. Testudo *tardo gressu,& onerata,imò oppressa põdere suo non tã ambulat,quàm mouetur, hæreticorum grauissima peccata significans: qui suis in cœno & uolutabris luti erroribus immolãt,adorantes opera manuum suarum: & instar boum cuncta pro terrenis fœgibus laborantes.Hæc ille. AVCT. Ecce quò,pduxit istum Witeleff sacramentum suum peius testudine,hic testudinẽ suam reppererit. Subeat ergo reliqua quæ sequuntur, & sciat se secundũ hanc sententiã testimoniũ ueritatis in mendacium transtuliſſe, quando dicit scripturam quintuplicis euangelij pro sacramento suo tropico laborasse. Sciat pro Wicleniſtis dictũ. Quicquid colunt, idolũ est,quia figura corporis Christi, & non ipsum corpus tropicum peius testudine: & sanguis tropicus ueneno deterior. Istæ sunt comparationes horridæ Lollardorũ, quas contumeliosè obiectant fidelibus: & in rei ueritate ipsi concedunt. Historiã † refero, quã ego præsens uidi oculis carnis meæ in cathedrali ecclesia sancti Pauli Londoniæ,ubi uenerãdus Cãtuariensis antistes felicis recordationis, Thomas Arundell,filius,& frater Comitum,pro loco iudicii assistentibus sibi Norwicensis ecclesiæ tunc præsule Alexandro, & aliis episcopali sede uerba quædam,& interrogationes proponebat de fide Eucharistiæ ad quendã sartorem de partibus Wigorniæ deprehensum in hæresi:cùm ſlecti ad fidem omnino non posset,nec aliud,quàm benedictum panem,sacratissimam hostiam uolebat appellare, uel credere:tandemq; iussus facere reuerẽtiã hostiæ,respõdit blasphemus. Verè (inqt) dignior est aranea reuereri. At statim de alto culmine tecti descendẽs ingens & horrida uisu aranea, ad os blasphemi directo filo peruenit.Et dũ loqueretur, ut intraret per pollota labia solicitè ,pcurauit,& multorum manibus uix potuit prohiberi. Astitit illustris princeps Thomas Exoniensis dux,tunc Cancellarius regni,& uidit prodigium. At prędictus archiepiscopus statim surgens cum aliis exponit omni populo ibi collecto, quid ultrix manus domini fecerat in blasphemum. Nec mora, qui pretiosissimæ carni agni prælegit araneam,peccatricem carnem suam flammis deuorandam amisit, ut esset faulla peior aranea. Ecce doctrinam sœdã & amaram errantium, qui sacramentum equi-

*tardigra da.

Notamiraculum.

Historia quædã narratur

mum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum sic in figuram attenuant,& idolum faciunt A peius testudine, & aranea posthabendum. Attendamus item in prædictis uerbis Hieronymi, quomodo Witeleuistæ hæretici de sapientia sæculari,& argutiis hominum,de fraude,atq; mẽdacio simulacra componunt. Nam quo ad argutias quantum hactenus legi de catholicis scriptoribus nullum repperi pro se terminum, illum in usum suum sumpsisse. Sed Witeleff omni frequentia in termino illo festiuè uelut in scypho Pharaonis augurari solet. Et econtrariò doctores sancti in termino illo obtrectant hæreticis, ut aliàs dixi de Origene in'canticis, & hic similiter. Et item infrà super hoc textu. Veruntamẽ dies factus sum, HIERONYMVS. Opprimitur(inquit)pauper ecclesiasticus uerbositate, & argutiis hæreticorum: qui postquàm alios decepe rint, solent dicere, diuites facti sumus. Hæc ille. AVCTOR. Ita plerunque doctores argutias hæreticorum exponunt, catholicorum nusquam. Quantum item ad hoc, quod dicit suprà B Hieronymus, quòd hæretici de fraude, & mendacio simulacra componũt: item de se Witeleff hoc dictum intelligat: quia quod ipse non potest effugere, & idcirco sponte concedit, hoc omni fraude & mendacio tanquam inconueniens obijcit orthodoxis. Arguit ipsi forsan aliquis: expositione sua consequens esse, si corpus Christi est panis putribilis, cùm ille sit imperfectior omni uiuo, ergo corpus est peius testudine. Annuit conclusioni tanquam inuitabiliter consequenti. Et ne uideatur solus execrandam asserere dictionem hanc, tam conuitiosè, quàm mendosè improperat orthodoxis. Sic itẽ arguit aliàs contra fideles eosdem sacramentũ suum dicere aliàs acidum, aliàs sapidum, iam cãdidum, iam fuscum, iam humidum, iam aridum: ita ut Deus noster sit semper Deus recens. Quo ad species sacramentales forsan tales esse concedimus: sed uenerabile sacramentum corporis Christi tale esse, quis credidit hactenus Christianus? Ipse autem hanc conclusionem non potest C effugere, ideo concedit præfato cap. 18. Corpus (inquit) Christi imperfectius, quàm testudo, & ita secundùm disparem prædicationem recipit 7 denominationes contrarias, sicut persona uerbi secundum dispares eius naturas. Corpus enim Christi est singulum multorum: ut in una essentia est tanta & talis hostia, & in alia est hostia alia uariata. Hæc Witeleff. AVCTOR. O ergo quanta astutia hæretica,& dolus malus? Si hoc sit turpe dictu, horridum & inconueniẽs: cur tu sponte concedis hoc ipsum? Cur nobis improperas? cur conuiciaris sacramentum nostrũ peius stercore & ueneno, quod horremus? Et tu testudine, uel aranea prædicas esse peius.

Gen. 44

Hieronym. To. 6.

Psal. 80.

Witeleff

Alius hæreticus Petilianus formã tibi præstitit huius fraudulentæ calumniæ, qui pariformi arte callida sic circumuenire disposuit Augustinũ lib. 3. contra Petilianum. cap. 40. *ubi dicit AVGVSTINVS. Petilianus his tam uehementibus coarctatus angustijs, tacuit superiora, ex quibus ista pendebant, & hæc absurda, quæ illius cõsequuntur errorem, ita cõmemorauit in responsione sua, quasi hoc ego ex mea sententia dixerim. Quæ ideo dicta sunt, ut attenderet, quantũ mali sequeretur eius sententiam, & eam mutare cogeretur. Hanc ergo fraudem audientibus uel legentibus faciens, & omnino desperãs legi posse quæ scripsimus, cœpit in me grauiter & petulanter inuehi, tanquam ego sensissem optandũ esse omnibus, qui baptizantur, ut baptizatores perfidos habeãt, ut ignorent eos. Et infrà. Quod cum mihi Petilianus tribuens, tãquam hoc ego senserim, satis in me grauiter, ac uehementer inuehitur: ipse utique demonstrat ea ipsa grauissima inuectione sua, quantum nefas sit ista sentire: ac per hoc quicquid propter hanc sententiã in me dixisse uideri uoluit, in seipsum dixisse inuenitur: quia talia sentire conuincitur. Ibi enim quantum in excidium ueritatis superatus sit, ubi alium exitum non inuenit, nisi ut me sensisse fingeret, quod ipse sentit? Quemadmodum si illi, quos Apostolus arguit, quia dicebant non esse resurrectionem mortuorum, eundem Apostolum accusare uellent, quoniam dixit, neq; Christus resurrexit. Hæc ille. AVCTOR. Miranda machina falsitatis: & tamen quæ premit auctorẽ: ip, sicut dicit Augustinus, ipse demõstrat grauissima inuectione sua quãtum nefas sit ista sentire, quæ tamen ipse sentit: & in hoc facetur, & aliis imputat, quod singuli diffitẽtur, nec unquã suffecit probare quod sequitur: imò quod magis est, ipse per se soluet substantiam proprij argumenti. Omne(inquit) accidens corporeum est imperfectius, quàm aliquod corpus assignandum. Cur non item omne accidens est deterius omni substantia? Secunda parte sermonum sermone. 2. ipse dicit gratiam esse formaliter bonam qualitatem animæ secundùm quam anima redditur grata Deo. Et † nunquid ergo qualitas est melior multis substantiis? Et quid dicis de gaudio subiectiuo in beatis? maximè cùm secundùm te tale accidens includit subiectũ, quod est tale per accidens. Et nunquid anima grata Deo, aut beatitudo subiectiua Christi, cum sit Christus, est melior infinite lucifero? Ipse enim hoc arguit à proposito: quòd scilicet, multa accidentia sunt multis substantiis meliora. 12. cap. de apostasia in decimo loco, ad concludendum accidens nõ posse esse sine subiecto. Item(inquit) qualitates, ut uirtutes, & gratiæ sunt multis substantijs

Augustin. To. 7. *ca. 40.

cap. 46.

1 Cor. 15.

Accidens non potest esse sine subiecto.

stantiis meliores, quod non posset esse nisi inclusa: formaliter uirtuosam substantiam & dicant eius modum, ergo Assumptum uidetur, eo q; il le qualitates sunt eligibiliores datis substantijs, vt patet de diuitijs: imò uidetur q; nemo excideret à charitate pro toto mundo saluando: q; de natura eligibilitatis virtus illa sit homini optatior, & sic melior toto mundo. Hæc Witeleff. AVCT. Nunquid iam sequitur penes eum, ergo unius hominis charitas quæ est bona qualitas animæ est melior toto mũdo? Et sic melior innumeris animabus & bonis spiritibus ex quibus intergraliter sistit mundus. Parcat ergo per hæc accidentibus sacramentalibus, quæ ob reuerentiam corporis glorioſi quod in natura sua ibi uelant, & continẽt nos honoratiora esse credimus multis Lollardicis muscis uermibus, & venenis.

¶DE CONVERSIONE PANIS Secundum suam substantiam, & quibusnam opinio impanantium foret grata. Cap. LXIIII.

SVMMA.

1 *Witeleff negat fidem huius conuersionis simplicis in corpus Christi per transubstantiationem.*
2 *Quod graui pœna digni sunt qui doctori subtili imputant, illum dixisse panem adesse in sacramento per sustentificationem.*
3 *Quòd uia nostra in hac Eucharistiæ materia sit facilior scripturis hausta uicinior, atque doctorum antiquorum scriptis congruentior, ostenditur.*
4 *Ecclesia quòd non sit in potestate, facere istud est se uerum, uel non uerum.*
5 *Verum, & unum conuerti.*
6 *Augustini norma de tractatibus scripturarum tenendis, & cauendis.*

1 Witeleff

IDEM † huius cõuersionis simplicis panis in corpus Christi per transubstantiationẽ altissimi Witeleff negat, & dissimulat, rem tollens, & terminũ fallaciter ab ecclesiæ sensu peruertens, consequens Berengarianã perfidiam tripertitam. Nã primi cõuersionem istam per uiam identificationis suppositorum efficiunt. Secũdi per viam impanationis. Tertij per viam appellationis figuralis, & tropicæ, cum quibus currit Witeleff. Primi tñ, & secundi maiorẽ fauorẽ in quorundam mentibus obtinent: quia ponũt Christi corpus præsens ẽm suam essentiam. Et quia ponũt panem adesse propter sustentificationem accidentium, multis grati sunt uouentibus, & quasi suspirantibus, q; sic ecclesia decreuisset, q; huiset, vt putabant, via leuis. Et quidam imputant Doctori subtili uerbum istud, sicut utique Witeleff notat cap. 2. de Apostasia. Tertiò concludit (inquit) fideles debere credere Christum fecisse æquè bene, uel melius, tam in natura, quã moribus ad profectum ecclesiæ, seruando naturalẽ substãtiã sacramenti, nisi ecclesia in ipso determinasset oppositũ: sed procul à fidelibus hæc uenena. Hæc Witeleff. AVCTOR. Imò procul uenena substantiæ panis tui hæretici: pro qua tã procul abiecisti præuenerandam substantiã corporis Dei uiui. Sed † quantùm ad doctorem subtilem, illi, qui hæc illi imputant, atroci peccant iniuria. Sunt enim uerba opponentis, & nõ doctoris ea, quæ sic recitant. Nam doctor ille super quartum, distinctio. 11. quæst. 3. planè dicit ecclesiam decreuisse intellectum, quem iam habemus de sacramento in Lateranensi concilio sub Innocentio tertio cano. 1. & quicquid ibi dẽ esse credendum, esse de substantia fidei. Et tãdem subdit Doctor subtilis. Et si quæras quare B uoluit eligere intellectum illum difficilem huius articuli, cùm uerba scripturæ possent saluari secundùm intellectum facilem? De hoc dicẽdum, quòd eo spiritu expositæ sunt scripturæ, quo condiæ: & ita supponendum est, quòd ecclesia catholica eo modo exponit, sicut tradidit nobis fides, spiritu, scilicet, ueritatis edocta: & ideo hunc intellectum elegit, quia uerus est. Nõ enim in potestate ecclesiæ fuit facere istud uerum, uel non uerum, sed Dei instituentis. Sed intellectum à Deo traditum ecclesia explicauit, directa in hoc, vt creditur, spiritu ueritatis. Hæc ille. AVCT. Mendaciter ergo peccãt, qui hoc imponunt doctori, quòd ista via foret sanctior, & certior, si illam elegisset ecclesia. Et credi potest similiter deliquisse Ioãnem Parys in verbo, qũ scripsit in tractatu suo determinato, hanc viã impanationis ad tñ placuisse doctori GVIDONI nostri ordinis fratrũ Carmelitarũ, tũc q; dẽ lectori sacri palatij: ut si foret Papa, ipsam de C cerneret eligendam. Veruntñ quia hæc iam via mouet quosdã nostri tpis homines, ita vt quasi optent corde licitam eis fore tenendam, & decretum ecclesiæ pro parte illa fore desiderant: idcirco conabor ostendere, quàm frustra nituntur contra ictum fulminis. Tum † quia, cunctis inspectis, via nostra moderna est facilior, & scripturis sanctis vicinior, & doctorum antiquorum scriptis congruentior. Et quia est unica, & sola veritas, est ad tollendum impossibilis, & ad remanendum necessaria absolutè: Pro cuius intellectu supponendum est illud Petri in secunda canonica. Hoc primùm intelligentes (inquit) quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim vo-

Doctor subtilis.

Idem

3

Contra impanantes.

2. Pet. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. 2. Petri. 1. Non ergo ad expositionem humanã trahẽda est fides scripturæ: sed ad veritatem fidei & scripturæ omnis humani ingenij captiuandus est sensus. Vbi & in expositione super hanc Canonicam habet BEDA. Hoc primum intelligere debent, quia nulli prophetarũ sanctorum propria sua interpretatione populis dogmata vitæ prædicant, sed quæ a dño didicerant, hæc suis auditoribus agenda commendabant. Quæque in secreto cælestia arcana perceperant, hæc simpliciter, uel loquendo, uel scribendo Dei plebi tradebant. Et non sicut gentiũ diuini quique ipsi de corde suo finxerant, hæc turbis decepterum quasi diuini oraculi consuta proferebant. Sicut ergo prophetæ nõ sua propria, sed Dei uerba scribebant, ita lector eorum nõ sua propria interpretatione potest uti, nè a sensu veritatis exorbitet: sed hoc omnimodis debet attendere, quomodo sua verba voluerit intelligi ipse, qui scripsit. Hæc ille. AVCTOR. Eant iam, qui tantoperè curant ecclesiam hoc modo, uel illo decernere: eant, & noscant ex sancto Petro, quia non voluntate ecclesiæ patrum allata est scriptura, vel fides in mundum: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt Dei homines, & ad eius sensum, qui sic scripsit, cogenda est ecclesia, dum exponit. Ideo † bene dicit doctor subtilis, q̃ non est in potestate ecclesiæ facere istud esse verum, uel non uerum. quia veritas verbi est eius, cuius est uerbum, s. domini. Et sic dicit hic Beda, q̃ sicut prophetæ non sua propria, sed Dei verba scribebant, ita doctor eorum non sua interpretatione uti potest: sed omnimodè debet attendere, quomodo sua uerba uolebat intelligi ipse, qui scripsit. Pueriliter uerò sentiunt, qui credunt ex humana tm̃ imperiosa uoluntate pendere sententiam decretalem: quasi sic, uel sic possent, si uellent, fidei rudimẽta construere: & quasi patres ecclesiæ in concilijs suis agentes de fide dicerent prophetias dñi ad fauorem petentium: sicut Sedechias filius Chanaana cũ suis complicibus 3. Regum. 22. ita, ut cũ audiant à nuntio regis quod dixit Michæas. Ecce sermones prophetarum ore uno bona regi prædicunt. Sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona: nec possit, aut debeat ecclesia respondere cum Michæa propheta domini. Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi dominus, hoc loquar. sed cum assentatoribus Sedechiæ socijs sola proferre, quæ interrogãti cõ placeant. Nempe ego existimo matrem ecclesiam, siue Romani cleri, uel conciiij generalis multò constantiorem diuino Balaam, meliori certiorique sensu dicere semp posse. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare uerbum dñi Dei mei, ut plùs, uel minùs loquar, Nu. 22. Id est, quid si dixerint philosophi? ista via est vicinior sensui pro accidentibus sustinendis, aut ista est leuior nostris conceptibus: constitue nobis illam. Frustra sibi petunt quod optant, sensibus, scilicet, suis fidem arctare, & ad libitum peruertere veritatem. Quid ad hæc Ecclesia sancta respondet? Non potero immutare verbũ dñi Dei mei, ut plùs, uel minus loquar: quanuis dederis mihi domũ auro plenã. Ecce facilius esset nostris cõceptibus dicere Christum purum hominẽ & nõ Deum cum Ario, q̃ supra omnẽ sensum Dei siliũ æternaliter sine mutatione, vel ordine tẽporis propagatũ a patre in idẽtitate numerali essẽtiæ. Et tm̃ uiã primã abiecit sacrũ Nicenũ concilium, & elegit secundã. Leuius esset dicere cũ Manichæo Christum nõ fuisse verũ hominẽ, ne immortalis Deus mori credatur in cruce. Et tamen reiecta est, damnata est, & via difficilior prælecta. Quare autem ista electa est, illa deiecta, sola ratio est: quia hæc est sententia veritatis, illa non sic. Istam ergo sequebatur magnum concilium, & insequebatur illam. Sed quomodo ista videbatur tunc veritas, & illa non? Quia hoc semper in consuetudine docere solebat animata fides ecclesiæ à tempore apostolorum per successionem pontificum, & plebium, usque ad tẽpora illa, quanuis non esset expresè definita pro fide: qualiter Augustinus docet in rebus dubijs fidem esse scrutandam libro de Vtilitate credendi. ita quòd in magnis concilijs cùm dubiũ fidei ventilaretur, perpendebant patres, quid sentiretur de hac re ante eos per cõmunẽ fidem versum vsque ad Apostolos: & hoc statim decreuerunt esse tenendum. Vnde libro quarto de unico baptismo contra Donatistas, capite decimo, AVGVSTINVS. Sed illa consuetudo, quam etiam tunc homines sursũ uersus respicientes non uidebant à posterioribus institutam, rectè ab apostolis tradita creditur. Sequitur. Nec quisquam dicat, quod accepimus de apostolis, hoc sequimur, quantò robustius nunc dicimus, quod ecclesiæ consuetudo semp tenuit: quod hæc disputatio dissuadere non potuit, & quod plenarium concilium confirmauit, hoc sequimur? Huc accedit, quia bene perspectis ex vtroque latere disputationis rationibus, & scripturarum testimonijs, potest etiã dici, quod veritas declarauit, hoc sequimur. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo facilè existimẽ magistrum illum IOANNEM PARYS bene sibi prouisum esse quid diceret, quando erubebat se posse reperire alium modum impanationis impunè contra modum conuersionis

nis substantialis, quam desiniuit ecclesia. Quia (inquit) qui sic adhæret vni modo defendẽdi veritatẽ, vt omnem alium modum abijciat, veritati facit præiudicium. Nam homines diuersimodè dispositi, non assentirent veritati p unũ modum. At ego dico, sed quisquis alio modo quàm veritatis in veritatem quærit assurgere, ille facit præiudiciũ veritati. Qui enim vult assentire Deum patrem filium generare perennem p modum generationis nostræ & decisionis ex carne, articulo diuinæ genituræ præiudicat, & non proficit sibi quod credit. Ita qui credit carnem Christi substantialiter existere sacramento, ueritatem credit. sed qui crediderit illam impanatam, & per impanationis modum ibi existere: quia falso modo verum credit, nihil credit, & sanctæ communionis articulo efficit detrimentum. Idcirco † enim non solum verùm credendum, sed uerè credendum est uerum: quod quia cũ uno conuertitur, solum est unum. Et si modus tuus falsus est, quid vis pro illo contendere? Ecce, tm̃ unum uni opponitur. Si ergo iste modus, & hæc uia, quã ecclesia tenet, est uera, sola est uera, & omnis alia falsa. Et idcirco Psalmista in persona uiri fidelis solã unã uiã pluriũ iustificationum expostulat sibi legem. Legẽ, inquit, pone mihi dñe uiam iustificationum tuarum. Et in expositione octonarij super eodẽ uersu, HILARIVS. Hanc (inquit) iustificationem uiæ legem Propheta desiderat. Lex enim iustificationum, quibus religiosi cordis disciplinis cõtinetur & infra nos, fines constitutionis suæ, quibus uterenur, arctauit, ne excedens eos, ad opiniones hæreticæ intelligentiæ euagaremur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce lex domini iustificationem uiam unam ponit infra fines suos, nos arctans, ne excedentes eos, ad opiniones hæreticæ intelligentiæ euagemur. Hanc vnam uiã tibi proponit ecclesia, quando definit, hanc authoritate sua firmat esse tenendam tanquàm antiquam fidem, sicut iam suprà docuit Augustinus. Quæ quanuis hæc iam primò sit declarata pro fide, semper tamen antea fuit fides patrum. Et ideò iam illam ecclesia prælegit ex multis: quia illam ecclesia semper ex consuetudine tenuit: & quia frequens disputatio illam dissuadere non potuit, & quod plenarium concilium cõfirmauit. Et tandem ex his audacter concludimus, quia bene perspectis ex utroque latere disputationis rationibus, & scripturis, quod veritas declarauit, hoc elegimus. Et quid satagit formare sibi pedem liberè diuaricantem a uero: quia Augustinus dicit primo super Genesim in fine, quòd de verbis sacræ scripturæ, cùm diuersæ proferuntur sententiæ, non est aliquid unum temere affirmandum cum præiudicio alterius expositionis, fortassis melioris: ubi pro modulo suo eligit quisque quod capere possit. Sancta est hæc Augustini sententia. Sed noli abuti libertate concessa, nè videaris authoritatem accommodare Nestorio, qui eodẽ modo tecum dicere potuit. Quid ego pro modulo meo non eligam, quod capere possim, carnem scilicet filij hominis esse alicuius sancti viri citra Christum in sacramento altaris? Cur etiam Berengario, & sequacibus eius non conceditur dicta libertas, vt modulo suo, quem capere ipse possit, concedat tropicum tantùm corpus, & figurã umbratilẽ in sacramẽto altaris? Sed idcirco quod AVGVSTINVS ibi consequenter adiungit pro expositionibus cõsequendis notandũ. Cùm † diuinos (inquit) libros legimus in tãta multitudine uerorũ intellectuũ, quæ de paucis uerbis eruũtur, & sanitate catholicæ fidei muniũtur, id potissimum deligamus, quod certũ apparuit eũ sensisse, quẽ legimus. Si autẽ hoc latet, id certè, quod circũstantia scripturæ nõ impedit, & cũ sana fide concordat. Si autem scripturæ circunstantia pertractari, ac discuti nõ potest, saltem id solùm, quod fides sana præscribit. Aliud est enim, quod potissimùm scriptor senserit non dignoscere, aliud à regula pietatis errare. Si vtrunque vitetur, perfectè sic habet fructus legentis. Si verò utrunque vitari non potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit, sanæ fidei cõgruam non inutile est tenuisse sententiam. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est plena normia doctoris de tractatibus scripturarum tenendis & cauendis. Placet enim ecclesiæ Dei, q̃ in verbis diuinæ scripturæ diuersæ sententiæ proferantur, sed inter omnes præeligatur illa, quam certum est eum sensisse, quem legimus, aut quam circunstantia scripturę non impedit, aut quæ à sana fide non discordat. Et quomodo certiùs hoc notum esse possit, quàm decreto cõcordi totius ecclesiæ? Idcirco etiam sanctus AVGVST. quem tu pro libertate mala producis, etiam libertatẽ illam dimittit philosophis, & hæreticis. 18. de ciuitate Dei. ca. 40. ubi dicit, Vidẽs aũt diabolus tẽpla dæmonũ deseri, & in nomẽ liberãtis mediatoris cõcurrere genus humanũ, hæreticos monit, q̃ sub uocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianæ, qua si possent indifferẽter sine ulla correptione haberi in ciuitate Dei, sicut ciuitas eius indifferẽter habuit philosophos iter se diuersa & aduersa sentiẽtes. Qui ergo in ecclesia Christi morbi dũ aliq̃d, prauũque sapiũt, si correpti, ut sanum certũq̃; sapiãt, resistũt cõtumaciter, suaq̃; pestifera, & mortifera dogmata emẽdare nolũt, sed defensare pstũt, hæretici sũt, & foras excunzes habentur in exercitibus etiam inimicis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc ille. AVCT. Ecce diuersa,& aduersa in ter se sentientes in puncto quasi centrali fidei Christianæ tollendi sunt,nec tolerandi. Quia ergo ponens impanationem insolitam tulisti conuersionem sacram panis simpliciter in corpus proprium Saluatoris,quam certum est Christū sensisse,qui tradidit tam ex scripturæ circunstātia,quàm ex sana sanctorum patrum fide concordi,merito repudianda est via,quæ à ueritate exorbitat,atque vita.

¶CONTRA IMPANANTES CORpus Christi,sunt rationes. Cap. LXV.

SVMMA.

1 *Impanationis duplex opinio recensetur.*
2 *Panitæ quantùm aduersentur ecclesiæ,ostēditur*
3 *Panitarum obiectio,& ad eam responsio.*
4 *Panitarum positio,quòd sit difficilis.*
5 *Rationes contra impanantes corpus Christi.*

1 GEMINATA †est hæc impanātium dictio.Primò.n.post Berengariū puto inter scriptores eā placuisse Valeranno Medburgēsi Episcopo: quem tā festiuè Witcleff inuocat in authorē,vocās eū qñque Ambrosium,qñque Isidorum:aut certè, 2 (ut dicit)magni Ambrosij discipulū,authorem de diuinis officijs:quem,ut sæpe dixi,venerabilis Anselmus increpat hominē sui tēporis, & in alijs peritum scriptorem,& vtilem.Hic, inquā, in hunc errorē incidit post Berengarianas reliquias:dicens in ca.de materia sacrificij altaris, & recitat eū Witcleff,lib.de Apostasia.cap.7. *Valerānus.*
Materia vel substantia sacrificij,quod erat tunc & nunc est in manibus Pontificis nostri,nō simpla est,sicut nec Pontifex solius diuinæ vel humanæ solius substantiæ est.Est.n.tam in Pontifice,quàm in sacrificio diuina substantia: est & terrena.Terrena in utroque est illud, quod corporaliter,vel localiter videri potest:diuina in vtroque,verbum inuisibile,quod in principio erat Deus apud Deum. Nam cùm diceret idem magnus Pontifex,panem & vinum tenens , hoc est corpus meum. hic est sanguis, vox erat verbi incarnati,vox æterni principij,uerbum antiqui cōsilij,verbum,quod humanam acceperat naturam.Idem in carne manens,panis & vini accipiebat substantiam:vita media panem cū sua carne,vinum cum suo iungebat sanguine. Hæc *Parisiēsis.*
ille. AVCT. Alius post istum , Parisiensis surrexit,ponens etiam impanationē corporis Christi,vt sibi vī,modo distincto, per assumptionem panis à uerbo,mediante corpore parte,sicut albedo ab Aethiope mediante dente,& separat se

A ab opinione Valeranni vijs pluribus Primò, inquit,qa opinio eius similis est opinioni hæretici,quæ ponit in Christo plura suppositā,& hominem assumi.Ista aūt similis est opinioni catholicæ, quæ ponit unum suppositum in pluribus naturis,& non hominem,sed humanitatem assumi.Et prima,inquit,scilicet Valeranni ponit corpus Christi impanatum,id est, panē coopertum,siuè indutū,quasi denominatiuè quadā extrinseca habitudine.Ista uerò poneret corpus Christi impanatū,id est,panem factum. Et prima ponit panē non vnitatum post consecrationē sicut antè:sed ista poneret aliū panem , licet eandē paneitatē.Item prima positio ponit duo corpora in altari distincta, scilicet corpus Chri *Augus.*
sti,& corpus panis, quod ipsi uocabant corpus sacrificij,ut patet in epistola Anselmi , Fratri charissimo illuminatos oculos &c. Sed ista licet ponat duas corporeitates, tamen vnicū cor
B pus habens duas corporeitates . Hæc transumpsi à libro eius in quo dicit se ex toto aduersarium Valerāni.Sed quantū isti inter se rixent, modica cura nobis. Suscepimus aūt ostendere quātū uterq; panita aduersatur ecclesiæ , & q̄tā difficultatē ingerunt studentibus nostris saluare scripturas,ductū orationis , & dicta antiquorū patrum in comparatione doctrinæ modernæ catholicæ.Primò † igitur opponamus vtrique ver bū illud æterni principij,verbum verbi incarnati,cùm panem in manus acciperet,Hoc est (inquit)corpus meū. Deducamus argumentum p *Matth.26. Act.20.*
mediū,quod ille impanator assumpsit. Apocalypsis,inquit,vltimo in fine scripturæ.Quicunque apposuerit ad hæc,apponet Deus super il- *Deute.*
lū plagas,quæ sunt scriptæ in libro hoc.& Deu. 4.Nō addetis ad verbum,qđ vobis loquor, neque auferetis ex eo.Et in gestis Nicenæ Synodi,& Ephesinæ primæ,& Toletanæ sub anathemate ꝓhibetur, ne aliqs aliam fidem cōponat, addēdo,docendo modo quolibet, præter quæ i Nicæna Synodo sunt à patribus ordinata bene. Sed quicūque impanator addit verbo Christi , non tñ verbum,uel formā claram dicendi,cùm dicit hoc esse corpus Christi & panē, sed panis substātiā:cùm Christus dixerit tñ hoc esse corpus suum:ergo quilibet impanator pp additio nē panis obliquā incurrit maledictionē prædictā trifariā.Istud itē assumimus ꝫ Witcleff , & oēs cōcedētes corpus Christi esse cibarium panem grossum.Omnes.n.addunt ad verba Christi,quod ipse non dixit. Et quantò leuius foret
3 dicere hoc.s.panem virtute verbi Christi esse fiendo corpus suū uerū.Sic item Apostolus ait, *1.ad Cor.10.*
Panis,quem frangimus,nōne participatio corporis dñi est?non ausus addere, ꝙ sit itē panis. Et calix,quem sumimus , cōmunicatio sanguinis

Matth.26. nis Christi est,nō addens,& vini . Hic est calix A quam fidei sacramenti expresse ponentes ipsā
sanguinis mei noui & æterni testamenti , qui ꝓ solam viuificatricem carnem verbo vnitam.Ita
multis effunditur in remissionem peccatorum. nec ecclesia Lateranensis concilij sub Innocen-
Non dicit, ꝙ est calix sanguinis & vini, vel san- tio aliquid addidit ad fidem Eucharistiæ, ponē
guinis inuinati alicuius nouæ uindemiæ. Qui.n. tem panis transubstantiationem & subsistentiā
adderet ad hominē in natura,cùm diceret, Chri accidentis , sed expressit antiquam . Quantùm
stus est homo,leonem in natura, ipse adderet ad 4 † autem prudentes viri perpendunt, non solùm *Panitarum positio difficilis.*
errorem,quanuis Christus dixerit se leonē. Qui contra mentem Christi,& scripturæ,dictio hu-
aūt adderet leonem in figura,non erraret. Cur ius impanationis ædificat: uerùm difficultates
ergo non errat , qui addit corpori Christi panē auget,& intricationes inexplicabiles contra se-
in natura,quod Christus nullibi dixit,quāuis sic ipsam.Ecce impanator iste dicit posse poni, ꝙ
dixerit semetipsum in figura? Veruntū qa Chri uerbum assumat paneitatem, spoliando panem
stus incæpit asserere panem esse corpus suū,om suppositatione propria mediante corpore par-
nes panitæ,& Witcleuistæ deuijs verbis arguūt te ad vnicum esse suppositi corporis.Hic nō est
remanere panem.Sed vbi verbum est effectiuū, difficultas illa tangenda si sic posset dici de mo
Matth.11. potiùs sequeretur oppositum. Aliàs diceretur, do,quia si uerbum posset sic facere,posset sic di-
quia Christus ait,Cæci vident: idcirco cæci re- ci.Et ꝙ verbum possit hoc facere, non dubita-
manerent cæci,cùm viderent.Et, claudi ambu- mus ad præsens,sed ꝙ possit ita iam dici exhoc,
Sermo Christi est opera patris. lant:ergo claudi ambulant manentes claudi: & quod iam fecit Deus,& ostendit nobis per euā-
leprosi cùm mundantur sunt leprosi.Ita eico ti gelium filij sui factum esse,videtur certum, qđ
bi,operatorius est ille sermo Christi secundùm B non.Primò,quia exorbitat ab omnibus factis
Ambrosium:& ideò qui est purus panis,cùm di- Christi,intantum vt nusquam reperiantur exem
citur,Hoc,ille idem est purum corpus,cùm dr, 5 pla ꝑ scripturas. Primò † enim discute vbi deus
corpus meum. Nec enim addetur corpus pani vnquam spoliauit aliquod suppositum suppositione sua,vt uniat ipsum sibi,vel alteri in ratio
in principio , nec panis corpori in termino di- ne suppositi.Humanitas enim propria non erat
ctionis.Vnde curre si potes per scripturas , q̄is suppositata vnquam,nisi suppositatione hypo-
panem & vinum audieris,in principio, solū cor statica verbi . Item verbum non assumpsit
pus & sanguinem es auditurus in fine , Hoc est, aliàs aliquam naturam in suppositum alienum
inquit,corpus.Hic est sanguis. Obserua regulā à se. Assumpsit enim corpus & animam,sed
scripturæ,vt nihil addas,vel auferas, & iā habes in vnitatem suppositi sui , quod tamen est mi-
in verbis Christi sensum ecclesiæ:panis est cor rabile , soli Christo proprium & vnicum, nul-
pus sine pane:vinum est sanguis sine vino . Sed li vnquam communicatum antè, nec commu-
Obiectio. 3 † obijcis,At vos additis verbis Christi permanē nicandum in posterum : ergo multò magis
tiam accidentis sine subiecto:& substantiam pa non communicabit assumptionem talem in-
Responsio. nis non remanere,& transubstantiationis arti- feriori naturæ in unitatem suppositi non di-
culum,& huiusmodi plura.Dicitur, quòd expli uini. Patet forma argumenti: quia cùm po-
care conditiones & proprietates rei , non est ad tentia creandi per eminentiam potestatis Deo
rem addere,sed exprimere,quæ ad rē ipsam or- conueniat, altioris esset miraculi in creatu-
dinatè sequuntur.Vnde posito homine non ad- ra, si, Deo concedente , posset creare. Maio-
dit plùs , qui dicit coniunctionem corporis ad C ris item stuporis esset lapidem habere fulgo-
spiritum,vel dicens eum bestijs eminere , & an- rem solis , quam ipsum solem fulgere . Si er-
gelis proximum in latitudinali situ naturæ . Sed go magni miraculi res est Dei uerbum posse
simul qui dicit hominem,dicit hæc omnia . Ita assumere naturam disparem in unitate suppo-
qui dicit panem esse corpus in forma Christi, si siti increati: maioris esset miraculi , si hoc fa-
mul dicit illum panem non esse panem, sed cor- ceret in natura subiecta , quòd assumeret natu-
pus Christi secundùm substantiam suam,& ip- ram insensitinam in unitatem suppositi sensi-
sum in corpus Christi sic conuersum,& transub tiui , quorum erit neutrum Deus. Et quòd
stantiatum,& sensibiles species panis manere si hæc assumptio semel facta in Christo non erat
ne migratione propter sacramentum , & ideò fienda de cætero,nec ante ipsum facta: in de
per se subsistere.Omnia enim ista sequūtur,po- duabus naturis,& vna persona Christi , sic in-
sito ibi purè corpore Christi secundùm substā- quit BOETIVS,Quid uerò noui per aduentum *Boetius.*
tiam in consequentia naturali.Nam patres Ni- Saluatoris effectum est?nam catholicis & fidei
cæni concilij nihil addiderunt ad substantiam si veritas,& charitas miraculi constat. Quā enim
dei de Christo,condentes nouum symbolum, magnum est , q̄que nouum,quod semel nec ul-
& exprimentes consubstantialitatis articulum. loalio seculo possit euenire , ut eius,qui solus
Nec patres Ephesini concilij addiderunt quic-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Deus, natura, cum humana, quæ ab eo erat di-
uersissima, conueniret: atque ita ex distantibus
naturis una fieret copulatione persona? Hæc il-
le. AVCTOR. Quis ergo assumptionem ta-
lem de facto concederet, & ad eam iam totam
induceret ecclesiam? cùm Boetio uidetur non
posse euenire præter illud suppositum, cuius est
entitas infinita, habens in eminenti perfectione
totum perfectionis ambitum rei assumptæ: & igi
tur terminat respectum omnis dependentiæ, tam
ratione causæ, quàm suppositi, secundum ratio
nem omnis potentiæ obedientialis ad ens sim-
pliciter infinitum. Totum hoc deest in corpore
parte, ad cuius unitatem suppositalem sua est as
sumenda paucitas: ergo corpus pars nullo mo-
do potest sic terminare dependentiam naturæ
panis ad ipsum in ratione suppositi. Item corpus
pars non est de se suppositum, sed depêdet à sup
positatione uerbi mediante humanitate totali.
Quomodo ergo posset terminare dependentiã
naturæ altæ alterius in ratione suppositi? Patet
argumentum, quia ideò ponitur uerbum assum
psisse naturam humanam, quia est de se perso-
na infinita. Item dependentia naturæ quantulæ-
cunque æquè sufficienter terminatur ad suppo-
situm proprium, sicut natura creaturæ sublimis
ad suppositum suum optimum: sicut æquè sub-
sistit natura uermis in suo supposito, sicut na
tura angeli in Michaele. Et inde est, quòd non
solùm natura uermis non est in potentia obe-
dientiali suppositari ab angelo, imò ipsi repu-
gnat. Et inde uisum est doctoribus, quòd angeli
susceperunt corpora tantùm ad officium, nõ ad
suppositum: ergo à fortiori corpus altera pars
non suppositat paneitatem. Item quod dicit de
communicatione idiomatum, quòd non uult di
cere, sed negare, quòd Deus, uel homo sit pa-
nis, sed quia panitas est assumpta mediante cor
pore Christi parte, ideò in concreto prædicabi-
tur de corpore Christi parte, & non de uerbo,
uel homine. Si autem assumeretur à uerbo im- C
mediate, uel mediante humanitate totali, tunc
diceretur Christus panis. Primò sequitur, quod
ille contra Valerannum pro enormitate conclu
sit, scilicet, quòd in Christo sunt plura suppositi-
ta, scilicet commune ex Deo & homine, quod
est Christus: & suppositum, in cuius unitatem
panis assumitur, & patet illa esse duo, quia suffi-
ciunt fundare contradictoria: quia primum est
Christus: secundum non est Christus: sed trahi-
tur tantùm, ut tu dicis, ad esse suppositi corpo-
ris: sicut albedo in dête Aethiopis. Si uerò dicas,
nõ trahitur adesse suppositi corporis partis, sed
adesse suppositi uerbi per corpus partem, sicut
albedo ad esse Aethiopis per dentem: hoc nõ po
test intelligi, quomodo suppositat in aliquo, &
non est ipsum per se, nec cum alio, unde corpus
pars trahitur ad suppositationem uerbi per hu-
manitatem totalem, & sic anima. Et tamẽ Chri
stus sicut non est caro, nec anima, sic nec est hu-
manitas, quæ immediatè assumitur, sed est caro
& anima, i. homo. Conformiter ergo Christus
& si non sit panis per se, quia tamẽ panis assumi
tur in unitatem suppositi sui, erit panis cũ alio,
scilicet corpore parte & anima, ut sic dicendo,
Christus est corpus panis & anima: & item, Chri
stus est suppositum ex his constitutum. Exem-
plum suum non est ipsi bene aptatum, quia albe
do in dente Aethiopis habet suppositationem
proprij generis, nec trahitur ad esse suppositi
Aethiopis, plus, q̃ capitium eius. Patet ẽt, q̃ su-
pradicta eius assertio fallit, cũ dicit, si panitas as
sumeretur à uerbo immediate, uel mediante hu
manitate totali, tunc esset Christus, quia huma-
nitas ipsa assumitur à uerbo immediatè, & tamẽ
non est Christus. Itẽ os assumitur à uerbo me- B
diãte humanitate totali: sic. n. Christus probauit
se hominẽ, dicens, Palpate, & uidete, quia spiri-
tus carnẽ, & ossa non hẽt, sicut me uidetis hẽre. Lu. 24
& tñ nec os est Christus, nec humanitas: ergo
immediatio illa nõ est cã prædicationis talis in
recto: nec item totalitas mediantis. Itẽ non põt
uitare magna incõuenientia, quæ sequuntur per
aliquod simile in scriptura uel natura, s. q̃ cor-
pus Christi fit à pistore, & reuertatur, quia panis
communicat secum ista idiomata per passiones
consequentes naturã æquè sicut nomen naturæ.
Vt quia Christus habuit corpus crucifixum, id-
circo dicitur crucifixus, quomodo ergo corpus
Christi non erit pistum si fit panis pistus? Cõsi-
matur, quia q̃is Christus non sit caput suum,
nec crinis, tñ dr denominatiuè crinitus à capite
crinito: ergo q̃is non dicetur panis in prædica-
tione per se tñ dicetur impanatus denominati-
uè à corpore impanato. Itẽ ad minus dicet Chri
stus sub determinatione hodie pistus, reuersa-
tus, & coctus in clibano secundũ corpus partẽ C
sicut Aethiops albus secundũ dentem, secundũ
exemplũ tuum unicum. Item ista positio auget
blasphemas irrisiones gentiliũ: quia uerè dicent,
q̃ colimus panẽ tanq̃ Deum, & q̃ fornices come
dũt corpus Christi nostri, & huiusmodi: & dige
ritur in humano corpore, & egeritur. Item con
tra illud Augustino intimatum, Nec tu me mu- Aug. lib. 4
tabis in te sicut cibum carnis tuæ. quod item fol. 12. 1.
Hugo exponit de uenerabili sacramento.
Propositio uel supponebat impossibile, quòd
Christus manducatur carnaliter secun-
dùm suppositũ, uel asseruit falsum,
quia manducatum cum sit pa-
nis, in te mutatur, sicut ci
bus carnis tuæ.

QVOD

Angeli susci-pinunt corpora tantũ ad officia.

¶QVOD VIA IMPANANTIVM A
est pluribus difficultatibus intricata, & uia
ecclesiæ est magis plana. Ca. LXVI.

SVMMA.

1 *Henrici, & Damasceni dictum de conuersione simplicis essentiæ panis in carnem Saluatoris, & uini in sanguinem.*
2 *Aues in arboribus natæ.*
3 *Lux sine subiecto.*
4 *Metalipses quòd non sint assumendæ, quas ponit Wicleff. et plura de hoc ibi.*

POST istas ergo rationes omninò stu
dium uidetur ineptum adinuenire
hanc angustam, & tot septam diffi-
cultatibus uiam impanationis corpo
ris panis sine Christo cum expoliatione pr uia
corporis panis à supposito proprio: tam angu-
stam, inquio, ut nusquam in scriptura canonи-
ca, uel natura possit reperiri res similis: & uiam B
conuersionis, & transubstantiationis naturæ in
naturam conari postponere, quæ tot habet in
scripturis exempla originis, in scripturis quoq;
sanctorum patrum à temporibus Apostolorum
usque huc assertiones planissimas: & item in na
tura conformitates ualde cõsines, sicut dicit do
Mauricus. 1 ctor HENRICVS. Vt† cibus per alteratio
nes uarias successiuè actu membri mutatur in
ueram carnem hominis: ita repentè operante au
thore naturæ panis in carnem uertitur Saluato-
ris, & uinum in sanguinem. Et habuit ex DA-
Damascen. MASCENO 4. sententiarum * cap. 5. ubi dicit, Quẽ-
admodum naturaliter per comestionem panis,
& uinum & aqua per potum in corpus & san-
guinem comedentis & bibentis transmutatur,
& non fit aliud corpus præter prius corpus eius:
ita & propositionis panis, & uinum, & aqua per 2
innouationem & superaduentum Spiritussancti
supernaturaliter trãsit in corpus domini & san- C
guinem, & non duo sunt, sed unum & idem.
Hæc ille. AVCT. Quid planius dici posset, q̃
conuersione simplicis essentiæ panis, ita ut su-
pernaturaliter trãseat in corpus Christi sine suc
cessione propter alterationem præuiam per
qualitates, aut subiecto deferente, sicut panis na
turaliter transit per mutationem subiecti ma-
nentis in sine? Et iam non duo sunt, (inquit,) sed
unum, non duo corpora, uel supposita, ut dicit
primus, nec duæ naturæ, ut scds: nec duo entia
panis & respectus, ut dicit tertius, sed sunt unũ
& idẽ corpus. s. Christi, qđ præfuit: sicut panis ali
mẽti fit idẽ corpus pexistentis suppositi. Vnde
Chrysost. CHRYSO. sup Ioan. Morali. 46. dicit sic, Qui q
24. 3. dẽ à cibarijs fit nobis sanguis, nõ confestim hoc
fit, sed aliud quid. Hic autem, scilicet sanguis
Christi in sacramento, non ita, sed confestim
animam irrigat, & magnam quidem uirtutem
inspirat. Hæc ille. AVCT. Aliud item conuersio
nis huius transubstantialis exemplũ fundamus
in natura mediante miraculosa transubstantia-
tione aquæ in uinũ optimũ: quia hoc tantùm fe
cit Christus subitò potentia infinita: quod per
transmutationes uarias, & exhalationes aquæ
per radices & brachia uitis fecisset natura, te-
stante lib. 6. super Gene. ca. 19. AVGVSTI. Aug. To. 3
Quis (inquit) nesciat aquam concretam terræ,
cùm ad radices uitis uenerit, duci in saginam li
gni illius, atque in eo sumere qualitatem, quæ in
uuam procedat paulatim erumpentem, atque
in ea grandescentem, uinum fiat, maturumque
dulcescat, quod adhuc feruescat expressum, &
quadam uetustate firmatum, ad usum bibendi Io. 2.
utilius, iucundiusque perueniat? Non ideò lignũ
dominus quæsiuit, aut terram, aut has temporũ
moras, cùm aquam miro compendio conuertit
in uinum: & tale uinum, quod ebrius etiam con
uiua laudaret. Nunquid adiutorio temporis e-
guit conditor temporis? Hæc ille. AVCTOR. Idem. To. 9
Et super Ioannem Homilia. 8. idem AVGVST.
Ipse enim fecit in uno die illo in nuptijs in sex
illis hydrijs, quas impleri aqua præcepit, qui om
ni anno hoc facit in uitibus. Sicut enim quòd
miserunt ministri in hydrias in uinum conuer-
sum est opere domini: sic & quod nubes fundũt,
in uinum conuertitur eiusdem opere domini.
Hæc ille. AVCT. Ipsi naturales philosophi, &
cosmographiæ periti, non sunt huic increduli di Arist.
sciplinæ. Norunt enim scriptum in quarto Me-
teoro. ca. 19. quod est de generatione lapidum,
quòd panis prope Toracem in lapidem conuer
sus est, remansit tamen ei color suus. Cur ergo
non diuino opere conuerti posset panis in cor-
pus, ita ut remaneat color panis? Iuſ Septentrio
nalibus quoque Britanniæ finibus arbores quæ-
dam aues pariunt bene grandes: & ad rostra pẽ
dent, sicut solent poma per frondes. Non longè
ergo abest extra horizontem naturæ gloriosa
conuersio. Sed uade quære mihi, ubi sit talis im- Gen 2.
panatio. Scio ex scripturis os secundùm totam
substantiam conuersum in fœminam, sicut pa-
nem secundùm se totum conuersum in corpus.
Ecce ossationem non inuenio, conuersionem Exo 4.
reperio. Virgam transubstantiatam in colubrũ, Gen. 19.
fœminam transubstantiatam in statuam, aquã Io. 2.
transubstantiatam in uinum. Istas subſtantiarũ
conuersiones scripturæ canonicæ largiuntur ad
oculum, nusquàm uirgationem serpentis, fœmi
nationem lapidis, aquationẽ meri, colligimus.
Quomodo ergo posset esse uia facilis, quæ nus-
quam facta uidetur, imò nec fieri posse usquam

legitur:

Nota panis naturaliter conuertitur in lapidem. Aues in arboribus natæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legitur:& illa difficilis,quæ totiens exemplatur? Non dico tamen ego esse viam impossibilem, quia non habet exemplum:quia hoc esset currere cum Wiceleff contra Dei potentiam, sicut aliàs ex Augustino in prima parte deduxi. Sed miror, quòd iam proponit illam quasi per ecclesiã statim determinandam pro uero, cuius nunquã præcesserit exemplum à seculo, & multi subtiles ponunt impossibile. Vnde & sic arguit ATTICVS in persona Hieronymi contra Pelagium in Dialogo contra Pelagianos parte 1. Hieronym. Itaque aut da exemplum, qui absque peccato fuerint in perpetuum, aut ti dare non potes, confitere imbecillitatem tuam, & noli ponere in * cœlo os tuum, ut per esse, & esse posse, stultorum illudas auribus. Quis enim tibi cõcedet posse hominem facere, quod nullus unquam hominum potuerit? Hæc ille. AVCTOR. Hoc igitur inter posse tuum distat, & posse purè logicum, quòd posse tuum conaris copulare semper ad actum, quasi non solùm possit sic fieri, & tunc concedi, sed q̃ sine nouo facto statim possit concedi pro uero, & huius tunc oportet te sicut arguit Hieronymus exempla proferre. Quãtum ad hoc, quòd reputat hanc uiam utilẽ ad excludendum difficultatem accidẽtis sine subiecto: non bene, ut mihi uidetur, excludit illam, cùm includat difficultatem longè maiorem, absolutionem, scilicet naturæ à proprio suo supposito. Declaratur nanque sic, Longè maior, & immediatior est unio naturæ ad suppositum proprij generis, si saltem dicenda est unio, & nõ unitas, quàm est intimitas accidentis ad subiectum suum: quia natura, & indiuiduum sunt eiusdem generis per se, & prædicatio est essentialis & uniuoca naturæ ad suppositum: sola accidentalis & denominatiua accidentis ad subiectum. Maioris ergo potentiæ est absoluere naturam à supposito suo, quàm accidens à subiecto, & sic maioris difficultatis. Item declaratur assumptũ. C accepto indiuiduo accidentis, putà coloris, intimior est natura coloris huic colori, de quo prædicatur essentialiter, & per se, quam est parieti, de quo prædicatur contingenter, & satis per accidens. Idcirco enim separationem istam secun 4 da esserunt doctores frequenter actu factam, sicut † Basilius, & Damascenus de luce creata primo die, quam ponunt qualitatem sine subiecto: & tunc mansisse spatio tridui usq; ad diem quartum, & tunc creatum esse eius subiectum, scilicet solem. Primam separationem, scilicet lucis specificæ à suo indiuiduo, nunquam legi uel factam actu, uel possibilem fieri. Sed tam intima est natura communis substantiæ suo supposito, quàm natura cuiuslibet accidentis suo indiuiduo: ergo difficultas maior est separare naturã A substantiæ à supposito proprio, quàm accidens à subiecto. Item in Categorijs Aristotelis. Destructis primis, impossibile est aliquod aliorum remanere. Si tamen posset natura per potẽtiam infinitam absolui à suppositatione propria: difficultas est, nunquid posset suspensionẽ istam cõtinuare per tempus. Probatio est, q̃ sic, quia potentia infinita, quæ habet actum, habet eius durationem in potentia, quo dato, esset color, & nullus color particularis: ergo à fortiori, nullius subiecti color: quia priùs unaquæq; forma est determinate in se, quàm determinet sibi aliud. Angustam item semitam, & satis arctam patitur ista uia inter doctores. Ipse tamen dicit uisum esse quibusdam, q̃ fuerat olim Græcorũ opinio, sicut Damascen, dicentis. 4. lib. sententiarum cap. 14. q̃ quemadmodum in baptismate, quia est consuetudo hominibus aqua lauari, & oleo ungi, coniunxit aquam, & gratiam spiritus, & fecit lauacrum generationis: ita quia consuetu- B do est hominibus panem comedere, & aquam, & uinum bibere, & coniunxit eis suam deitatẽ: & fecit ea corpus & sanguinem suum. Et paulo ante. Interrogas, inquit, qualiter panis corpus Christi fit, & uinum sanguis. Et respondet: panis & uinũ assumitur. Ex quo concludit doctor panificus. Ecce, inquit, dicit fieri per assumptionẽ. Cancellarius Oxonienſis quærit: nunquid sicut Christus assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannẽ. Reuera præsumit in termino, nec potest per totum illud capitulum assumptio panis inueniri, quam ipse præcendit: maximè cùm assumptio exponit figuraliter esse dictam in eodem capposit, DAMASCENVS. Ipsam oblationẽ ita Damasc. uocantes, metalipsis, id est, assumptio dicitur. P ipsam enim filij deitatem assumimus Et infrà. Omni igitur uirtute custodiamus, ne assumamus metalipsim, id est, assumptionem hæreticorum, neque tradamus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce C panis assumptionem concedit hic doctor, extendendo modum loquendi, id est, ad transitionem eius in corpus Christi secundùm substantiam, secundùm quam possumus nos assumere filij deitatem, quæ procul est ab unione eius in supposito. Idcirco † omnem uirtutis inducit custodiam, ne sumamus metalipses, id est, assumptiones hæreticas, specificans ibi figuras corporis & sanguinis domini, quas ponit Witeleff, supponens exẽplariter panem assumi ad dignitatem corporis, sicut Richardus assumptus est in Episcopum. Fugiamus item alias assumptiones panis ad unitatem suppositi, quas assumptiones horret semp ecclesia monente eam Ieremia in lib. Threnorũ Thren. de his propheris. Viderunt, inqt, tibi assumptiones falsas, & eiectiones. Quòd item doctor iste Græcus posuit assumptionem istam per conuersionem

Attius Vide Hier. li. 1. aduersus pelagiãos. p. non lãge a principio libri

Lux sine subiecto.

sionem transubstantialem, nõ per unionem, aut figurã, ut litera eius pandit. DAMASCENVS. Damascen. Quia (inquit) consuetudo est hominibus panem comedere, & aquam & uinum bibere, coniunxit eis suam deitatem, & fecit ea corpus, & sanguinem suum, ut per assueta, & secundùm naturam in ijs, quæ super naturam sunt, fiamus, 'corpus enim uerè est unitum deitati, quod ex sancta uirgine corpus. Nõ quoniam ipsum corpus, quod assumptum est, ex cælo descendit, sed quoniam ipse panis, & ipsum uinũ translic in corpus & sanguinem Christi. Si autem modum inquiris, qualiter fit, sufficit tibi audire, quoniam per Spiritum sanctum, quemadmodũ ex sancta Dei genitrice per Spiritum sanctũ sibipsi, & in seipso dominus carnem substituit, & plus nihil cognoscimus, sed quoniam uerbum Dei uerum & actuum est, & omnipotens, modus autem inscrutabilis. Hæc ille. AVCTOR. Hic planè docet doctor assumptionem panis & uini fieri ad corpus Christi, non per descensum corporis Christi de cælo, sicut illudit Witeleff, sed quia panis & uinũ trãsit ĩ corpus & sanguinẽ Christi. Nõ dicit unitur corpori Christi, imò bñ dicit ipsum uniri deitati, & specificat. Corpus (inqt) qđ ex uirgine sumpsit. Ita igit adhuc hñt panitę q̃rere aliũ patronũ, p̃ unione sui panis ad corpus, quia hic nõ habent unionem nisi corporis ad deitatem. Habet & Witeleff excusare se penes Damascenum pro figuris, quia cũ Damascenus inuestigat istũ modum, quo Dei uerbum panem efficit corpus suum, dicit, Sicut per Spiritum sanctum ex sanCta DEI genitrice carnem sibi, & in seipso substituit. Si ergo hoc uno modo hic, & ibi: si carnis tantum figurã substituit sibi ex pane, carnis tantum figuram, & non substantiam substituit sibi ex uirgine, quod est hæresis Manichæa. Si autem per hunc modum substituit sibi uerbum ex uirgine carnem secundùm essentiam: hanc eandem substituet sibi ex pane. Et ratio, quia uerbũ Dei actiuum est, & omnipotens. Modo tropici respe C ctus Witeleff actionem uerbi non terminant, secundum eum, est ergo essentia corporis in sua natura, quæ terminat actum uerbi in conuersionẽ sua. Quòd item eum recitat de carbone, idẽ est. Vnde ibidem dicit DAMASCENVS, Carbonem uidit Esaias. Carbo autem lignum simplex non est, sed ignitum igni. Ita & panis communionis non panis simplex est, sed unitus diuinitati. Corpus aũt unitum diuinitati, non una, ac 1 eadem illi natura est, sed una quidem corporis, unitæ autem ei diuinitatis altera. Quare ambo- 2 rum simul non una natura est, sed duæ. Hæc ille. AVCTOR. Fruſtra hic lætantur isti tres pa- 3 nitæ, computato Witeleff, super uocabulo panis, putantes esse panem cibarium. Sed quomodo ille unitur deitati? & quomodo tunc non A computat Damascenus tres naturas, panis, scilicet corporis & diuinitatis, sed tantùm duas separatim eas nominans, hinc corpus, hinc deitatem? Vna (inquit) corporis, unitæ deitatis altera. Et subdit, Quare utrorumq̃ue non una natura, sed duæ. Vbi est ergo tertia panis, quam non numerauit ibidem? Sed ideò non simpliciter panis dixit, sed panis communionis, intelligens corpus Christi: ideò statim dicto, quòd nõ panis simplex est, sine medio uolat ad corpus. Corpus (inquiens) unitum deitati, non una natura est, &c. Et post uocat eam communionem simpliciter. Quod autem dicit item de mente Dionysij. 3. capitu. ecclesiasticæ Hierarchiæ uocantis illud sacramentum assumptionis: respondet breuiter Cancellarius Ercla. non sic inueniri. Sed si talis litera esset, intelligeretur assumptionis ad deiformitatem, quemadmodum Dionysius loqui solet: & iam suprà dixit B Damascenus. Vnde alia litera, quam Lincolniensis exponit, uocat sacramentum ascensionis: quia per illud sacramentum ascendit aliquis dignè ad diuinam similitudinem. Quòd autem assumit in partem suam, confessionem Berengarij dicentis panem & uinum corpus & sanguinem domini esse, & quòd frangitur, & teritur dente sacerdotum, & hoc non posse fieri sine corpore coniuncto, arguit Cancellarius, quærens, si intelligat hoc posito corpus Christo lacerari in partes, ita quòd una separetur ab alia, sicut & partes per ante fierent, si esset ibi panis. Et tunc incidit in illud, quod uitare proposuit, quòd corpus Christi in se teritur. Si autem per fractionem intelligat, quòd corpus incipiat esse totum simul in diuersis locis sacramenti, tunc fruſtra ponitur ad hoc panis: quia sic posset sine pane per solas species qualitatis, & quantitatis, immo subiectum non frangitur nisi fractione quantitatis.

Cancellarius Ercla.

C ¶QVOD PANIS TRANSVBSTANtiatur in corpus Christi secundùm suam essentiam utrobique, contra tam impanantes, quàm tropicantes. Cap. LXVII.

Damasc. lib. 4.

SVMMA.

Ambrosius, quid de conuersione panis in corpus Christi dicat, contra Witeleff, adducitur.

Virga in serpentem essentialis mutatio, & serpentis in uirgam.

Fluuialis aqua conuersa in sanguinem secundũ suam essentiam.

Aquarum separatio ad Moysis uirgæ leuationẽ atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; mutatio, quòd non fuerit tropica.

5 *Aquæ de petra fluxio ad Moysis tactũ, quòd non fuerit tropica, uel figuralis. Et multa alia ibi adducuntur, contra tropos Witcleff, & figuras.*

6 *Lanfrancus Ambrosium defendit contra Berengarium, & Witeleff.*

7 *Witeleff aduersus Isidorum obiectio, diluitur.*

8 *Isidori dictum de conuersione substantiæ panis, in substantiam corporis Christi.*

VOD autem allegat Ambrosiũ, tenuiter hoc facit meticulosus assertor, sciens forsam quomodo in communicatoriam suã sententiã Augustinus & Ambrosius decreuerunt dicere, quòd non sit panis, qui in uentrem uadit. Insuper nè plurium authoritatum mole prematur: ad dictum Ambrosij sibi oppositum, & Eusebij Emiseni. Istæ, (inquit,) authoritates non sunt contra nos, quia licèt ponatur sic esse, non tamen dicunt, quin aliter posset esse, & à Deo fieri. Vnde alium modũ non dicunt impossibilem. Reuera nec orthodoxi contra modum alium se opponunt, nec ecclesia alium modum contra Dei potentiam determinauit impossibilem. Quò fugis bone homo? Quis te tam procul iussit abire? Non bene moliris contra conuersionem simplicem panis, quã solam ueram esse decernit ecclesia, quia possibilis est alia. Aut quare non instas pro inlapidatione coporis Christi, aut inasinatione eius, sicut pro impanatione, nisi intelligas impanationem ueram de inesse? Certè inlapidationem eius concedimus ita ueram de possibili modo diuino. Sed quod subiungit, audiamus. WITCLEF. *Witcleff.* Ex abundanti autem dici potest, quòd dicta sanctorum non tenent, nisi quatenus se fundent in scriptura canonica. AVCTOR. Iam audiamus quid dicat. Hæc est utique responsio Witcleff consimiliter. Si autem staret iste modus dicendi, inutilis esset probatio, quam Augustinus contra aberrantes assumpsit, uocans in testes contra Iulianum, contra Donatistas, concors testimonium patrum à temporibus Apostolorum per successiones episcoporũ usq; ad dies suos. Et hoc dixit esse fidem catholicam, & si non ipsum expresse canonica contineret. Aliter quis conuincere poterat Arium de fide consubstantialitatis: quod uerbum ipse negauit, quia in scripturis non fuit? Ipsi patres dixerunt rem eius scripturis inesse, ipse negauit. Sed concordi fide præsentium & præteritorum patrum conuictus fuit, quam usquequaq; uitare non potuit. Vnde lib. 2. super Prouerbia. textu, Vade contra uirũ stultum & nescit. BEDA. *Pro. 14. Beda.* Ideo derisor sapientiam quam quærit, non inuenit: quia & si aperte contra illius stultitiam disputando incedas, A nescit intelligere quæ dicis: ut Arius, qui uerbũ consubstantialitatis in patre & filio, nusquam scripturarum inueniri posse contendebat, cùm ei manifeste scriptum obiiceretur, Ego & pater unum sumus: & Deus erat uerbum, & cætera tã lia. Hæc ille. AVCTOR. Hanc reputo fidem animatam, hic per fideles in uia, & per sanctos in patria, multoq; ueriorem scripturam canonicam, quàm contentam in schedula. Attamen uideamus sanctos patres qualiter se fundent in scriptura & producamus eos cõtra Witcleff, & omnes panificos uno passu. Producamus, inquam, eos, si forte ponant, quod iam tenet ecclesia, conuersionem, scilicet, naturæ panis, & transubstantiationem eius in corpus Christi purè, non tropicè. Quod contrà Witcleff dicit in de Apostatia. cap. 14. quòd Deus, & sacerdos suus efficiunt hoc sacramentum, & faciunt ipsum es- *Witcleff.* B se corpus Christi, non identicè, sed tropicè: sed non faciunt ipsum corpus. Et sic factio terminatur ad hoc esse corpus Christi, quod est respectiuum, & ualde salubre fidelibus. Hæc ille. AVCTOR. Sic non male dixi totiens arguendo, ep totum opus operatũ in cõsecratione Dei nostri, est solus respectus tropicus iuxta Witcleff, & hanc consecrationem in tropum uocat ipse transubstantiationem modo suo, sicut declarat se in tractatu de confessione ca. 1. uocans hanc transubstantiationem imperceptibilem, & inutilem. Et concludit tandem, quod omnis conuersio sua dicit aliquam factionem: sic quòd natura conuersi sit accidentaliter de nouo, quod, uel cuiusmodi priùs non fuerat. Hæc Witcleff. AVCTOR. Videtis quàm inuoluntarius sit fateri conuersionem simplicem essentiæ uel naturæ cum ecclesia & fide. Audiamus sanctum patrem Ambrosium: quem Witcleff cap. 39. de sermone domini in monte, sicut & cæteri panitæ, uocat in testem. Videamusq; † quid ipse sensit de conuersione huiusmodi, si sit essentialis, an accidentalis, & tropica, ut isti confingunt. Is sanctus *Ambrosius Tom. 2.* pater libro suo de mysterijs. Quantis (inquit) utimur exemplis, ut probemus hoc non esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioreq; uim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam ipsa natura mutatur. AVCTOR. Primò omnium notetur, quid in tot exemplis sanctus iste pater ad probandum assumit: nec putet quisquàm iam loqui sanctum Ambrosium, sed totam priscam illam ecclesiam una uoce sidem suam exprimere per instrumentum Ambrosij. Hoc enim iam loquitur, quod tempore suo generaliter credebatur. Assumit, dicit probandum hoc non esse sacramentum corporis & sanguinis, quod natura formauit, sed quod bñdictio consecrauit. In

hoc

hoc uno uerbo, saucium uulnus Witcleff accepit: & omnes panitæ cum eo, qui dicunt sacramentum naturaliter esse panem. Et hunc ergo natura formauit, quem nõ in panem naturæ benedictio consecrauit. Et qualiter probat? quia maior est uirtus benedictionis, quàm naturæ. *Ar. 7. phy. te. co. 18.* Dicit quidem Ethnicus ille 7. Physico. uirtutem esse actum perfecti in dispositione ad maximũ, & ideirco non alteratiuè dici: ergo uirtus ipsa benedictionis si sit maior ui naturæ, sed natura formatrix formauit corporis essentiam: ergo uis benedictionis formabit ibi essentiam corporis: non alterabit panem tantùm ut accidentaliter fiat corpus. Procedat Ambrosius in exẽplis. *Idem. Exo. 4. & 7.* 2 Virgam † tenebat Moyses, proiecit eam, facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in uirgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam serpentis & uirgæ? AVCTOR. Hæc mutatio non 4 fuit accidentaliter, uirgam fieri serpentem secundùm quendam tropum, nec econtrario, serpens refectus est tropica uirga, sed essentialis B uirga secundùm naturam, essentialis quoque secundum naturam suam uiuam, & reptilem. Ergo si reducemus exempla ad propositum, nec panis fiet tropicè, sed naturaliter secundũ essentiã corpus uiuum: & idipsum corpus, quod Spiritus sanctus repente formauit in utero uirginis: quàm perfectè formasset ipsum natura propagatione consueta cum ordine temporis. Sicut itẽ per manum Moysi perfectum edidit fœtum serpentis. Vnde. 7. super Genesim ad literam cap. *Aug. 7. 4* 16. AVGVSTINVS. Nõne (inquit) certis dierum numeris suo cuique generi accommodatis omnis natura serpentium coalescit, formatur, nascitur, roboratur? Nunquid expectati sunt hi dies, ut in draconem uirga conuerteretur de manu Moysi & Aaron? Nec ista cum fiunt, contra naturam fiunt: nisi uobis, quibus aliter naturæ cursus innotuit: non autem Dei, cui hoc est natura, quod fecerit. Hæc ille. AVCTOR. Ergo C ille perfectus draco factus est subito per prophe- 5 ticam gratiam, quæ formaretur, aliter per naturam, si cursum propagandi serpẽtes expectaret ordine temporis, & dierum. Ergo bene comparauit Ambrosius conuersionem panis in corpus Christi, ut sit non quod natura formauit, sed qđ benedictio consecrauit. Quod natura formauit in uirga, fuit uirga tantùm: quod benedictio consecrauit, fuit serpens tantùm, non uirga, q̃ olim. Ergo quod natura formauit in pane, fuit panis: sed panis tantùm: & quod benedictio consecrauit, erat corpus uiuum, & non panis grossus secundùm essentiam. Item AMBROSIVS. Cur- *Ambrosius Tom. 7.* 3 rebant † Aegypti flumina puro aquarum meatu: subito de fontium uenis sanguis cœpit erumpe re: non erat potus in fluuijs. Rursus ad prophetæ preces cruor cessauit, flumini aquarũ natura remeauit. AVCTOR. Hic autem conuersio rei secundùm suam essentiam ducitur in exemplũ. Fluuialis enim aqua conuertebatur in sanguinẽ, non accidentaliter, ut tu dicis in tropum, sed in substantiam sanguinis. Sic item uinum secundũ substantiam conuertitur in Christi sanguinem secundùm suam substantiam: nec ibi simul aqua & sanguis: nec hic in sacramento simul uinum & sanguis uel naturalis, uel tropicus. Bene prouisa sibi exempla per ordinem conuersionis, scilicet uirgæ in serpentem, pro conuersione panis in carnem in cruce exaltatam. Et exemplum sequitur conuersionis aquæ in sanguinem, pro cõuersione uini quondam aquæ traductę per uenas uitis in sanguinem saluatoris. Deinceps sequuntur exempla mutationis naturalium proprietatum, AMBROSIVS. Circumclusus ferat undi *Ambrosius* que populus Hebræorum, hinc Aegyptijs ualla tus, inde mari clausus: uirgã leuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorum speciem congelauit, atque inter undas uia pedestris apparuit. Iordanis retrorsum conuersus contra naturã in sui fontis reuertit exordium. Nonne claret natu ram, uel maritimorum fluctuum, uel fluuialis cursus esse mutatam? AVCTOR. Attẽde quid concludit, non mutationem aliquam tropicam, uel accidentis per accidens, sed aquæ secundùm suam naturam labilis in essentiam firmitatis: & aquæ secundùm naturam procliues iam effectæ retrogradæ. Istæ sunt utriusque aquæ proprietates perfectæ. Ita paries accidentium in uenerabili sacramento efficitur per se constans, qui subiecto solebat semper illabi: & impetus declinationis eius suspenditur, donec sacra Christi caro sine madidatione accidentis circumfluat ab ore Christiani transuehatur ad litora paradisi. Nec est stupor maior, accidens per se subsistere, quã aquam à sua labilitate suspendere. Proprietas utriusq; est labilitas aquæ, inhæsio accidentis. Sequitur AMBROSIVS. Sitiebat † populus: petrã tetigit Moyses, & aqua de petra fluxit. Nunquid *Ambrosius* non præter naturã operata est gratia: ut aquam nomeret petra, quã non habebat ex natura? Ma- *Exo. 15.* rath fluuius amarissimus erat: ut sitiens populus bibere nõ posset. Misit Moyses lignum in aquã: & amaritudinem suã aquarum natura deposuit, quam infusa subitò gratia tẽperauit. AVCTOR. Naturæ ecce petra per gratiam conuersa est: (ut ait Psalmista) in fontes aquarum: non in respectus tropicos, uel fontes figurales. Sed nec pe- *Psal. 17.* trationem fontium, uel assumptionem rupis in unitatem suppositi aquæ hic obtinet impanator. Amaritudo quoq; in dulcedinem est cõuersa: qualitas in qualitatẽ, natura in naturã: & huic

percunti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambrosius 4. Re. 6.

pereunti de subiecto, illa succedit. AMBROSIVS. Sub Eliseo propheta uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. Rogauit Eliseum, qui amiserat ferrum. Misit etiam Eliseus lignum in aquam, & ferrum natauit. Vtiq; & hoc præter naturam factum cognoscimus. Grauior enim est ferri species, quàm aquarum liquor. Aduertimus ergo maiorem esse gratiam, quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. AVCTOR. Et hic item absolutas, qualitates, grauitatem. s. leuitate compensat. nec est enim hæc figuralis cõuersio, nec assumptio, sed naturarum commutatio, gratia triumphante. Aduertimus ergo (inquit) maiorem esse gratiam, quàm naturam. Et tandem inducens conuersionem sacramentalem, gratia cuius omnes prædictas cõparationes assumpsit, inquit. Quòd si tantum ualuit humana benedictio, ut naturã

Ambrosius

6 conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, ubi uerba ipsa domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Hic iam uideat Wiclef si bene librauit sermones Ambrosij: uolens ex eius authoritate probare panẽ sic esse corpus Christi, ut tamen non conuertantur in illum secundum essentiam, sed secundum tropum, & finaliter remanere panem. Ecce ad istas conuersiones Ambrosius nos misit: quarum nulla est conuersio, nulla assumptio in uniratem figuræ uel tropum, sed plena conuersio secundum essentiam, priore essentia non manente. Vnde dicit, quòd si tantum ualuit humanã benedictio, ut naturam cõuerteret. Et suprà dixit: q̃ benedictione etiam natura ipsa mutatur: non per accidens, sed in aliam naturam per substantiam, sicut exempla concludunt. Et semper annectit, q̃ potior est gratia, q̃ natura. Ad quid? ut si naturalis serpẽs sit melior quàm respectus, melior sanguis naturalis, melior firmitas secundùm essentiam, melior aqua, melior leuitas, melior dulcedo, quælibet res melior secundum essentiam, quàm secundũ figurã: sic etiam corpus Christi melius in natura, quàm in figura præcisa. Sed potior est gratia diuinæ conuersionis, quàm uirtus naturæ operantis: ergo diuina consecratio conuertit istas essentias in præcisas essentias corporis & sanguinis, non in respectus: sicut nec priores naturas cõuertit, ut peiores essent per operationem diuinã, quàm fuerant per naturã. Magister uester Berengarius dicẽ, sed dignè increpatus erat propter hanc ipsam conuersionem Ambrosij per Lanfrancum. lib. de corpore & sanguine domini, Berengarius enim ait. Per consecrationem altaris fiunt panis & uinum sacramentum religionis, non ut desinant esse quæ erant: sed ut sint, quæ erant, & in

Petitio Berengarij. Lanfran.

A aliud commutentur: quod dicit beatus Ambrosius in libro de sacramentis. Hæc Berengarius. AVCTOR. Videte quàm sibi conueniunt Wiclef, & iste magister eius: quanquam cupiat uideri diuersus ab eo. capit. 5. de Eucharistia dicẽs; quòd ponat Berengarius corpus Christi tãtum præsens in signo. Ipse dicit realiter ibi præsens: sed realitatem ipsam nunq̃ sciet exprimere quid sit ultra signum uel uirtutem accidentalem. Et quòd dicit corpus Christi realiter esse præsens: quia per signum: adhuc nihil addidit in re ultra signum. Et reuera magister eius hoc item addidit, & dicit panem & uinum post consecrationem solummodo corpus & sanguinẽ domini esse, sed sophisticè semper ut in signo. Vnde conuersionem essentialem utrumque negat, & ad partem suam utrumque traxit Ambrosium. Sed † respondet utrique LANF. O mea-

Lanfran.

B tem amentem! ò hominem imprudenter mentientem! ò puniendam temeritatem! Ambrosiũ testem accire præsumis, quòd panis & uinum altaris per consecrationem non desinunt esse qd erant, sed commutantur in aliud quod nõ erant? Et quidem si de sacramentis, seu de cæteris, de quibus Ambrosius scripsit, omnes reuoluas libros, quos ecclesia in usu nunc habet, tale aliquid ab Ambrosio dictum, taliterque expositũ nusquàm reperire ualebis. Quod si dixisset, præclarissimæ famæ suæ plurimum detraxisset, si sibiipsi cõtrarius extitisset, rem incredibilem credendam esse constituisse. Quis enim compos sui credat rem aliquam conuerti in aliam, nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Sed ueritas ipsa, quæ DEVS est, procul semper auertat, ut testis ueritatis contra ueritatem testis existat. Accipe potius quid in libro de mysteriis dicat. Volens enim discrepantiam ostendere inter manna Iudæorum, & sacri

C ficium Christianorum per hoc uidelicet, quòd illud umbra & figura erat: hoc uero lux & ueritas: illud cælo: hoc corpus domini cælorum: nẽ tantam elementorum in tantarum rerum conuersionem mens credere humana refugeret, sub iunxit, dicens. Quantis igitur utimur exemplis, ut probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: maioréq; uim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa muratur. Panem uinumq; à natura formari, nullus est qui ambigat, nullus qui nesciat: de quorum uera in uerũ corpus domini conuersione non oportere dubitari, manifestis ostendit exemplis, congruis per similia asserit argumentis: narrãs in primis Moysi uirgam in serpentem uersam: deinde serpentẽ in uirgam: post hæc aquas in sanguinem mutatas:

Ambrosius de sacram. lib. 4. cap. 4.

tas: delhinc sanguinem remeasse in aquas; plura- A que in hunc modum. Ad ultimum præmisso illo magno ac singulari miraculo de partu uirginis, inquit, Et hoc quod conficimus, corpus ex uirgine est. Ec nè naturam potentiæ diuinæ ponderes, quasi non possit Deus cuilibet rei mutare naturam, occurrit, dicens. Quid hic quæris naturæ ordinẽ in Christi corpore, cùm præter naturã sit ipse dñs Iesus partus ex uirgine? Hæc ille. AVCTOR. Erubescat Wiclef, nec attollat unitum in conspectu magni Lanfranci, qui eius usque ad perenne silentium euicit magistrum. Quid iam dicit cum respectibus suis, & tropis in Christi corpore: nec tantum putat operari dominum, quantum concedit elinguem operari naturam: sed natura faciet uinum secundum substantiam, Christus sanguinem respecti uum? Sed dicit: sanguis tamen Christi secundùm figuram excedit uini naturam. Quid mihi de magnificatione tropi tui? sed si creasset Deus B serpentem solùm tropicum ex uirga proiecta, nonne multò imperfectiorem feciisset illum, q̃ natura formans uerum serpentem in substantia? Etgo si per Dei potentiam caro solùm tropica in sacramento conficitur: substantiali carne agni ab oue producti longè erit inferior. Et Ambrosius semper dicit, q̃ potior est gratia, q̃ natura. Potentia cognoscitur per actũ, & actus per effectum: melior ergo necesse erit effectus

7 operantis gratiæ, quàm naturæ. Obijcit † tamen Wiclef, quia Isidorus, in sermone, ponit exem 8 plum de conuersione infidelis in fidelem, quæ uidetur esse conuersio per accidens, non per tò tam essentiam: & incipit sermo, Magnitudo cælestium. ubi, Teipsum (inquit) iam regeneratus interroga: dudum alienus à uita, peregrinus à misericordia, à salutis uia intrinsecus mortuus exulabas: subitò initiatus Christi legibus, & salutaribus mysteriis innouatus, in corpus ecclesiæ, non uiuendo, sed credendo: & de filio perditionis adoptiuus Dei fieri occulta puritate meruisti. Sequitur. Sicut ergo sine corporali sensu præterita uilitate depositã subitò nouam induisti ex dignitatem: & licut hoc, quòd in te Deus læsa curauit, infecta diluit, maculata detersit, non oculis, sed sensibus tuis sunt credita: ita & cum reuerendum altare salutari cibo potuque reficiendus ascendis, sacrum Dei corpus & sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiore assume. Hæc ille. AVCT. Malè sibi cõsciius arripit istud telum doctoris uesanus Wiclef: quod si bene torqueatur, uulnerat iacentẽ. quanquàm non per omnia exẽpla rebus conueniant. Sic. n. probant sanctus pater Dionysius, facer uerè philosophus, quòd figura dissimilis

Dionysius de diuinis nominibus, quæ sunt de positiua

Hugo.

euidentiùs ueritatem demõstrat, quantò per similitudinem & non ueriratẽ esse se probat. tertio ea, angelicæ hierarchiæ. Super quo HVGO. Illa. n. signa euidentiorẽ demõstrationẽ habẽt, quæ & per similitudinẽ, qua appropinquant ueritati, ipsam ueritatẽ manifestant: & per dissimilitudinẽ, qua elõgant à ueritate, se non esse ueritatem, sed signa uñ, & imaginẽ ueritatis demonstrant. Hæc ille. AVCT. Verumtũ ad rm̃ profi cit exẽplum, ut fidẽ cõuersionis roboret, q̃ iste infirmare conatur. Nã formam unã abijciendã specificat, & aliã assumendã: formã abijciendã uocat pristinã ulitatẽ, læsionẽ, & maculam: formam assumendã, dignitatẽ nouam appellat. & translationẽ ab una in aliã dicit filiationẽ Dei, & incorporationẽ ecclesiæ a filio perditionis. Cõpara iam translationem panis in corpus Christi, & cogeris per exemplum dicere, q̃ sicut in conuersione de filio perditionis in filium adoptiuũ, de præterita uilitate in nouã dignitatẽ, de læsione ad curationẽ, de infectione ad ablutionẽ, de macula ad detersionẽ: prius auferturfiliatio pditionis, pristina uilitas: læsio, infectio, atque macula: ne maneãt simul cum filiatione Dei, nouã dignitate, curatione, ablutione, & detersione: ita in reuerendo altari, panis ita cõuertitur in substantiam corporis Christi, ut nihil eius remaneat: sicut nec quicq̃ de filiatione perditionis remanet cum filiatione Dei. Vnde in fine sermonis reuersus ad comparationẽ eiusdem exempli Isidorus. Sicut † (inquit) quicunque ad finem ueniens ante uerba baptismi adhuc in uinculo ueteris est debiti, his uero commemoratis, mox exuitur omni fœce peccatitita quando benedicendæ uerbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequàm inuocatione summi nominis consecrentur, substãtia illic est panis & uini: post uerba autem Chri

C sti, corpus est & sanguis Christi. Quid autem mirum est, si ea, quæ uerbo potuit creare, uerbo possit creata conuertere? Hæc ille AVCT. Per hoc, q̃ recitat uinculum ueteris debiti exuendum per sacra uerba, & substantiam panis & uini item per sacra uerba, sic corpus Christi futuram: patet eum uelle conuersionem substantiæ panis cum omni exuitione sui in substantiam corporis Christi, sicut fit exuitio plenaria a uinculo ueteris debiti. Ita etiam libro quarto de sacramentis AMBROSIVS. Tu ipse (inquit) eras, sed eras uetus creatura: postquam consecratus es, noua creatura esse cœpisti. Vis scire quoniam noua creatura? Omnis (inquit A. postolus) est Christo noua creatura. Hæc ille. AVCTOR. Sicut ergo uetus creatura post consecrationem non remanet, sed noua tantùm: ita nec panis uetus, sed tantum nouus

Euseb. emis.

Ambrosius To. 4. cap. 4

Gal. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manet in hostia. Noli arguere mihi de conuersione accidentali in vna consecratione sicut in alia. Nec concludas mihi remanentiam prioris essentiæ in una, ut in alia. Non enim exẽpla doctorum sunt paria vtrobique. Sed planè comparant hanc conuersionem accidentalem ad conuersionem illam ẽm substantiã: sicut hic Isidorus. Ant. inuocationem summi nominis (inquit) substantia illic est panis & vini: post uerba autẽ Christi, corpus est & sanguis Christi. Quid autẽ substantiam panis diceret, nisi uellet illam secũdum seipsam substãtiam in corpus Christi transferri? Et item q̃ uerba illa consecrationis sunt effectiua, sicut fuit verbum, quo creata sunt omnia? Ad hoc item de conuersione substantiali currit, quòd in eodem sermone frequenter assumit idem Isidorus. Quãta itaq;, & q̃ celebranda beneficia uis diuinæ benedictionis operetur, attende. Et ut tibi nouum & impossibile non debeat videri, q̃ in Christi substãtiam terrena & mortalia commutãtur, teipsum interroga. Hæc ille: AVCTOR. Vide, q̃ mortalia ista. i. corruptibilia panis & uinum commutantur in substãtiam Christi, non in dignitatem aliquam figuralem. Et iam supra, q̃ substantia panis & vini erit corpus Christi. Ergo conuersio ista erit mutua secundùm substantias vtriusque extremi, nõ accidentia respectiua. Vnde pro definitione panis secundùm substantiam propriam, subiũgit idem, Si fortè panis esum esurientibus apponeremus, non ex toto peruenirent ad singulos: quia particulatim, & minutatim portionẽ suã unusquisque præsumeret: de hoc uerò pane cùm assumitur, nihil minus habent singuli, quàm uniuersi. Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt: quia benedictio huius sacramenti scit distribui, nescit distributione cõsumi. Hæc Isidorus ẽm ipsum. AVCT. Mihi tamen uidetur plus sequenda decretorum authoritas: quæ in de consecratione dicit eum * Eusebium Emisenum. Et ita Paschasius in libro de corpore domini. Hic ergo esum consumptibilis panis remouet à sacramento: & solùm panẽ a Deo multiplicatum sic ad centum, ut ad unũ ibi concedit, qui nescit distributione consumi.

vita est vide ho. quintam de Pascha quia ibi omnia reperies, de cons. dist. 2. cap. quia corpus.

QVOD IN CONVERSIONE ISTA percelebri non est adnihilatio, uel destructio materiæ præiacentis. Cap. LXVIII.

SVMMA.

1 *Materiæ præiacentis quòd non fiat adnihilatio, uel destructio in conuersione percelebri panis in corpus Christi uerum, sanctorum & doctorum authoritatibus contra Witcleff, ostenditur.*

Dei filius, qua una proprietate à creaturis omnibus separetur, ex Augustino.

Mutationes quatuor describuntur à Guimundo. Et plura de hoc ibi.

Animum in corpus conuerti posse.

Sacramentum Eucharistiæ, quòd sit uerum corpus Christi secundùm essentiam, secundùm exteriorem uerò figuram accidens sensibile, quod apparet.

CONVERSIO ista solennis sicut peccata diiudicat, quæ nihil faciunt homines: ita fugit procul adnihilationes, & destructiones hæreticas: quas Witcleff mendaci lingua nescio quotiens imputat orthodoxis. Primo de sermone domini in monte cap. 40. ubi latius argueus. Iuxta (inquit) istam hæresim panis & uinum adnihilaretur: quod foret scelerissimum miraculum sacerdotibus regulariter ascribendum. Quæ ergo foret causa, quare Christus destrueret istas substãtias usque ad nihilum uirtute suæ benedictionis? nulla uidetur ratio, nisi ut blasphemè dicatur ipsum esse pium malum Manichæorum. Nec possunt isti hæretici istam adnihilationem subterfugere: quia ut habent seminare sua mendacia, consequenter Deus potest adnihilare utranque istam materialem substantiam, seruando accidens, pascens sensum illusum irrationabiliter sicut prius. Hæc Witcleff. AVCTOR. Totus iste processus proteruiam exprimit malignantis, non sententiam arguentis. Nam alias in tractatu suo de uniuersalibus. cap. 13. confitetur planè contrarium, quod orthodoxi negãt panem & uinum adnihilari in consecratione corporis domini. Sed tamen malignatur in causa, eo (inquit) quòd conuertuntur in accidentia. Adhuc rectifices quod distortum est, & dicas, quia conuertuntur in substantias meliores, scilicet in corpus & sanguinem saluatoris: & nunquid tunc fiunt nihil? Aut si penes te tantillum ualẽt, imò nihil ualent corpus & sanguis Christi, ut cùm ipsa fiant panis & uinum, penitus nihil fiant? Sed hoc à te petit ecclesia: qua ratione adnihilationem intrudis huic conuersioni celeberrimæ? Fortè quia dicis ibi. Quia cùm nulla pars alterius istarum substantiarum seruetur in corpore, uel in sanguine domini: relinquitur quòd sit utriusque istius substantiæ adnihilatio. AVCTOR. Falleris, si utraque substantia sit aliquid in corpore domini. & aliquid non dico æquè bonum, sed multo melius, quàm fuit in se. Aut nunquid

Gen. 19. quid forma substantialis corporis viui & sensibilis vxoris Loth fuit adnihilata, quando in formam statuæ uertebatur? aut forma serpentis, Exo. 4 quando vertebatur in formam uirgæ? Et tamen vtraque forma relicta, est forma conuersa deterior. Vbi ergo conuersio est in excellentius aliquid, vt si homo conuerteretur in angelum, quis sanus capite dicere posset istum adnihilari, non potiùs creari, uel perfici? Hæc enim de Ambrosius causa lib. 4. de sacramentis dixit AMBROSIVS. 1 Si ꝑ tanta vis est in sermone domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erant: quantò magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud commutentur? Hæc ille. AVCTOR. Propter hoc dicit, nè comersio ista putetur esse de nihilo, vel in nihilũ: sed ab aliquo in aliquid, scilicet à pane præexistente in corpus item quod præfuit. Nec panis inde fit nihil: sicut nec corpus Christi ex ista conuersione sit aliquid: sed panis ipse B sit aliquid, quod ante non erat, sine omni detrimento sui esse simpliciter, & melioratione inæstimanda omnis suæ totalis & partialis essentiæ. Sic enim tutum fecit Ambrosium à maxillis Guimundus Berengarij libro. 3. de corpore & sanguine domini GVIMVNDVS. Hoc (inquiens) diligenter nota: quia non dixit, vt sint quod erant: sed ea q̃ erant (inquit) sint: sed aliud sint quàm erant. Qd̃ videtur sentire cum subiungit. Et in aliud cõmutentur. tanquam suam comparationem explicaret sic. Si sermo dñi Iesu operatus est, ut inciperent esse quæ non erant. i. ex nihilo: quantò magis operatorius est ut sint quæ erant. i. ut sint ista. i. corpus & sanguis, ex eis quæ erant, non ex nihilo? Aliter enim comparatio ista recte intelligi non potest. Quæ igitur erant. i. panis & uinum, sunt: sed non sunt, quod erant, sed in aliud commutata. Et hoc est, quod ait, Vt sint quæ e- C rant. & ita sint, vt non in se sint, sed in aliud cõmutentur. Hæc ille. AVCTOR. Et ratificat eandem comparationem in sermone sæpe dicto, qui incipit, Magnitudo cælestium, ANSELMVS, dicens. Quando benedicendæ uerbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequàm inuocatione summi nominis consecretur, substantia illic est panis & vini: post uerba autem Christi, corpus est & sanguis Christi. Quid autem mirum est, si ea, quæ uerbo potuit creare, uerbo possit creata conuertere? Imo iã minoris uidetur esse miraculi, si id, quod ex nihilo agnoscitur condidisse, iam cõditum, in melius ualeat commutare. Hæc ille. AVCTOR. Vtrobique doctor iste declarat Ambrosiũ. Qui quod Ambrosius dixit, ut sint quæ erant, iste dicit, iam creata conuerti. Et quod Ambrosius arguit à potiori posse dñm conuertere aliquid in aliquid: quia potuit ex nihilo condere aliquid: A iste confirmat dicens secundùm minoris eẽ miraculi: addens item minus esse, q̃ iam conditũ, in melius ualeat immutare. Quia si hoc concluderet pro conuersione alicuius modi accidentis, siue causa sumpsit initium arguendi conuersionem à substantia panis. Antequàm consecrẽtur (inquiens) substantia illic est panis & uini: post uerba, corpus Christi est. Quasi dicat, non amplius substantia panis: sed multo melius corpus Christi. Etiam si multo meliùs, ergo magis bonum. & per consequens magis ens, & magis aliquid, qualiter ergo nihil? Et quantum ad robur argumenti sui cùm dicit, quia cũ nulla pars alterius illarum substantiarum seruatur in corpore uel in sanguine domini, relinquitur q̃ sit utriusque substantiæ adnihilatio. Sicut norunt logici si ratio ista concludat, dato oppositio cõsequentis, dabitur antecedentis propositionis oppositum, q̃ scilicet nullatenus erit adnihilatio: si altera illarum partium seruaretur in corpore. Quod patet: qm̃ non sequitur, posito casu gratia argumenti, q̃ Deus illum panem & uinũ uerè adnihiler, & post horam recreet, & tandẽ conseruet ea, qualitercunque aduersario nostro videri posset esse possibile in corpore & sanguine saluatoris: ecce iam utraque pars substantialis utriusque substantiæ seruatur in corpore & sanguine dñi: & tñ utraque secundùm utranque partẽ fuit adnihilata simpliciter. Idcirco circũspectus addidisset, qd̃ prudentes addunt schola stici: rẽ adnihilatam esse dicentes, si sic penitus intereat, ut merè nihil existat, nihilq; relinquat suæ propriæ essentiæ in ultimo adnihilationis articulo: sicut natura specifica hominis sufficiẽter adnihilatur per adnihilationem suæ differentiæ ultimæ: si tamen nõ transferatur in alienam substantiam: sed sic fiat nihil, ut fuit nihil priusq̃ cõdebatur in specie. Qualiter uidetur uelle beatus AVGVSTIN. libro contra Felicianum in 2 prima parte. ca. 7. ubi dicit. Dixi ꝑ inquam de filio, cùm a creaturæ definitione discernerẽ, quoniam is non ex eo, quod non est, in id, qd̃ est, qd̃ tale est; ac si diceremus non ex nihilo factus est. Et propterea nunquam in id, quod non est, ex eo quod est. i. nunquam in nihilum, ex ipso qd̃ est, naturæ suæ proprietate soluendus est. Creatura uero ex eo, qd̃ non est, in id, qd̃ est. Quo ostenditur: quia ex nihilo prolata est. Et propterea quãtũ ad se attinet, ex eo, quod est, in eo, qd̃ non est. i. in nihilum, nisi perpetua gratia fecerit, naturæ suæ qualitate uertenda est. Ergo nusquam non erit filius, qui substantialiter decetur esse perpetuus, & hoc ut pote propriè a conditione omnium creaturarum, quæ per ipsum factæ sunt, non iniuria noscitur separandus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Dei filius hac una proprietate

Augustinus Tom. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

prietate a creaturis omnibus seperatur: quia cæ A
teræ creaturæ sicut processerunt ex nihilo, ita
in oīno nihil, nisi gratia tenerentur, exciderent.
Quam itē dictionē Augustini sumit præmanib.
li. 1. de corpore & sanguine dñi GVIMVNDVS.

Guimundus Mutationes quatuor.

3 dicens. Quatuor † nouimus rerum mutationes
substantiuas, siue efficiētias, quas nobis scriptu
ra diuina cōmendat. Vnā, qua de omnino nihi
lo in id, qđ sunt, facta sunt omnia. Alterā huic cō
trariam, quam tametsi experimento nō ita sci
mus, rōne tū colligimus, qua uidelicet de eo qđ
sunt, quantum in ipsis est, redire ad nihilū pos
sunt. Sequitur. Ita denique beatus Augustinus
contra Felicianum. Creatura (inquit) ex nihilo
creata est: & propterea quantum ad se pertinet,
ex eo quod est, in id, quod non est. i. in nihilum!,
nisi perpetua gratia fecerit, naturæ suæ qualita-
te uertenda est: quanuis de accidentibus singu
lis, quæ superuenientibus alijs cedunt, non appa
reat uerē posse aliud dici, quàm quòd omnino
nihil fiunt. Nam si aliquid essent, in subiecto es
sent. Ex de reliquis infrà. Tertiam autem muta
tionem solenniter cernimus, qua uidelicet sub
stantiæ in eas, quæ nō erāt substātias, uel natura
li usu, p̄ miracula trāseunt, sicut nucleus i arbo
rem, semen in herbam, esca & potus in carnem
& sanguinem, uel sicut uirga in serpentem, ser
pens in uirgam, & cætera huiusmodi. Quarta
uerò mutatio est, qua id, quod est, transit in id,
quod nihilominus est, sicut panem & uinū uir-
tute diuina in corpus Christi proprium singula
ri quadam potentia credimus commutari. Hæc
ille. AVCTOR. Ita ergo iuxta istum scripto-
rem catholicum sententia Augustini hoc docet
fideles credere: quòd omnis creatura sit in om-
nino nihil uertibilis: quia in suum exordium sūt
omnia prona reuerti. Et quid si Witcleuista p̄-
teruiat non ex hoc sequi, q̄ Deus posset huius-
modi creaturam ad nihilum uertere, quādo om
nes illius sectæ credunt, quòd Deus de omnipo
tentia sua non potuit impedire pulcè, quæ pau-
loante me pupugit? Carnaliter sapientes sūt isti
tam grossi & animales philosophi. Guimundo
uidetur, quod Deus non solùm hoc potest: sed
itē, q̄ in accidētibus multis hoc efficit. Et philo
sophia recta hoc ex p̄misis concludet: eo q̄ mo
tiuum, & mobile relatiuè dūr. 3. physicorū. Qua
litercunque ergo creatura est secundùm essen-
tiam mobilis: aliter primus motor sufficit eam
mouere: ergo si sit de se adnihilabilis, & tendēs
ad non esse, uirtus primi motoris potest supple-
re tendentiam. Item si rectè consideretur ordo
entium, totum prædicamentum passionis præ-
supponit genus actionis. Alias esset signare pas
siuum, quod à nullo agente posset sic pati. Vnde
& 9. metaphysicæ. Potentia passiua est princi-

Aristo.

pium transmutandi ab alio ut aliud est. ergo cui A
cunque potēriæ passiuæ qualitercunque est pas-
sibilis, corrūdet actiuum determinatum. Cōfir
matio huius, ex hoc, q̄ ideò in regno animæ cō
perto, q̄ esset intellectus ibi passibilis, quod eēt
oīa fieri, deuenerūt oēs philosophi in intelle-
ctū agētē, qđ est oīa facere supple actu intelle-
cta. Ex quibus oībus liquet, si danda sit talis potē
tia aptitudinalis, quæ sit de suæ qualitate natu-
ræ in purè nihil uertibilis, Deus potest eam in
id, quo declinat aptitudo illa diuertere: Vnde
autem astit ei aptitudo illa, qua de se creatura
uergit in nihil: iam supra docuit Augustinus,
quod eam traxit à conditione suæ originis:
quia, scilicet, ex nihilo condita est: ideo quan
tum de se est, finaliter tendit in nihilum. se-
cundum illud Ecclesiastes. Oritur sol, & oc- *Eccle 1.*
cidit, ad locum suum reuertitur, & ad locum
unde exūt flumina, reuertūtur. Quid est quod
B fuit? ipsum qđ futurum est. Nec est ista nouella
assumptio, quam Augustinus addixit: Quicqd
ex nihilo est, in nihil mutari pōtuimo quasi eēt
naturalis animi cōceptio, cunctis penè nouellis
& senibus i professione huius ueritatis, hoc pri-
mo uenit in mētē. Vnde finali ca, sui apologe-
tici, uetus pater TERTVLLIANVS, ait. Conside-
ra te ipsum homo, & fidem rei inuenies: recogi
ta qd fueris antēq̄ esses, utique nihil. Meminis-
ses. n. si qd fuisses. Qui ergo nihil fueras potuisq̄
esses, idē nihil factus cùm esse desieris, cur non
possis rursus esse de nihilo eiusdē ipsius autho-
ris uoluntate, qui te uoluit esse de nihilo? Quid
noui tibi euenit? Qui non eras, factus es: & cū
iterum non eris, fies. Redde (si potes, rōnē, qua
factus es. & tunc require, qua fies. Et tamen uti
que facilius fies, quàm fuisti aliquando: quia æ-
què non difficile factus es, quod nunquam fui-
sti aliquando. Sequitur. Vbicunque resolutus
fueris, quæcunque te materia destruxerit, hausē
rit, abo leuerit, in nihilū prodegerit, reddet te.
C Eius est nihilum ipsum, cuius & totum. Hæc il-
le. AVCT. Non ista detego in robur adnihila
tionis possibilis, ideo ut adnihilationem aliquā
in præclarissima illa corporis Christi consecra
tione concedam: imo nego illam ibi de facto
cum omni fide ecclesiæ: sed ut conatum superbi
Witcleff in tantorum patrū auctoritate cōfrin
gam, qui tā procaciter negat eam possibilem
creatori: sicut in primo libro, suo loco dedu-
xi. Et idcirco subsannat fideles, & cachinnando
deridet eos, qui colunt Deum adnihilationis.
Ecce sanctus Augustinus coluit Deum adnihi-
lare potentem. Et antiquus pater Tertullianus
in hac illi fide consentiens, dixit eius esse ni-
hilum ipsum, cuius & totum. ergo Deus est ni
hili, qui colitur Deus totius, hoc sensu: quia

Id quod ex nihilo est, nihili natura participat. Tert. Iud.

cuius

cuius erat potentiæ de nihilo totum facere, eius A
dem est in nihil totum redigere. Verumtñ quis
eum non deridet scripturarum peritus, cùm sic
arguit contra conuertionem transubstantiatio-
nis egregiæ eo loco, quo iam suprà? Non est (in-
quiens) fundabile in grammatica, uel scriptura
q̄ istæ substantiæ conuertuntur in corpus & sā
Gen. 19. guinem dñi nostri Iesu Christi: nisi eius partes à
liquæ remanerent, ut patet de uxore Loth con-
uersa in statuam, & de hominibus conuersis in
uiros iustos: qđ in ista materia multùm appre-
tiatur Eusebius. Sequitur. Quia Deus non est au
ctor adnihilationis, sed constructionis. Hæc
Witcleff. AVCT. Multa dixit hic, propter quæ
dignus esse: uerbere ferulæ. Primò, quòd remit-
tat conuersionem istam transcendentem homi
nes nisi fide purgatos fundandam in grammati-
ca. Secundò, q̄ tam cerūicosè præsumit in diui-
na secreta, ut indubitanter affirmet partem ma-
terialem remansisse, non uersam in conuersio- B
ne uxoris. Qualiter hoc ei innotuit? Ex quo au
thore hoc sentit? An non sentit? An non satis fa-
cilè fuit authori Deo, si uoluit, totam fœmi-
nam in totam statuam commutare? maximè se-
cundùm materialem partem: quæ si sine con-
uersione, uel additione remaneret in statua: quo
modo materia decuplo minor, quia rarior in
carne fœminæ posset tanta moles fieri, & tam
densa in statua, si fuerit quantitatis æqualis? Si
ad ampliandum addita est materia alia, unde
hoc? Aut quæ res est corrupta, ut sub nouella
forma statuæ eius materia locaretur? Et tunc
non sola uxor conuersa est in statuam, sed eq̄è
Gen. 2. res illa, quæ secundùm suam materiam est iam
in statuam resoluta. Si autem non mouearis
de statua, mouearis saltem de esse conuerso in
fœminam: Et dic qualiter iuxta philosophiæ
tuæ principia gracile os hominis posit seruata
primordiali sua materia & nulla addita, tot os- C
sa, similis forsan densitatis, molis, & substantiæ,
& totam compagem carnis, & membrorum, q̄
tuncunque rarefactum efficere. Nam si rarefa-
ctiones tuas adduxeris, nihil proficis, cùm tot
ossa mulieris secundùm suas densitates nō pos-
sent ex uno tantillo osse prodire. Tertiò itē cul-
pandus est Witcleff: quia tam inculcè terminos
conuersionis assignat: dicens de hominibus con
uersis in uiros iustos secundùm Isidorum. de in
iustis dixisset, si philosophus fuisset, aut de ser-
uis, aut filijs iræ connersis in iustos liberos, aut
hæredes gratiæ: sicut planè deduxi iam suprà sān
ctum habere doctorem. Credendo (inquit) tran
sisti: & de filio perditionis, adoptiuus Dei fieri
occulta puritate meruisti. Nunquid aliqua pars
filiationis perditionis remanet iam in filio ado
ptiuo, eo quòd forma eius est terminus con-

uersionis illius? Certum est quòd non. Nec tunc A
esset uera conuersio secundùm fidem, si aliquid
remaneret fœcis antiquæ. Idcirco dicit conse-
quenter idem ISIDORVS, uel magis EVSEBIVS. *Isidorus seu Eusebius.*
Cum ipse atque idem esses, multò alter fidei p̄-
cessibus extitisti: in exteriore nihil additum est:
& totum in interiore mutatum est. Hæc ille.
AVCTOR. Ecce totum in interiore mutatum
est. quia totū cōuersum est; & secundum hoc al-
ter iam est, nō secundùm hoc, quod idē ipse est:
ergo ex ea parte, qua conuertitur, alterum esti
nec esset totum mutatum in terminis, nisi esset
totum cōuersum, & nihil remaneret antiquum.
Cur ergo si panis totus fit corpus Christi, rema-
net ei aliquid non conuersum? Hanc sententiā
pulchrè confirmat, sequens passum prædictum
Eusebij uenerabilis pater FVLBERTVS, ad Adeo *Fulbertus.*
datum, dicens. Dubitari etenim nefas est, ad cu-
ius nutum cuncta repente ex nihilo subsstiterunt
si pari potentia in spiritualibus sacramentis ter
rena materia naturæ & generis sui meritum trā
scendens in Christi substantiam cōmutetur: cū
ipse dicat, Hoc est corpus meum. & paulo post.
Hic est sanguis meus. Sed hanc Dei possibilita-
tem existimatio humana non capit, nisi te ip-
sum, quicunque es, discutias: qualiter de massa
perditionis factus es in populum acquisitionis,
& de uasis iræ prodisti uas misericordiæ: ut qui
paulò antè fueras alienus à uita, peregrinus à ve
nia, subitò initiatus Christi legibus, & salutari-
bus mysterijs innouatus, in corpus ecclesiæ non
naturæ priuilegio, sed fidei pretio transiuisti.
Nullo molis corporeæ additamento, teipso ma
ior factus es, sed inuisibilis quātitatis augmēto.
In exterioribus idem ipse: in interioribus lon-
gè alter es. Sicque de seruo filius effectus, præte
rita uilitate deposita, nouam subitò induisti di-
gnitatem. Hæc ille. AVCT. Hic doctor qua
si compilator effectus prioris Eusebij, uel Isido- C
ri secundùm te, satis ostendit, quid intelligit pa
ter noster: & de seruo, dicit filium effectum, &
de massa perditionis, populum acquisitionis: &
de uase iræ, uas misericordiæ. Et hoc totum di-
cit in interioribus factum esse, ubi totum mu-
tatum est: nihil autem in exterioribus, ubi idem
ipse est. Ergo vides quamuis similitudo non sit
par omnino, tamen conuersio penes id sumi-
tur, quod omnino non remanet. Et sic uidetur
sibi probasse assumptum: quòd terrena mate-
ria transcendens naturæ & generis sui meri-
tum in Christi substantiam commutatur:
cùm dicat, Hoc est corpus meum. Non de-
struitur ergo, non adnihilatur, si transcendat
totam naturam suam & genus. Nec tamen
manet secundùm suam substantiam, nec uerti-
tur in figuram, sed in Christi (inquit) substan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam cõmutatur. Et sic probant esse uerba Chri sti dicentia, Hoc est corpus meum. Nusquam. n. in destructione rei uerè dici poterit, quòd hoc est, nec tamen remanet hoc in se uel aliquo sui, si sit merè corpus meum. Et liquere potest hoc idem, supposito casu Augustini, quòd anima cõ uertatur in corpus, libro de immortalitate animæ uersus finem. vbi AVGVSTINVS. Videri

Aug. To. 1

Animum in corpus conuerti posse.

4 †(inquit) cuipiam potest, neque iniuria, id effectum esse ratiocinatione hac, ut animus ad nihilum peruenire non possit, conuerti autẽ in corpus forsitan possit. Si enim quod erat antè animus, corpus fuerit effectum, nõ utique omnino non erit. Hæc ille. AVCTOR. Quòd Augustinus videtur extenuando Dei potentiam in hoc libro negare adnihilationem esse possibilem: ut animam per diuinam potentiam transubstantiãdam in corpus, non est summopere attendendũ: quoniam hunc librum fecit nondum Christianus, necdum sacris literis eruditus: ideò multa in eo contra fidem scripturę decernit, nesciens Angelos animis potiores, aut alia quæque, ut ipse de se dicit in libro retractationũ. Sumamus autem casum eius tanquam possibilem, quòd, scilicet, animus conuertatur in corpus, qui tamen non potest in nihil conuerti: ista necessariò est cõuersio secundùm essentiam, & non tropum. Iam quæritur, si aliquid eius remaneat non conuersum? Si sic, ergo est diuisibile in partes: si nõ, quare non destruitur, & adnihilatur, Witcleff dicat. Augustinus uerò hoc recta ratione remouet. Si enim quod erat antè animus, corpus fuerit effectum, non utiq; omnino non erit, inquit. Et cur hoc? Quia & si deterius aliquid erit, non tamen omnino non erit: sed aliquid ualde bonum, quia corpus erit: multò magis si corpus ex toto sui fieret animus, iam non destruitur, eo ꝙ nihil sui quod fuit, permanet, qa multò melius aliquid fiet. Cur ergo destruitur panis, uel materialis eius essentia, quando uel corpus suum ipsum efficit, uel eius materiã gloriosam? Aut nunquid Deus hoc efficiendo ipsum perficit, non destruit? Sed ideo psalmista ad Deum de Witcleuistis conqueritur. Quę perfecisti (inquiens) de-

Psal.

stru xerunt. i. destructa dixerunt. Reuera autem ipsi Christi corpus & sanguinem destruxerunt, Apostolo cõtra monente, Noli (inquit) propter escam destruere corpus Dei. Roma. 14. Propter escam enim panis uilis cibarij destruit Witcleff opus ingentis miraculi expellens, & semouens corpus Christi. Nunc eat Witcleff torto ore, & labijs arcuatis, clamans uoce horrida in cunctis penè angulis opusculorum suorum, ꝙ benedictiones nostræ sint horridæ, & maledictiones acceptandæ: quia benedictiones nostræ, ut dicis nos concedere, uergunt usque ad communẽ cõ

Rom. 14.

A sumptionem panis & uini, quæ taliter benedicimus, & inde uerificatum de nobis illud Mala- *Malach.* chiæ. Maledicam benedictionibus uestris. & illud. Maledicent illi, & tu benedices. dicat nos de *Psal. 18.* struere substantias, dicat aduihilare, dicat sacramentum nostrum accidens peius stercore ratonis, dicat peius ueneno. Blasphemet ecclesiam fingere & multiplicare sibi miracula transubstantiationis, multiplicationis, conseruationis accidentium, & huiusmodi, ultra quàm Christus potuit: nolo ipsi claudere os flammeum. Qui in sordibus est, sordescat adhuc, donec ueniat sponsus cum uentilabro in manu sua. Tunc enim conscientiarum inspector fidelium planè notum faciet, quomodo calumniosè hæc omnia fingit sibi hæreticus: & quia catholicus nullum horum dicit, quanuis asserat panem & uinum

B uirtute uerborum cælestium in corpus & sanguinem Christi essentia transmutata conuerti, nunquid hoc est ea omnia destrui, uel consumi? Dicimus † sacramentum esse uerũ corpus Chri-

5 sti secundùm substantiam: secundùm exteriorẽ uerò figuram accidens sensibile, quod apparet. Dicimus uenerabile sacramentum nostrũ omni corpore melius: quia corpus Christi: & inde melius pane eius: & item corpore eius tropicè respectiuo. Quid dico? sustineamus inuicem tot millenι fideles unum in omnes mentientem hæreticum ea fide, qua beatus AVGVSTINVS *Aug. To. 1* suum potuit falsarium sustinere. Qualiter quæritur de Cresconio grammatico Donatista li- *158.* bro. 4. contra eum capitu. 14. * dicens. Cùm ad id, quod in epistola mea posui, siue à fideli, siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit, exclamas, & dicis, O præclarum sacerdotis imperium. O laudabilia boni patris præcepta iustitiæ. Nihil (inquit) inter fidelem perfidumque discernas: idem tibi pius ac impius uideatur: nihil prodest bonis moribus uiuere,

C quia quicquid iusto licet, potest etiam iniustus implere. Quid profectò dici iniquius potest? Purificet alium maculosus, abluat sordidus, emundet immundus, det infidelis fidem, criminosus faciat innocentem. Hæc certè uerba tua sunt, quibus sententiam meam reprehendis, cum hæc ego omnino non senserim, neque scripserim: quia inter fidelem perfidumque plurimum distat, non ad sacramentum, si hoc uterque habet, sed ad meritum: quia hoc alter ad salutem habet, alter ad pœnam. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quod imputauit ex una dictione sequelas hæreticas inquietus & uerbosus hæreticus fidelissimo Augustino. Quid ergo turbamur, si similia iactet in nos fidei æmulus, reportator mendax, ueritatis

titatis prædo, euangelij proditor, sacrarum falsarius scripturarum, peruersor sanæ fidei, & corruptor famosus?

¶ QVOD MATERIA PRIMA PANIS non destruitur, sed per transubstantiationem Christi perficitur, & transit in melius. Cap. LXIX.

SVMMA.

1 *Materia prima panis quòd non destruatur, sed per transubstantiationem Christi perficiatur, & transeat in melius.*

2 *Christi sermo quomodo sit potens uniuersa conuertere, ostenditur ex Ambrosio.*

3 *Mundus iste unde plùs depẽdeat subiectiuè; iuxtà Augustinum.*

4 *Responsio ad argumentum Witcleff, probantis materiam non posse conuerti. &c. Et quid de hoc dicant Ambrosius, Augustinus, & Bernardus.*

B

DOLET autem anxiè noster Witcleff contra conuersionem prædictam catholicę communionis pro destructione materiæ primæ, quæ priùs subfuit

Wicleff

formæ panis, in tractatu de cõfessione. cap. primo Inutile est quia per effectionem suam, ut fatsi inquiunt, panis destruitur: imò materia prima, quæ est fundamentum naturæ, secundum se totam desinit esse: ac si Deus in mundi principio materiam crearet superfluam: uel aliter pro sacerdotibus Antichristi discipulis materiã primam creauit in mũdi principio, ut ex ea blasphemè, & irrationabiliter conficerent corpus Christi, & postmodum sine causa miraculosè ipsam adnihilent. Hæc Witcleff. Item de apostasia capit. 9. Vt fingitur quãdocunque Magog celebrat, tollit, destruit, & corrumpit partẽ essentialem primæ materiæ, quam Deus creauerat. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quod iste imponit ecclesiæ, falsum est. Quod autem deducit, est possibile. Nam pro primo, statim adest libro de moribus Manichæorum, citò post prin-

Aug. To. 1

cipium AVGVSTINVS. Mutantur quædam in meliora: & propterea tendunt ad esse. Nec di-

2 cantur ita mutatione peruerti, sed reuerti, atq; conuerti. Hæc ille. AVCTOR. Nescis † ergo fidelem logicam ecclesiæ, aut filij eius Augustini, quando dicis panem, aut eius materialem essentiam destrui: quia conuertitur, aut reuertitur in meliorem essentiam corporis Christi, aut eius materiæ gloriosæ. Quantùm autem ad id, 2 quod deducis, est Deo satis possibile. Sed ne cõtendamus pro termino, notandum primò, ꝙ

A non ita utitur Witcleff termino materialis essentiæ, sicut Augustinus, & orthodoxi: ipse enim intelligit materiam illam simpliciter primam: uel aliquam citrà, secundùm quòd componit cum substantiali forma. Augustinus autẽ dicit materialem essentiam, substantiam habentem materiam componentem se: sicut corpus Christi uocat materialem essentiam eandem secundùm essentiam in sacramento, quæ in cælo, secundùm recitatum locum Paschatij, & Anselmi, in de corpore & sanguine domini: & Yuonis in epistola ad Haymericum Aquitinensem. *Augus. Io. 6.* Vbi dicit AVGVSTINVS. Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi estis: neq; bibaturi illum sanguinem, quẽ effusuri sunt, qui me crucifigent. Et post pauca. Ipsum quidem, & non ipsum. Ipsum quidem, materiali essentia: non ipsum, uisibili forma. Hæc ille. AVCTOR. Vbi corpus Christi materialem essentiam omnino identicè uocat: neruntamen illam primam materiam cum primaria etiam forma componente substantiam panis, dicit, & tenet ecclesia catholica conuerti in substantiam corporis Christi translatione totius in totum sine sui destructione quacunq;, quod iste calumniosè proclamat, & cum melioratione essentiæ. Hanc antiquam sidem sanctorum patrum, & diù ante Innocentium tertium, quem Witcleff insectatur pro uiribus, doctam, & Apostolis creditam nullus, qui ipsorum libros attentè legit, ignorat. Ecce in sermone sæpe dicto Emiseni Eusebij, qui incipit, Magnitudo cælestium: in fine, dicit EVSEBIVS. *Eusebius ho. 5. de Pascha.* Nec dubitet quisquã primarias creaturas nutũ potentiæ, præsentia maiestatis in dominici corporis transire posse naturam: cùm ipsum hominem uideat artificio cælestis misericordiæ Christi corpus effectum. Hæc ille. AVCTOR. Iam supra ipsas uisibiles creaturas panis & uini secũdum se toras docuit conuersas esse in substan-

C tiam corporis & sanguinis Christi Iesu. At ne dubitatio remaneret de partibus, qualiter possent esse uertibiles, sine quarum conuersione nec conuerteretur totum, iam hoc soluit in fine, quòd etiam ipse primariæ creaturæ nutu potẽtiæ ver bi nõ dubium, inquit, in dominici corporis posse transire naturam. Non dicit in figuram. Et totum dixit conuerti in substantiam, Naturæ autem ex. 5. metaphysicæ potest dici de materia, *Arist.* & forma, & compolito ex his. At si ponas offendiculum in exemplo doctoris de homine facto corpus Christi, iam illud exposuimus suprà. Et iterũ audi Ambrosiũ hoc ipsum testantem: & nõ prætereat te eius exemplum libro 4. de sacramẽ tis. ubi. Accipe † (inquit) quemadmodum sermo Christi creaturam omnem mutare * consueuerat: & mutat quando uult instituta naturæ. *consuetuerit. Ambrosius To 4. c 4*

*Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Quo re quiris? Accipe, &c.

*Quomodo requires, accipe. Et primò omniú de generatione eius sumamus exemplum. Consuetudo est, ut non generetur homo, nisi ex uiro, & muliere, & consuetudine coniugali. Sed quia uoluit dominus, qui hoc elegit sacramentum, de spiritu sancto, & de uirgine natus est Christus: hoc est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Vides ergo quia contra instituta naturæ, & ordinem, homo est natus ex uirgine? Hæc ille. AVCTOR. Hic habes primò sub termino generali, quia sermo Christi creaturam omnem mutare consueuerat. & bene post

Idem cap. 5

AMBROSIVS. Audi dicentem: Accipite, & edite ex eo omnes: hoc est enim corpus meum. Et ante uerba Christi, calix est uini & aquæ plenus: ubi uerba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo uidete quantis generibus potens est sermo Christi uniuersa conuertere: Hæc ille. AVCTOR. Ecce Christi sermo potens est uniuersa conuertere: ergo tam materiam, quàm formam, & compositum. Si enim quando uult, mutat instituta naturæ, cur non fundamentum naturæ? Et hic habes, q̃ sermo Christi est efficaciter conuersiuus in ore presbyteri. Vbi (inquit) Christi uerba operata fuerint, ibi sanguis efficitur: non figuratur, nec tropicus sanguis, sed qui plebem redemit. Et quidcerte calix uini plenus, qui fuit antè uerba Christi. Ergo calix uini puri per uerba Christi efficitur Christi sanguis purus, non typicus. Quomodo hoc contra ius naturæ? sicut Christus homo uerus non typicus natus ex uirgine. Videtis quàm feliciter, quàmque faciliter cuncta fidem sequantur ecclesiæ. Non oportet hic geminare aduerbia, non extendere tropos, non sepelire conceptus. Verùm non faciliter transeundum est uerbum illud Ambrosij, q̃ in hac cõsecratione potens est sermo Christi uniuersa cõuertere: sicut & creaturam omnem mutare consueuerat, & mutat, quãdo uult, instituta naturę: hoc enim uerbum Ambrosij, respondet plenissimè ad argumentum fortissimum Witteleff contra conuersionis possibilitatem huius suæ materialis essentiæ. cap. 9. de apostasia. Magnificatur (inquit) Christo potestas Gog & Magog, q̃ impossibile est suum presbyterum celebrare, nisi corrumpendo mundum antiquum, quem Deus creauit: nec mirum, quia immutat leges naturæ in sui contrarium. Nam iste mundus secundùm fideles philosophos depẽdet, ut à partibus essentialibus a tota essentia suæ materiæ, & toto genere spirituum perpetuorũ: sed ut fingitur, quãdocunque Magog celebrat, tollit, destruit, & corrumpit partem essentialem primæ materiæ, quam Deus creauerat. ergo conclusio. Hæc Witeleff. AVCTOR. Hæc est schola Wit-

A cleuistica somniata inter atomos Leucippi, & aggregationes chimærinas Anaxagoræ. Nos

3 † autem dicimus mundum istum plùs dependere subiectiuè ex pulchra dispositione uniuersi per species perpetuas, à primo supposito immortali & incorruptibili, usque ad infimum suppositum, uel formam substantialem quantuncunque statim corruptibilem, cum connexionibus, & legibus, quas eis uoluntas cõditoris instituit, quàm à tota illa informi massa, quam tu tanta laude coronas, materialis essentiæ. Quia plùs habet unumquodque tale entitatis & bonitatis, secundum quòd plùs approximatur diuinæ creatrici essentiæ. secundùm illud 12. confessionum

1

AVGVSTINI. Verum est enim domine, fecisse te cælum & terram, & uerum est esse principium sapientiam tuam, in qua fecisti omnia: uerum est, quòd mundus iste uisibilis habet magnas partes suas, cælum, & terram breui comple

Aug. To. 1 cap. 19.

B xione factarũ omnium conditarumq; naturarũ. Hæc ille. AVCTOR. Tu dicis fideles philosophos, sed non exprimis. Nos audiamus unum, de quo non dubitemus esse fidelem philosophũ

AVGVSTINVM. 12. confessionum cap. 8. vbi dicit. Tu enim domine fecisti mundum de materia informi, quam fecisti de nulla re penè nullã rem, unde faceres magna quæ miramur filij hominum? Sequitur. Terra, inquam, ipsa, quam feceras, informis materies erat, quia inuisibilis erat, & incompositа, & tenebræ super abyssum. De qua terra inuisibili & incompositа, de qua informitate, de quo penè nihilo faceres hæc omnia, quibus iste mirabilis mundus constat, & nõ constat, in quo ipsa mutabilitas apparet, quia rerum mutationibus fiunt tempora, dum uariantur, & uertuntur specie, quarum materies prædicta est terra inuisibilis. Hæc ille. AVCT. Ecce iuxta philosophum Augustinum totus iste mũdus

Aug. To. 1 cap. 4.

C mutabilis dependet ab his omnibus, quibus cõstat, & non constat, quæ sunt per conditionem futura: quia omnia Deus fecit ex illo penè nihilo primordiali, s. materia, quam AVGVS. semper uocat penè nihil ut infrà. cap. 15. Hoc pene nihil, inquantum non omnino nihil erat, ab illo utique erat, à quo est quicquid est. Hæc ille. AVCTOR. Hanc ergo materialem essentiam ponit Augustinus omni formæ, & rei formatæ, quamuis corruptibili. unde infrà. cap. 22. Informem quidem istam materiam non negamus ab eo factam Deo, à quo sunt omnia bona ualde. Quia sicut dicimus amplius bonum esse, quod creatum, atq; formatum est ita fatemur minus bonum esse, quod factum est creabile, atq; formabile, sed tamen bonum. Et in de uera religione ca. 36. Illud, quod in comparatione perfectorum informe dicitur, si habet aliquid formæ, quamuis

Aug. To. 1 cap. 3.

Idem

Aug. To. 1

Aug. To. 1

quamuis exignum, quamuis inchoatum, nõdum est nihil. Nam & quod nondum formatum est, tamen aliquo modo ut formari possit, inchoatum est, Dei formabile est beneficio. Bonum est enim esse formatum: nõnullum ergo bonum est & capacitas formæ. Hæc ille. AVCT. Nõ enim uacat ad omne uerbum eius impingere. Sed hæc dico, tum propter sequentia, tum ad eliciendum in dispositionem mundi, quam iste per se inuenit, ut eam rem, quæ penè nihil est, præponat eis rebus, & formis, quæ per hoc amplioris boni sunt, quia formatæ sunt: & eas formas quia corruptibiles sunt, uocat essentias mundi accidentales: ut cùm nolit esse in hac parte theologus cum Augustino & ecclesia, saltem cum Aristotele sit philosophus: qui. 5. metaphysicæ, dicit materiam non esse naturam, nisi quia recipit naturam, quæ est forma, quæ est substantialis natura, & finis in toto generationis processu. Sed uocet, si uult, indifferenter naturam, materiam illã primordialem, sic & formam, sic & ex his cõpositum: sic item quod ab his pullulat, uel emanat, sicut ramus ab arbore, aut fructus à frõde. Quolibet istorum modorum si uult exponat AMBROSIVM dicentem ut suprà * in principio omnium exemplorum. Quantis igitur utimur exemplis, ut probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio cõsecrauit? AVCTOR. Negatio quæ præcedit nomen naturæ, si uim faciat, tollit naturam. Naturam materiæ, formæ natura formauit. Non ergo est in sacramento natura primordialis materiæ: natura quæ formæ similiter: natura quoque suppositi panis, aut alter pullulantis substantiæ, quælibet talis dicitur:

4 hoc est quod natura formauit in pane. Iam † uerò ad substantiam argumenti eius probantis materiam non posse conuerti, quia non potest corrumpi: & quòd non potest corrumpi, quia hoc esset immutare leges naturæ in sui contrarium, & iuxta philosophum primo de cælo mundus ponitur constare ex omni materia sua possibili. Planum est quomodo nugæ istæ delentur uno illo uerbo Ambrosij, q̃ Deus quando uult, & ut uult mutat instituta naturæ: nec debent tales cõtra Deum præscribere, q̃ non possit contra facere, quia sic fecit: nisi sint de secta Witeleff, qui animosè sustinet hunc errorem, q̃ Deus, nec aliud, nec aliter potest facere, quàm ut fecit. Quos redarguit Augustinus æquanimiter. 21. de ciuitate Dei cap. 10. dicentes non posse naturam humanam ardere perpetuo: quia aliter est natura corporum instituta. Contra quos subdit supra idem AVGVSTINVS. Non (inquiens) de notitia naturarum caliginem sibi faciant infideles: quasi non possit in aliqua re diuinitus fieri aliud, quàm in eius natura per humanam

Aristot. 5. Met. c. 5

Ambrosius To. 4. lib. de mysteriis c. 9. non longe a principio.

Aug.

Aug. To. 1 lib. 4 de Genesi cap. 4.

C

Aug. To. 1 cap. 3.

A suam experientiam cognouerunt, quanuis & ipsa, quæ in rerum natura omnibus nota sunt, non minus mira sint, essentéque stupenda considerantibus cunctis, si solerent homines mirari mira nisi rara. Sequitur pòst. Habent * etiam aliud, quod nunc possit ostendi eis, quæ puto debere sufficere: * quomodo moneantur, cùm * aliquid aduerterint in aliqua institutione naturæ, eamque sibi notissimam fecerint: non se * in Deo debere præscribere, quasi * etiam non possit in lõgè aliud, quàm eis cognita est, uertere, atq; mutare. Terra Sodomorum non fuit ita ut nunc est, sed iacebat simili cæteris facie: eademque uel etiam uberiori fœcunditate pollebat. Nam Dei paradiso in diuinis eloquijs comparata est. Hæc postea quàm de cælo tacta est, sicut illorum quoque testatur historia, & nunc ab eis, qui ueniunt ad loca illa, conspicitur, prodigiosa fuligine horrori esse: & poma eius interiorem fauillam mendacis superficie maturitatis includunt. Ecce non erat talis, & talis est. Ecce à conditore naturarum, natura eius in hanc fœdissimam

B re diuersitatem mirabili mutatione conuersa est: & quod post tam longum accidit tempus, tam longo tempore perseuerat. Sicut ergo non fuit impossibile Deo, quas uoluit instituere, sic ei non est impossibile in quod uoluerit, quas instituit, mutare naturas. Hæc ille. AVCTOR. Ergo si non est impossibile Deo mutare materiam in asinũ, sicut has potuit creare naturas, multo magis non erit ipsi difficile materiam in coæuam sibi materiam transmutare: uiciniores enim sunt, & naturæ consymbolæ. Item si difficultas erit conuertere naturas propter suas essentias: ergo ubi est essentia intensiue maior, minus citò conuertitur. Iam ut dicit Augustinus, in tota latitudine materialis essentiæ, nulla est minor primaria materia illa, quæ est penè nihil: ergo illa cicissimè conuertetur in aliam substantiam. Prima

Io. 2. Exo. 4.

aqua conuersa est in uinum: & uirga in serpentẽ transubstantialiter, eadem tamen essentia permanente pura materiali substantia remota: sed formis perfectioribus cũ suis suppositis destructis, ut dicis cap. 14. de apostasia. sed forma est actus & perfectio totius materiæ: ergo à potiori tota illa materialis essentia relicta, potest sic transubstantiari. Fiat ergo continua talis transubstantiatio usque ad nudam materiam primã: & cuni omnes materiæ priores fuerunt essentialiores ipsa, & plùs habentes de esse, & remotiores à nihilo secundùm Augustinum hic suprà: ergo ipsa potest sic transubstantiari transubstantiatione ꝑdicta virgæ, & uini. Quid ergo remanebit ipsi tunc essentiæ? hoc quæro? Aqua enim transubstantiata in uinum, perdidit esse formale, & suppositale aquæ: sed, ut tu dicis, remansit

ipsi

*ergo
*quo cõmoueantur
*aliud
*inde Deo
*eam
Sodomorũ terra. Gen. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi essentia indestructa, putà materia. Transubstantiata autem primordiali essentia materiæ primæ, quid remanebit tunc? Nec potes ipsam priuilegiare plùs cæteris. dicente hic supra generaliter Augustino: quòd sicut non fuit impossibile Deo quas uoluit instituere, sic ei non est impossibile in quod uoluerit, quas uoluerit, mutare naturas. Item quod dicis ibidem: quòd essentia originalis aquæ transubstantiatæ in uinum, manſit, aduersatur Hymno percelebri, ubi canitur, Vinumque iussa fundere, mutauit unda originem. Non ergo sola ultima forma, quam tu dicis accidentalem naturæ, in illa conuersione mutatur, sed tota essentia eius ab origine. O quàm repugnantem sententiam Witcleff contexuit. 1.4. de apostasia, quòd conuersio dicit rei remanentiam: & alibi idem de mutatione, cùm ratio non percipit, quòd res, quæ conuertitur, secundùm hoc maneat non mutata. Vnde Aristoteles ideo. 5. metaphysicæ, dicit materiã intransmutabilem, & immutatam, quia manet: cap. de natura. Ecce philosophum, quem nec fides retinet, nec natura. Istæ rationes, & plures eiusmodi cogunt fateri fidelem, materiam primam posse conuerti secundùm omnem suam essentiam, & in sacramento altaris, nec sine substantiali conuersione manere. Vnde & libro tertio super cantica capit. 7. tractans hunc textum, Iste formosus in stola sua, BERNARDVS. Ne memineris (inquit) priorum: noua ego facio. Quid magis nouum, quàm quòd in mysterio dominici corporis mutatur materies, & species seruatur? Pristina manet forma: sed noua gratia, quia noua substantia: noua quidem, non in se, sed in huiusmodi specie. Nouum planè, quòd carnis dominicæ substantia in aliena specie sumpta, sanctificationem uirtutis animæ confert, & spiritualem mundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouum quidem, & supra reliquorum usum sacramentorum, quòd nõ modò sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per sacramenti benedictionem accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem: & ex mystica consecratione, & uerbi uiuentis copulatione, hæc uiuifica gratia in carnem Christi redundat. Caro enim non prodest quicquam: sed spiritus, qui uiuificat, sacrosanctæ carni conferẽs in solenni sacramento spiritualem efficaciam ad uiuificandos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola, hoc est in carne sua, sed multò formosior in assumpto spiritu, qui utique carne præstantior, quia uerbo uicinior. Hæc ille. AVCTOR. Attende mi Witcleff quid singulatim ait Bernardus: qui quanuis de nouo millenario fuerit post Christum, credetamen, quod de fide scripturæ, & antiquorum patrum fuit plùs te certus & non plùs te inuidus. Quibus suppositis, uerum est quod dixit, quòd in sacramento dominici corporis mutatur materies, non remanet, sed species seruatur exterior. Vis scire quid intendit signare ibi accidens sine subiecto? Quia pristina manet forma, scilicet accidentalis: sed noua sit substantia corporis Christi. s. Si dicas per glosam tuam ordinariam, illa substantia manet principaliter, non sic alia: nec pristina forma panis hac lege manet principaliter. Quo modo ergo pristina panis forma manet, & panis non manet, cùm ex his principalior extat panis? Sed ideò subsequetur Bernardus, dicens, ꝙ substantia naturalis mutatur, quam utique exprimens nominatim, per sacramenti benedictionem (inquit) accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem. Miror ergo, quo dolore insensatus Witcleff exuritur decisionem causans materiæ, quæ minimum quid habet bonitatis, aut entitatis in substantiis: & formas nobiles substantiales, quæ longè in perfectione excedũt putà, sensitiuam serpentis, uegetatiuam, & sensitiuam uxoris formam: itaque elementarẽ aquæ, destructas fatetur, & tacet, hominemque secundum totam penè speciem, quæ paulominus distat ab Angelis in perfectione specifica, quã copiosè destructam cernit in diluuio: & inde non luget, si exilem eius materiam uiderit conseruari. O quàm diues foret iste collector rerum, si in litore maris rubri datum esset cum Aegyptiis, ꝓ pinquorum suorum inuenire cadauera, non nudas materias sine sensu.

In festiuita te Epiph.

Aristot. 5. met. ca. 3.

Bernardus

Non inuenio locum, nec ea quæ D. Bernar. scripsit super cantica in libros distributa sũt sed in sermones.

Is. 6.

Exo. 63.

¶ QVALITER VVITCLEFF SOPHISticat de conuersione, & transubstantiatione. Sed quæ est transubstantialis conuersio secundùm fidem ecclesiæ, declaratur.

CAP. LXX.

SVMMA.

Transubstantiationis & cõuersionis nomina quo modo peruertat Witcleff in suum sensum hæreticum.

Witcleff quomodo mentiatur in Ambrosium, ꝙ nolit per conuersionem panis in corpus Christi, mutari panis naturam.

Witcleff conuersio recensetur. Et eiusdem confutatio, ex Augustino, Chrysostomo, Cassiodoro, Hilario, Lanfranco, &c.

Eucharistiæ transubstantiatio quæ secundum fidẽ ecclesiæ. Et de multiplici rerum conuersione iuxta sanctorum patrum sanctiones.

Tran-

TRansubstantiationis & conuersionis nomina peruertit Witcleff in sensum suum hæreticum, contra suam institutionem primæuam à patribus. Et modo Arianorum, qui (ut scribit Cassiodorus in historia tripertita) confundentes uocabula Dei filij, unigeniti, primogẽiti, & similia, semper hæresim suam texerunt in termino statuto per fideles: in nullóque potuerunt ab orthodoxis discerni, quousque uentum esset ad consubstantialitatis uocabulum. Quod cùm tollere cũctis uiribus niterẽtur, sed incassum se cernerent laborare, quia plùs semper inualuit apud sanctos patres, & fidelissimos christianos uirtus fidei, quam cernebant in termino: tandem & ipsi acquieuerunt hæretici, ponentes, & scribentes uocabulum consubstantialitatis, exponentes ipsum ad conformitatẽ similitudinis cuiusquã, non ad identitatem substantiæ, sicut intellexit ecclesia. libro. 7. historiæ tripertitæ cap. 9. sic dicens. Profitemur sequentes magnum orthodoxumque concilium, consubstantialem esse patri filium. Et sic non intelligimus consubstantialẽ sicuti dudum quidam exposuerunt nõ uerè scribentes: & alij illos uocantes patres, uirtutẽ sermonis respuunt: & sequuntur eos, qui per consubstantialitatem similitudinem significatã esse scripserunt: eo quòd nulli reliquarum creaturarum per eum factarum similis sit filius, sed tantummodo patri. Sed qui hæc exponunt, creaturarũ præcipuam Dei filiũ impiè dogmatizant. Nos itaque sapimus sicut etiam concilia nuper Romæ, & in Gallis celebrata unam esse eandem ́que substantiam patris, & filij, & spiritussancti in tribus personis, quod in tribus perfectis subsistentiis. Hæc ille. AVCTOR. Ita † modò Witcleff terminum transubstantiationis, conatur euertere, sicut illi terminum consubstantialitatis. Dicitque esse conuersionem substantiæ in similitudinem uel conformitatem, aut appellationem substantiæ, sicut Ariani dicebant consubstantialitatem, similitudinis paritatem. Et sic omnes dictiones patrum, quas ad exprimendũ fidem eucharistiæ ecclesia Christi inuenit accõmodas, ipse sibi assumit: sed cõfundit assumptas conceptu suo æquiuoco, cõcedens corpus Christi conuersionem panis, imò & accidens sine subiecto, & ablationem panis modo suo, & omnia penè nobiscum concedens, & quasi transigurans se in filium lucis secundùm terminos: sed remanet tamen acer hæreticus secundùm substãtiã intellectus. Proijcit enim coloquintidas amaras in ollam pulmenti catholici, quæ tunc latere non possunt, cùm docti ecclesiæ filij prophetarum gustantes decoctionem infectam, Mors in olla proclament. Libro de euchristia capit. 4.

Sanctus (inquit) Ambrosius non intendit dicere, quod panis iste fiat identicè corpus Christi, sed quòd fiat eius figura efficax modo prædicto. Et sic cõuersio illa non destruit naturam panis, nec mutat naturam corporis inducendo in materiã aliam quidditatem: sed facit præsentiam Christi corporis, & tollit principalitatem panis. Sequitur. Et de ista mirabili, & miraculosa conuersione debet presbyter cõtentari. Hæc Witcleff. AVCTOR. Iam suprà producebatur Ambrosius cum suis exemplis, dicens semper, ꝙ benedictione etiam ipsa natura mutatur: natura serpentis in uirgam, aquæ in sanguinem. & concludit idẽ de pane in corpus, dicens, Quòd si tantum ualuit humana benedictio, ut naturam conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, ubi uerba ipsa domini saluatoris operantur? Et †adhuc non pudet hæreticum planè mentiri in Ambrosium, quòd nolit per conuersionem illã mutari naturam, inducendo in materiam aliam quidditatem. Si natura serpentis mutabatur in uirgam, & aquæ in sanguinẽ, & (ut tu dicis) seruata materia, nunquid alia quidditas est inducta in materiam sic mutatam? Quàm frontosus est iste mendax in sanctum? Sed de istis satis planè suprà processimus, Sed ꝙ panis fiat figura mutatio corporis Christi, hæc est magna conuersio sua, hæc transubstantiatio alti miraculi. Sed nescit tamen probare istam conuersionem esse tantam opere domini, sicut fuit serpentis in uirgã opere Moysi: quia secunda est realis in realem substantiam secundùm essentiam. Prima est tantùm tropica figuraliter figuralis secundùm respectum. Conuersio etiam hominis peccatoris terminatur ad iustitiam positiuam, & gratiam Dei gratificantem, quæ multò melior est in natura, & uberioris efficaciæ ad salutem, quàm tropus, aut respectus figuralis: qui nec sufficit gratificare quemcunque: quia caro illa respectiua non prodest quicquam secundum Witcleff. Quomodo ergo saluabit Ambrosium, uolentem semper, Cquòd benedictio eucharistiæ per uerba saluatoris multò efficacius conuertit naturam, quam benedictio hominis? Veniamus ad conuersionem eius. Nam eodem libr. capitulo secundo uocat transubstantiationẽ cõuersionẽ unius substantiæ in aliã. Sicut †(inquit) semen transubstantiatur in corpus uiuum, & homo in terram: & si iungamus alia dicta, quacunq; conuersione substantia cõuertatur in substantiã, dicetur secundũ eum transubstantiatio satis plena: siue per accidens conuertatur, ut homo frigidus in calidũ: siue respectiuè, ut nudus in uestitũ: siue figuraliter, ut æs in statuã Herculis. Sic ꝓponit deformare speciẽ uerborũ ecclesiæ: cũ in rei ueritate multę præcedentiũ satis æquiuocè, & stulte uocantur

Vuitcleff.

Amb. lib. de sacr. To. 4.

Vuitcleff.

Exo. 4.

Vuitcleff.

Caſſiod.

1

2

3

1. Cor. 11.

1. Pet. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantur transubstátiationes: sapienter uerò gene rationes uocabantur,& alterationes à philoso phis. Ab ipso aut dicerentur transaccidentationes, & transfigurationes, non transubstantiationes aliqua ratione. Item hoc modo abutendo uocabulo, Deus fuit uerè conuersus conuersione reali, imò transubstantiatus in creatorem, quando incepit creare ex tempore. uel si obstes pro alietate subſtantiæ, Deus fuit transubstantiatus in rubum: Deus filius in uirum apud Abraham: Deus spiritussanctus in columbam. Item refellenda est hæc abusio terminorum: quia sic posset sustineri hæresis Apollinaristarum, dicentium Deum uerbum conuerti in carnem, quando caro factum est. Vnde libro de hæresibus AVGVSTINVS. De ipsa (inquit) carne sic à recta fide dissensisse perhibentur, ut dicerent carnem illam, & uerbum unius eiusdemque subſtantiæ: contentiosissimè asseueran tes uerbum carnem factum, hoc est, uerbi aliquid in carnem fuisse conuersum, atque mutatum, Hæc ille. & est hæresis. 55. AVCTOR. Et inde cauens hanc hæresim, exponendo hunc textum Ioannis. 1. Verbum caro factum est. CHRYSOSTOMVS. Factum est (inquit.) Non enim uersionem dixit illius inuertibilis naturæ, sed habitationem. Hæc ille. AVCTOR. Et inde definitionem fidei esse apud synodum Smyrnensem * definitione. 10. ut recitat in historia tripertita libro. 5. CASSIODORVS. Si quis (inquit) audiens uerbum caro factum est, uerbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta carnem suscepisse, anathema sit. Hæc ibi. AVCTOR. Hoc tamen concedere Witeleff: quia si uerbum caro factum est, uerbi subſtantia facta est alicuiusmodi, ut non erat subſtantia carnis saltem secundum unionis respectum: & sic est conuersum. Dicis tamen, quòd hæreticus intellexit uerbi conuersionem secundùm suam subſtantiam, & cum destructione suæ subſtantiæ: quod est omnino hæreticum. Tantò magis cõtra te: quòd nec fidelis quisquam, nec hæreticus sciuit intelligere conuersionem fieri nisi cum desitione termini à quo ititrinsecè sic conuersi. Et ad hunc intellectum exponit illam hæresim libro suo de synodis magnus HILARIVS. Conferuatur (inquiens) dignitas diuinitatis, ut in eo, quòd uerbum caro factum est, dum uerbum caro sit, non amiserit per carnem, quod erat uerbum, neque trãslatum in carnem sic, ut uerbum esse desineret, sed uerbum caro factum est, ut caro potiùs hoc inciperet esse, quod uerbum. Hæc ille. AVCT. Sic patet ueritas dicti superioris. LANFRANCVS. Quis compos sui credat rem aliquam conuerti in aliam, nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Quia nullus sapiens intelligit conuersionem aliqualem, nisi cum amissione, uel desitione rei præuiæ. Vnde conuersiones, quas iste dicit tropicas, nulla scriptura canonica, nulla doctorum peritia ante Witeleff ullatenus conuersiones appellat. Item si panis uerè conuertitur in corpus Christi, quia iam est signum corporis Christi de nouo: ergo & corpus Christi est conuersum in panem, quia de nouo significatur in pane illo. Patet consequentia: quia nec homo potest conuertere se ad Deum per iustitiam, nisi Deus prius conuertatur ad eum per gratiam. Hieremiæ. 12. Cùm * euellero eos, conuertar, & miserebor eorum. Et ibi. Deus tu conuersus uiuificabis nos. Multò magis panis non potest sic figuraliter conuerti in corpus, nisi corpus conuertatur in panem. Sed omissis his transubſtantiationibus & conuersionibus respectiuis & nugacibus: attendamus † transubſtantiationem Eucharistiæ esse conuersionem totalem panis in totam subſtantiam corporis Christi purè & præcise. Quæ ideo conuersio exigit panem amittere essentiam propriam secundum quidlibet sui, ut influat alienam. Ad cuius intellectum notandum est, quid de rerum conuersione multiplici sancti patres sanxerũt. Recitantur enim quidam curiosè insistentes circa permanentias aliquales in rebus, quas conuersas esse negare non poterant: sicut lib. 3. super Genesim ad literam ca. 5. scribit AVGVSTI. De conuersione (inquiens) elementorum etiam inter ipsos, qui hæc otiosa cura subtilissimè perscrutantur, non parua quæstio est. Alij enim dicunt omnia in omnia posse mutari, atq; conuerti. Alij uero esse aliquid omnino proprium singulis perhibent elementis, quod in alterius elementi qualitatem nullo modo uertatur. Hæc ille. AVCTOR; Hæc est prima distinctio: cuius secundam partem rapuit Witeleff dicens hoc de materiali essentia, quod sit inuertibilis in quodcunque. in de sermone domini in monte. capit. 43. Prædicatio (inquit) materialis intelligitur, quando idem suppositum asseritur de eodem suppositio, licet formæ pro tempore dispari uarientur. Et isto modo uidetur euangelium loqui Ioannis secundo. Postquàm gustauit architriclinus aquam factum uinum. Nam recte philosophi ueteres asseruerunt materiam esse totam essentiam materialis suppositi. Hæc Witeleff. AVCTOR. Non recte, sed curue asserunt illi philosophi. Nam Aristoteles in 7. metaphysicæ & 2. de anima, sumit essentiam & quod quid est à forma essentiali: & hanc dicit endelechiam & perfectionem totius. Et fidelis philosophus Augustinus uocat materiam illud pene non ens, ut suprà de lib. 12. confessionum adduxi. Et ideo ipsi placet, sicut & tori plebi patrum ecclesiæ, prima pars distinctionis. Vnde uera innocentia propositione. 228. AVG. Omne (inquit) corpus in omne corpus mutari posse credibile est. Quodlibet autem corpus in animam rationalem posse cõuerti, credere, absurdum est: Quoniam sic est Deus omnipotẽs, ut nunquàm suæ rationis instituta conuellat. Hæc ille. AVCT. Si corpus dicatur omne materiale, tribus dimensionibus mensuratum, sicut uidetur Witeleff uelle: iam materialis eius essentia ut dimensionata dimensionibus interminatis secundum commentatorem de præscriptis corporibus, erit unum. Attamen quia moles corporeæ in indiuisibiles spiritus nulla sunt potestate uertibiles, secundum hoc datum, forsan materia, in qua corpora cuncta communicant, non sic cum spiritibus, est in causa. Et hoc sequitur BOETIVS probans contra Eutychẽ deitatem non esse conuertibilem in humanam naturam: de duabus naturis & una persona Christi dicens. Omne corpus, quod in generatione, & corruptione subsistit, communem uidetur habere materiam & non omnem ab omni uel in omne: uel facere aliquid potest: uel pati. Corpora uerò incorporea nulla ratione poterunt permutari, quoniam nulla communi materia subiecta participant, quæ susceptis qualitatibus in alterutram, permutetur. Omnis enim natura incorporeæ sustantiæ nullo materiæ nititur fundamento: nullum uerò est corpus, cui non sit materia subiecta. Hæc ille. AVCTOR. Ex his ergo habetur, ꝙ, & qua ratione panis secundùm totam suam subſtantiam est uertibilis in Christi carnem: habent enim communem materiam in qua communicare ualebunt. Attamẽ duo possent obstare: quòd certa successione graduum, & non repente transubſtantiatio talis fiat: & spiritualis natura corporis Christi iam cælestis effecti, quæ conuersiones huiusmodi non admittat. Sed his uĩ satisfacere in tractatu de symbolo, qui incipit. Quoniam scriptum est, AVGVS. dicens. in qualem naturam quisquis hanc carnẽ conuerti posse non credit, gradibus ducendus est ad fidem. Si enim quæras utrum terra ĩ aquã possit conuerti: pp uicinitatem non ei uidetur incredibile. Rursus si quæras utrum aqua possit in aerem: neque hoc esse absurdum respondet. Vicina. n. sunt sibi. Et de aere si quæratur utrum in æthereum corpus, idest, in cæleste possit mutari: iam ipsa uicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse concedit, ut terra in corpus æthereum conuertatur, cur non accedente Dei uoluntate, qua & corpus humanum super aquas potuit ambulare celerrimè, id fieri posse, quemadmodum dictum est in ictu oculi, sine ullis talibus gradibus credit: sicut plerunque fumus in flammam mira celeritate conuertitur? Caro. n. nostra utique ex terra est. Philosophi autem, quorum argumentis sæpius resurrectioni carnis resistitur, quibus asserunt nullum esse posse terrenũ corpus in cælo: omne corpus in omne corpus conuerti & mutari posse concedunt. Sequitur. Hæc est fides, quæ paucis uerbis tenenda in symbolo nouellis Christianis datur, quæ pauca uerba fidelibus nota sunt, ut credendo subiugentur Deo, subiugati rectè uiuãt. hæc ille. AVC. In primo passu huius speciosi processus primam difficultatem tuam Augusti. absoluit: ꝙ scilicet corpus procul remotum à cælesti corpore, potest per Dei uoluntatẽ sine gradibus medijs in cæleste corpus cum omni celeritate conuerti. In secundo item passu secũdam difficultatem absumit, uolens corpus terrenum & luteum, in corpus spirituale, & cæleste omni sole fulgidius posse item conuerti: dicitque etiã philosophos concedere omne corpus mutari posse, & conuerti. Non excipitur hic corpus solis, uel astri: non corpus quantuncunque gloriosum, quantumlibet eminens in spiritus beatitudine & uicinitate supercælestis principij. Sed latenter excepit Augusti, in subsidium fidei cõfessionem illam à philosophis non extortam, sed sua sponte concessam, quod omne corpus in omne corpus mutari potest, atque cõuerti. Nõ conuersionem tuam inuenis typicam, & tropicã secundum accidens aliquod, aut macilentum respectum, quia sic modicum iuuisset fidem resurrectionis, qua conatur astruere cinerem repẽtè iussu Dei in perfectum hominem posse conuerti. Liquet igitur etiam toruum hæreticũ nõ posse diffugere, quin conuersionem istam astruat secundùm subſtantiam fieri in diuersam subſtãtiam. Et hanc conuersionem dicit Augustinus esse de fide symboli, confundens in hoc uerbo imperitiam Witeleff dicentis, ꝙ in nullo articulo triplicis fidei est iste conuersionis articulus declaratus. de Eucharistia ca. 5. Ipsammet uoco in testem, ꝙ cinis conuersus in carnẽ gloriosam in cælo, non remanebit cinis præexistẽs simul & caro. Hac ergo conuersione symbolica panis terrestris transubſtantiatur in carnẽ propriam Saluatoris, ita ut non remaneat ultrà panis, sed caro præcisa. Hoc tamen refert, quia cinis transubſtantiatur in carnem non existentem nisi per conuersionem huiusmodi. Sicut etiam uirga in serpentem, & aqua in sanguinem, & cõsta in statuam. Panis autem altaris conuertitur secũdùm essentiam in carnem, quæ præfuit, & per illam conuersionem nulla rõne mutatam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶QVOD VIDETVR ALIQVANtum propinquum transubstantiationis exẽplum à cibo, quem post resurrectionẽ Christus accepit. Cap. LXXI.

S V M M A.

1 *Cibus, quem post resurrectionem Christus sumpsit quò sit translatus, uel absorptus, dubitatur. Et quid de hoc dicit Beda, & Augustinus.*
2 *Transubstantiationis exẽplum, quomodo uideatur aliquantum propinquum à cibo, quem post resurrectionem Christus accepit. Et in quo istæ duæ transubstantiationes differãt, ostenditur.*
3 *Wiceleff de transubstantiatione obiectio, & ad eandem responsio.*
4 *Platonis, & Ciceronis error circa materiam (dicentes, quòd Deus eam non fecerit. sed præsto habuerit eam, ut utatur) recensetur. Et quid de hoc dicat Lactantius.*

Lu. 14.

Act. 2.

Cibus, quẽ post resurre ctionẽ Christus sumpsit qualiter cõ sumptus.

Greg. Tho 2 est ho. 29. sub initiũ.

Beda

Nota exẽplum.

EDCIRCO congruentius à cibo p Saluatorem absumpto, post resurrectionẽ sumeretur exẽplũ, de quo Lucæ ultimo. Obtulerunt ei partẽ piscis assi, & fauum mellis. Et cum mãducasset coram eis, sumẽs reliquias, dedit eis. & Petrus ait, nobis qui mãducauimus, & bibimus cum illo postquã resurrexit à mortuis. De † hoc cibo, quo sit trãslatus, uel qualiter sit absorptus, dubium est quibusdã: cum in carnem Christi p uiam nutritionis, quæ generationis, & corruptionis mutationes præexigit, quæ corpori Christi, & glorioso repugnãt, nõ cesserit. Nec est adnihilatus, cum tunc Christus nõ uerè comedisset. & sic nõ uerè probasset illo modo resurrectionis articulum. Cum tñ dicat Greg. in Homilia ascensionis. Comedit & ascẽdit, ut uidelicet per effectũ comestionis ueritas patesceret carnis. Vnde ideò in Homil. se. 3. Paschæ BEDA. Simpliciter (inquit) & piè sentiẽdum est resuscitatum à morte, & immortale iã factum corpus dñicum, nullam quidẽ necessitatem, & tñ facultatem habuisse uescẽdi: Ideoq; ubi opportunitas probãdæ substantiæ naturalis exigebat, cibis esse refectum, qui nimirum cibi nullum saginæ adiumẽtũ, ut mortalium corporibus solent, illi pbuerint: sed quomodo in igne missa aqua, mox comesti, speciali eius sunt uirtute absumpto. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ultimum ponderemus, quomodo in igne missa aqua, &c. Certum est autẽ, q̃ ignis i aquã missus, q̃ tumcunque cito absumitur, aqua nõ redigit ignẽ in nihil, nec in aliã substantiam conuertit eum, q̃ propriam: ergo cibos, quos post resurrectionem suam in corpus suum Christus traiecit, nõ in nihil, nec in aliã aliquam substan-

Nota de illum.

Aug. ẽp. Lu. 24

1. Cor. 15. Gen. 18

Codex Petauianus omittit aliquantulum.

tiam commutauit, q̃ propriam. Et sic arguitur de illo dicto: Aliter bibit aquam terra sitiens, aliter radius solis calens. Non enim radius calens transfert aquam bibitã in nihil, nec in aliam rẽ conuertit, q̃ in naturam sui subiecti. Idcirco li. 3. de mirabilibus sacræ scripturæ ca. 14. AVG. De cibo dñi post resurrectionẽ: Hunc autẽ carnalem cibum qualiter post resurrectionem dñs susceperit, docti requirunt, dum resurrectura corpora spiritualia esse cuncti fideles sciunt, ut dicitur Resurget corpus spirituale. Quapropter resurrectura corpora & si non indigent, ut uerè sano sensu creditur, possibilitatem tñ edendi cibos, & si necesse foret habere, hoc domini exemplò minimè denegatur, ut angeli iuxta ilicẽ Mãbre. Sed hi, non ut ruminatos cibos stomacho, & intestinis conferunt: sed statim ut uelut uidẽtur degustare, in spiritualem naturam, non ex parte, sed ex toto transformantur. Hæc ille. AVCTOR. In hoc ergo conueniunt Augustinus, & Beda, quòd Christus in corpore glorioso, & angeli, in assumptis corporibus quantumcũque edant æquiuoce, tamen quod uidentur comedere, transformant in naturam suam spiritualem. Et Augustinus notanter adiecit non ex parte, sed ex toto. Quia si aliqua pars maneret nõ conuersa in carnem assumptam, illa faceret maius: & sic augeret, nisi assumeretur in locum carnis deperditæ: quorum neutrum potest contingere corpori glorioso. Et hoc est uerum tã de parte essentiali: ut est materia prima, quàm de parte qualibet integrali: Hoc ergo cogit Augustinum hic ponere transformationem totius cibi in carnem assumptam, nulla scilicet parte remanente cibi, quæ præfuit. Et hæc dicitur transubstantiatio, translatio scilicet totius substantiæ in substantiam existentem. Et † bene sunt istæ duæ transubstantiationes sibi conformes, quia sicut cibus ille carnalis post resurrectionem a Christo comestus, transfertur in carnem Christi spiritualem iam affectam dotibus gloriæ, sine omni mutatione eius: sic item panis & uinum in altari. Et quia caro illa præexistit utrinque, id circo transubstantiatio cibi & panis mutationem nullam causat in carne. Secus aũt erat in conuersione aquæ in uinum, & uxoris Loth in statuam, & aquæ in sanguinem: quia termini ad quos susceperunt esse per conuersiones easdẽ. Item sibi conueniunt secundum Augustinum: quia nulla pars rei transubstantiatæ remanet in conuersa: quia non ex parte, inquit, sed ex toto transformantur. In hoc autem differunt, quia ei bi assumpti transubstantiantur per oris incus susceptionem: ideo nihil sensibile relinquitur apud sensum: panis autem & uinum in altari transubstantiantur per oris pronuntiationem: ideò

Trophilus interpres.

Nota similem esse.

Lu. 2. Gen. 19. Exo. 7.

Nota

ideò necesse erat relinquere ibi accidentia congrua sumptioni futuræ. Vnde in proœmiali epistola de corpore & sanguine domini, ANSELMVS. Cùm, (inquit) ad benedictiones mysticas, operante inuisibiliter uerbo Dei, corpus in corpus, substantia mutata sit in substantiam, sicut in mensa nuptiali aqua in uinum mutata, solùm affuit uinum, in quod aqua mutata erat: sic in mensa altaris solùm adest corpus domini, in quod uerè mutata est uera panis substantia: nisi quòd de aqua nihil remanst in mutatione illa: de pane verò mutato ad peragendum sacri institutæ mysterij, sola remanet species uisibilis. Vnde beatus Ambrosius. Ne (inquit) horror cruoris fieret, ideò in similitudine accipimus sacramentum. Hæc ille. AVCTOR. Ad † argumentum autem, quo arguit, nullam dabilem esse transubstantiationem huiusmodi generalem: quia cùm transubstantiatio huiusmodi sit accidens, oportet habere subiectum, quod subijcitur transubstantiationi passiuæ. Illud non est accidens, quia manet non transubstantiatum: nec est panis, uel uinum, quia cùm illa transubstantiatio est subita, patet, quòd pro instanti transubstantiationis, panis uel uinum non est pro aliqua sui parte. Et illud deductum est moniſſe Philosophos ad ponendum materiam primam generationi subiectam. Hæc Witcleff. cap. 2. de Eucharistia. AVCTOR. Ad hanc instantiam respondeat, quod Aristoteles arguit. Quod generatur non est. Quod mouetur est. ergo quod generatur, non mouetur. Respondeat item fides dicens, quòd Deus in creando non habet materiam necessariam. Et quod creatur, creatur item in instanti. Ergo in illo instanti quod creatur, producitur omnino de nihilo: ergo in instanti creationis nihil omnino subiectat mutationem creationis. Et quanuis in generatione naturali necessarium est subijci materiam, non sic tamen in opere quocunque diuino. Sed † error erat Platonis, & postea Ciceronis, quòd materiam Deus non fecerit. sed præsto habuerit eam ut utatur. sicut recitat in libro secundo diuinarum Institutionum cap. 9. LACTANTIVS dicens, Vt faber, (inquit) cùm quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed utitur ea, quæ sit parata: fictorque itẽ cera. Sequitur. Imo uero non oportuit: Erit.n. Deus minoris potestatis, si ex parato faciat, quod est hominis. Faber sine materia nihil ædificabit, qa ſignum, *primum facere non põt. Non posse ãt imbecillitatis humanæ est. Deus.n. facit *ipsam materiam, quia potest: posse.n. Dei est. Nam si non põt, Deus non est. Homo facit ex eo, quod est, quia per mortalitatem imbecillis est: per imbecillitatem, definitæ, & modicæ potestatis,

Aristotiles.

Argumen. Wiclef. 3

Responsio. 4

Lactantius hic reprehenditur de errore eo.

* ipsam, i. sibi ipsi

A Deus aũt facit ex eo, quod non est, quia per æternitatem fortis est: per fortitudinẽ, potestatis immensæ, quæ sine, ac modo caret sicut uita factoris. Quid ergo mirum, si facturus mundum Deus, prius materiã, de qua faceret, præparauit ex eo, quod nõ erat? quia nefas est, Deum aliũde aliquid mutuari: qa ex ipso, & in ipso sunt omnia. Hæc ille. AVCT. Si ergo Deus nihil mutuatur à nobis, quia & Psalmista dixit, Dixi domino, Deus meus es tu, quia bonorum meorũ non eges. patet, quod sicut in creando non requirit Deus materiam unde creet, & tamen aliquid passiuè creatur, & subiectat creationis respectum: sic nec in transubstantiando requirit Deus materiam unde transubstantiet, sed quam transubstãtiet: & illa est panis ac uini substantia. Sicut iterũ in creationis exordio nihil subiectat creationis actiuæ respectum: quia ex nihilo Deus creat, con

Ro. 11.

Psal. 17.

B summato tamen officio, quod creatur, creationi subijcitur: ita quòd transubstantiatur, tanquam terminus à quo subiectat transubstantiationis actum: in termino uerò ad quem nihil illi subijcitur. Sic ueritate posita suppositi à quibusdam, quòd Deus conuertat totum hominem in spiritum, quæreretur illius transubstantiationis respectiuæ subiectum. Quod dictum recitat in epistola ad Consentium, de corpore domini AVGVSTINVS, dicens, Non nulli arbitrantur tunc fieri corpus spirituale, cùm iam & ipsum corpus mutatur in spiritum, & quod homo erat ex corpore & spiritu, ut trunque, ut totum spiritus erit, quasi dixerit Apostolus: seminatur corpus, surget spiritus. Hæc ille. AVCTOR. Hanc assertionem quanuis Augustinus ibi probet esse falsam, non tamen impossibilem, & tunc de subiecto illius mutationis esset quæstio, responderet autem sustinens, quòd actio diuina immutando subiectum non exigit deferens, sed illa actione mutatum.

Aug. ẽp. 146. To. 2

1. Cor. 15.

C Arguit item innuens, quòd materia in transubstanciatione adderetur materiæ: & faceret maius, aut densius, vel penitus adnihilaret; in tracta tu de confessione cap. 1. Non, inquam, uident causam, quare Deus hoc fundamentum naturæ destrueret, sicut nec uident, quod corpus Christi in materia sua est materialius, aut densius, aut maius, quàm priùs fuerit: nec uident in quid ista materia conuertatur: nisi secundùm phantasiam suam erroneam in nihilum conuertatur. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nos certa fide uidemus, quòd non cõuertatur naturæ fundamentũ in nihilum, sed in materiam carnis Christi eandem præcisè, q̃ & Christi. Inde est, q̃ caro Christi non est dentior, neq; maior: quia materia panis nõ additur, nec remanet usquequaq;, nec destruitur, sed substantialiter conuertitur. Nãsi ad

Wiceleff

deretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

deretur materia materiæ, iam aut faceret totũ maius, aut densius, nec tantùm: sed cùm hæc materia addita sit corruptionis, & naturalis transmutationis: subiectum, nusquam depuratum pgloriam, totam massam corporis Christi corruptibilem redderet, ut in principio sui hexaemeron probat AMBROSIVS. Quomodo (inquiens) corpus materiale mundi inuisibili illi atque inaccessibili naturæ diuinæ coniungendum putãt cùm præsertim secundùm suam sententiam nõ possint negare, quin cuius partes corruptioni & mutabilitati subiacent, huius necesse est uniuersitatem iisdem passionibus, quibus propriæ portiones, subiacere. Hæc ille: AVCTOR. Cum igitur in dnico corpore portio illa, quæ hanc materiam continet, de natura illius materiæ sit obnoxia corruptelæ, patet per accessum eius totum corpus corruptibile esse factum. Ideò in epistola ad Consentium dixit AVGVSTINVS. Sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caueat, nè suæ fidei sanitatem, castitatemque corrumpat. Hæc ille. AVCTOR. Idcirco ſm Lactantium prædicto capite. 9. dicit Hermes. Mortale immortali, temporale perpetuo, corruptibile incorruptibili propinquare non potest, id est, propius accedere. Hæc ille. AVCTOR. Ideò item Aristoteles cum commentatore suo 11. Metaphysicæ commento decimo. dicunt materiam istã rerum inferiorum subiectam transmutationibus generationis & corruptionis nõ esse in corporibus cælicis: quia est in potentia ad simpliciter aliud. Materia uero corporum perpetuorum est tantùm in potentia ad ubi. Sic igit materia corporis Christi est cum forma sua coniũcta perpetuò, est tamen in potẽtia ad aliud ubi per realem, & essentialem suam præsentiã. Omnes igitur sequelas prædictas, oportet ipsum de necessitate concedere, de cibis, quos Christus i corpus suum gloriosum peracta resurrectione traiecit. Quia aut adnihilabantur usque ad materialẽ essentiam inclusiuè, aut si corruptis substantialibus formis coniunxit materiam peregrinam suæ materiæ, ut faceret corpus suum maius, aut densius, & nihilominus corruptibile: aut tertiò concedet transubstantiationem ecclesiæ. Aut necesse est ut dicat non uerè comedisse Christum, sed fictè: contra fidẽ directè: Vnde lib. 13. ca.* 24. de ciuitate Dei AVGVST. Si forte (inquit) de angelis aliud credibilius disputari potest, certè fides Christiana de ipso Saluatore nõ dubitat, qꝑ ẽt post resurrectionem iam quidem in spirituali carne, sed tamen uera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi ac bibendi talibus corporib. auferetur. Hæc ille. AVCT. Quia itẽ ipse

Ambrosius To. 4.

Aug. To. 2 est ep. 146.

Arist.

*Aug. To. 5 *cap. 22. in fine.*

A Witcleff dicit, ut supra habetur, qꝑ in conuersione uirgæ in serpentem, uxoris in statuam, aquæ in uinum, seruabantur materiales essentiæ eædẽ numero: quomodo rarum corpus carneum & concauum seruauit eandem præcise materiam suam in solida statua, quæ propter densitatem suam, & terrestreitatem continet species tantum de materia eadem quantitate suppositæ statuæ, quæ fuerat fœminæ? Quomodo item uinũ quod est liquor rarior aqua, & penè aereus, non impleret iam multò plures hydrias, quàm sex, imò ferè quadraginta, si uerum sit, quod signat Philosophus ex pugillo aquæ fieri decem aeris. ergo materia aquæ in sex hydrijs iam remanens sub forma uini foret in decuplo rarior, quã sub aquæ forma præfuerat, vel saltem in aliquanta proportione notabili. Item cur non diceretur illa conuersio generatio, cum sit inductio nouæ formæ in eandem materiam, maximè quia motus specificatur a termino, nec dependet essentialiter ab alterationibus medijs, nisi per accidens præsente efficiente non in potentia diminuto. Post hæc autem omnia si conuersiones illæ omnes fuerunt substantiales per transitum rei in rem substantialiter, tm̃ dignitatis concede cõuersioni celeberrimi sacramenti, nec sit figuralis uel tropica, sed substantialis & in essentia.

1 Witcleff Exo 4. Gen. 19. Io. 2.

B

¶QVOMODO CORPVS CHRISTI secundùm suam essentiam multiplicatur ad loca distincta, non continua. Cap. LXXII.

SVMMA.

1 *Multiplicari propriè quid dicatur secundũ Dionysium.*

2 *Multiplicatio corporis Christi secundum suam essentiam ad loca distincta, non cõtinua, &c. probatur.*

3 *Christi duplicis aduentus comparatio ex Augustino, recensetur.*

4 *Witcleff de multiplicatione corporis Christi obiectio, & ad eandem responsio.*

5 *Hugonis dictum de corpore Christi quomodo potest eodem tempore in diuersis locis esse, & hic & ibi, & totum utrobique. & in multis locis similiter.*

6 *Witcleff replica ex Augustini uerbis prauè ab eo intellectis desumpta, diluitur.*

POST tot magna miracula se inuicem uicissim exigentia, scilicet conuersionis transubstantiationis per essentiam permansionis accidentium cibationis ad duplam substantiam, necessa-

C

A nente nihilominus illo & vno, multiplicatione. Sequitur. Sed & unum est, & omni parti, & toti, & uni, & multitudini vno dans: vnum est itidem superstantialiter, neque pars est multitudinis, neque partium totum: & sic neque unum est, neque unũ habet. Hæc ille. AVCT. Vult ergo Dionysius dicere illud propriè multiplicari, quod est vnum traductum in multis, ipso semper in omnibus manente & eodem, & uno. Et in parte, & in toto, & in vno, & multitudine unum dat & unum est superstantialiter. Sicut aia in pluribus partibus corporis neque pars erit multitudinis, neque erit totum ex multis, neque unũ ex pluribus. Si ergo corpus Christi in mille altaribus est unum secundùm essentiam, non unũ totum ex mille, tanquam ex partibus, sed unum superstantialiter in tot hostijs: unũ simpliciter sine plurificatione, & idcirco vnum multiplicatione. Quòd si scripturam exposcas, ipsum Dei verbum accipe sedentem præsenter in corpore, & se tradentem manducandum in corpore. Hoc est (inquiens) corpus meum. Corpus ergo loquitur, & idem traditur comedendum: si idem hic, idem ibi: non tropicè respectiuè, sed substanciale corpus Christi propriumque corpus meum, ergo in diuersis sitibus corpus unum, sicut libro de corpore & sanguine domini ca. 11. ANSELMVS. Semel (inquit) oblatus est Christus: hoc aũt sacrificium exemplum illius ẽ, idipsum semper idipsum. Proinde hoc est sacrificium: alioquin quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed unus ubique Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. Sicut n. quod ubique offertur, unum corpus est, & nõ multa corpora, ita & unũ sacrificiũ. Hæc ille. AVCT. Ecce qꝑ corpus Christi multiplicatur, quia quod ubique offertur, unum corpus est, & non multa corpora. Si figurale corpus esset, quod offertur, iam multa essent corpora. quia multæ figuræ, & non unum tm̃, iuxtà te. Si autem vnum corpus est, quod offertur, & non multa, necessariò illud est corpus Christi figuratum, & non respectus figuratus: quia figuræ multiplicantur figuratis non multiplicatis per te iam suprà. Hoc non habebat Anselmus à se, sed à sancto Ambrosio. Et beatus AVGVSTINVS in sermone de uerbis domini. Per ꝑ partes (inquit) manducatur, & manet integer totus in cælo: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in corde tuo: totus enim erat apud patrem, quando uenit in uirginem: & implenit illam, nec recessit ab illo: ueniebat in carne, ut homines eum manducarent: & manebat integer apud patrem, ut angelos pascoret. Hæc ille. AVCTOR. Comparat duos aduentus Christi. A patre in uterum, ut suscipe-

Matt 26.

Anselmus.

Aug. To. x

Vuiteleff.

Vuicleff.

B

C

Vuicleff. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

peret hominem. A patre in hostiam secundùm carnem, ut pasceret hominem. Et sicut non reliquit patrem per primum aduentum uerbi, quo minus esset totus apud patrem, & tamen totus secundum eandem substantiam in utero: ita ergo non reliquit patris dexteram per secundum aduentum, quo minus esset ipsi totus præsens secundùm essentiam carnis: & totus secundùm eandem præsens in hostia benedicta. Sed recalcitrationes Witeleff videamus, quas sine probationibus euomit, capit. 10. de Apostasia. Patet, *Witeleff*
4 †inquit, quantùm difficultatur ecclesia secundù scholam diaboli de multiplicatione corporis Christi: cùm fundamentum illius scholæ sit fictum mendacium ab utilibus occupationibus retractiuum. Nec valent euidentiæ, quibus arguitur subiacere potestati diuinæ. Sicut enim Deus non potest facere eandem rem in numero esse simul per diuersa instantia, sic nec potest facere eandem essentiam materialem esse simul per diuersa loca. Hæc Witeleff. AVCTOR. Iam audistis planè quid sentit: priùs tamen repellemus *Responsio* exemplum tanquam inutile ad concludendum assumptum. Nam diuersa loca sunt simul in natura, sicut & diuersa corpora: diuersa autem instantia esse simul repugnat legibus successiuorum, etiam contradictoriè, nisi forsan ponatur Deum facere duos mundos sibi coexistere. Ergo una impossibilitas est in exemplo, qualis nec ulla est in conclusione similitudinis. Ratio enim quare vna res non posset esse in diuersis instantibus simul, sufficienter datur, quia duo instantia non possunt esse simul: quod non inuenitur in rebus dictis, sed nec in locis. Aut da mihi simul duo instãtia in natura, sicut dabimus duo loca, & dabimus tibi idem corpus simul cum duobus instantibus sicut in duobus locis: imò (quod amplius est) omne corpus sub cælo sine miraculo ex parte sui erit simul in duobus instantibus. *Cur una res non possit esse simul in diuersis instãtibus.*

Adhuc ergo petitur principium quomodo probat primum, secundum uerò satis probat fides *Hugo* patrũ ecclesiæ, à quibus habebat HVGO, quod scripsit secundo libro de sacramentis parte. 8.
5 cap. 11. dicens, Quomodo, †inquis, corpus unũ eodem tempore in diuersis locis esse potest? hic est, ibi est, & totum vtrobique est, & in multis locis similiter. Noli mirari: qui locum fecit, corpus fecit, & locum in corpore, & corpus in loco: & qui fecit vt corpus vnum in loco vno esset, fecit sicut voluit, & si voluisset, aliter facere potuisset. Nam & quando vult aliter facit, & est sicut vult semper. Quia autem sic ipse fecit, vt corpus vnum in loco vno esset, tu quid factum est vidisti, & nescis aliud, nisi quod factum est, & quod vidisti. Idcirco miraris, quando aliud vides, vel audis, quàm videre, & audire consueuisti: ipse autem non miratur, quando aliud facit, quàm quod facere consueuit: quia quando illud fecit, sciuit tunc & quòd aliter facere potuisset si voluisset. Ideireo cùm quid mirari cœperis, & dixerit fortè tibi cogitatio tua, quomodo hoc esse possit, cogita facientem, & desinet esse mirabile quicqd illud fuerit. Hæc ille. AVCTOR. Vtinam ita cogitasset Witeleff omnipotentem Deum: & tunc rudis cogitatio eius immersa cõ suetudini rerum carnalium non dictasset, quòd multiplicatio corporis Christi substantialiter facta, ad omne punctũ hostiæ, sicut catholica credit ecclesia, haberet pro fundamento fictum mẽdacium. Mirabilis Deus, quòd vnus miser audet dicere mentitam esse totam ecclesiam. Quid stupent homines, quòd ipse idem mendaces efficit omnes fratres? Omni mendacio maius est illud, quod per totum orbem & à Christo, & Apostolis eius hactenus vniuersa mentitur ecclesia. Sed ergo ò omnium mendacium mendax maxime, cogita facientem, sicut consulit Hugo, & desines velle mentiri. Supra omnem naturam est architectus iste, qui fabricam suam ita multiplicat. Eius ergo potentia complacens est multiplicationis placitæ fundamentum: sicut concordit er Hugoni in Homilia paschali dicens GREGORIVS. Calix (inquit) quem sacerdos catholicus sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem dominus Apostolis tradidit. Quia sicut diuinitas verbi Dei vita est, quæ totum implet mundum: ita licèt multis locis, & innumerabilibus diebus illud corpus præconsecretur, nõ sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed vnũ corpus Christi, & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim verbi replet illud, quod vbique est: & coniungitur, ac facit, vt sicut ipsa vna est, ita & corpori Christi & vnum eius corpus sit in veritate. Vnde animaduertendum, quòd siue plus, siue minùs quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrimè sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisque. Hæc ille. AVCTOR. Ecce deitas replens mundum vnita corpori, facit illud vbicunque sumitur vnum & idem corpus suum, quod sumpsit ex virgine, sicut ipsa est vna. Iam ipsa est per essentiam vna, & per substãtiam vnita corpori, non per figuram, & tropicè, ergo & corpus eius sit essentialiter & propriè sine tropo
6 idem in sumentibus ubicunque. Replicat †item Witeleff, quia Augustinus dicit in epistola ad Volusianum. Corpora sunt, quorum nullum potest esse vbique totum, quoniam vt per innumerabiles partes aliam alibi habeat necesse est: & quantuncunq; sit corpus, seu quantuncunq; corpusculũ loci occupet spatium, eundemq; locum sic impleat, ut in nulla eius parte sit totum. Et sequitur infrà. Illud ergo, quod iste sanctus dixit non posse esse, fingimus esse in hostia veritatis. Hæc Witeleff. AVCTOR. Si totus Christus vbique præsens est secundùm substãtiam in hostia veritatis, sicut priùs sancti iam dixerant: non ita fingimus, sed probamus, Ad illud Augustini, quod affers, secundùm regulam corporis mole magni & quantitatis terminis alligati hoc dicit: non autem secundùm essentiam corporis de natura substantiæ: cùm dicat epistola ad Dardanum ipse idem AVGVSTINVS. *Aug. To. 2* Cùm ergo sit * corporis aliqua substantia, quan- 1 *corpus.* titas eius est in magnitudine molis eius. Sanitas uerò eius, non quãtitas, sed qualitas eius est. Nõ ergo potuit obtinere quantitas corporis, quod 2 potuit qualitas. Nam ita distantibus partibus, quæ simul esse non possunt quoniam sua quæq; 3 spatia locorum tenent maiores maiora, & minores minora, non potuit esse in singulis quibusq; partibus tota, uel tanta, sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuiori 4 bus: & in nulla parte tanta, quanta per totum. Qualitas uerò corporis, quę sanitas dicitur, cùm sanum corpus sit totum, tanta est in maioribus, quanta in minoribus partibus. Non enim quæ minus magnæ sunt, ideò minus sanæ sunt: aut, quæ ampliores, ideò saniores. Absit ergo, ut quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in seipsa substantia creatoris. Hæc ille. AVCTOR. Iam planum est, quòd Augustinus loquitur de corpore secundùm conditionem quantitatis molis, quæ facit, ut corpus non sit in disparibus locis, totum, sed maius in maiori loco, cui coextenditur, in minori minus. Sed quid? si considerasset substantiam corporis secundùm se, non autem in magnitudine molis, sed essentiæ, sicut sanitatem considerauit corporis quanti, sed sine commensuratione quantitatis eiusdem: ideò posuit eam multiplicari per corpus quodammodo, quia tãram esse in parte: quanta foret in toto, non tamẽ totam in parte: nunquid ipsa substantia sic abstracta etiam tãta foret in parte, quæ est una conditio multiplicationis intentæ, imò & tota in parte, quæ est altera conditio? Quia non est de mente Augustini, quin aliud sit substantia corporea, aliud magnitudo molis eius. Vnde incœpit iam dicere. Cùm sit corporis aliqua substantia, quantitas est in 1 magnitudine molis eius. Non dicit sicut Witeleff, qp quantitas eius est ipsum esse quãtum, sicut omne accidens. Item tantùm, aut plùs distat essentialiter substantia corporea secundùm genus suum à genere quantitatis, quantùm aliqua qualitas. Si ergo qualitas, ut huiusmodi, etiã quæ non potest inesse corpori sine quantitate, potest tota & tanta multiplicari per partes, ab æquo potest corpus hoc fieri secundùm suam essentiam, & esse tota in partibus, & tãta sine diminutione essentiæ in singulis.

¶QVO'D CORPVS CHRISTI coexistenter potest adesse alteri corpori in eodem situ totum, & hoc contra viam penetrationis Witeleff, & atomos. Cap. LXXIII.

SVMMA.

Witeleff, uitans fidem fateri catholicam, quomodo incidat errorem reproborum gentilium, Democriti, uidelicet & Leucippi, ostenditur.

Democritus, & Epicurus, in quæstionibus naturalibus, in quo inter se distent ex Augustino.

Corpus Christi, quòd possit coexistenter adesse alteri corpori in eodem situ totum, seclusa uia penetrationis Witeleff, et atomos, demonstratur. Et plura de hoc ibi.

Virginitas Mariæ, et quid de hoc dicant Hieronymus, & Anselmus.

ARgumentum ad hoc est, quòd natura corporis Christi secundum se totam compatiebatur secum corpus substãtiæ alienæ, & coextitit ei secundũ omnem mẽsuram intrinsecam utriusque. Quia Christus non amisit staturam suam, aut connaturalem distantiam partium in ordine ad totũ, quando exiuit sepulchrum per medium lapidis mole magni, aut ianuæ: ergo à fortiori potuit coexistere totus secundum corpus cuilibet parti corporis proprij. Et tunc item sicut totus in illis, ita totus in locis disparibus. Quia prima repugnantia non est ab extrinseco. Quapropter si non repugnat corpori secundùm se posita potentia infinita, nõ repugnabit ipsi propter aliud, quod contradictionem non includit. Hic instat Witeleff prædicto ca. 10. de Apostasia. Non enim, (inquit,) potest Deus facere diuersas sub- *Witeleff.*
C stantias materiales simul tempore per eundem locum adæquatum, cùm corpora secundum dotem subtilitatis seipsa penetrant, & non sunt propriè coextensa. Hæc ille. AVCTOR. Nec dico coextendi. sed coexisteret: nec hic disputare proponimus de multiplicatione corporum dimensiua. Sed † iste vitans fidem fateri catholicam, incidit errorem gentilium reproborum, Democriti, scilicet, & Leucippi, cum foraminibus vacui in quolibet corpore solido uel porofo: vnde defenset penetrationem, quam Philosophi omnes famoli scatentem probãt erroribus. Adeamus AVGVSTINVM omnium scriptorum ecclesiasticorum riuali quadam subtilitate *Aug. To. 2*

com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt epistola. 36. prope finem Epist.

complutum, visuri quid illi penetrationes istæ Democritinæ complaceant pyramidalium atomorum, in epistola sua ad Dioscorum, quæ incipit, Tu me innumerabilium: vbi spatiosè rem
2 istam prosequitur, dicens, Democritus † hoc distare in naturalibus quæstionibus ab Epicuro dicitur, quòd iste sentit inesse concursioni atomorum uim quandam animalem * spirabilem, & spiritalem, qua vi eum * credere & imagines ipsas diuinitate præditas dicere, non omnes omnium rerum, sed Deorum: & principia mentis esse in uniuersis, quibus diuinitatem tribuit, & animantes imagines, quæ uel nobis prodesse soleant, vel nocere. Epicurus verò neq; aliquid in principijs rerum ponit præter atomos, id est, corpuscula quædam tam minuta, vt iam diuidi nequeant, neque sentiri, aut visu, aut tactu possint. Quorum corpusculorum concursu fortuito, & mundos innumerabiles, & animantia, & ipsas animas fieri dicit, & Deos quos humana for B ma non in aliquo mundo, sed extra mundos, at-
3 que inter mundos constituit. Et non vult omnino aliquid præter corpora cogitare. Quæ tamen vt cogitet, imagines, dicit, abipsis rebus, quas atomis formari putat, defluere, atque in animum introire subtiliores, quàm sunt illæ imagines, quæ ad oculos veniunt. Nam & videndi hanc causam esse dicit, ingentes quasdam imagines, ita ut vniuersum mundum complectantur extrinsecus. Hæc ille. AVCTOR. Bene in telligibilem facit hic Augustinus mentem Democriti de atomis, quòd scilicet vi sua spirabili animent imagines defluxas à rebus, quæ vtique corporeæ sunt, & penetrare potentes etiam animum hominis, vt illum moueant per contactum. Consequenter subiecit AVGVSTINVS rationes, quibus pateat falsitas sic ponentis, dicens, Intelligis iam, vt arbitror, quas isti opinẽtur imagines. Sed miror non admonuisse C Democritũ vel hoc ipso falsa esse, q̃ dicit: q̃a uenientes tam magnæ imagines in tam breuẽ animum nostrum, si corporeus (vt ipsi uolunt) tam paruo corpore includitur, totæ illum tangere non possunt. A magno enim corpore cùm paruum corpus attingitur, à toto simul attingi nullo modo potest. Et pòst arguens hoc idem de visu. Tam (inquit) breues oculos tã grandiũ imagiñ tota corpora attingere nullo modo possunt. Hæc Augusti. AVCTOR. Si cum quibusdam sequacibus tui Democriti penetrationem passiuam intelligas, tunc ex istis imaginibus defluxis per introsusceptionem Augustinus tibi concluserit. Si verò penetrationem actiuam ipsorum corporum per seipsa cum alijs item discipulis magistrum tuum exponas, restat, ut uacuitates imbibitas corporibus penetratis admittas, ut ipse

Augustin. paulo infra vius.

Aristoteles, & commẽtator eius eum exposuit: & per hoc nulla corpora esse continua propter foramina illa uacui alternata cum atomis. Vnde & subdit ibi AVGVSTINVS. dicens, Cer- *Aug. Tom.*
tè enim ipsi dicunt, omnia, quæ sunt naturæ, nihil aliud esse, quàm corpora, & * inane, quæque his accidant: quod credo motum, & pulsum dicere, & consequentes formas. Hæc ille. AVCTOR. Ecce omnes naturæ sunt corpora, scilicet corpuscula illa atomorum, & inane, id est, vacuitas intersepta, p̃ cuius partes ingredi possunt atomalia corpora corporis penetrantis p̃ pulsum & motum: & hoc ponebant siue de animo, siue de Deo: qui utique corpora erant secũdum prædictos. Vnde ibidem paulò suprà AVGVSTINVS. Quomodo (inquit) non uereatur iste Deus, nẽ intereat, cùm sine ulla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incursione sempiterna? Pulsari enim dicit illud corpus, quod irruentibus atomis feriatur: & agitari, q̃d penetretur. Hæc ille. AVCTOR. Dic † mihi, quo istorum modorum introduxit Christus corpus suum per clausas ianuas: aut eduxit per sepulchri tectum marmoreum? Nunquid solam suæ carnis imaginem penetrare fecit res solidas ad causandum in humanis uisibus illusiuum intuitum rei non præsentis in sua substantia: ita ut non errarent discipuli in iudicio, putantes se spiritum uidere? Aut atomi carnis Christi sine *Leo.*
intermissione pulsantes, & agitantes lapidem tumuli, patefacerent foramina uacuitatis imbibitæ, per quæ paruum iter esset atomis carnis Christi? Miror quòd istis deliramentis, & philosophorum nugis potius elegit consentire noster philosophus super corporum penetratione longinqua, quàm coexistentiam corporum: ponere cum tota prisca ecclesia, & moderna. Maius uerò mirum, q̃ cõtra omnem cœtũ Theolo C gorum fideliũ ponit corpora glorioſa in cælo, imò corpus Christi secundũ se penetrantia, & cum voluerint penetrata, sed sine laceratione, in- *Trialog.*
quit. 4. Trialogi ca. 41. Corpora (inquit) sic subtiliata possunt se ex ordinatione domini penetrare: & cùm penetratio, & laceratio sint distincta, patet ex hinc non sequi, q̃ corpora beata se lacerabunt ad inuicem, vel corrumpent. Et cùm non sint dimensiones immobiles, sed proprietates innatæ illis corporibus: patet nõ sequi, quòd dimensiones penetrabunt, vel q̃ erunt corpora coextensa: corpora enim glorificata cùm secundum indiuisibilia penetrabunt se se, penetrantia habent suas dimensiones, & loca propria, sed cõmixta. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nihil isti penetrationi cum dote subtilitatis, quæ non naturaliter, sed solo supercælesti perficitur deitatis illapsu. Penetrationem autem istam siue falsè, siue ficte

ue ficte naturalem rem ponit, & auctoribus naturaliũ derelinquit, dicens ibi, Sed diffusum tractatũ istius relinquo philosophis. Et dicat Witcleff cum suo Democrito, qualiter penetrationẽ suam sine laceratione defendit, quando omnem dimensionem extensiuam corpori tollit, ita vt corpus penetrans, aliam dimensionem, aut staturam distinctam non habet à statura corporis penetrati. Dicat item, quomodo totam compaginem corporis glorioſi non lacerat, aut dissoluit, quando totam eius continuitatem sic reddit
Auicenna. auullam, vt minima pars, id est, atomus separetur ab atomo per ingressum atomi penetrantis. Quia necessariò quælibet pars ingrediens tangit aliquam partem corporis, in quod ingredi-
Auicenna. tur, dicente Auicenna. 2. naturalium, quod intellectus ingressionis hic est, q̃ cùm quælibet vnã duarum rerum in se intrantium assumpseris, aliquid de altera habebit esse cum alia in situ: quia non separatur vna illarum in situ ab alia. Et hac
Ioan. 6. ratione Democritus superatus, dixit nullum corpus verè continuum: vt patet in quarto Physico B rum. Vsquequo ergo falsò improperabit Witcleff cõtra catholicos sacerdotes, quòd frangant collum Christi, & membra eius in sacramento, quod horrebant Iudæi ipsi facere pendenti in patibulo? Quando ipse non solùm partes integrales, sed vsque ad partes indiuisibiles Christũ dilacerat in suo corpore glorioſo, in virginis utero, in tumulo, in ostio, imò in cælo, dum ascenderet, & adhuc dum in cælo sedeat ad dexteram Dei patris. Minimus sanctus in cælo potest corpus suum per eum trajcere, si velit. Et facta penetratione duorum, potest adhuc tertium penetrare corpus illud confusum, & sic omnia corpora beatorum in cælo possunt ad vnam massam redigi corporis inuoluti. Et cur non ita poterit eiusdem corporis digitus oculum eius penetrare si uelit, & omne membrum corporis in unum redigi membrum propter dotem subtilitatis, quod erit in quolibet? Nec erit tunc in corpore glorificato pacata illa compago membrorum, C quam in 22. de ciuitate. capit. 20. sic prædicat AVGVSTINVS. Tam nollet esse unusquisq; quod non accepit quanuis sit pacatissimo concordiæ uinculo ei, qui accepit, obstrictus, quàm nec in corpore uult oculus esse qui est digitus, cùm membrum utrunque contineat totius carnis pacata compago. Hæc ille. AVCTOR. Præter hæc dicat Vuitcleff, quomodo potest corpus diuinum, aut aliud quodcunque beatũ esse immortale, si sic recipiat intra se ingredientes atomos corporis penetrantis subintrantes uacuitates in corpore penetrato, aut perpetuas ruinas ibi 4
Aduersus vitam. supplẽtes per auulsionem atomorum: ut atomi intrent: quia duæ tales atomi non possunt esse

A simul. Si rideat hoc motiuum: saltem Augustinũ derideat, & Tullium, qui magni põderis ipsum æstimabant contra Democritum magistrũ suũ. Prædicta epistola ad Dioscorum AVGVST. *Aug. To. 2*
Cùm (inquit) ita discedant quædam corpuscula de diuino corpore ut alia succedant, & dissolui illam naturam eadem successione non sinant: omnia ergo (inquit) æterna essent, quia nulli deesset ista innumerabilitas atomorum, quæ perpetuas * ruinas subinde suppleat. Deinde quo- *ruinas.*
modo non uereatur iste Deus ne intereat, cùm fine ulla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incursione sempiterna? Sequitur. Demum cùm ex ipso imagines satis semper effluant, quomodo potest de immortalitate confidere? Hæc ille AVCTOR. Potest esse, non nego, quòd noster Vuitcleff non plenè cum Democrito delirauit in atomis, & ideo argumenta de directo non eum perfodiunt: sed sibene ducantur fræno rationis acutæ, uideat qualiter cũ penetrent ex transuerso. Et hoc itẽ satis est, & plus B quàm satis, quòd nolit secundum fidem concedere, q̃ Christus intrauit ianuis omnino clausis: *Lu. 24.*
sed per subtiles poros apertos penetrasse, aut uacuitates imbibitas. Ita magister eius Berẽgarius in hac fide desipuit, dicens Christum ianuis omnino clausis non intrasse. Lib. 3. de corpore & sanguine domini, GVIMVNDVS. Quid mi- *Guimũdus.*
rum si patrum historias Berengarius, & sui despiciunt, qui euangelio etiam contradicunt, dicentes nullatenus debere credi, quod ibi legitur: Intrasse ad discipulos dominum Iesum ianuis clausis? Hæc ille. AVCT. Modum istum dicẽdi uult Witcleff hac uia probare penetrationis occultæ. Quia ex qua parte per priuata foramina corpus tanua penetrat: ex ea parte eam non clausam inuenit, sed apertam. Sicut subtilis uentus, qui per rimam ingreditur. Sed ergo solidæ partes tanuæ corpori præbebant obstaculum, cui fore porosæ dabant ingressum. Nec foret uerum, quod uniuersa fides ecclesiæ in AVGVSTINO recen- *Aug. To. 9*
set super Ioannem Homil. * 120. dicente. Moli *121. sub*
corporis, ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas matris inuiolata permansit. Hæc ille. AVCTOR. Et de porta istã beatæ uirginis in secunda parte contra Pelagianas in dialogo, HIERONYMVS. Omnes (inquit) hæretici errauerunt, non intelligen- *Hier. To. 2*
tes mysterium natiuitatis eius: magisque ad specialem natiuitatem saluatoris, quam ad omniũ *Lu. 2.*
hominum referri potest, hoc quod dicitur. Qui *Exo. 13*
aperuit uulnam sanctus uocabitur domino. So- *Virginitas Mariæ.*
lus † enim Christus clausas portas uuluæ uirginalis aperuit: quæ tamen clausæ iugiter permanserunt. Hæc est porta orientalis clausa, per quam

Pontifex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pontifex solus ingreditur, & egreditur: & nihilominus semper clausa est. Hæc ille. AVCT. Digna ergo sententia percussus est, qui dixit, item per quandã minimam aperturã prodisse Christum ex utero uirginis, de quo refert frater Petrus de aureolis. Multò magis plagis multis uapulabit Witcleff, ponens per tot minima perforasse Christum uterum suæ matris, cum dicat (Hieronymo teste) iudes, ꝙ solus Christus clausas portas uulvæ uirginalis aperuit: quæ tamen clausæ ingiter permanserunt. Si ostia clausa non obstiterunt ex ea parte, qua clausa erant, & solida, non foraminibus uacui peruia dat intelligi. Aliàs quid hoc debuit annotare, ꝙ ex ea parte, qua fuerunt aperta, clausa ostia dederunt introitum? Non fuisset hoc magnum glorificato corpori Christi, sicut nec uento, uel culici. Sed omnibus istis proteruis philosophorum errantium prædicat, & obiicit sancta fides prædictum miraculum, & testatur super penetrationẽ impossibilem illarum duarum substantiarum materialium corporis & ianuæ, coexistentiam secundũ eundem situm & tempus. Libro enim de corpore & sanguine domini, ANSELMVS. Quod (inquit) de humanitate eius per resurrectionẽ glorificata secularis philosophiæ ratiocinationibus uidetur insusceptibile, ut clausis ianuis ad discipulos intraret, & mortalis exercuit, dum de thalamo uteri uirginalis ad currendam uiam dispensationis humanæ clausis ianuis naturæ processit. Quòd si corpus illud intrare, & exire per clausa potuisse uirtus authoris, & pietas fidei fecit esse credibile: alia etiam, quæ præter naturã corporum sunt, posse corpus illud, uel potuisse, non uideo quid facere possit incredibile. Sequitur cap. 4. Nam spiritus noster, In quo ad imaginem Dei conditi sumus: cum secundum imaginẽ eius, qui creauit, in regno machinæ cui præest, sic quodammodo se habeat quomodo creator in regno creaturæ suæ: ut sicut ille ubique locorum est, & totus est, sic iste in toto corpore suo sit, & ubique totus sit, licèt ratio humana non cõprehendat modum, quo id fiat: cur tam difficile uidetur naturam carnis illi summæ naturæ sic unitam, ut eius facta sint omnia, quæ illius sunt: maximè post resurrectionis glorificationem ex diuina potentia posse, ut in diuersis locis sit non diuerso tempore? Licèt enim dignioris & subtilioris naturæ spiritum rationalem constet esse, quàm quodlibet corpus: illud tamen corpus, quod super omnes cælos in eo, qui super omnia est, meruit exaltari, dignius, & ad omnia quæ uoluerit subtilius, & efficacius puto esse, quàm sint aliqua, non solum inferiores spiritus, sed & omnes illi, qui cælorum nomine meruerunt appellari. Hæc ille. AVCTOR. His respondeat rudis Witcleff, qui tantum eleuat materialem suam substantiam, ut dominum maiestatis approbet impotentem. Lutum illud, cui Deus dedit omnia, quæ in cælo & in terra, nonne cum spiritu incorporato poterit iussu maiestatis totum, & simul, eodemq; momento locis interesse distinctis? Sed sic (inquis) poterit ubiq; simul esse: quod diuinæ infinitati est proprium. Respondet tibi ANSELMVS. Nec tamen natura corporis domini ubique esse dico, quia nec opus est nisi ubi uult, & ubi fidei certo sacramento hoc operatur, ad quod assumpta est, & glorificata, mysteriũ, scilicet, saluationis humanæ. Sequitur. Sic ergo constat in diuersis locis uno horæ momento esse posse corpus Christi: sed lege creatricis naturæ non creatæ. Cum autem naturæ creatæ natura sit creatricis naturæ legibus in omnibus obedire: si aliquando pacta sua resoluenda illi permittit, qui ea instituit & ordinat: non uideri debet errare, uel deuiare ab ordine suo, maximè in illa natura, quæ in unitate personæ coniuncta est illi uerbo, per quod facta est omnis natura. Hæc ille. AVCTOR. Hęc omnia sequuntur fidem transubstantiationis panis in carnem Christi, secundum essentiam. Hac fide dixit Ambrosius totum Christum in cælo, totum in altari. Hac fide Gregorius suprà dixit, omnes generaliter idem corpus, & quemlibet specialiter hoc idem comedere. Si ad figuram traxeris, ipse dixit in ueritate, ergo propriè. Maximè cum figuras respectiuas manducare non posimus. Certè subiectiuas figuras ad modum Gregorij identificare non possumus. Hac item fide in sermone dominicæ quintæ post epiphaniam: & ponitur de consecratione distinctione. 2. Cap. Singuli. dicit HIERONYMVS. Singuli accipiũt Christum dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Hæc ille.

Petrus de Aureolis.

Anselmus

Col. 3.

Comparatio inter Deum, & animam.

Anselmus.

Natura creatrix debet obedire creaturæ suæ.

¶QVALITER WITCLEFF IMproperat ecclesiæ pro uocabulis transubstantiationis, & accidentis sine subiecto, dicens, quòd olim non erat de fide. C. LXXIIII.

SVMMA.

Witcleff calumnia, de terminis, quos ad expositionem fidei sacramenti ecclesia adinuenit, quia non sint in usu scripturæ Canonicæ. &c. diluitur.

Hæreticorum prima fuga, cum sunt capiẽdi, quæ sit. Et de comparatione uerborum Witcleff cũ Arianis eloquijs, si sibi conueniant.

1 Ecclesiasticæ disciplinæ mos (si quando hæreticorum noua doctrina exurgat) quis, secundùm Athanasium.

4 Certandum quòd non sit multùm pro nomine, cùm de re constet, ex Augustino ostenditur. Et multa ibi contra Witcleff, qui uocabulo, argutias, & huiusmodi utitur.

5 Nomen ad quid repertum, Ex Augustino. Et unde sic appellatum.

6 Montes an transiluerint Apostoli.

1 GAlumniatur † item terminos, quos ad expositionem fidei sacramenti ecclesia adinuenit, quia non sint in usu scripturæ canonicæ, uolens per uerborũ caristiam supprimere ueritatem. Vnde sermone. 50. 2. partis. Non (inquit) uidetur esse episcopis magna prudentia catholicare isagogas Porphyrij, prædicamenta Aristotelis, & quintum Metaphysicæ quo ad multa dicta de subiecto & accidente, & damnare scripturam sacram. Specialiter cùm nec iste terminus, accidens, quantum recolo nec iste terminus subiectum, ad sensum eorum est terminus legis Dei, in qua est omnis ueritas, ut sæpe asserit Augustinus. Hæc Witeleff. AVCTOR. Primò catholicãdas subridet isagogas Porphyrij, & libros Aristotelis per episcopos quia iuxta rectam philosophiam ipsorum & omnium, accidens dicit essentiam per subiectum suum, maximè absolutum. Quo posito, nescit ipse euadere, quin Deus posset ipsum facere per se subsistere. Secundò nescit uocabula accidentis, uel subiecti in sanctis reperire scripturis. Ideo ut philosophus deuius, & ignarus theologus, de accidente & suo subiecto secundùm utrunque remanet infundatus. Sic item causatur terminum transubstantiationis terminum magistralem, & abiicit terminum panis materialis, ea de causa: nomina etiam Papæ & cardinalium: quia non reperiuntur in scriptura sacra. Hæc † est prima fuga hæreticorum, quando sunt capiendi, ut falsarii ueritatis currunt ad pugnas uerborum. Comparemus, si libeat uerba Witeleff cum Arianis eloquiis, si sibi conueniant. Witeleff dicit de sermone domini in mõte cap. 42. loquens de accidente sine subiecto. Apostolus si sciuisset istam fuisse hæresim, ipsam Græcis fidelibus non tacuisset. & infrà. Quomodo ergo posset catholicus excusare spiritum sanctum, & alios euangelistas ex tacentia huiusmodi ueritatis? Hæc Witeleff. AVCTOR. Sic dixit Arius de termino HOMOVSION, id est, consubstantialitatis: quando coram iudice Probo, contra Athanasium pro perfidia discepta retur ut planè legitur in libro primo eiusdem Athanasij altercationum in actis. ARIVS. Vnũ

Pericolum imminens.

2 Ecclesiasticæ disciplinæ mos (si quando hæreticorum noua doctrina exurgat, contra insolentes quæstionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominum uocabulum immutare, & significantium rerum naturas exprimere: quæ tamen existentium uirtutibus causarum congruant: & quæ magis eadem antiquitùs demonstrent fuisse, non ortus insinuent nouitatem. Et ut quid dico, planius fiat, utor exemplo. In ipso christianæ religionis initio omnes, qui credebant domino Iesu Christo, non christiani, sed discipuli tantummodo uocabantur. Et quia multi dogmatum nouorum authores extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabant. Nec erat ulla rationis discretio inter ueros falsosque discipulos: siue, qui Christi, siue qui Dosit. siue Theodoti, siue Iudæ cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores: qui se Christo credere fatebantur, uoluerunt ut uno discipulorum nomine censerentur. Tunc Apostoli conuenerunt Antiochiam, omnesque discipulos nouo nomine, id est, Christianos appellabant. Sequitur. Hanc ergo ab Apostolis traditam nouis utendo nominibus formam ecclesia retinens contra hæreticos diuersos, prout sanæ fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates. Denique patri nouum innascibilitatis nomen ecclesia posuit. Cùm enim Sabelliana hæresis genium ex uirgine patrem uoluisset asserere: ingenitum contra hanc, confitendo ecclesia tradidit patrem. Et utique in scripturis diuinis ingenitum nusquam leginus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumniæ uertere quæstionẽ: & simili, ut tu ꝓponis, genere utiq; dicere, Cur diuinis scripturis sine ullo ꝓspectu pudoris uiolentiã facitis, ꝓfitendo innascibilẽ patrẽ, quod scriptum ostendere nõ ualetis? AVCT. Sic profert ibi contra eundẽ Sabellium in Smyrnensi synodo statuisse ecclesiam, ut Deus pa-

ter

A de duobus in hac causa sequi necesse est. Si uera est HOMOVSII assertio, falsa est apostolorum prædicatio: quæ sine hoc nomine longo tempore floruit. Si uerò apostolica fides huius nominis expers, uera est sicuti est: hæc sine dubio falsa erit, quæ antiquæ fidei nominis nouitatem adiecit. Reuolue cuncta noui & ueteris testamenti uolumina, utrum HOMOVSION alicubi sacris inditum paginis poteris inuenire. Hæc ille. Sequitur. PROBVS. Et quæ ratio causæ flagitabat, ut res antiqua nouum acciperet nomen? Nunquid enim priusquàm huius nominis uocabulum sortiretur, sine nominis proprietate manebat? hoc nullam mihi rationis consequentiam habere uidetur. ATHANASIVS. Ecclesiasticæ † semper moris est disciplinæ: si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes quæstionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, B nominum uocabulum immutare, & significantium rerum naturas exprimere: quæ tamen existentium uirtutibus causarum congruant: & quæ magis eadem antiquitùs demonstrent fuisse, non ortus insinuent nouitatem. Et ut quid dico, planius fiat, utor exemplo. In ipso christianæ religionis initio omnes, qui credebant domino Iesu Christo, non christiani, sed discipuli tantummodo uocabantur. Et quia multi dogmatum nouorum authores extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabant. Nec erat ulla rationis discretio inter ueros falsosque discipulos: siue, qui Christi, siue qui Dosit. siue Theodoti, siue Iudæ cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores: qui se Christo credere fatebantur, uoluerunt ut uno discipulorum nomine censerentur. Tunc Apostoli conuenerunt Antiochiam, omnesque C discipulos nouo nomine, id est, Christianos appellabant. Sequitur. Hanc ergo ab Apostolis traditam nouis utendo nominibus formam ecclesia retinens contra hæreticos diuersos, prout sanæ fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates. Denique patri nouum innascibilitatis nomen ecclesia posuit. Cùm enim Sabelliana hæresis genium ex uirgine patrem uoluisset asserere: ingenitum contra hanc, confitendo ecclesia tradidit patrem. Et utique in scripturis diuinis ingenitum nusquam leginus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumniæ uertere quæstionẽ: & simili, ut tu ꝓponis, genere utiq; dicere, Cur diuinis scripturis sine ullo ꝓspectu pudoris uiolentiã facitis, ꝓfitendo innascibilẽ patrẽ, quod scriptum ostendere nõ ualetis? AVCT. Sic profert ibi contra eundẽ Sabellium in Smyrnensi synodo statuisse ecclesiam, ut Deus pa-

ter

Athanasius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter impasibilis diceretur, quod tamen in scripturis non legitur. Et in eadem contra Photinũ, Deum filium dicendum esse, Deum de Deo, lumen de lumine: quod (inquit) in Apostolorum symbolo, & æquè in scripturis non legitur. Item contra Eunomium, similem patri filium. Quid igitur ex his concluditur? nisi si sensus vocabuli in scripturis sanctis habet originem, audacter vtere termino. Nec erit inepta vox, aut calumnianda nouitas, si res concepta per terminum, antiquitate præualeat. Quod tandem iudex ibi *Prolus.* conclusit, loquens ad Arium, PROBVS. Hoc contentionis uitio deputabitur, ut documẽtum nudi sermonis exigas, cuius fidei sensum in scripturis copiosius noueris redundare. Sensum igitur quære vnde vocabuli huius natura trahitur originem: & cùm sensum inueneris, nomen te pariter inuenisse non dubites. Hæc ille. AVCT. Ad hoc ergo verum peruenit paganus iudex, in decisione fidei: ut non sit insistendum pro termino, si tandem sensus uerbi in scripturis poterit reperiri. Hoc sanum est, hoc iustum. Vnde & Augustinus cum eum increpasset Cresconius de mala deriuatione uocabuli Donatistæ: ipse tandem libro. 2. contra eum. * cap. 2. respondit, *Augusti. *cap. 1. in fine. To. 7.* 4 dicens. Si † enim Demolthenes clarissimus oratorum, cui uerborum tanta fuit cura, quanta rerum authoribus nostris, tamen cùm ei nonnullam loquutionis insolentiam obiecisset Aeschines, negauit ille in eo positas esse fortunas Græciæ: illo nè, an illo uerbo usus fuerit, & an huc an illuc manum porrexerit: quantò minùs nos laborare debemus de regulis deriuandorum nominum, quando siue hoc, siue illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate quod dicimus? Quorũ non in * expositione sermonis, sed in demonstra- **expositione.* tione veritatis maior est intẽtio. Et infrà. Quòd si disciplinam disputandi, siue illam dialecticam velis appellare, siue quid aliud, satis tamen sobriè docet, cum de re constat, non esse de nomi- *Cap. 2.* ne laborandum: sicut non curo utrum ipsa dialectica uocetur, curo tamen quantum ualeo nosse, ac posse disputare: hoc est veritatem à falsitate in loquendo discernere, quia hoc, nisi curauero, perniciosè errabo. AVCTOR. Ita est cùm de re constat, non multùm certandum esse pro nomine: Aliàs referat ipse, ubi per scripturas sanctas uocabula sua reperiet. Vtar enim contra eũ proprio syllogismo, quemadmodum in superioribus contra Arium quæstionem suam ATHA- *Athanasius.* NASIVS sanctus inuexit, dicens. Exigit (inqt) à me, ut unam patris & filij substantiam, id est, HOMOVSION ostendam, tu autẽ ò Ari, tres OVSIAS, id est; tres substantias cõfiteris. Ostẽde ergo mihi, ubi legisti tres OVSIAS. Si enim ego unam, hoc est, HOMOVSION, ideo negare debeo, quia hoc unde scriptum sit non inuenio, tu quemadmodum tres OVSIAS audes profiteri, cùm hoc scriptum nusquã poteris demonstrare? Hæc ille. AVCTOR. Ita dic Witcleff. quia panem materialem non accipis in materia sacramenti, eo q̃ in scripturis sanctis non cernitur: dic ubi reperies in scripturis panis naturalis vocabulum, quod tantum habes in vsu? Et si calumnieris ecclesiam pro termino accidẽtis sine subiecto, quia ad illum sensum in scripturis non tangitur: cur tu tanto usu frequentas uocabulum accidentis in subiecto? Cur item nomina blaterata, & blateratio, & botas, in secunda parte sermonum, quæ tamen nullo loco scripturæ reperies, uel apud scriptorem quenquam catholicum? Quod tamen compulit Augustinum retractare uerbũ OMEN, libro suo contra Academicos: ut patet. 1. retractationum, capite secũdo, ubi inquit. OMEN quippe me legisse non recolo: siue in sacris literis nostris, siue in sermo *Aug. Tom.* B ne cuiusquam ecclesiastici disputatoris: quanuis abominatio inde sit dicta, quæ in diuinis literis assidue reperitur. Hæc ille. AVCTOR. Sic item uocabulum, argutias, cur assumis, quod in libris ecclesiasticorum disputatorum non inuenis, nisi quia hæretici argutias suas habent, catholici secundùm cælestem sapientiam argumenta producunt? Libro tertio super cantica. textu, Capite nobis vulpes ORIGENES. Hi qui terrenis, & carnalibus sensibus scripturas intelligunt, & alios ista docendo decipiunt, pro eo ipso, quòd argutias quasdam, & argumenta carnalis sapientiæ & terrenæ * concinnant, in inferiora terræ di- **concinnant.* cuntur ingredi. Hæc ille. AVCTOR. Exponat igitur Witcleff ecclesiæ, ubi prædicta uocabula signanter, panis naturalis inueniat, aut accidentis in subiecto ad sensum suũ: & parati docebimus, ubi uocabula panis materialis & accidentis sine subiecto poterit inuenire. Ad minus in libris ecclesiastici disputatoris, LINCO- *Lincolien.* C LIENSIS supple, super ecclesiastica Hierarchia, capite tertio, parte. 14. vbi. Fortè (inquit) dicuntur ea multa, quæ sensibiliter diuersis differi buuntur fieri, seu esse in his, quia illæ sensibiles formæ non habent alias substantias ipsas inesse tunc supportantes. Non est enim tunc sub forma panis, aut sub forma vini materialis, substantia panis, aut uini. Hæc ille. AVCTOR. Ecce materialis substantia panis, aut uini: & quãtum, rogo, distant panis materialis, & substantia materialis panis? quantũ item substantia materialis, & essentia materialis panis, quam luges per nos esse destructam? Mirum etiam, quòd sequaces Witcleff uersutam eius in hac parte slultitiam nõ declinant. fugiẽtes professionem fidei ecclesiæ corã p̃sulibus, q̃a uocabula nostra scripturæ non

non habent videntes quod magister istorũ coactus mole auctoritatis, & rõnis, sponte pœnituit sic dixisse. 4. trialogi, capite trigesimo sexto. Quanuis (inquit) pepigi extra scholam me non usurum illis terminis, substantia panis materialis, aut uini: tamen fides necessitate concedere conuertibile propositioni terminorum istorum, ut dicit beatus Hieronymus. Panis quem cepit Christus in manibus. Hæc Witcleff. AVCTOR. Et sermone sexto sermonum epistolarium appellat aquam materialem, quæ fluxit de latere Christi, & vbi sic dictam in scriptura reperiet? Qua ergo licentia dicturus est aquam materialem, quam in scripturam non reperiet: & catholicos panem materialem dicere non licebit? Si ad differẽtiam illius aquæ, qua dicitur: Aqua sapientiæ salutaris potabit illum: aquam materialem enuntiat: & item orthodoxi ad differentiam panis, qui de cœlo descendit, materialẽ panem pronuntiare non definẽt, quid ergo refert, si res habeatur, sicut Athanasius, & Augustinus suprà dixerunt, molestari pro nomine? Nomen † enim tantum ad distinctẽ conferẽ B dum de re aliqua repertum est. De * quæstionibus Dulcitij, quæstione decimanona. AVGVSTI. Omne quippe uocabulum ad distinctionem ualet. Vnde etiam nomen, quod rẽ notet, appellatum est, quasi notamen. Noret autem, hoc est, distinguat, & doceat, * tandem ad discernendum adiuuet. Fortasse ergo ipsum diuisisse inter lucem & tenebras: hoc est uocasse lucem diẽ & tenebras noctem ut hæc sit ordinasse ista, quod uocasse. Hæc ille. AVCTOR. Non fugio tamen respondere uersutis interrogationibus Lollardorum: quo authoritatis exẽplo superinducunt ecclesiastici uiri noua uocabula in materiã fidei? Certè exẽplo Apostoli, & sanctorum patrum, ad distinguẽdũ res. Qualiter enim fidẽ panis remanentis possumus * proferre distinctè à pane, quia nõ remanet nisi per additionẽ apti uocabuli? Ecce panis quem ego dabo caro mea est. Iste panis remanet, Et ecce accipiens Iesus panem, benedixit. ille panis non remanet, sed transit in corpus. Panis ergo spiritualis, qui & C caro Christi, is remanet. Panis materialis, panis cibarius, transit in alium. Priusquàm ergo hæresis ista de expectatione panis huius esset in orbe, panem materialem non curauimus appellare distinctè. Oportuit autem ecclesiæ patres nouis casibus noua remedia procurare. Sic Apostolus Paulus de nouo finxit rectores tenebrarum harum, quando cum Ephesiis disputaret. In cõmentario epistolæ Pauli ad Ephesios libro tertio texto, Non est nobis colluctatio. &c. HIER. Sciamus autem, quod exceptio præsenti loco, nec in ueteri, nec in nouo testamento mundi retores, nunquã legerimus. Quòd nomẽ ideirco Paulus Apostolus finxit: quia necesse habebat ad Ephesios disputans, rebus nouis, & inuisibilibus noua nomina coaptare. Hæc ille. AVCT. Et non tantum apostolis hoc licebat: sed item licuit patribus ecclesiæ uitis peritis, in promotionem ueritatis quandoque item extranea proferre uocabula. Criminabatur quispiam sanctum Hieronymum pro termino reuelationis, p̃ quo in Hebræo habetur Apocalypsion: quod p̃riè scripturarum est, & à nullo sapientium seculi apud Græcos usurpatum. Sed septuaginta ita transtulisse nouis rebus noua singẽtes, dicit Hieronymus. Et in commentario super epistolam Pauli ad Galatas, libro primo, textu, Notum nobis facio fratres euangelium. &c. idem inquit HIERONYMVS. Si itaque ij, qui disertos se- *Gal. 1.* culi libros legere consueuerunt, cœperint nobis *Idem* de nouitate, & utilitate sermonis illudere, mitta mus eos ad Ciceronis libros, qui de quæstionibus philosophiæ prænotantur, & uideant quanta ibi necessitate compulsus sit, tanta uerborum portenta proferre, quæ nunquam latini hominis auris audiuit. Et hæc cum de Greca, quæ lingua uicina est, transferret in nostram: quid patiuntur illi, qui de Hebræis difficultatibus proprietates exprimere conantur? & tamen multò pauciora sunt in tantis uoluminibus scripturarum, quæ nouitatem sonent, quàm etiam ille in paruo opere cõgesit. Hæc ille. AVCT. Verum si quis item libros legerit nostri Witcleff, plura ibi extranea uocabula ab usu scripturæ uel ecclesię in breui quaternulo, quàm in multis uoluminibus patrum, & scriptorum orthodoxorum inueniet: stylum habet grossum, & uagum: grammaticæ plus, quàm oratoriæ arti conformem: totum seculariter inflatum, & nulli scriptori ecclesiastico similem: squalentem uituperiis, & ultra humanam æstimationem horridum maledictis. Quid igitur certat contra patres ecclesiæ, quòd in negotiis fidei pro tot sibi succedentibus curriculis temporum sibi præparant non ignota, sed ad rem apta uocabula? sicut ad Pascentiũ Arianum pro HOMOVSION in epistola scribit AVGVST. Vi- *Aug. To. 2.* des (inquit posse fieri, ut etiam de uerbo, quod *Epist. epistol.* in scriptura Dei non est, reddatur tamen ratio *174.* unde recte dici ostendatur. Sic ergo & HOMOV- *sub initiũ.* SION, quod in authoritate diuinorum librorũ cogebamur ostendere, etiam si non ibi ipsum uocabulum inueniamus, fieri posse, ut illum inueniamus, cui recte hoc uocabulũ adhibitũ iudicetur. Hæc ille. AVCT. Nec tũ de terminis, sed forsan de rebus argumentum militat Augustini: ut multa ueraciter facta credamus, quę scriptura expresè non recolit. Sicut item in commentario

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽtario super Matt. 21. quòd discipuli transtulerunt montes, quanuis scriptura non recolat.

Hier. To. 9 6 HIERON. Latrant † contra nos gentilium canes in suis uoluminibus, quibus impietatis propriæ memoriam reliquerunt: asserẽtes apostolos nõ habuisse fidem, quia montes transferre non potuerunt. Quibus nos respondebimus: multa facta esse signa à dño iuxta Ioannis euangelistæ testimonium, quæ si scripta essent, mundus capere non posset. Sequitur. Igitur & hæc credimus fecisse apostolos: sed ideo scripta non esse, ne infidelibus contradicendi maior daretur occasio. Alioquin interrogemus eos, vtrum credant his signis, quæ scripta narrantur, an non? & cum incredulos uiderimus, consequenter probabimus nec maioribus eos credituros fuisse, qui minoribus non crediderunt: Hæc ille. AVCT. Non facta minora factis minoribus contra Witcleff: sed factis magnis uerba comparantes exigua cõsonanter Hieronymo dicimus, si tantum strepitum faciat, ut admittat terminos, quos scriptura non obtinet, nunquid contempturus est facta miranda Christi & discipulorum, quæ scriptura subticuit?

Montes an trãstulerit apostoli Io. 21

¶DE VOCABVLIS AB ECCLESIA usitatis, quæ scripturæ sanctæ non continẽt. Cap. LXXV.

SVMMA.

1 *Witeleff, qui uetustate patrum hæresim suã corroborat, & fidem elidit ecclesia, more quorundam Gallorum in partibus Massiliæ ciuitatis cõtra Augustinum, ut refert Prosper. &c. confutatur.*

2 *Articulum fidei omnem lucidiorem factum post resultationem hæreticam, & contradictiones catholicas, ostenditur.*

3 *Decreti Concilij de fide accidentis sine subiecto ratio.*

ADHVC scuto fidei fidem oportet protegere, calumniante Witcleff fideles, quia transubstantiationem, multiplicationem, & accidens sine subiecto ponunt esse de fide, cùm tamen antiquos omnes res istæ lateant, ca. 12. de apostasia, argu. 13. Nedum philosophi, sed oẽs sancti de millenario Christi tacuerunt accidens esse sine subiecto, ut' sacramentum esse accidens. Vnde ergo orietur tam scandalosum mendacium? Et confirmatio istius est, q̃ loquentes nostri sine rõne, uel auctoritate sunt contrarij sibiipsis, quia subtiliores, & quo ad illuminationem fidei clariores citius nouissent istum fidei articulum, q̃ posteriores illu-

VWiteleff.

A sibiles in pœnam peccati. Et de Eucharistia. ca. 8. Miratur mundus, quomodo post dotationem ecclesiæ, uel uariaretur sacramẽtũ, uel innotesceret nostris plus à Christo extraneis, uel tõ, uel relatio fieret plus, q̃ Paulo, & sanctis prioribus. Hæc Witcleff. AVCT. In primo passu per totũ Christi millenarium dicit prædicta non fuisse de fide. In secundo, abscindit sexcentos annos de tempore, & à tempore dotationis cursum incipit: memor forsã grãdæui patris Basilij, & Damasceni, ponentium lucem creatam primo die accidens fuisse sine subiecto. Sed † quia uetustate patrum hæresim suam corroborat, & fidem elidit ecclesiæ, refert nostra prouidere simplicib. qui forsan hac uersutia turbarentur. Primò, inquam, sciendum hoc genere malignandi usos esse contra Augustinum scribentem de fide prædestinationis, quosdam Gallos in partibus Massiliæ ciuitatis: ut refert PROSPER in epistola ad

Prosper To. 7 in prin. epi.

B Augst. quæ præponitur libro de prædestinatione sanctorum, ubi. Multi (inquit) seruorũ Christi, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis, quæ aduersus Pelagianos hæreticos condidisti, õrium putant patrum opinioni, & ecclesiastico sensui, quicquid in eis de uocatione electorum secundum Dei propositum disputasti, & bene infra. * Vtque breuius, ac plenius q̃d opinantur, exponam, quicquid in libro hoc ex contradicentium sensu sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianum, ab ipso sub hac qõne obiectum, potentissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis contẽtiosissime conclamatur. Et cum ꝫ eos scripta beatitudinis tuæ ualidissimis, & innumeris testimoniis diuinarum scripturarum instructa profe-

** Supra.*

** Antiquissimi.*

C rimus: ac secnndum formam disputationum tuarum, aliquid ẽt quo concludantur astruimus, obstinationem suam uetustate defendũt, & ea, quæ de epistola Pauli apostoli Romanis scribentis, ad manifestationem diuinæ gratiæ præuenientis electorum merita proferuntur, à nullo unquam ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nũc sentiuntur, affirmant. Cumque ut ipsi ea exponant secundum quorum uelint sensa deposcimus, nihil se profitentur inuenisse quod placeat. Et de his taceri exigunt, quorum altitudinẽ nullus attigerit. Eò postremò peruicacia tota descendit, ut fidem nostram ædificationi audientium contrariam esse definiant: ac si etiam si uera sit, non promendam: quia & pernicios non recipienda tradantur, & nullo periculo quæ intelligi nequeant, conticeantur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce isti defendebant suam perfidiam contra Augustinum uetustate scriptorum: & nullum sic intelligere apostolum diuerant

rant ante eum, imò eum contrarium reputabãt

Aug. To. 7 cap. 14.

A sensui patrem, & ecclesiæ, nisi quatenus adduce re posset aliquem de ueteribus, hæc planè proferre quæ ipse dixit: At contra dũ hoc ab AVG. exigerent, ipse in libro, quem hac occasione ad eos scripsit de prædestinatione sanctorum, post medium. Si (inquit) huius sententiæ defensionẽ ex diuinorum eloquiorum nos præcedentibus catholicis tractatoribus promerẽ, profectò hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerẽt, hoc enim significastis literis uestris: Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, q̃ priusquàm ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad soluendum quæstione uersari? Quod proculdubiò facerent, si respondere talibus cogerentur. Vnde factum est, ut de gratia Dei quid sentirent, breuiter q̃busdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent, immoraretur uerò in eis, quæ aduersus inimicos ecclesiæ disputabant: & in exhortationibus ad quasque uirtutes, quibus Deo uiuo & uero, pro adipiscenda uita æterna, & uera felicitate seruitur. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc passu responsorio Augustini sciat Witcleff sibi inter Augustini æmulos satisfactum. Desinat admirari mundus immundi Witcleff innotescere nobis mysteria fidei sacramenti per rõnem, uel reuelationem: plus Paulo, & cæteris sãctis prioribus, dicente ipso Paulo. Et si quid aliter sapitis, Deus uobis reuelabit. Sancti priores in ijs rebus moram traxerunt, & scripserunt, in quibus cum aduersarijs fidei tunc temporis disputatio uersabatur. Si tunc fuissent Witcleuistæ, tunc scripsissent fidem ecclesiæ, quam citeriores patres ab illis edocti, & eorum spiritu animati scripserunt. Nec ipsi poterãt omnia scribere, nec tot scribere, quot docere. Deus ipse non per se omnia, sed per conditas creaturas multa dispensat, nè superuacuè crederentur instituí. Et Christus multa discipulis instituenda

Psal. 33.

Augustinus fui.

C commisit. Et apostoli item suis successoribus. Nec ipsi patres primitiui fuerũt, aut peritiores Christo, aut solertiores apostolis. Cur igitur tacitas quæstiones dierum suorum religiosis uiris sequentium temporum non donarent in fide

1 prima Christi, & ecclesiæ resoluendas? Planè † uerum est, omnem articulum fidei luciditorem factum post resultationem hæreticam, & contradictiones catholicas: sicut in expositiõe psalterii, tractans hunc uersum. Et dederunt in escã meam fel. LINCO. Fel (inquit) secundùm Augustinum hi sunt contradictores euangelii, qui a maritudine suæ contradictionis fidelium, & p batorum uisum clarificant interiorem: dum. n. sua contradictione amaricant, alios excitant ad perscrutandum fortius, & subtilius, & intelligẽ

Psalm. 67

Aduersarij Catholicæ ecclesiæ qũ dederint occasionem dignoscẽdi ueritatem.

A dum limpidius euangelii ueritatem. Vnde in psalmo. Congregatio taurorum in uaccis populorum, id est, hæreticorum inter laicos seductibiles: ut excludantur ij, qui probati sunt argento. i. emineant, & appareant, qui probati sunt diuino eloquio. Et, ut dicit Augustinus, multi, qui optimè poterant scripturas dignoscere, & penetrare, latebant in populo Dei, nec afferebant solutionem qõnum difficilimarum, cum calũniator nullus instaret. Nunquam. n. perfectè de trinitate tractatum est antequam obtrectarẽt Ariani. Nunquã de pœnitentia perfectè tractatũ est anteq̃ existerent Nouatiani. Nihil de ipsa unitate Christi enucleata erant quæ dicta sunt, ni si posteaquàm separatio illa uirgere cœpit fratres infirmos: ut iam illi, qui nouerant obtrectare, atque dissoluere, nè perirent infirmi solicitati qõnibus impiorum, qõnibus, sermonibus, & disputationibus suis obscura legis in publicum deducerent. Ergo illi diuisi sunt præ ira ultus

Psal 54

B eius, & nobis ad intelligendum appropinquauit cor illius. Ecce qualiter fel, & amaritudo cõtradictionis hæreticorum, clarificat uisum intelligentiæ probatorum. Oportet enim hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Hæc ille. AVCTOR. His uerbis patere potest, q̃ malã causam excipiendi habeant contra fidem

1. Cor. 2.

Esa. 28.

moderuæ ecclesiæ, qui dicunt ipsam non fuisse talem, aut declaratam pro tali publico scripto in diebus uerustis. Quare non sciunt, quòd uexatio dat intellectum? Quare utique nesciunt, quòd dispensatores nouos, & nouos, Deus semper per temporum incrementa producit? At quid si iterato diceretur istis nouellis hæreticis: quod nedum philosophi, sed omnes sancti de millenario Christi tacuerunt, tropũ sine suppositio præsente per essentiam esse corpus Iesu Christi in sacramento? Et quòd dominus Christus nos sicut seruiles Iudæos adhuc pasceret cũ figuris: & quòd nullatenus sub pœna perfidiæ considerare debemus substantiam sacramenti, quam credere teneremur? Quis unquam sanctorum ita dixit? Quis figurale corpus Christi solùm inter apostolos, siue Paulus, uel alius posuit? Mirabilis Deus: exponat ipse fidem suam in ipsa planitie scripturarum fidelium, quam a nobis exposcit. Sicut Augustinus (dixit Lincolinensis) scribit, q̃ multi tunc latebant in popu-

Lincolniẽ.

lo Dei, qui istam fidem sciebant, nec tamen sic scribebant, cùm calumniator nullus instabat tunc: sed nec usque tempus Nestorii, negantis esse carnem Christi propriam secundùm Anselmum cap. 12. de corpore saluatoris. Sic nec

Anselm.

calumniator aliquis dixit corpus Christi solum in figura usque ad Berẽgarium: ideo caucbatur tunc primò per ecclesiam, ut diceretur corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi proprium per naturam. Nullus panē assumptum dixit publicè ante Valerannum auctorem de officijs, aut Heribaldum. Sed ecclesia cōtra hoc malum tunc transubstantiationem edocuit. Nec alius unquam ante Witcleff (quātum noui) pp grossa accidentia esse subſtantiam, panis naturam cum alta uneratione suscepit, & Christi carnem eiecit ab hospitio sacramenti. Et tamen diu ante eum ecclesia docta spiritu saluatoris, & prævidens hanc calliditatem hæreticam, docuit accidentia ibi sine subiecto existere, quia iam in naturam corporis Christi subiectum illud incessit: & Deus sensus humanos non solet unquam illudere. Hac ergo forma, nō nouella fides, sed eiusdem fidei noua declaratio auctoritate maiorum conciliorum post multas cuentilationes ueritatis, succedit ecclesiæ: quia omnes circunstantiæ ueritatis non poterant simul una hora profetri. Nec multùm tecū facit, q̄ istam ueritatem antiqui patres tacuerunt. Sed robora partem tuam ueraciter si potes & dic, q̄ vnus, uel duo patres tuam dixissent sentiam, sicut Donatistæ pro parte sua ceperāt Cyprianum. Nunquid ideo uniuersalis ecclesiæ redarguetur instantia? Inlib. 2. contra Donatistas ca. 5. dicit AVGVSTIN. Multa iam diximus, nec nos ipsi tale aliquid auderemus asserere, nisi uniuersæ ecclesiæ concordissima auctoritate firmati, cui & ipse Cyprianus sine dubio crederet, si iam illo tempore quæstionis huius veritas eliquata, & declarata per plenarium cōcilium solidaretur. Si enim Petrum laudat & p̄dicat ab uno posteriore collega patienter concorditerque correctum, quanto ipse citiùs, cum concilio prouinciæ suæ uniuersi orbis auctoritati patefacta ueritate cessisset: quia profecto & uniuerum dicenti, & demonstranti, posset facillimè consentire tam sancta anima, tam pacata. Et forsan factum est, sed nescimus: Neque. n. omnia quæ illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriæ literisque mandari potuerunt: aut omnia, quæ mandata sunt, nouimus.

Deus nō solet illudere sensus humanos.

Aug. To. 7

Gal. 2.

Quomodo. n. potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarii concilii luculentam illustrationem confirmationemque perduci, nisi primò diutius p orbis terrarum regiones multis hinc, atque hinc disputationibus, & collationibus episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, utcùm diutius aliqua obscuriora quæruntur: & propter inueniendi difficultatem diuersas parionē in fraterna disceptatione sententias, donec ad rerum liquidum perueniatur, uinculum permaneat unitatis, nē in parte præcisa, remaneat insanabile uulnus erroris. Et ideo doctoribus minus aliqd plerunque reuelatur, ut eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus maior est, comprobetur, uel quomodo teneant unitatem, cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt: uel quomodo accipiant ueritatem, cum contra id, quod sētiebant, declaratam esse cognoscunt. Hæc ille.

Cur aliquā do Deus nō reuelat mysteria et ueritatē suis doctoribus.

AVCTOR. Videri ergo potest id, quod diu mansit intactum, tandem si contingat illud inter conflictus disputantium agitari, & demum in plenario concilio ecclesiæ ad unum punctū redigi ueritatis, non restat post hoc calumnian di occasio, quia sancti patres præuii hanc fidem nesciuerunt, aut arguebant. Quia si sancti fuerunt, & astitissent præsentes huic decreto concilii, non dubium concessissent: sicut Cyprianus, quanuis rebaptizandum censuit, sine dubio crederet, si suo tempore quæstionis ueritas esset p concilium solidata. Ita de articulis transubstantiationis, & accidentis sine subiecto dicendum est. Si priorum patrum tempore fuisset mota disputatio, & post disputationem sententia finalis decreta concilio, quæ modo processit, nec tacuissent Paulus, Origenes, Hilarius, aut alij uetares, nec negassent. Imo supplices mentes ī eius auctoritatem sine quæstione curuassent. Nam Paulus ad concilium accessit pro quæstione circuncisionis mota Antiochiæ. Et † si petatur rō decreti concilii de fide accidentis sine subiecto, dicendum, quia fides principalis articuli hoc cōcludit. Quia data carne Christi propria, & præcisa in sacramento secundùm essentiam ad formam uerborum Christi, Hoc est corpus meū, nec hoc, scilicet, panis annihilatur, uel corrumpitur, quia sit corpus: nec in seipso manet, factus iam uerè, id est, propriè Christi corpus. Maximè quia nihil plus est, q̄ corpus: quia non plùs dicit Christus, quàm corpus meum, transubstantiatur ergo in corpus, nè maneat ultra panis, sed corpus tantùm secundùm subſtantiam: sicut olim erat panis secundùm subſtantiam. Cum igitur accidentia ad sensum spectent, seipsis subſtitere necesse est. Corpus enim Christi cū sit corpus gloriæ, nouas accidentium corruptibilium impressiones non recipit, & accidentia migrare de subiecto in subiectum non minus impossibile est apud naturam, quàm habere subsistentiam propriam. Liquet igitur, quomodo ex prima fide euangelica, Hoc est corpus meum, purè sine uitio, & propriè intellecta, insugibiliter sequuntur transubstantiatio, & accidentis positio absoluta. Et sic potius quàm fides fidei sunt sequelæ, intantum, ut quicunque ipsas negauerit, fidem euangelii necessariò denegabit: qualiter patet facere Witcleuistas, Berengarianos, & alios deuiantes.

Matth. 26. Luce. 22. Marci. 14.

Accidentia non sunt in subiecto ex propria subſtantia.

QVOD

¶QVOD DETERMINATIO INnocentij, & ecclesiæ, de accidente sine subiecto suo, non est contra omnes philosophos. Cap. LXXVI.

SVMMA.

1. *Accidens posse esse sine subiecto, quòd non sit cōtra omnes philosophos, ostenditur.*
2. *Paulus, quos ethnicos citauerit.*
3. *Hieronymi responsio magno cuidam urbis Romæ Senatori, quærenti, cur in suis opusculis interdum secularium literarum exempla poneret, et candorem ecclesiæ, Ethnicorum sordibus polluueret.*
4. *Witcleff prima ratio, impugnans accidens sine subiecto, & eiusdem ex philosophorum dictis solutio. Et plura de hoc ibi.*

NONDVM pausare possunt catholici, pulsante eos Witcleff assertione multiplici: q̄ quia ponunt accidens sine subiecto, imperiti sunt, & mendacia publica seminant. s. contra rōnem noua loquentes, & scripturam. Vnde secūda parte sermonū, sermone: 58. A tēpore (inquit Witcleff) Innocentii tertij nescitur utrum catholicè, an hæreticè sentiebat: ad unam tñ coguntur obedientiā illius ecclesiæ tanquam fidem, q̄ credatur accidens esse sine subiecto in hoc sacramento: sed nec asserunt rōnem, nec scripturam, uñ debeat ita credi: ideo fideles in dño istud renuunt. Et infrà. Similiter q̄ accidens sit sine subiecto, tam philosophi, q̄ theologi renuerunt: pp hoc, q̄ non potest sic esse de Dei potentia absoluta. Et de apostasia. ca. 12. Argumentum est: quia nedum philosophi, sed omnes sancti de millenario Christi tacuerūt accidens esse sine subiecto, unde ergo oritur tam scandalosum mendaciū? Hæc Witcleff. AVCTOR. Quòd criminatur ecclam non afferre rōnem, hoc existimo cū referre philosophis. Quod autem scripturam, sanctis de millenario Christi. Aliàs quærerem ego, quid ipse pro se affert, quando sic assumit: Nedū philosophi, sed oēs sancti de millenario Christi tacuerunt accidens esse sine subiecto. Qualiter hoc probat rōne? qualiter ex scriptura? qualiter ex philosophis? qualiter item de fidei patribus orthodoxis? Ideo dixit ipse: fideles in dño istud renuūt. Potest fieri ut taliter nuncupati. Sed & cur nō certi fideles ipsum renuunt tam procaciter euacuantem principium Christianæ credentiæ, qui nec rōnem secum attulit, nec scripturā, nec testes philosophos, nec sanctos ueteres, aut nouellos? Ego quod dicis negare proposui: cur tu non dispositi reuincere denegantem? An tibi soli debetur hæc authoritas, quia quod dixisti probasti? Et unde aliter ortum habet tam scandalosum tuū mendacium: nisi quia planè mentiris in philosophos, & in oēs sanctos mentiris? Quanq̄ mihi materiā ridendi dedisti, q̄ in re tā alti mysterij, ignaros allegasti philosopho, quo si pro parte ecclesiæ contra te producerem, credo te risum continere uix posse. Nec mirū, quia in rebus arduis est auctoritas inuestigāda de solidis petris, non fluctiuagis, & semiperitis paganis. Vnde AVGVSTINVS. dicit de catholicis quasi appropriatē: q̄ de medio petrarum dabunt uoces. sup eodē loco psal. 103: Modo (inquit) si dicā uobis: credite: hoc. n. dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras: quis uestrum non irridebit me? Ero. n. auis, quæ non de petra emitto uocē meā. Quid mihi unusquisque uestrum debet dicere? * quid debet dicere ille, q̄ sic instructus est? Si quis uobis euangelizauerit præterquàm quod accepistis, anathema sit. Quid mihi dicis de Platone, & de Cicerone, & de Virgilio? Habes ante te petras montium: de medio petrarum da mihi uocē tuam. Audiantur qui a petra audiunt. Petra. n. erat Christus. Sequitur. Si nos interroget Iudæus, quare ita facis? sonamus de petra, dicimus. Hoc fecit Paulus, hoc fecit Petrus. De medio petrarū damus uocē nostrā. Hæc ille. AVCTOR. Nihil ergo accrescit de reuerentia, & robore fidei, q̄q̄ philosophorum festucæ contestentur accidens sine subiecto: si uerò negauerint, nihil tollunt. In rei ueritate philosophi, quos allegasti, sonant contra te ī materia accidentis, & nihilominus sācti Christi. Vide si nō probemus, q̄d dicimus. Primo, q̄a præponis philosophis: exordiamur ab eis. Fauet illud apostoli Pauli. Primò † quod animale est, deinde quod spirituale. Anaxagoras tuus ponēs accidens a subiecto separari posse, ab Aristotele censetur. 1. Physicorum. An non legisti eum dicere, colores, & alia corpora esse commixta, & conmixta posse segregari? Vbi Aristo. argumentum sumens contra eum. Ergo (inquit) colores commixti & alia accidentia poterunt segregari: & non erit aliquod subiectum, de quo dicantur, secūdum expositorē Thomā, & alios. Ecce qualiter Aristoteles intellexit Anaxagorā concessurum, quòd accidentia possent ab omni corpore realiter segregari: nec esset aliquod subiectum, quod denominarent per consequens. Vnde & commentator concludit de eo in fine commenti. Distinguere enim qualitates a corporibus, sicut dixit, est impossibile: quia passiones sunt inseparabiles. ergo possibilis separatio passionum à subiecto fuit iusta istos de mente Anaxagoræ. Transi hinc ad Platonem: an non posuit ipse formas naturales abstractas

Witcleff.

Hoc debet dicere ille qui sic instructus est. Gal. 1.

1. Cor. 10. quare ita facimus, sonamus de petra, dicimus.

1. Cor. 15. Anaxagoras. Arist.

Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

stractas à materia secundum esse,nō secundum intentionem tantùm ? nec solas formas substantiales,sed & accidentales ? sicut citat eum Aristoteles textu commenti.19.in secundo Physicorum.Contingit(inquit istis separare formas naturales ratione:quia sunt separatæ inesse apud eos:& manifestum est, ꝙ quicquid separatur ab esse,separatur ratione,& non ecōtrà, vt existimant.Hæc commentator. Ergo fuit necessariò de intētione Platonis,separare prædictas formas à subiecto re,& intentione. Et ideo re, quia vidit eas intentione separari. Item Plato posuit species separatas,& genera ab omni corruptibili singulari:propter duo,scilicet,propter scientiam habendam de rebus,quæ est tantū de perpetuis,& propter generationem & corruptionem in rebus,quæ à speciebus perpetuis sunt remotæ.Et cum sint accidentium species,sicut & substantiarum,ergo oportebat omnium accidētium species & genera à subiectis ponere absoluta.Quia si à proprijs singularibus sequestrantur,multò magis à suis subiectis extranei generis, sicut deducit commentator.2. Methaphysi, quia mixtio substantiæ vniuersalis cum substantijs particularibus est fortior,ut dicit mixtione accidentium cum suis substantijs.Si ergo substātiæ vniuersales sint realiter separatæ à suis singularibus,secundum Platonicos:multo magis accidentia erunt à subiectis separata.Item fortior est connexio accidentis vniuersalis cum suo singulari,ꝙ cum suo subiecto genere generalissimo ab eo distincto.Si ergo accidens vniuersale separatur à proprio singulari, ergo à fortiori à subiecto. Sed & hoc à sancto Thoma discere potuisti.4.lib.contra gentiles : ꝙ Platonici posuerunt quātitates dimensiuas per se subsistere, propter hoc,ꝙ secundum intellectum separant, & item super.4.ꝙ hoc dixerunt de Mathematicis vniuersis.Transi item de Platone ad Pythagoram,& sequaces eius. Et nunquid reperis in 4. Physico ponentes uacuum,dicentes illud dimēsionem ab omni naturali corpore separatam,receptiuam item coloris & soni? Vnde & commētator arguit contra eos cōmento.60.ꝙ sic prædicamentum quantitatis esset separatum : & sic itē quantitas esset substantia,qa vt exponit eos cōmento.51.nō est differentia inter uacuū,& corpus mathematicum,cū vtrūq; sit tres dimensiones abstractę à materia.Et ita Pythagoras posuit tonos à materia separatos ǂm esse. Ecce quot philosophi,quis aberrantes,celebriter intonabat suis tēporibus accidentia separata à subiectis.ANICEBRON itē lib.fontis vitæ.tractatu.2.Forma(inqt)accidentalis pōt separari à materia,quæ sustinet eā in actu:& formæ substātiales nō possunt separari in actu à materia,quæ A sustinet eas,nisi intellectu resoluendo,& cōponēdo.Sed formæ corporales possunt ꝑ corruptionē tolli,& aliæ supduci subtractæ materiæ:sicut ipse in eo libro declarat interrogāte discipulo. Formæ ergo(accidentales intelligit) possunt separari à materia,quæ eas sustinet,& manere. Veniamus ad Aristotelē,& cōmentatorem eius & Porphyriū,modo præclaro toto orbe philosophos.Ipse Witeleff,ipse qui dixit, ꝙ philosophi nō cōsentiunt accidens posse sine subiecto consistere:ipse planè supponit istos philosophos veraciter ac ptinenter laborare nobiscum. lib. de Apostasia.capi.e.5.Posset(inquit) Papa præsumere,canonizare isagogas Porphyrij, & prædicamenta Aristotelis,damnando Euangeliū tanquam hæreticū,quod quidam putant contigisse de facto.Sequitur. Si ergo oportet fidelem credere,vt fidem catholicā,ꝙ sacramentum altaris sit accidens sine subiecto,& Porphyrius ac Aristoteles in isto verisimè, ac pertinentissimè laB borarunt,oportet in isto canonizare suas sentētias.Et infrà.Quanuis aūt Aristoteles & Porphyrius dicant multas necessarias veritates,nunquā tamen credidi expectasse diem,in quo ille articulus fidei ab Aristotele & Porphyrio indigeat declarari.Hæc Witeleff. AVCTOR. Crede mihi de se non indiget,sed pro te:tu aduocasti philosophos,dicēs,ꝙ tā philosophi, q̄ theologi hoc ipsum ponere renuerunt. Quid restat,nisi vt philosophos hoc in multis posuisse probemus? Quantum verò ad Aristotelē & Porphyrium nondum audiui quenquā nisi te dicere,ꝙ aliquatenus laborassent ponere accidens sine subiecto.Fideles scio periti potiùs fatebuntur oppositum:nec loca,ubi ista dicerent, inuenirent. Tu primus hoc dixisti,& vbi ad hoc laborauerunt, loca signasti.De Porphyrio : quia accidens describit adesse & abesse præter subiecti corruptionem.
C Quo ad Aristotelem : quia describit subiectum quid sit, in libro prædicamentorum. ibi. Eorum quæ dicuntur. Planè quid hæc ad accidens sine subiecto pertinerent , non video : sed tantum,quia accidens aliud sit in essentia à subiecto. Et hoc dato , fundamentum illud resoluitur,quod te cogit propter contradictionis metam fidem accidentis abijcere, quod per te non est aliud à subiecto,sed idem in essentia.Et ideo non potest adesse & abesse præter corruptionē subiecti:sicut nec præter corruptionem sui. Si ergo Aristoteles,& Porphyrius laborant pro esse accidentis sine subiecto , quia ponunt ea distincta in essentia : hac via pergunt omnes peripatetici & Aristotelis sectatores moderni , & non erit magnum inuenire philosophos,qui ponant huius positionis separabilitatem: quia pene omnes asserunt accidens à suo subiecto habere

bere distinctam essentiam. Nec valet insensata derisio , qua dicis , Papam præsumere canonizare isagogas Porphyrii , vel categorias Aristotelis. Non enim canonizaret Aristotelem, aut vesanum Porphyrium , sed nec te, si sic nobiscum diceres: sed veritatem inspiratam de reA posito creatoris. Deride † sic Apostolum Paulum , quòd voluit canonizare Epimenidem, cuius dictum sibi * sumit ad Titum: aut hemistichium * Callimachi,aut senarium * Menandri: aut apud Athenienses * Aratum. HIERONYMVS sic respondet magno senatori vrbis Romæ sic quærenti in epistola. Quòd † quæris in fine epistolæ , cur in opusculis nostris seculariū literarum interdum ponamus exempla,& candorem ecclesiæ Ethnicorum sordibus polluamus : Breuiter respōsum habeto : Nunquam hoc quæreres,nisi te totum Tullius posideret:si scripturas sanctas legeres,si interpretes earum, omissio * Vulcatio euolueres. Quis enim nesciat & in Moyse, ac prophetarum voluminibus quædam assumpta de gentilium libris ? & SalomonemB philosophis Tyri & proposuisse non nulla , & aliqua respondisse ? Vnde in exordio prouerbiorum commonet, vt intelligamus sermones prudentiæ , versutas verborum parabolas, dicta sapientum,& ænigmata, quæ propriè dialecticorum , & philosophorum sunt . Hæc Hieronymus. AVCTOR. Non hunc morem præterit scriptura , sed nec scripturæ sanctæ sequaces , quin ad ædificium diuinæ sapientiæ literas conferant seculariter sapientum. Non ꝙ eis indigeant,sed vt tuas,tuorumque calumnias sic deuitent. Quis sancto Dauid oblatis bonis plùs Deo complacuit,qui ei cecinit , Bonorum meorum non eges? Tu verò omniquaque insectaris fideles. Si assumpserint philosophos sibi in testes , statim calumniaris indigentiam , & canonizationem eorum expaues. Si eos omittant,positionem dicis esse mendacem, quia nulli vnquam philosopho complacebat. Cum tamen in substantia fidei philosophorum dicta plùs deficiant , quàm efficiant. Potiùs enim diC ceret medicus impossibile esse simpliciter cæcum natum videre , quàm Deum posse hoc facere. Potiusque naturalis diceret falsum esse vnum numero simplex trinū in personis , quàm verum.Quid refert, si noctua fulgorem solis dixerit esse falsum? Hucùsque ad cognoscendum verum humana sapientia non ascendit,disputante LACTANTIO diuinarum institutionum lib.2.cap.3. Falsum intelligere est quidem sapientiæ sed humanæ. Vltra hunc gradum procedi ab homine non potest. Verum autem scire,diuinæ sapientiæ est. Homo autem per scipsum peruenire ad hanc sapientiam non potest, nisi doceatur à Deo. Itaque philosophi , quod summum fuit humanæ sapientiæ assequuti sunt: vt intelligerent quid non sit. Illud assequi nequiuerunt,vt dicerent quid sit. Nota Ciceronis vox. Vtinam tam facilè vera inuenire possem, quam falsa conuincere. Hæc ille. AVCTOR. Noli ergo lugere mi Witeleff , quasi expectaueris uidere diem , quo articulus fidei indigeat declaratione Aristotelis,ut sit uerus:sed quo ,processus tuus contra fidei articulum appareat planè falsus.Prima † ratio Witeleff impugnans accidens sine subiecto est , quia forma substantialis corporea non potest per se subsistere: quia sic materia daretur informis:ipsi tamen subsistendi proprietas plùs conuenit : ergo multò magis nullum accidens per se subsistit. Pro solutione istius,philosophos tuos interroga.Primò qualiter forma substantialis corporea non per se subsistit:accidentalis forma potest.Nam ANICEBRON, ubi eum suprà recolui,ita dicit, tractatu secundo libro fontis uitæ. Non est(inquit) possibile,ut sit forma in actu sine materia, quæ subsistinet eam.Forma dico substantialis,non accidentalis : quia forma accidentalis potest separari à materia,quæ sustinet eam in actu,& formæ substantiales non possunt separari à materia,quæ sustinet eas , nisi intellectu componendo, & resoluendo.Hæc ille. AVCTOR, Quasi diceret:formæ accidentales possunt separari aliter,quàm per intellectum, scilicet, secundùm actum,sicut suprà sensit Plato. Formæ autem substantiales nisi secundum intellectū, aut quia materia non potest secundùm eum esse sine forma:sicut radius solis nō potest esse sine splendore,quia splendor non potest esse sine radio. Aut quia forma talis non est ens per se in genere: iō necessariò inest materiæ,ut per analogiam ad totum possit esse in prædicamento totius,uel sicut commune,aut sicut individuum. Si verò neutrū esset, nihil esset.Accidentia verò multa etiam separata habent rationem sui generis in nullo minus.Sed hoc non obstante, si diceret iste AnicebC bron formam accidentalem ex natura propria sic possibilem separari, suo periculo sic diceret nisi de potentia sua obedientiali fortè, qua cuncta obediunt creatori:& in se nihil habet repugnans,quale sibi restat priuilegium in materia uenerabilis sacramenti.Et quilibet 7.panum potuit esse plures.Secūdò item interroga tuos philosophos,si quod conclusisti pro inconuenienti, sit inconueniens apud eos,ſ. quod daretur materia informis.Consulo interroges antiquos philosophos & poetas quid tradiderūt Ouidio suo de Chao cum diceret.

Quem dixere chaos rudis indigestaque moles.
Nec quicquam nisi pondus iners.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucanus

Et inde item Lucanus in primo.

Antiquum repetens iterum chaos omnia mixtis.
Sidera sideribus concurrerent ignea pontum.

Aug. Ta. 6 & 9. in prī. cap.

AVGVSTINVS autem mentes eorum exponens, contra epistolam fundamenti. cap. 28. *sic ait. Nō inuenitur unde cuique naturæ, nisi ab oī bonorum auctore Deo tribuantur. Non sicut

*Non. n. sicut chaos describeremus, qūo ēt insinuare poetæ solēt. &c.

*chaos describere, vel quomodo insinuare etiā poetæ solent, informem quandam materiam sine specie, sine qualitate, sine mensuris, sine numero & pondere, sine ordine ac distinctione: cō fusum nescio quid, atque omnino expers omni qualitate. †Vnde illud, quod quidam doctores

*Vnde illud quidam doctores græci Poeton nocant.

OVTON Græcè uocant: terram tenebrarum insinuare conantur. Hæc Augustinus. AVCTOR. Vult dicere de mente esse istorum prædictum chaos materiam omnino informem sine forma quantuncunque confusa substantia uel qualitate absoluta vel respectiua, alioqui si conciperet ibi formam quantuncunque confusam, non diceret, nescio quid. Cùm ipse sic materiam concedit informem cōtra Manichæos in Genesim, in principio per processum. Tertiò item si non philosophos, saltem Theologos orthodoxos interroga, qua ratione cōcedant, quòd forma substantialis corporea potest sine contradictione seipsa subsistere sine subiecta materia. Alia ratio eius, quam ante eum centies vidit scriptam, sicut & præcedentem, est hæc. Quia propria ratio substantiæ est per se existere: Accidens autē existit in alio: Si ergo accidens per se existeret, accidens esset substantia. Satisfacit huic sanctus Thomas super quartum ex Auicenna in Metaphysica sua, probante, quòd hæc non sit substantiæ ratio: sed hæc, scilicet, est res habens quidditatem, cui debetur esse non in alio. Accidentis item definitio non est esse in subiecto: sed cui debetur esse in subiecto.

*Secunda ratio Witcleff probās Accidens non posse esse sine subiecto. D. Tho. 4. sent. d. 12. q. 1. ar. 1.

¶QVOD DETERMINATIO ACcidentis sine subiecto, est consona sanctis de millenario Christi. Cap. LXXVII.

SVMMA.

1 *Accidentis sine subiecto determinatio, quòd sit sanctis de millenario Christi consona, ostenditur. Et primò dicat de hoc Basilius.*
2 *Damascenus quomodo Basilij sententiam affirmet de accidente sine subiecto.*
3 *Lincolniensis quid de esse accidentis, & subiecti sentiret, & de possibilitate separationis eorum.*
4 *Augustinus quid de primæua luce sentiat, & an uelit idem cum Basilio fuisse, scilicet, accidens sine subiecto. Et plura de hoc ibi ex Gilberto,*

A *Dionysio Vercellensi. &c.*
5 *Sapientia, bona mentis qualitas, & primum donum, secundum quam mens contemplatur aterna, quòd quibusdam uideatur quandoque esse accidens sine subiecto. Et quid de hoc dicat Augustinus.*

SVFFICIT nobis in una summa, quod tot serenis philosophis non displicuit, imò placuit, philosophia accidentis sine subiecto suo. Et Aristoteles, & Porphyrius ad hoc pertinentius laborarunt: ita ut canonizationem eorum non insipienter metuas imminere. Iam de cætero Theologos adeamus, philosophorum scrutatione completa. Sanctus† enim & antiquus pater Basilius, doctor Græcus, in suo Hexaëmeron, homilia 6. dicit lucem primo die creatam, fuisse accidens sine subiecto, & sine sibi subiecta substantia qualitatem: disputans de luminaribus. 4. die creatis.

Basilius Tom. 1. huius operis a principio habetur.

B Quomodo (inquit) si lux antecesserat, quomodo nunc sol ad illuminationem dicitur constitutus? Sequitur. Quia tunc luminis natura est producta: nunc autem solarium corpus est effectū: quo super fertur illud primogenitum lumen. Et infrà. Nulli uideat incredibile quod diximus, aliud esse luminis splendorem, aliud subiectū lumini corpus. Primò, quia quæ composita sunt, in duas partes diuiduntur, scilicet, in materiam receptricem, & in eā, quæ sibi euenerit qualitatem. Sicut igitur aliud est naturalis candor, aliud quod candescit: sic illa, quæ dicta sunt, distare à se quidem natura videntur: sed creatoris virtute coniuncta sunt. Et non mihi dicas, impossibile est hęc ab alterutris separari. Neq; enim ego separationem luminis à solano corpore comprehensibilem mihi, tibiq; confirmo. Sed quia nobis opinatiōe sola diuisibilis existimatur, plānè nutu conditoris possunt hæc à natura sua seiungi. Denique nobis impossibile penitus est ardorem solis à splendore discernere: sed Deus volens famulum suum mirifica visione conuertere, sic apposuit rubo flammam, ut solam uim claritudinis, eius deposito ardore monstraret: sicut & psalmista testatur, dicens, Vox domini intercidentis flammam ignis. Hæc Basilius. AVCTOR. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio: ò lux de luce creatrix efficax huius subsistentis per se lucis primæuæ sensibilis, & finitæ: quia sic splendoris tui radios incidentes, huic sancto viro, & antiquo Basilio protexisti, ut in hoc tuo lumine, lumen videant homines iam mortales plus mille annis ab eo remoti: & ut in ea luce per fidem ambulent veri filii Israel, & Iudæ non carne circuncisi, sed corde: perfidi Witcleviste ejnali Pharaonis suas tenebras circumpalpent: & filijs

Exod.

Psal. 28.

lijs tuis hoc tantum inuideant, quòd soli lucem habitent eis inaccessibilem: quia sunt incredu-
li, & corde duri ad fatendum huiusmodi tua uirtute sine subiecto suo accidens posse fieri & manere. Eoque magis in sancto tuo uidetur prouidentia tua cunctis esse mirabilis, quia dum diebus suis adhuc in sacramento altaris de accidente sine subiecto nulla inter catholicos quæstio 2
uerseretur: tamen ut maiori authoritatis mole longè post exurgentes statim prolata, ipso flatu mortificaret hæreticos: sic eius præcordiis bene munitam, & fortem spiraſti dictare sententiam ut de essentia accidentis, de modo subiecti, de intellectu, de separatione eorum in actu, omnis quæstio solueretur: & omnis aduersariæ potestatis sorberetur obiectio. Supponat nunc Witcleff quotiens uelit accidens esse non aliud, sed ipsum subiectum suum sic se habens. Fidelis logicus, & diuinus Basilius dicit planè aliud esse splendorem, aliud subiectum lumini corpus. Et post. Distant quidem natura, sed sunt Dei uirtute coniuncta. Dicat Witcleff eandem entitatē, & præcisè eandem rem, substantiam, & accidēs suum. Magnus Basilius dicit eum falsè docere: quia tale compositum per accidens diuiditur in duas partes reales, scilicet, receptricem materiam, & qualitatem receptam. Et ut probat doctor solemnis, impossibile esset dare compositum per accidens diceret essentiam, & existentiam simpliciter distinctas à substantia. Doceat Witcleff, tradat discipulis suis hæreticis contra dictionem manifestam, hæc ab alterutris separari, nec Deum posse hoc facere, nec hoc hominē intelligere. Sed secretior Deo Basilius, & melior sine comparatione theologus, probat hoc Deo esse possibile pulcherrima ratione: quia necesse est vt concedamus, plùs posse Deum facere, quàm nos intelligere: sed nos opinione, & operatione mētis possumus abstrahere accidēs à subiecto: ergo & Deus à fortiori hoc potest facere. Confirmat argumentum, quia nos nescimus intelligere quomodo re ipsa ardor solis, vel ignis à splendore discernitur: & tamen hoc fecit Deus in rubo. Quanquam Basilius consideration illam abstractiuam ex parte nostri non tacuit: sed super addere volebat, quod plus erat, ꝙ ita posset esse re abstractum sicut apud nos mente. Quia nobis opinatione sola (inquit) diuisibilis existimatur: planè nutu conditoris possunt hæc natura seiungi. Patet igitur ex his quòd lux illa primæua potuit à Deo sine subiecto esse creata. Iam veniat glossa istius de suspensione considerationis subiecti, & audeat dicere, quòd Basilius voluit non lucem actu esse suspensam à subiecto, sed per considerationem eius tantùm. Et dicat cuius intellectus cōsideratio debuit fic

Deus plus potuit facere quàm nos intelligere.

Exod. 3.

A suspēdi: nūquid hominis, uel alicuius bestiæ: quādo tam nec homo creabatur, nec bestia? Aut cō sideratio angeli, siue Dei, & iam eis necesse fuit vti cōsideratione illa mathematica pro hac terna die tantū: & post hoc in quarta die, quando viderent lucis formā in materia, tūc considerare possent illā physicè sine culpa? Glossa ergo eius consideratoria solū fuit prouisa sacramēto altaris, nō accidentibus improuisis. Sed † vt sciāt si deles nō soli Basilio placuisse prędictā sentētiā,

DAMASCENVS itē doctor Græcus in. 2. sen tentiarū lib. ipsam affirmat. cap. 7. dicēs. In prin cipio quidem fecit Deus lumen: prima, scilicet, die pulchritudinē & ornamētū oīs visibilis creaturæ. Auser enim *lumen, & omnia in tenebris ignora manebunt: cū propriū nō possunt demō strare decorē. Sequitur. Igitur in tribus quidem diebus refuso & contracto lumine: diuino præcepto & dies & nox siebat. Quarta verò die fecit Deus luminare magnum. i. solem in principatū & potestatem diei. Et infrà. Luminaribus igitur his præuiū creatū lumen cōditor imposuit: non ut deficiens alīn lumine, sed ut non uacuū illud maneret lumen. * Luminare enim est, non ipsū lumē, sed luminis receptaculum. Hæc ille. AVCTOR. Nē autem circa expositionem istorum dentur erroneæ glossæ: certè doctores magni citeriores eos conuenire dicunt in accidente sine subiecto. Vnde & in libro quodā de studio magni Lincolniensis, quem uidit inter Minores Oxoniarum, habebat notatum in margine de manu magni Lincolniēsis. Nota† quòd diuidi possunt accidentia à subiecto, & lux à calore cū longo tractu: & in fine eius stellam signatā. Vnde & idē LINCOLNIENSIS in sua exposi tione super Genesim, textu, Fiant luminaria, cū ętam eorum mentem exponens, & recitans de esse accidentis & subiecti, & de possibilitate separationis cum alijs, dicit sic. Credunt Augustinus & Hieronymus, ꝙ luces stellarum, & ipsa corpora lucida unius creationis sunt. Basilius autem: & Ioānes Damascenus, ꝙ diuersarum sunt creationum: quia luces sunt primæ diei creationes secundum ipsos, & luminaria quartæ diei. Et dicunt, ꝙ corpora talia non sunt nisi uehicula primæ lucis creatæ eis postmodum impressæ. Et dicit Ioānes Damascenus, ꝙ lux, & sol sic differunt ut ignis & lucerna. Hoc autem ideo factū est, nè primum lumen uacans remaneret: & ad ostendendū hoc nō esse impossibile, nititur Basilius. Videmus, n. quædā corpora nūc lucētia, nūc āt luce priuata. Igitur aliud lux, & aliud subiectū & hoc siue accidēs, siue non. Et dicit, ꝙ quæcūq; est mente diuidere, multò fortiùs potest Deus actu diuidere. Item ꝙ lux & calor aliquando actu diuiduntur, ſcut in rubo: igitur multo fortius

Damascen. 2. de fide ortho. Gen 1.

*lucem

*lucem

* luminare. n. non est ipsum lucis receptaculum.

Lincoluiē.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius lux & lucis subiectum. Psal. Vox domini in A
tercidentis flammam ignis. Item fiet hæc eadem
lucis & caloris diuisio in fine mundi: quia calor
erit apud inferos sine luce. In superioribus autē
lux sine corrumpente calore. Hæc Grostet Lin-
colniensis. AVCTOR. Iam audistis Lincol-
niensem exponentem mentes prædictorum do-
ctorum de accidente lucis posibilis sine subie-
4 cto. Et ‡hoc (inquit) sine accidens, sine non. Nec
concipiat aliquis fidelis Lincolniensem dicere
Augustinum & Hieronymum aduersari Basilio
& Damasceno in hoc, quoniam prima lux fuit
per se subsistens: sed in hoc, ꝙ hæc ipsa primæua
lux foret impressa luminaribus die quarta. Nam
studiosis lectoribus videtur Augustinum senti-
re hoc idem cum eis de substantia primæ lucis.
Vnde. 22. lib. contra Faustum in principio, mul
tùm solicite inquirens discutit AVGVSTI-
NVS. Quarto (inquit) die fecit Deus ista consp
cua cœli luminaria: quæ rursus vtrum cum sua
luce simul facta sint, an ex illa, quæ iā facta erat, B
quodammodo accensa sint, similiter quæritur.
Quæ licet sanè lux facta sit, quando cum essent
tenebræ super abyssum, dixit Deus, Fiat lux: crea
tam tamen lucem a creatrice luce factam esse
non dubitat, quisquis sanctas literas piè legēdo,
sit dignus, qui intelligat. Hæc ille. AVCTOR.
Hanc autē inquisitionem de primæua luce, quā
ibi statim non terminat, in lib. eodem bene in-
teriecto sermone cōcludit. Ecce (inquiens) ostē
di quantum potui, nos non colere diuersatum
in *æternitate in tenebris Deum, sed eum, qui
lux est, tenebræ in eo non sunt vllæ, atque in seip
so habitat lucem inaccesibilem, cuius lucis æter
næ candor est, coæterna sapientia. Nec lucis ino
pinatæ admiratorem, sed lucis factæ creatorem
vt subsisteret, approbatorem vt maneret. Hæc
ille. AVCTOR. Ex hoc verbo Augustini, lu-
cis factæ creatorem vt subsisteret, videtur cum
velle cum Basilio, lucem illam. s. primam quali-
tatem, accepisse à Deo proprietatem per se sub
sistendi: quam dicit propriam esse substantiæ: si
non excedat per miraculum. 7. de trinitate. ca. 8.
vbi dicit. Omnis res ad seipsum subsistit, quāto
magis Deus? si tamen dignum est, ut Deus dica-
tur subsistere. De his enim rebus rectè intelligi-
gitur, in quibus subiectis sunt ea, quæ in aliquo
subiecto esse dicuntur: sicut color, aut forma in
corpore. Corpus enim subsistit, & ideo substan
tia est. Illa verò, quæ in subsistente, atq; in subie-
cto corpore, non substantiæ sunt, sed in substan
tia. Et ideo si esse desinat vel ille color, vel illa
forma non admit corpori corpus esse, quia nō
hoc est ei esse, quod illam, vel illam formam co
loremve retinere. Hæc ille. Avct. Hanc ergo lo
gicam de subsistentia cum Augustinus haberet

Psal. 28.

Grostet Lin-
colniensis.

Aug. To. 6.
ca. x.

Gen. 1.
Idem
*uersatū
*ex æter
no.
1. Io. 1.
1. Tim. 6.
Sap. 7.

Idem
To. 3

semper ad manus, non est uerisimile, ꝙ totiens
æquiuocaret de luce, utens abstracto pro concre
to, id est, luce, pro lucido, nisi aliquando detege
ret semetipsum. Vñ & doctor GILBERTVS
in libro altercationum Christiani, cum gentili,
diù disputans metro elegiaco, hexametro & pen
tametro quid fuit lux primo die creata, & vtrū
subiectabatur in aliquo corpore, & demum par
uipendens illam positionem eò ꝙ scriptura nō
memorat præter solam lucem corpus tale pro-
ductum, demum concludit cōsonanter Basilio,
in terminis Augustini.

Illam dicemus per se subsistere lucem, Gilbert.
Donec ducatur certior inde locus.

Hæc ille. AVCT. Et cum suprà dixit Augustin.
Deum approbatorem illius lucis vt maneret, pa
tet eum intendere eam fuisse impressam corpo-
ri solari secundùm se, non in nubecula, vt quidā
somniant sine fundo: sed secundum se: nè iam se
cundum eius subiectum fieret otiosum, cum sa-
tis subiectatur in vno: maximè cum eius vicibus
alternatis, fiat dies causaliter, iam sicut olim an-
te solem, Vnde super psal. 16. versus finem AV-
GVSTINVS. Vide opera Dei: fecit Deus lu-
cem, & diuisit Deus inter lucem & tenebras: lu-
cem uocauit diem, & tenebras vocauit noctem.
Non dictum est: benedixit lucem. Etenim eadē
lux redit, & alternat diebus ac noctibus. Hæc il-
le. AVCTOR. Ecce eadem lux redit, quæ pri
mo diuisit inter lucem & tenebras: non ergo u
quequaque euanuit. Sed iam vehente sole eadē
redit, & alternāt diebus ac noctibus. Et sic vide
tur tenere secūdam partem diuisionis prædictæ,
quòd luminaria cæli ex prima luce sint accensa
quæ primò fuit per se subsistens forma. Sufficie-
re ergo debet viro fideli tam antiqua traditio
sanctorum Græcorum, quos non frustra sequ
Augustinus: quia vidit, ꝙ à primordiis fidei pe-
nè peruenit ad eos determinatio prædicta de lu
ce. Vnde sanctus doctor DIONYSIVS vide- Dionys.
C batur hoc eis de luce solis tradidisse, libro de
diuinis nominibus, cap. 4. dicens. Ad generatio-
nem sensibilium corporum committitur, & ad
vitam eam mouet, & nutrit, & crescere facit, &
perficit, & purgat, & renouat, & mensura est, &
numerus horarum, dierum, & omnis erga nos tē
poris lux. Ipsa enim est lux si & tunc infigurata
erat, quando diuinus dixit Moyses: & illā ipsam
statuit nobis dierū trinitatem. Hæc ille. AVCT.
Vult Dionysius, ꝙ lux solis est hic causa genera
tionis rerum sensibilium, & vitæ, & motus, & nu
tritionis & augmentationis: & mensurat nobis,
& numerat dies, & horas, & cæteras differentias
tēporum. Et hæc ipsa est (inquit) illa prima lux,
quæ causauit primum triduum: quanuis tūc fuit
informis. Vnde & VERCELLEN. ibidem. Vercellen.

Ipse

Aug. Tol.

Ipse sol formatus est quarta die de illa luce ad A
huc non perfecta, quæ secundum Moysen distin
xit primum triduum in initio mundi. Hæc ille.
AVCTOR. Ecce sol formatus est qualitatiuè
de illa luce primæua adhuc non perfecta, sed in-
formi, quia indeterminata, & confusa. Quæ si
infuerat alicui subiecto pro illo triduo, ergo in
quarto die cùm informaret solem, migrasset de
subiecto in subiectum, quod non est minus incō
ueniens apud philosophos, q̄ accidens absolutū
per se subsistere. Si vero tota lux illa cum deno
minato subiecto foret impressa soli iam facto,
superflueret corpus solis, quia primū subiectū
sufficit cum luce sua ad influentiam vniuersi, &
ad integritatē regiæ cæli septemplicis. Nec pōt
glossa illa Trutēnica iuuare, ꝙ accipitur ibi ab-
stractum pro concreto, lux pro lucido: sicut so-
let Aristo. exemplificari quandoq; & hoc pp ex
positionem doctorum sequentium Basilij, Da-
masceni, & aliorum: qui planè dicunt ibi quali-
tatē fuisse lucem illā sine subiecto. Ipsa. n. eorū B
assertio sufficienter declarat, quid Dionysius in
tendebat. Item tunc propositio Dionysij foret,
ꝙ sol factus est de primo lucido, & sic de mate-
ria præiacente: quod est cōtra naturam corporis
simplicis supracęlestis. Ita videtur, ꝙ omnes isti
doctores in hoc conueniunt, ꝙ lux illa olim ac
5 cidens fuerit, carens suo subiecto. Preter ‡ista
quibusdā viris conspicui intellectus videtur, sa-
pientiam quæ est bona qualitas mētis, & primū
donum, ℈m quam mens contemplatur æterna,
quandoq; esse sine subiecto, secundū sententiā
AVGVSTI. 7. de trinitate *cap. 3. vbi. Qūm (in-
quit) quæcunque anima participatione sapien-
tiæ fit sapiens, si rursus desipiat, manet tñ in se
sapientia: nec cum fuerit anima in stultitiam cō
mutata: illa mutatur. Non ita est in eo, qui ex ea
fit sapiens, quemadmodum candor in corpore,
quod ex illo cādidum est. Cùm. n. corpus in aliū
colorem fuerit commutatum, non manebit can
dor ille, atq; omnino esse desinet. Hæc Augusti. C
AVCT. Ecce si anima priùs sapiens rursus de-
sipiat, sapientia manet in se, nec mutatur anima
ꝓmutata, non quidē tunc manet in anima, cū ly,
se, sit pronomen reciprocum, & det intelligere
ipsam sapiētiam in se manentem nè mutetur ad
mutationem subiecti, secundū illud, Motis no-
bis, mouentur omnia, quæ in nobis sunt. Ergo
re ipsa à subiecto mentis absoluitur ut in se ma-
neat, nec mutetur. Posset autem aliquis capere
fugam ad sapientiam creatricem, cuius partici-
patione anima fit sapiens: ꝙ illa in se manet, q̄-
uis mens desipiat. Sed obuiat differentia, quam
assignat inter illam sapientiam, & candorem:
quia nisi turpiter æquiuocetur, alius item dice-
ret candorem increatum ita manere, sicut & sa-

Sapientia
duum Sp.
2. quando-
que est sine
subiecto.
Aug. To. 3
*cap. 5

pientiam increatam. De quo sapiens. Candor Sap. 7.
est lucis æternæ, & speculum sine macula. Non
ergo benè diuideret Augustinus dicens sapien-
tiam in se manere mutato subiecto. Candorem
autem omninò desinere esse, subiecto in alium
colorem mutato: quia sic manet in se candor
creator, sicut & creatrix sapientia. Item posset
dici sapientiam manere in habitu, quāuis super-
ueniret contingenter actus oppositus, quia ha-
bituata iustitia, non statim corrumpitur in aduē
tu contrariæ dispositionis: nisi ꝙ a Augustini sen
tentia vniuersaliter enuntiatur, Quęcunque ani
ma participatione sapiētiæ fit sapiens, si rursus
desi, iat, manet tamen in se sapientia: ergo si de-
sipientia ipsa tātum sit affectata, vt fiat habitus,
adhuc manebit in se sapientia: quod esset impos
sibile in eodem simplici & impertito subiecto,
propter denominationes cōtrarias: quia interea
eadem mens indiuisa simpliciter secundū se to-
tam, esset sapiens & desipiens: secundùm idem,
continens, & lasciua. Si verò dicitur, ꝙ sapientia
manet in genere suo, uel essentia & principijs
quidditatiuis, quāuis non existenter: sicut & ro-
sa nulla existente rosa manet tamen semper: in-
sistet orthodoxus philosophus, quærēs quomo
do manet immutata, si substantia uel accidens,
si creata uel increata, dum totam sufficientiam
eius ad ista duo reduxerit AVGVST. in eodem
lib. *cap. 5. Cur (inquiens) in scripturis nusquā *Aug. To. 2
ferè de sapientia quicquam dicitur, nisi ut ofter *cap. 3.
datur à Deo genita, uel creata. Genita. s. per quā
facta sunt omnia. Creata verò, uel facta, sicut in
hominibus, cum ad eam, quæ non creata & fa-
cta, sed genita est, conuertuntur, & illustrantur.
In ipsis enim fit aliquid, quod uocetur ipsorum
sapientia. Hæc ille. AVCTOR. Omnis ergo sa
pientia hominum in hominibus est: sapientia
creata per participationem à sapientia genita
increata. Et ualet argumentum, ergo non est
sapientia ipsa per essentiam: quia aliud est sa-
pientem esse per essentiam, aliud per participa-
tionem. Mihi tamen uidetur modus loquendi
Augustini, quòd sapientia manet alicubi, uel in
genere, uel transcendenter in suo analogo, quan
uis anima aliqua sapientiam ipsam amittat: sicut
etiam loquitur in homilia. 39. super Ioannem di
cens. Pius plùs est, an ipsa pietas? plùs est pietas, Idem
quàm pius. Pius enim à pietate, non pietas à To. 9
pio. Sed si ille, ꝙ pius erat, factus est impius, ipse
perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Sequi-
tur in fine. Hac data similitudine, fratres intel-
ligite, quia si pia est anima, est pietas
apud Deum, cuius sit particeps ani-
ma. Si est casta anima, est casti
tas apud Deum, cuius est
particeps anima.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶DE QVIDDITATE, ET ESSENtia accidentis, & quomodo Witcleff renouat in hoc errorem Parmenidis, & Anaxagoræ. Cap. LXXVIII.

SVMMA.

1 *Quæstiones de Eucharistia omnes difficiles quòd in tres resoluantur. Et quæ sint.*
2 *Witcleff quomodo in materia de accidente, Parmenidis, & Anaxagoræ errores sequatur.*
3 *Substantiam dicere esse accidens, quàm sit absona positio, ostenditur.*
4 *Accidens, quòd debeat intelligi res, aut entitas alia à substantia, quasi esset substantiæ indumentum, probatur contra Witcleff.*
5 *Philosophis orthodoxis quòd Witcleff positio de accidente non placuerit, demonstratur.*

NVne palam fidē docuimus de hoc sensibili sacramento, quomodo non sit illa hostia consecrata, quam in natura sua præsentem sacramento uisibili adoramus, veneramur, & colimus, quam post consecrationem quintuplici benedictione signamus, hostiam sanctam, hostiam puram, hostiam immaculatam, panem sanctum uitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Quæ duo vltima conuincunt hæreticos, nullum furfureum panē ibi dici hostiam sic signatā: sed est benè uisibilis quę dam forma continens in se substantiam carnis Christi uerè hostiam consecratam. Witcleff instat scire, quid est illa visibilis forma: nunquid accidens sine subiecto? Et ego ex parte ecclesiæ instanter interrogo, quid est corpus Christi in se, ut est in sacramento: nunquid tenuis habitudo? Ipse improperat catholicis panem ibi fieri vilissimum accidens, aut nihil, & adhuc nos nescire in quo genere accidentis. Sed mentitur vbilibet. Ego filius ecclesiæ impono ipsi quod dicit: quia facit ibi corpus Christi pulchram & cælestem substantiam, esse tantùm vnum respectum: & ne scit determinatè cuius generis respectiuorum, nisi quòd quodam loco secreto posuit illum de vltimo genere, appellans illam figuram Christi corporis tegumentum. Magnam item putāt nos irrogare iniuriam sacramento visibilis panis, dicens, quòd conuertimus tàm notandam substantiam in aliquid peius veneno, quia in accidens sine subiecto. Ego uerò stens dico, inimicum illū crucis Christi, & (quod plùs est) corporis Christi intolerabiliter maius Christo prouidisse tormentum, quia purissimam eius carnem de virgine sumptam, quam angeli delectātur inspicere, vltra accidens pessimum absolutum, redigit in infinitum respectum, cùm tamen prima relatio, secundùm philosophos, sit minimæ entitatis. Hæc autem habitio figuralis sexto gradu generali sibi supposita, deterior est ea sexies in infinitum. Hoc autem si sit in genere habitus (vt ipse ibi innuit) saltem omnino cùm non sit de quarta specie qualitatis, quia non est accidens absolutum, nihil erit, nisi quidam respectus conformitatis, uel habitus ad signatum, inuisibilis, insensibilis, & respectus rationis, qui de ratione suæ speciei non exigit alterum extremum in natura, sicut nec idolum Belis, vel Adonidis: & inter alios respectus figurales similior idolo: sicut & ipse sæpe comparat figuram illam imagini crucifixi. Heu sic mutatam gloriam carnis Christi in tantillum respectum idoli? Hoc est, quod lamētans Hieremias dicit in persona Christi, Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Planè mutatio peior, quàm illorum, qui mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum: quantò respectus vltimæ rationis est vitulo, vel fœno, imò colore fœni deterior. Si saltem ipse bene comparauit accidens absolutum hostiæ ad venenum. Sed † in hoc negotio sacramenti penè cunctæ quæstiones difficiles resoluuntur in tres: de pane sensibili, de corpore Christi, de essentia accidentis. Et inquirentibus de alterutris, istæ perplexæ se ingerunt, quia ponens ibi panem verum, excludit carnis naturā, ut Berengarius, & Witcleff panitans. Non hic commemoro quorum doctrina modò paret fideles ecōtrariò cognoscentes gratuitum Christi donum eligunt potiùs naturam hinc panis absentare, quàm corporis. Quo retento, supereſt quærere de forma illa, quæ apparet: non enim fallit Christus quenquàm in fidei sacramētis nec illudit sensus humanos. Si sint in subiecto, & cū non in pane, in quo? Si extra subiectum, quomodo contra naturam suspenduntur nè insint? Et si hoc contra naturam quantum, uel quia inhærentia accidentis est de per se ratione eius secundò, vel primò. Et hìc ingerit sese Witcleff, dicens: Accidens non tantùm ineſſe, sed esse subiectum. Et per hoc, quàm impossibile est idē esse simul & non esse: tam est impossibile accidens permanere sublato subiecto, vt tractatu suo de incarnatione uerbi. cap. 4. Albedo, (inquit,) cum sit substantiam esse albam, non potest esse sine subiecto. Et de sermone domini in monte. ca. 4. 1. Non est accidens nisi modus accidentalis substātiæ. Et de Eucharistia. cap. 7. Nulla qualitas est, nisi substantiam esse qualem, nec aliqua forma est, nisi illa, quæ est substantiam esse formatam, vel formosam. Ideò idem est ponere, quòd qualitas sit per se sine substantia: & ponere, quòd sit ita quòd substantia sit qualis, sine hoc, quòd sit substantia. & sic includit formalem, cōtradictio nem,

Witcleff — *Philip. 2.* — *Prima relatio est minimæ entitatis.*

nem, q̄ sit accidens sine substātia subiecta. Hęc Witcleff. AVCT. Ecce iam habetis originem protervitæ eius in materia sacræ Eucharistiæ. Ex quo enim inuenit sibi errorem istum in philosophia de esse accidentis: & in tractatu de fide noluit obedire: quo contrà signanter Apostolus intulit, Destruenda est omnis altitudo extollens se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigendus omnis intellectus in obsequium Christi: non quidem eum statim damno, quia humanum colligit errorem, sed quia altitudinem suā extulit contra Dei scientiam, nec in eius obsequium redigēre uoluit intellectum. Vnde & lib. 2. de baptismo * contra Donatistas. c. 6. AVGVST. Homines (inquit) sumus. Vnde aliqd aliter sapere, quàm res se habet, humana tentatio est. Nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus usque ad præscindendæ cōionis, & condendi schismatis, uel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo autem aliter sapere, quàm res se habet, angelica perfectio est. Quia itaq; cùm homines simus non habemus perfectionem Angeli, non habeamus præsumptionem diaboli. Ideo dicit Apostolus, Tentatio uos non apprehēdat, nisi humana. Hæc ille. AVCT. Mirabilem philosophiam istam, & contra spem multorum modernorum adinuenit Witcleff in materia accidentis. Idcirco loquetur ipse suam sententiā. Non † æquiuocando (inquit) de accidente qualiter substantia, & ois creatura est accidens Deo, sed accipiēdo famosè ut est analogicè distinctū contra substantiam, & sic cōis nouē generibus: sic de accidente dicemus. Sic enim ponit substātiam re & essentia esse accidens, & econtrariò. Vnde in summa c. de quidditate esse & essentiæ in prædicamento substantiæ. Tota (inquit) entitas accidentis est suum subiectum specialiter, si nullum accidens ponit rē, quæ posset per se existere vltra suum subiectum, sed solùm modum subiect: quod ego credo uerum. Ego autem credo, q̄ quanuis nouem sunt genera entium distincta à se inuicem, & à substantia, omnis tamē res est substantia, cùm accidentia non sint nisi modi substantiarum, siue sint qualitates, siue quantitates Hæc Witcleff. AVCTOR. Ecce accidens re, & effĕctia est substantia sua se subiectās, & ab illa sola modalitate distinctum. Qualiter secundùm multos par & impar reperiuntur in numeris, & gradus intensi & remissi sunt modi tantummodò qualitatum. Vnde omnis res (inquit) est substantia. Iam detexit in hoc uerbo suum authorem. Parmenides enim hanc positionem inuenit, quem Aristoteles reprobat primo Physicorum: quia posuit omnia esse vnum. Et cùm quæreretur ab eo: quod vnum? substantia, an accidens? Dixit q̄ una substantia, intendens secundùm expositores substantiam generalem. Et ibi tantùm uitabat multitudinem, q̄ Lycophron sequax eius uitauit dicere hominē esse album, eo quòd hoc verbum est, intelligitur copulare inter duo. ideò non concesſit, homo est albus, sed albatur. nec homo est currens, sed hominem currentem. Et Witcleff concedit cursum hominis esse hominem currētem: nec aliquam rem, uel entitatem plùs homine. Et isti Philosophi facti sunt tam grossi, ut adhuc illorum tempore non fuerit inuentum, q̄ subiecto eadem possint esse quidditate diuersa. Sed quia viderunt substantiam hominis, & scientiā eius non separata in re & subiecto, ideò putabāt ea indistincta quidditatiua ratione, & essentia. Et eidem errori in substantia (quanuis in modo ponendi & loquendi discrepat) conuenit author iste. Non enim aliquod ens est (iuxta eum) nisi substantia. Vnde in summa. cap. 2. de numero prædicamentorum in fine. Notandum (inquit) q̄ omne prædicamentum dicit substantiam: & vt credo, nō est aliqua res nisi substantia, sed alia entia sunt habitudines, respectus, dispositiones, uel modi accidentales, inexistentes substantijs. Hæc Witcleff. AVCTOR. Alius Auctor uetus istius erroris erat Anaxagoras, quem Aristoteles, & cōmentator eius commento. 39. primi Physicorum dixerunt insensatum: quia non distinxit accidentia à subſtātijs & corporibus, sed cùm aliquid * sit album, dixit hoc fieri per abstractionem albedinis priùs commixtæ. Et hos recitat Auicenna. 3. Metaphisicæ inter ponentes colorem, & lucem, & cæteras qualitates sensibiles esse substantias commixtas corporis. Ecce hos principes & magistros sequitur Witcleff in materia de quidditate accidentis. Sic eum intelligo, quantùm sine maleuolentia (Deus nouit) mihi datur sentire de eo. Si quis aliter sentiat, non mihi displicet, si poterit eum reddere meliorem, dum tamen pios lectores in fauorem tantùm non ducat hæretici, vt matrem ecclesiam detestentur. Propter † quos restat dicere, quòd absona fuit ista positio, quòd substantia est accidens, sicut ipse concedit re & essentia, philosophis magnis & præcipuis: & nedum eis, sed omnino magnis theologis transijt in derisum. Nam post Platonem, Aristotelem, & commentatorem eius, qui omnes planè concedunt accidenti maximè absoluto essentiam omnino remotam à quidditate substantiæ, quanuis indistincte subiecto: supereſt Auicenna, qui propter hoc in Metaphysica sua determinat, quòd equinitas est tantùm equinitas, sic albedo, albedo tantùm, non substautia. Item in prædicamentis Simplicius dicit, quòd præ-

Witcleff 2 — *Witcleff* — *Parmenides* — *destit.* — *Auicenna.* — *Simplicius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicamentorum essentiæ sunt impermixtæ. Hoc magis ꝫ istum, qui non idem omnino ponit, qd ditatem rei & eius essentiam: quasi quidditas nō foret tota rei essentia. Item ALGAZEL in sua Metaphysica, tractatu primo, cap. 5. Accidens (inquit) absolutè est hoc ipsum respectu noAlgazel uem prædicamentorum, & conuenit eis: quare unumquodque eorum habet in se essentiam suā qua est quod est. Iste philosophus, sicut & prædicti, idem habet, essentiam accidentis, & quidditatem accidentis completam, qua est quod est: & hanc essentiam habet unumquodque eorum in se: ergo substantia, quæ est genus extraneum istis nouem, non ingreditur eorum essentias: sed ista nouem segregantur ab ea sicut distinctæ essentiæ: & infra te intrinsecè definitæ. & hoc tenent moderni subtiles. Et ratio est, quia quæ sunt primò diuersa, non includūt se mutuò. Substantia autem & accidens sunt primò diuersa, & diuidunt ens. Item accidēs purè intellectū præscindit substantiam tanꝙ naturam disparē: ergo non includit eam in abstracto conceptu: Confirmatur per hoc: quod accidens respectiuum excludit conceptum accidentis absoluti, & una species subalterna eiusdem generis aliam: multo magis substantiam, quæ magis distat in analogo. Item commento. 25. primi Physicorum. Album significat albedinem, & recipiens albedinem: & definitio albi est alia à definitione recipiens albedinem: & differt ab ea definitione, non tamen in esse. Item commento. 28. dicit, ꝙ accidentia inseparabilia includunt subiectum in definitione, non autem separabilia: non ergo omne accidens includit subiectum suum per essentiam & quidditatem. Et quanuis includit omnino respectum ad subiectum, non tamen includit illum quidditatiuè: sicut omnis creatura dicit necessarium respectum ad Deum creantem, & conseruantem, non tamen Deus est quidditatiuè essentia creaturæ. Magna item ratio est: quia tunc esset circulatio in causis essentialibus: & idem definiretur per se, quia subiectum sic se habens est albedo definitiuè: & albedo causat subiectum sic se habere: Ideo etiam antiquiores philosophi theologizantes descripserunt accidens potissimè absolutum quasi receptum, & subiectum quasi receptaculum: & hæc ipsa distare sicut aliud, & aliud in natura. Vnde CANDIDVS ARIANVS in libro de generatione diuina ad Victorinum Rhetorem, qui incipit, Omnis generatio ò mi dulcis senectus. Videamus (inquit) num fortè substantia, num substantialitas antequam Deus fuit, fuerit: num existentia, num existentialitas. Sed enim substantia magis subiectum cùm sit, alteri subiectū ei, qđ in ipso est, & ut alterum est ab eo, qđ in ipso est. At uero aliud, & aliud non recipitur circa Deum: non.n. in alio, ut aliud est, cùm est Deus, non.n. aliud Deus, aliud Deum esse, simplex.n. quiddam Deus. Non ergo præexistente substantia ingenitus est Deus. Magis.n. præstat Deus substantiam, quàm præextitit substantia ante Deum, quæ est subiectum, & alterius ut aliud, & ut receptaculum effectum, illo scilicet potiore, cuius receptaculum est: & ideirco posterius adnata. Hæc ille. AVCT. Iste philosophus, quanuis hæreticus, concludit non esse in Deo substantiam generationis diuinæ susceptiuam ante Deum filium, quia tunc esset subiectum alterius vt aliud est: quod non conuenit simplicitati diuinæ. ubi non est aliud & aliud, putà diuersitas essentiarum: quod omnino requiritur inter subiectum & accidens, sicut inter receptaculum, & receptum: sed alius, & alius. Vnde SEDVLIVS.

Nō quia qui summus pater est, & filius hic est, Sedulius. Sed quia quod sumus pater est, & filius hoc est.

Iterum autem VICTOR. catholicus, & magistet sancti Hieronymi (ut ipse scribit) in Rhetorica, qui & Isagogas Porphyrij de Græco transtulit in Latinum, secundum Isidorum: ca. de eisdē in Etymologijs: & per hoc conceptui eius censendus esse uicinior, eidem Candido rescribēs, & admittens totum, quod dixit de substantia, ut de subiecto accidentis, tantùm remouit considerationem a generatione diuina, in libro ad eundem, qui incipit, Magnam tuam intelligentiam ò generosè Candide. ubi dicit, De generatione igitur manifestum, quia filius Dei est: & ꝙ homousion substantia eius in maiestate, in propria* significantia intellecta secundùm esse existentiæ substantia. Hæc ille. AVCT. Hæc adduco, ut pateat putridum illum errorem Melissi & Parmenidis omnino à senioribus philosophis derelictum, & iam conceptum esse, ꝙ uero ꝙ accidens omnino habeat aliam realitatē ab entitate substantiæ, ita ut substantia sit receptaculum accidentis. Et quia Witcleff deridendo intulit in trialogo, ꝙ accidēs nō debet sic intelligi, res, aut entitas alia a substantia, quasi esset substantiæ indumentū: probatur itē hoc ex scripturis, Christo dicente Matt. 6. Cōsiderate lilia agri. Sequitur. Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum illorum. Vbi RABA. Ipse color (inquit) dicitur operimentum florum, sicut dicimus, operuit eum uitor. Hęc ille. AVCT. Et post. Si autem fœnum agri sic Deus uestit: color ergo est operimentum substantiæ lilij, & uestis fœni. Vnde Homilia 16. imperfecti CHRISOSTO. Considerate lilia,

lia agri, quomodo in tempore opportuno crescunt, tempore statuto formantur in frōdibus, uestiuntur candore, implentur odoribus. Hæc ille. AVCT. Sed ꝙ istis illi dimissis, ponderā dum æstimo, quomodo philosophis orthodoxis positio ista non placuit. Vnde libro suo de Hebdomadibus arguit contra eam fidelis BOETIVS. Ponatur (inquit) una, eademque substātia bona esse, alba, grauis, rotunda, tunc aliud esset ipsa eius substantia, aliud eius rotunditas, aliud color, aliud bonitas. Nam si hæc singula idem essent, quod ipsa substantia, idē esset grauitas quod color: & color quod bonum: & bonū quod grauitas: quod fieri natura non sinit. Hæc ille. AVCTOR. Iste ecce magnus & fidelis Philosophus nescisit intelligere substantiam & accidentia habere communem essentiam, quin utriusque sequeretur confusio. Item idem Boetius super prædicamentalibus ca. ad aliquid. Si substantiæ, inquit, sunt relationes, ergo substantiæ numerantur inter accidentia, cuius contrarium est (inquit) quia. n. substantia in subiecto nō est, accidens autem est in subiecto: idē erit in subiecto, & non in subiecto. Item ibi arguit, caput non posse dici essentialiter relatiuè, quia tūc substātia esset relatio, & per consequens accidens, qđ est impossibile. Item Isidorus li. 2. c. de categorijs. Substantia autem dicitur ab eo, ꝙ omnis res ad seipsam subsistit. Corpus. n. subsistit, & ideo substantia est. Illa uero accidentia, quæ in subsistēte, atque in subiecto sunt, substātiæ non sunt: quia non subsistunt, sed mutantur, sicut color, uel forma. Hæc ille. AVCT. Cur item non mouet istum, quod ARIST. dicit 7. Metaphy. textu commenti 20. ꝙ homo albus ē aliud & quid est hominis albi per essentiam, est aliud: qm̄ si fuerint idem, tunc essentia hominis, & hominis albi erunt idem? Numquid hoc est dicere aliam essentiam hominis, aliam essentiam qualitatis suæ. i. albedinis, ita ꝙ qualitas illā nullo modo est essentia hominis siue corporis? Et hāc metaphysicam sustinet AVG. 7. de trinitate* c. Candor (inquiens) corporis non est essentia: qm̄ ipsum corpus essentia est, & illa eius qualitas: unde & ab ea dicitur candidum corpus: cui nō hoc est esse, quod candidum esse. Aliud enim ibi forma, & aliud color, & utrunque nō in seipso, sed in aliqua mole, quæ moles, nec color est, sed forma, atque colorata. Hæc Augustinus. AVCT. Item antiquus pater Græcus Gregorius Nissenus libro de conditione hominis. cap. 24. Multa, inquit, de eodem subiecto cogitationis discretione perpendimus, quorum singula, quæ simul inspecta sunt, sine permixtione aliqua ratione ordinentur. Alia nanque coloris est ratio, & alia ponderis. Quantitatis alia item, & qualitatis alia: & alia nihilominus tactus. Nam mollities, & bipedale, & reliqua, quæ dicta sunt, neque sibi inuicē, neque corpori ulla similitudinis ratione consentiant. Singulis. n. propria quædam ratio interpres adiuncta est, nulla earum, quæ in subiecto suo cernuntur, qualitati communicans. Sequitur. Sicut. n. corpus non est color, aut figura, aut distantia, aut pondus, uel reliqua proprietatum cuicunque adsunt: & horum singula, sicuti diximus, corpus esse non possunt: sed aliud quid præter corpus inxta suam proprietatem esse monstrantur ita econtrario, ubicunque memorata concurrunt, substantiam perficiunt corporalē. Hæc Gregorius. AVCT. Subtilis iste Metaphysicus concludit necessariò aliam definitionē esse qualitatis, aliam quantitatis: & per hoc istas essentias non misceri: ergo magis non esse corpus subiectum, quia magis conueniunt accidentia diuersorum generum inter se, quam cum subiecta substantia, quia in analogo accidentis. Ergo si quantitas alia est à qualitate, & ad aliquid tam definitione, quàm essentia, singulum eorum est aliud quid, id est, aliud in natura à subiecto corpore. Sicut (inquit) corpus nō est color, aut figura, sic singula corpus esse nō possunt. Et hoc idem intēdebat Boetius suprà deducere. Si singula idem essent, quod ipsa substantia, idem esset grauitas quod color: quia citius colligerentur omnia accidentia in unam essentiam accidētis quàm in unam essentiam cum substantia. Aliàs non euadet iste, quin concedat, quòd essentia diuina est essentia diabolica multòmagis, quàm essentia accidentis. Et sic circa conceptus fidei infert hæc positio lata pericula, sicut in Witcleff totam hæresim Eucharistiæ. Sic item in diebus Anselmi quidam clericus Galliæ secundùm conceptum erroneum unà cum alijs lapsus est in hæresim circa Incarnationem Christi: qua occasione ANSELMVS librum suum scripsit contra eundem de Incarnatione uerbi. unde in secundo eius cap. ait, Cumque omnes. ut cautissimè ad sacræ paginæ quæstiones accedant, sint commonendi, illi utique nūc temporis Dialectici, immo dialecticè hæretici, qui non nisi flatum oris putant uniuersales esse substantias, & qui colorem non aliud queunt intelligere, quam corpus, nec sapientiam hominis aliud, quàm animam, prorsus a spiritualium quæstionum disputatione exufflandi. In eorum quippe animalibus ratio, quæ & princeps, & iudex debet esse omnium, quæ sunt in homine, sic est in imaginationibus corporalibus obuoluta, ut ex eis se non possit euoluere, nec ab ipsis, quæ sola, & pura contemplari debent, ualeat discernere. Qui enim nondum intelligit, quomodo plures homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes in specie sunt vnus homo: qualiter in illa se cretissima, & altissima natura comprehendet, quomodo plures personæ, quarum singula æquè perfectus est Deus, sint unus Deus? Et cuius mens obscura est ad dijudicandum inter equum suum, & colorē eius: qualiter discernet inter unum Deum, & plures relationes eius? Hæc ille. AVCT. Nolite ergo laudare Witcleff in his & talibus de subtili ingenio: quia ruditas rōnis phi ficis rebus immersæ causauit in eo istum conceptum erroneum tanquam grossum, secundùm Anselmum: uel sicut æstimari potest, inanis ambitio. Nam quid grossius, q̄ dicere colorē equi mei nihil aliud esse, q̄ equum meum sic se habētem? Sed iam ab origine potest opinio ista, quā Witcleff suscitauit à mortuis, videri fuisse deserta, & à primæuis philosophis reprobata: & usque ad tempora nostra à catholicis clericis uilipensa. Eant igitur Witcleuistę cum dogmatistis suis philosophis, quos non tantùm non ecclesia, sed nec approbata philosophia collaudat, aut sustinet: nec pp insipiditatem traditionis quenquam post seipsos docere ualebant. sicut lib. 3. diuinarum institutionum qui est de falsa sapientia, ca. 29. scribit LACTAN. Huc (inquit) nos omnes, quibus est cura sapientiæ, conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat? aut Anaxagoras in tenebris lumen inueniat? Aut Democritus de puteo ueritatem extrahat, aut Empedocles dilatet animi sui semitas, aut Arcesilas, & Carneades uideant, sentiant, & percipiant? Vox ecce de cælo ueritatem docens, & nobis sole ipso clarius lumens ostendens. Hæc ille. AVCTOR. Hic proiecti sunt Anaxagoras & Democritus duo magistri Witcleff in de quiddate accidentis & corporalis constitutionis ex atomis, uel quanti continui ex non quātis. Vox ecce de cælo, uox ipsa doctrinalis ecclesiæ Christi, quæ nos in prædictis melius instituit, quàm Anaxagoras, uel Melissus, quæ nos plusquam Witcleff illuminat, quid sit accidens in abstracto.

Lactan.

¶AD ARGVMENTA WITCLEFF contra accidens sine subiecto. Cap. LXXIX.

SVMMA.

1. *Responsio ad argumenta Witcleff contra accidens sine subiecto.*
2. *Witcleff, qui omnes rerum posibilitates in definitionibus naturarum intendit ponere, confutatur.*

DEscendit, his assumptis, concludens necessariò accidēs esse in subſtantia, tāquam in subiecto, non æquiuocando de substantia, sed utendo uocabulo, sicut sonat apud Logicos prore primi prædicamenti inter decem. Vnde in 3. c. de Eucharistia Ecclesia nō est oneranda nouitate tali insolita, nisi fides scripturæ, uel uiuax rario, uel efficax sanctorū testimoniū ad hoc cogat, sed quodlibet istorū triū deficit. Assumptum (inquit) patet ex multis testimonijs sanctorum, & veritate, ac sufficientia legis Christi. Sic. n. coleretur abominatio desolationis: quia accidens minimæ entitatis tanquam Deus. Hæc Witcleff. AVCT. Quid restat hic nisi negare, q̄ assumptum patet: & instare, q̄ probet. Rōnem suam exhibet ibi antè: Omne accidens (inquit) formaliter inhærēs substātiæ nō est nisi veritas: quæ est, subſtantiam eē accidentaliter alicuius modi, ut hic supponitur. sed nulla talis pōt esse sine substantia, sicut nulla creatura pōt esse sine Deo: ergo nō est cumulus talium accidentiū, quæ sit hostia consecrata. Hæc Witcleff. AVCT. Sapientes catholici nō dubium risum mouent, qñ argumenta istius foras prodeunt fœtida de sepulcro. Sed iuniores offendūt in lapide, quem probi senes difficultate trāsiliunt. Idcirco satisfaciendū est, nè simplicibus rōnes eius insolubiles ab ecclesia putarentur. Hoc. n. Augustinum rōnibus Cresconij cōpulit* satisfdare: Vnde in fine secundi libri cōtra Cresconinm, inquit AVGV. Quanq̄ itaque ad errorē uestrum conuincēdum, & si uolueritis, corrigendū, satis, superq; potuerint ista sufficere: tñ nè quisquam arbitretur te aliquid in epistola posuisse, quod refellere nō ualerem, aut in quo te nostris contra Petilianum literis nihil idoneum respondisse demonstrare non possem, sequenti uolumine cætera uideamus. Liber autem tertius sic incipit. Si tarderum ingenia mihi curanda nō essent, qui intelligere nequeunt me duobus uoluminibus superioribus ad totam causam, quæ tua frater Cresconi epistola cōtinetur, multis modis ita respondisse, ut & illa, quæ ibi restant, iam soluta, atque frustrata sint, tam debuit a me huic operi finis imponi. Sed quia multi sunt, quibus seruire nos conuenit, qui omnia depulsa esse non putant, nisi locis suis etiam singula* pertractarentur, refidua sermonis tui etiam ex ordine refellenda, putaui. Hæc ille. AVCT. Stent ista uerba pro nostris, & ad rationes Witcleff contra accidens sine subiecto pergamus. Omne (inquit) accidens est subſtantiam esse accidentaliter alicuius modi, ut hic supponitur. Respondeo † qd ut in prædicto cap. patet, tota ecclesia fidelium philosophorum, imò & Paganorum ualentium, negat

gat hanc suppositionē. Si rite faceres, omnibus alijs omissis, hoc ipsum fundares, quod supponis. Si. n. actus primus est actus secundus, quod omnis philosophia negabit: posses apertiùs qd tale supponere, albedinem esse, ab albefacere distinguitur, sicut lucere ab illuminare, & sicut intellectum esse ab intelligere, & calere à calefacere. Ignis. n. intrinsecè calet, & si nullum calefaciat. Sic albedo albet intrinsecè, quamuis nullū albefaciat. Si. n. subtilitatem istam percepisset Witcleff, nō tam grossum peperisset errorē. Admiror Admodum minorem insuper, quam assumis, q̄ nulla talis accidentalis forma potest esse sine subſtantia, sicut nulla creatura potest esse sine Deo. Respondeo, q̄ similitudo ista facit omnino contra te pro parte fidelium. Quia nulla creatura inhæret Deo tanquam subiecto, nec informat Deū: nec aliqua creatura est quidditatiuè Deum esse creatum: ergo si sic accidens respicit suum subiectum, nullum accidens est, quin ad minus potest non inhærere subiecto, & non informare illud. Et sic tunc albedo non erit quidditatiuè aliud esse album, sed tantùm quomodo omnis creatura est creata à Deo, dicens ad cum respectum duplicis dependentiæ tanquàm ad creatricem essentiam distantissimè distinctam: sic accidens causatur à subiecto, & dicit ad ipsum necessarium respectum simplicis dependentiæ, & est aliud omnino in essentia. Quod autē ex his concludis (ut tibi uidetur) sylogisticè, sed sine modo, & sine figura: q̄ nullus cumulus accidentium erit hostia consecrata. Fideles deuota mente concedunt, nec quisquā putribilis panis tuus sed uera agni caro in sua subſtātia corporali est orthodoxis fidelibus hostia consecrata. Secundo sic arguis, Omne accidens prædicamentale est uniuocè accidens cum alio: sed accidens respectiuum non potest esse nisi inhæreat: ergo nullum accidens absolutum. Qui diceret accidens analogum non nisi æquiuocè prædicari de singulis, ut ens transcendens cum passionib. suis sicut maior pars Philosophorum astruit, uacuū pelleret argumentum. Sed dicitur, quòd aptitudinalis inhæsio inseparabiliter, & generaliter competit accidenti, non tamen actualis. Nec item mutat quidditatem, cùm sit respectus ut passio. Verbi gratia, Ignis habet ardorem, nec tamen in rubo Moysi fuit ignis æquinocus, qa non ardebat secundùm Basilium. Item aqua est intrinsece labilis, & mobilis ad deorsum: nec ideo aquæ maris rubri, de quibus dicitur, Stetit unda fluens, fuerunta quæ æquiuoce. Item ferrū Eliſei non fuit æquiuoce ferrum, cùm natauit, sed nec sol retrogradus Ezechiæ perdidit quidditatem. Cur ergo accidens perderet quidditatem suam, quia non informat per miraculum, quod tamen semper alibi facit regulariter per naturam? Tertiò item sic arguit ratione: quia ponendo quantitatem, & qualitatē, adhuc oportet ponere informationē earū, qua immediate subſtantia sit quanta, & qualis: & illa non potest per se esse, nè sit processus in infinitum: ergo per idem nè aliquod accidens absolutum. De isto p se accidentis multotiens loquitur, sicut infra, q̄ unio, continuatio, & contiguatio non poterunt per se esse. Et in trialogo, q̄ albedo non poterit intelligi alia entitas à subſtantia, quæ poterit p se esse. Et secūda parte sermonum, sermone 58. Posito tali accidente per se posibili, adhuc ponere oportet informationem distinctam sine tali absoluto accidente posibili. Hoc concludit, quasi posibile p se esse, esset de quidditate accidentis absoluti, quia Deus sic statuit in quibusdā: & sic stabilitas posibilis esset quidditas aā, quia sic erāt in rubro mari. Grossus† logicus est iste, q̄ ponere entitates in definitionibus naturarum, cùm sic habebit definitionem compactam ex 3rijs: quia 3 naturam potest ex eis Deus facere quod proponit, sicut declarat AMBR. de partu uirginis, lib. 4. de Sacramentis, dicens, Consuetudo est, ut non generetur homo, nisi ex uiro & muliere, & consuetudine coniugali: sed quia uoluit dominus, q̄ hoc elegit sacramentum, de Spiritu sancto, & de uirgine natus est Christus. hoc est mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Videsergo quia 3 instituta & ordinem, homo est natus ex uirgine. Hæc ille. AVCTOR. Nunqd ergo qa partus istius hominis fuit 3 institutæ naturæ, semper cū sermo fiat de partu hominis, oportet includere, q̄ posset esse de uirgine? Nec quotiens sermo sit de accidente absoluto, annectendū est, q̄ poterit per se esse, ne hoc intelligatur posse fieri ptāte naturæ? Vnde in definitione eclipsis lunæ non est ponendum pleniluniū, quanuis in christi passione sic contigit: nec sal in definitione fœminæ: uel aqua in definitione uini: nec item per se esse in definitione accidentis absoluti. Verumtñ sophista cogeret eum concedere quodlibet accidens esse per se, quia cùm sit genus, uel per se in genere, est per se primò: & est quid, uel quidditas ex proprio genere, & differentia essentiali resultans. Item quia multa accidentia insunt subiectis per se secundò, de quibus demonstrari possunt per dici de omni demonstratione potissima. Item multa accidentia sunt per se causæ situandi, calefaciendi, & alterandi uariè, sicut fragor, & cōcussio nubiū est causa coruscationis. Ecce triplici forma accidens est per se. Cur negat iste pro tanto incōuenienti accidens per se in sacramento altaris, non perpendens sophisticè posse sic dici, ea liberta-

Tex. Arg.

Amb To. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

te,qua ipse sophisticauit cum ecclesia prælato-
rum,quòd accidentia panis non sunt in sacra-
mento sine subiecto:quia nō sine corpore Chri-
sti,quod multorum accidentium est subiectum.
Sed de informatione dicunt subtiles, terminum
illum sumi formaliter pro respectu,sub quo for
ma actu informat subiectum præsens, vel pro- 1
fundamento illius respectus aptitudinalis, sub
quo forma illa sibi dimissa actu subiectum præ-
sens informare est apta : sicut eadem actuatio
formæ distinguitur à Philosopho in principio
secundi animæ. Hoc quidem sicut scientia, il-
lud sicut *considerare. Et neutro modo est infor
matio accidens distinctum ab essentia, quæ est
forma:sed sicut gradus intensus, uel remissus in
qualitate,uel continuario in puncto, ita est in-
formatio in forma. Contrà dicit:quia informa-
tio accidentium potest suspendi ipsis manenti-
bus:uerum est,sed cum informat, seipsa infor-
mat. Non est necesse semper moueri quod mo-
uetur ab alio. 8. Physicorum. sicut forma suspen B
ditur à Deo,& perficitur. Vnde creatio actiua
Dei est sola essentia : & tamen Deus fuit non
creans ab æterno,nec ille respectus additus, ad- 1
dit essentiam. Et iterum ratione quadam subse-
quitur,& non mediat inter Deum creantem, &
creaturam productam. Et mirum quomodo iste
poneret tale vinculum inter subiectum & acci-
dens:quia aliàs,ut dicit, quantitas, uel qualitas
non probaretur distincta à substantia:cū subie-
ctum,& accidens non nisi modaliter distinguū-
tur. Et quòd oportet ponere tam forte uinculū
ad catenandum sibi seipsum à seipso re,& essen-
tia indistinctum. Fideles enim ponunt ea essen-
tialiter distingui,& tamen seipsis, si dimittan-
tur,satis fortiter copulari. Et in eadem acciden
tali forma sunt tria per ordinem secundùm pro
pinquius & distantius, saltem naturalis præexi-
gentiæ ordine inter subiectum & accidens : &
omnes sunt gradus formæ ut informatiua est,
quarum informatio actualis est ultima,& subie C
cto propinquior:quia priùs forma talis præexi-
gitur inesse subiecto, & actu dependere, quàm
inhæreat:& demum priùs inhærere, quàm infor
met:& demum actu informare denominatiuè
subiectum:qui omnes nil aliud sunt nisi gradus
quidam modales eiusdem formæ:ut contingen
ter respicit subiectum suum extrinsecè,nō quid
ditatiuè. Cæteræ rationes, quas mouet, iam in
subtilibus doctoribus adinuenit cum solutioni-
bus earundem, sed ipsas tacet. Illuc er-
go pergant,qui mouētur per eas:
quia iste locus non sufficit
singulis recitandis.

Aristot. 2 de Anima te. co. 2.

Aristot. 8 physi. te. co. 36.

¶ AD AVCTORITATES AVGVstini contra accidens sine subiecto. Cap. LXXX.

SVMMA.

Responsio ad ea,quæ Witcleff extorquet ex sanctorum testimonijs contra accidens sine subiecto, & potissimum ex quibusdam Augustini locis.

SED iam post ista extorquet sibi testi
monia sanctorū. ca. illo tertio de Eu-
charistia. Quantùm(inquit)ad testi-
monia sanctorū, reduco ex multis,
triplex testimonium Augustini, de quantitate
animæ. cap. 4. vbi dicit,quòd corpus non potest
esse sine altitudine. Item. 2. Soliloquiorum cap.
13. Cui(inqt)posse fieri videatur,ut illud, quod
est in subiecto, maneat ipso intereunte subie-
cto? monstruosum enim, & à ueritate alienissi-
mum. Item epistola ad Dardanum. Tolle ipsa
corpora qualitatibus:qualitates corporum nec
erit vbi sint. Dicitur,ꝙ quanuis testimonium
Augustini longè sit postponendum decreto ge
neralis ecclesiæ,sicut ipse dicit lib. 3. de baptis-
mo contra Donatistas, cap. 8. ꝙ pace Cypriani
uult sibi & concilijs suis in Africa præponere
auctoritatem uniuersalis ecclesiæ, cuius ipse Cy
prianus se membrum esse gaudebat. Tamē ipse
AVGVSTI. sapientis usus consilio, quorun-
dam librorū suorum infirmitates exponit, ma-
ximè illorū,quos nōdū christianus cōfecit, sed
multa in eis ꝓtulit secūdū cōsuetudinē instlatā
sibi secularium literarū. Vñ in ꝓlogo libri retra-
ctationū AVGVST. Nec illa(inqt)sanè ꝓtereo,
ꝙ catechumenus iā licèt relicta spe,quā terrenā
gerebā,sed adhuc secularium lrārū inflatus cōsue
tudine,scripsi:ꝙ & ipsa exierunt in notitiā de-
scribentiū,atq; legentiū:& legunē vriliter,si nō
nullis ignoscat:si tū nō inhæreatur erratis. Qua
propter qcunq; ista lecturi sunt,nō me imitentē
errantē,sed in melius ꝓficiētē. Hæc ille. AVCT.
Inter istos libros,est liber ille Soliloquiorum,
quē iā clamasti:inter illos ēt liber de īmortalita
te aīæ. In quo idē scribit ad ꝓpositū tuū de cera
euanescēte,& cōsequēte:nec qcq eorū,ꝙ in illo
subiecto erant,remanere putari. De qbus tū scri
ptis suis ibi idē Augusti. increpat rōnes tortas,
& breues:& vix intellexisse seipsum dicit, & itē
aliqd scripsisse se dicit quod nūnimè fecisset,si
iā lris ecclesiasticis plenè eruditus fuisset. Ibidē
ca. 3. sequenti. Quid ergo mirū, si de tā obscura
fidei quæstione. s. accidens sine subiecto, tūc nō
susceptis fidei rudimētis foret ignarus, & secun
dū naturæ cōsuetudinē protestaretur nō posse
esse

Aug. 2 de Trin.

Aug. To. 1

Aug. To. 6

Ioa. 8

Matth. 9. & 12.

Ioa. 11.

4. Reg. 4.

esse, quod nec tractatus libri pro tunc fieri po-
stulauit? Aut quadrat, quòd loquatur in vno lo-
co secundùm naturæ consuetudinem:sicut phi-
losophus:in alio econtrà, secundum fidē loqua-
tur vt catholicus. Sic magnus Lincoliensis dum
agebat philosophicè in expositione libri poste-
riorum dixit:non posse accidens esse sine subie-
cto,de quo tu gaudes. Vbi verò fidem explanare
pertentat, in expositione Dionysij protestatur
oppositum de quo tu doles: & tu dicis ipsum o-
mnino pœnituisse ante mortem, quia in eo tibi
displicuit. Et Damascenus in Logica sua dicit
idem accidens non posse esse sine subiecto. In
sententijs tamen dicit lucem creatam primo die
accidens sine subiecto fuisse : hic naturaliter lo-
quens vt philosophus, ibi vt fidelis. Sic vbi na-
turali quodam processu AVGVSTINVS in-
cesit, nihil supra naturam de Dei potentia di-
sputauit:sicut in libris Soliquiorum, & de im-
mortalitate,& item de quantitate animæ : sicut
& recolit ipse differentias huiusmodi de potesta B
te naturali & diuina, lib. 26. cōtra Faustum. cap.
1. Cæcum,(inquiens,) à natiuitate lumen videre
natura non sinit,quod tamen Iesus potenter ope
rari videtur erga huiusmodi cæcos. adeò, vt Iu-
dæi ipsi exclamarent, ab initio seculi nunquàm
fuisse visum, vt aliquis aperuisset oculos cæci
nati. Manum aridam sanasse,vocem, ac verbum
priuatis,his per naturam redonasse: mortuis, &
iam in tabem resolutis corporibus, compage
reddita,uitalem reintegrasse spiritum. Sequitur.
Quæ tamen omnia nos communiter facta ab
eodem credimus Christiani,non consideratione
iam naturæ, sed potestatis tantùm, & virtutis
Dei. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quàm ingen-
tia facta Christi contra cursum naturæ : & plùs
repugnātia, quàm suspendere accidens à subie-
cto. Sed benè dicit Augustinus, non hæc consi-
deratione naturæ, sed potestatis diuinæ. quam C
tamen distinctionem vehementer reprobat
Witcleff in de Apostasia cap. 16. Augustinus hic
eam, & ecclesia aliàs famosè docet. Vnde &
AMBROSIVS vtitur hac ipsa regula contra
Nouatianos libro. 2. de pœnitentia, dicens, Pos-
sum illud dicere ei,qui hoc de pœnitentia dictū
putat,quia quæ impossibilia sunt homini, possi
bilia sunt apud Deum. Et potens est Deus, quā
do vult,nobis donare peccata, etiam quę puta-
mus non posse concedi: & ideò quod uobis im-
petratu impossibile videtur, Deo donare possi-
bile est. Nam & impossibile videbatur,ut pecca
tum ablueret aqua:denique Naamā Syrus leprā
suam mundari per aquam posse non credidit,sed
quod impossibile erat, fecit Deus esse possibi-
le, qui tantam nobis donauit gratiam. Similiter
impossibile videbatur per pœnitentiam pecca-

Damascen. 2. de fide ortho. c. 7.

Aug. 2. de pœnit. cap. 2. To. 1

ta dimitti. cōcessit hoc Christus Apostolis suis: *Ioa. 21.*
quod ab Apostolis ad sacerdotum officia trans
missum est. Factum est igitur possibile, quod
impossibile æstimabatur. Hæc ille. AVCT.
Bene igitur,& laudabili more ecclesiæ exponūt
moderni fideles Augustinum in supradictis li-
bris de potestate & vitato cursu naturæ non po
tuisse fieri accidēs sine subiecto:sed Dei potesta
tem esse possibilem. Nam si hoc Ambrosius
sufficiens esse putauit Apostolo Paulo dicenti, *Heb. 6.*
Impossibile est eos, qui illuminati sunt &c. rur-
sus renouari in pœnitentiam : quod dictum pro
parte sua Nouatus assumpsit, & ipse exposuit
de impossibilitate apud homines : multò magis
potest Augustinus sic exponi in libris, quos scri-
psit, minùs adhuc eruditus ecclesiasticis rudi-
mentis de impossibilitate accidentis sine subie-
cto, quòd scilicet impossibile est homini hoc
facere secundum cursum naturæ, Deo verò sa-
tis est possibile : contra quod nunquam Au- B
gustinus edocuit. Idcirco aduersarios oportet
aliam æquiuocationem impossibilitatis cuade-
re,vel non proficient ex Augustino. Sed estò,
quòd quæstionem illam catholicam de acciden
te sine subiecto in quolibet loco non differeret:
quid hoc? quot difficiles quæstiones in ecclesia
emerserunt post illum, quas ipse non tetigit?
Aut post multa contra Pelagianos, quæ diffusè
condiderat, nunquid penè effugit manus eius
quæstio quædam secreta Pelagij, Si Adæ pecca-
tum non peccantibus nocuit,ergo Christi iusti-
tia non credentibus profuit. quia vt dicit, sibi in
mentem omnino non venit:nec talia dicere, vel
cogitare posse quenquam putauit. lib. 3. de bap-
tismo paruulorum, in principio, dicens, Ve-
rùm post paucissimos dies legi Pelagij quædam *Aug. de pre cato. meri. & rem. & bapt. paru. ca. 3. To. 7. Ro 6.*
scripta,viri (vt audio) sancti,& non paruo pro-
uectu Christiani, quæ Pauli Apostoli expositio-
nes breuissimas continerent. Atque ibi compe-
ri cùm ad illum venisset locum, vbi dicit Apos-
tolus, Per vnum hominem peccatum intrasse in
mundum,& per peccatum mortem, atque ita in
omnes homines pertransisse, quandam eorum
argumentationem, qui negant paruulos pec-
catum origina le gestare, quam fateor in illis
tām longis voluminibus meis non refelli : quia
in mentem mihi omnino non venerat quen-
quam posse talia cogitare, uel dicere. Hæc ille.
AVCTOR. Quid mirum igitur, si veritas ac-
cidentis sine subiecto Augustini disputationem
euasit, quæ non vsque multa tempora propter
Berengarianas figuras doctorum catholicorū
subtili fidelitati comparuit : & ante hoc nulli
catholico uenit in mentem, quòd quisquam hæ-
reticus talia dicere, uel cogitare valeret? Sed di-
cit aliquis illorum : ergo temeritatem istam re-
tractasset

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractasset Augustinus, sicut & alia forsan minora contra fidem: istud autem si retractauerit, exhibite. Dicunt fideles facto retractasse, vbi 1
alibi dicit, accidens posse esse sine subiecto suo, vt infrà dicetur. Nam & idem Augustinus in Logica sua, vbi dicit accidens in proprio genere non posse esse nisi in subiecto: ibi item dicit, animal non posse intelligi, nisi de subiecto homine. Et nunquid angeli habebant intellectum animalis ante creationem hominis? & tamen sicut nec retractat primũ, sic nec inuenitur retractare secundum. Item idem AVGVSTINVS lib. 2. *Idem Aug. To. 4* ad Simplicianum quæst. 2. videtur assumere, ꝙ nullum sit corpus, nisi coloratũ. Dici, (inquies.) potest corpus, si figuram habeat, colorem non habeat, videri non potest: non quia est corpus, cui desit color, sed quia si esset, cerni nõ posset. Hæc ille. AVCTOR. Sciunt tamen docti na B turales corpora cælestia non colorata. Vnde *Damascen. 2 de fide or tho.* Damascenus. 2. lib. sententiarum. cap. 5. de creatione mundi, dicit aerem incoloratum. & Algazel in sua Physica, tractatu. 3. Ignis est sicut *Algazel. 4* aer, qui non habet lumen in se, neque colorem, sed est commeabilis, estque aer ignitus. Non valet igitur argumentum illud ab authoritate negatiuè. Hoc dicit Augustinus, nec inuenitur in libro retractationũ hoc retractasse: ergo voluit hoc habere pro definito uero. Alibi enim plerunque modicat, aut aliter exponit, quod ibi absolute disseruit: & hoc erit facto retractasse. Et item omne illud, quod ecclesiæ posteriori displicuit, cui ipse semper placere, & consentire gaudebat, pro retractato debet haberi in genere.

¶QVO'D WITCLEFF PER TRES glossas generales corrumpit omnium antiquorum, & citeriorum patrum sententias orthodoxas. Cap. LXXXI.

SVMMA.

1 *Glossæ tres Witeleff, quibus corrumpit omnium antiquorum, & citeriorum patrum sententias orthodoxas. Et prima per aduerbium, principaliter. Et responsio ad eam.*
2 *Glossa secunda Witeleff per duo aduerbia, purè, & naturaliter, diluitur.*
3 *Glossa Witeleff tertia, de consideratione mentis, & suspensione cogitationis actualis, reijcitur.*

PRAETERIRE item non possumus generales glossas, qbus Witcleff omnes doctorum veritates euacuare conatur circa substantiam sacramenti: & sunt tres in numero. Prima, per vnum aduerbium, principaliter. Secunda, per duo aduerbia, *Glossa Witeleff.* purè, naturaliter. Tertia est HoKeanica, de consideratione mentis, & suspensione cogitationis actualis. Quantùm ad primam, ipsam instituit, ad tollendum omnes doctorum & sanctorum patrum propositiones, dicentes quandocunque expresè, & ab intentione tractantes non esse panem materialem in Eucharistiæ sacramento 4. Trialog. ca. 22. Istum (inquit) modum uelle Pha *Prima* risæos nostros attendere, qui negant infideliter, quòd hostia consecrata sit panis, quia Ambrosius, & alij doctores uidentur dicere, quòd post consecrationem non panis, sed corpus domini est dicendum. Nunquid tales blasphemi volunt negare fidem scripturæ Apostoli, & uerbum Christi propter sinistrum intellectum verbi doctoris apocriphi? Intelligit enim more Aposto li, quòd post consecrationem non principaliter erit panis. Hæc Witcleff. AVCTOR. Stupet mens mea, vltrà quàm exprimere valeo, de temeritate huius improbi viri, & maledici, qui vesana toruo spiritu de patre Ambrosio verba pronuntiat: propter sinistrum intellectum, (inquit) verbi, doctoris apocriphi. Cuius doctoris? Ipse prædixit, Ambrosij. Heu tàm egregium, tàm prædicandum antistitem; quem tota Christi ecclesia miro veneratur affectu, & beatus Angustinus eruditorẽ in fide, & pátrem in sacro fonte hausisse lætatur: improbus, stultus, & acer hæreticus non veretur apocriphum dicere: cuius nec nomen tacitum est, nec opera vilis famæ, nec incerta authoritas. Sed & hoc audax conuicium à magistro suo contraxit. Berengarius nẽpè sanctos, Hieronymum, & Gregorium proca ci fronte dixit apocriphos. Vnde libro. 3. de corpore, & sanguine domini GVIMVNDVS, *Guitmundus* O iniqua licentia? Quos ecclesia Dei in ædificationem sui per totum orbem tãtis temporibus, sub tantis doctoribus legit, & legendos tradidit Chos pauculi, minùs docti, & animales, nullo rationis intuitu, nisi tantum quia non placent eis, apocriphos dicunt. Et qui Paganorum libenter historias amplectuntur, christianas historias, quas totus mundus amplectitur, cassare laborant. Hæc ille. AVCTOR. Attamen hæc vna consolatio est: non nobis molestum esse potest, quos appellet pseudofratres, cæsareos clericos, aut profundos hæreticos: quando gloriosissimos patres audet fateri apocriphos. Quo ad Ambrosium dico, quod Christus in Euangelio, *Matth. 15. Luc. 10.* vbi Tyrum commemorat, & Sidonem, & ciuitates vastas, tamen iustificat eas in comparatione terræ pertinacis, & incredulæ, docens me hoc ipso in comparatione nostri Witcleff iustificare Pelagium, qui cùm durus esset hæreticus, tamen extulit incredibili laude Ambrosium sanctum. Vnde. 4. libro contra Iulianum. cap. 2. AVGVSTI.

Aug. To. GVSTINVS glorioſissimo martyri Cypria- A ne*. 20. quare dictum est, Virga Aaron deuora- *21.
no. Ad istos cumulatius redarguendos, beatissimum addamus Ambrosium, quoniam & ipsum Pelagius ita laudauit, ut ne ab inimicis quidem in eis libris, quod reprehenderetur, diceret inueniri. Hæc ille. AVCTOR. Et lib. 1. contra *Idem* Iulianum cap. 12. idem AVGVSTI. Conuince ris undique. Luce clariora sunt testimonia tãta sanctorum, in quorũ conuentũ te introduxerim. Cõspice, hic est Mediolanensis Ambrosius, quẽ *fidem.* magister tuus Pelagius tanta prædicatione laudauit, ut diceret in libris eius præcipuè * lucem elucere Romanam, quia scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, ita ut eius fidem, & purissimum in scripturis sensum reprehendere, nè inimicus quidem auderet. Hæc ille. AVCTOR. Vide quòd Pelagius non sperauit Ambrosium in fide scripturæ ab inimico posse reprehendi. Putas ergo nè ab amico eius sic posse fieri? Verè ergo non est Wicleff amicus Ambrosij, sed nec simplex inimicus, imò multiplex, B & ualidus inimicus, qui non lentè, sed tam turpiter reprehendit. Et ipse quoque Wicleff olim laudare eũ solebat, quia vbi pro parte sua uidetur sibi quòd faciat, in probationem suæ perditionis adducit: & pro magno etiam titulum falsi nominis Ambrosij, uel eius discipuli auctori de diuinis officijs tribuit, quem Cancellarius Oxoniensis Valerannum appellat, reuera contemporaneum Anselmo, uirũ erroribus deprehẽsum. Quomodo ergo iam mutauit uerbum, uocans apocriphum sacrum præsulem, cuius auctorita *Aug. c. 63. To. 7 Vt. 6 Vide plura hac in loco To. 7* te in libro* de natura & gratia: item in cõmonitorio* Fortunati, &* contra Iulianum,* & alibi nominatim utitur Augustinus? Imò, qd lõgè amplius est, omnis illa grãdis ecclesia Christi Iesu. Hucusque cũ sancto Ambrosio digressi sumus, reuertamur tandẽ, quò intendimus. At certè Ambrosius sanctus pater uno felicissimo uerbo suo *Cõfitebor.* suscitauit cholerã Witcleff, cũ diceret in libro *Ambr. To. 4* de Sacramentis de sancta Eucharistia, ꝙ non sit panis, qui in uentrẽ uadit. Suprà. n. sæpe totũ dictũ protulimus. Ad hanc fidẽ tollendam, ꝙ non sit Christi corpus, sed nudus panis, cibus uẽtris, Witcleff pudore uictus negandi Ambrosium, glossam fabrefecit frustratoriã illius, pfessionis Ambrosij in uerbo, pricipaliter. Imò, inquiens, panis est, qui in uentrem uadit, non tamen principaliter, sed principaliter figuratitium corpus Christi. ligans sanctum Ambrosium cõtra votũ dicere plus esse figurã ueritate, & umbrã luce, tropicũ corpus naturali pane. Inter naturas tũ, & figuras, quæ erit principalior, audiamus nobilem logicũ Augustinũ secundũ regulam scriptu ræ sacræ principalitatem huiusmodi ponderan tẽ in libro quæstionum super Exodum, quæstio- C

Aug. To. GVSTINVS gloriosissimo martyri Cypria- A ne*. 20. quare dictum est, Virga Aaron deuora- *21.
no. Ad istos cumulatius redarguendos, beatissimum addamus Ambrosium, quoniam & ipsum Pelagius ita laudauit, ut ne ab inimicis quidem in eis libris, quod reprehenderetur, diceret inueniri. Hæc ille. AVCTOR. Et lib. 1. contra *Exo. 7.* Iulianum cap. 12. idem AVGVSTI. Conuince *Aug. To. 4* ris undique. Luce clariora sunt testimonia tãta sanctorum, in quorũ conuentũ te introduxerim. Cõspice, hic est Mediolanensis Ambrosius, quẽ magister tuus Pelagius tanta prædicatione laudauit, ut diceret in libris eius præcipuè * lucem elucere Romanam, quia scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, ita ut eius fidem, & purissimum in scripturis sensum reprehendere, nè inimicus quidem auderet. Hæc ille. AVCTOR. Vide quòd Pelagius non sperauit Ambrosium in fide scripturæ ab inimico posse reprehendi. Putas ergo nè ab amico eius sic posse fieri? Verè ergo non est Wicleff amicus Ambrosij, sed nec simplex inimicus, imò multiplex, B ga. Magis autem si fuisset draco duntaxat in fi& ualidus inimicus, qui non lentè, sed tam turpiter reprehendit. Et ipse quoque Wicleff olim laudare eũ solebat, quia vbi pro parte sua uidetur sibi quòd faciat, in probationem suæ perditionis adducit: & pro magno etiam titulum falsi nominis Ambrosij, uel eius discipuli auctori de diuinis officijs tribuit, quem Cancellarius Oxoniensis Valerannum appellat, reuera contemporaneum Anselmo, uirũ erroribus deprehẽsum. Quomodo ergo iam mutauit uerbum, uocans apocriphum sacrum præsulem, cuius auctoritate in libro* de natura & gratia: item in cõmonitorio* Fortunati, &* contra Iulianum,* & alibi nominatim utitur Augustinus? Imò, qd lõgè amplius est, omnis illa grãdis ecclesia Christi Iesu. Hucusque cũ sancto Ambrosio digressi sumus, reuertamur tandẽ, quò intendimus. At certè Ambrosius sanctus pater uno felicissimo uerbo suo *Cõfitebor.* suscitauit cholerã Witcleff, cũ diceret in libro *Ambr. To. 4* de Sacramentis de sancta Eucharistia, ꝙ non sit panis, qui in uentrẽ uadit. Suprà. n. sæpe totũ dictũ protulimus. Ad hanc fidẽ tollendam, ꝙ non sit Christi corpus, sed nudus panis, cibus uẽtris, Witcleff pudore uictus negandi Ambrosium, glossam fabrefecit frustratoriã illius, pfessionis Ambrosij in uerbo, pricipaliter. Imò, inquiens, panis est, qui in uentrem uadit, non tamen principaliter, sed principaliter figuratitium corpus Christi. ligans sanctum Ambrosium cõtra votũ dicere plus esse figurã ueritate, & umbrã luce, tropicũ corpus naturali pane. Inter naturas tũ, & figuras, quæ erit principalior, audiamus nobilem logicũ Augustinũ secundũ regulam scriptu ræ sacræ principalitatem huiusmodi ponderantẽ in libro quæstionum super Exodum, quæstio- C

gus dictus est figuraliter ouis, & agnus: nũquid *Esa. 53.* per hoc principaliter erat ouis secundùm figu- *Io 1.* ram, & non magis principaliter Christus, quod fuerat per naturam? Petra per figuram, sed principalius Christus per naturam. Imagines sunt *Matth. 21* hominum per figuram, sed principalius argen- *1. Cor. 10.* tum, & aurum sunt secundùm substantiam. Propheta Dauid hunc ordinem obseruante, cùm diceret, Simulacra gentium, argentum, & aurum. *Psal. 113.* Tandem quod posterius in eis est, subiecit. Opera (inquit) manuum hominũ. Primò, quod sunt secundùm naturam, & sic principaliter. Postremo, quod sunt per artificium, uel figurã. Et hoc quanquam talia signa forent, quorũ omnis usus in significando esset: quales sunt uoces, & figu- *Aug. To. 3* ræ scriptæ secundùm Augustinum capite primo primi de doctrina Christiana, uelut cũ dicitur, Oratio est uox significatiua ad placitum. Quasi diceret, est uox principaliter per naturam, tamẽ significat per figuram. Et quod Witcleff ipse crebrò commemorat, cùm tropicè dicitur, Ioannes est Elias tam spiritu, quàm uirtute, nunquid *Io. 1.* ex hoc principaliter est Elias, & non Ioannes? *Matth. 11.*

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid si eo tempore Elias viueret cum Ioanne, A comparando personam personæ,& gratiã gratiæ: nunquid Elias Ioanne foret præstantior? Christo dicente,quòd inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioanne Baptista. Et in tertia parte sermonum de natiuitate sancti Ioannis Baptistæ,sermone,Causa hodiernæ. AVGVSTINVS. Dominus noster Iesus Christus de Ioanne hoc dixit,Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Si comparetur hominibus Ioannes,omnes superat ille homo:non eum vincit,nisi Deus homo. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo Ioannes omnes homines superat, & secundum substantiam comparatus non eum vincit homo,nisi Deus homo:non ergo vincit Ioannem Elias homo,sed vincitur à Ioanne. Sed vnũquodque melius est in sua natura, quàm ipsum in sua figura. Non est ergo Elias homo in figura, Ioanne principalior in natura. Alicubi ergo per scripturas fundet glossam istam peremptoriam, aut sacrorum patrum scriptis,cui sic cassa voce conceditur omnes simul fidei Christianæ tollere veritates. Alia † eius glossa in duobus geminatur aduerbiis,purè, naturaliter. cap. 16. de Apostasia. In duobus(inquit)stat nostra variatio in ista materia. Primò in propositione affirmatiua,qua dicitur,ꝙ accidẽs est sine subiecto. Secundò in propositione negatiua: qua dicitur, ꝙ non remanet substantia panis aut uini post cõsecrationem. Per duo ergo aduerbia tollo coloratius ambo,scilicet per ista duo,purè,naturaliter. Et si mille testimonia sint adducta,quæ sonuerint,ꝙ accidẽs sit sine subiecto,hoc potest sanè intelligi,ꝙ sit sine subiecto suo purè, naturaliter subiectante, quamuis enim substantia panis sacramentalis subiectat eadem accidentia, quæ prius,hoc tamen fit miraculose. Hæc Witcleff. AVCT. O peruersum,& peruertentem hæreticum quomodo in hoc gladio ancipiti mutilare desiderat quotlibet sanctos testes? Iam se credit benè tutum hac infantuli glossa leuissima, & uanissima, qualẽnec in alicuius hæretici libris poterit quisquam lector diligens inuenire. His glossis ambiguis iam reueri Dialectici se solent defendere sine testificatione authoris, læti, quod qualecunque diffundant ingenium. Soliditas fidei,uenas intimas scripturarum,& sanctorum interrogat. Nam ista glossa non tantum tacit obsequium magistro suo Witcleff, quin & impio Ario & Pelagio obsecundat. Arius dicit Christũ purè creaturam. Obijcit fidelis testimonia scripturæ,& sanctorum dicentium non esse Christũ purè creaturam: sed Arius econtrario. At in glossa Witcleff per hæc duo aduerbia,purè, naturaliter,cuncta illa soluentur: quia Christus non est purè,naturaliter creatura, cùm fuit miraculosè

Matth.11. Marc.6. Lu 7

Aug.To.x

Contra secundam gl. Witcleff

partus ex uirgine,aut in principio creaturarum ex Deo,pcessit ut fieret creatura, & sic nõ est purè creatura,est tũ purè creatura ĩ substãtia sua,& natura. Pelagius itẽ dicit ex sua natura posse hoĩ nẽ remissionẽ mereri. Ducant mille testimonia dicentia,ꝙ non nisi per gratiam:& hac generali glossa soluet cuncta,cùm dixerit, quod nõ purè naturaliter,quia per gratiam consequẽtem, quæ grande est miraculum. Et iterum uide stultitiam huius philosophi. An non Ioannes Baptista fuit purè naturaliter homo,& filius Zachariæ,quam uis per miraculum figura fuit Eliæ ? & cur ergo non hæc est hostia purè naturaliter panis in substantia,quamuis fuerit corpus in figura? Item passiones tristitiæ,esuriei,& sitis,frigoris,crucifixionis,& mortis fuerunt in Christo purè naturaliter secundum naturam humanam:cũ tamen erat absolutus ab istis in superiori portione mentis per gratiam. Quid ergo prohibet proprietates accidẽtium purè naturaliter inesse subiecto suo B secundum suam naturam:quamuis per tuam hæresim esset corpus per miraculum & figuram? Proprietates enim semper ei insunt primo cuius sunt in quocunq; sit, sicut sensibilitas primo inest animali:quamuis reperiatur in homine, etiam in Deo homine. Ergo nec accidentia sacramenti destituentur purè naturali insistentia subiecto, ꝙnis subiectum eorum in dignitatem corporis sit leuatum. Tertia † item glossa eius huic uicina, ꝙ est de sopore considerationis humanæ: ita ut cũ accidentia respexerit, tradat obliuioni subiectũ, ut feratur in corpus: & hoc,ut dicit, est accidens esse sine subiecto. Quàm illepidè, quàm insipidè, nunquam à Theologo saltem triduano dicendum. Primò, quia sic à fortiori accidentia extrinseca essent tollẽda subiectis: quia eis sublatis,non necesse esset suspendere intellectum à cõsideratione substantiæ, vt sic fides libere uolare posset in corpus. Et sic manens subiectum nõ turbaret intellectum à consideratione corporis. C Imò & sic meliùs poneretur subiectum sine accidentibus per soporem considerationis,quã accidentia sine subiecto. Primò, quia sic posset esse in re: ergo sic debet esse in consideratione,secundùm illud, Sic se habet res ad cognosci, sicut ad esse. Secundò, quia minorem causaret difficultatem ad credendum subiectum esse posse sine datis accidentibus,quàm hæc ipsa sine subiecto. Item tu frequenter dicis panem secundùm suam substantiam esse hoc venerabile sacramentum: ergo panis secundùm suam substantiam in sacramento est venerandus. Quomodo ergo à consideratione tollendus:quando ex omni animo est taliter venerandus? Vel quis tenetur secundùm hanc rationem actualiter venerari rem, quam pro tunc tenetur non attendere ? Item hac ratio

Contra eundem

Ex Rabano de corpore & sanguine Domini

ne

ne non sola sunt accidentia ponenda sine subiecto pane,sed tam accidentia, quàm panis sine corpore. Quia ẽtã corpore separanda est attentio,ut feratur in Deũ:quod est spiritualiter comedere carnẽ Christi. Vnde super illũ uersum. Et adorate scabellum pedũ eius. Psal.98. AVGVSTI. Cũ adoras illum,ne cogitatione remaneas in carne,& à spiritu non uiuificeris. Spiritus est eũ,qui uiuificat. Caro aũt nihil prodest. Tunc aũt qũ hoc dominus cõmendauit, de carne sua locutus erat,& dixerat,Nisi quis manducauerit carnem meã,non habebit in se uitam æternam. Hæc ille. AVCT. Quæ uerba itẽ sumens in ca. 11. de corpore & sanguine domini, ANSELMVS. Cũ(inquit)de altari sumimus carnem Iesu, curemus solicitè,ne cogitatione remaneamus in carne:& à spiritu non uiuificemur. Nisi viuificamur à spiritu,caro nobis nõ prosit quicquam. Nam si cogitatione remanemus in carne Saluatoris,non solũ nõ uiuificamur à spiritu,sed nec intelligere possumus,qũo caro Christi hoĩs ab hoĩe possit manducari,nisi sicut intellexerunt illi duro corde,quibus durus uisus est sermo Christi,& abierunt retrò. Acceperunt.n. illud stultè, carnaliter illud cogitauerunt,ꝙ præcisurus esset particulas de corpore suo,& daturus illis ad mãducandũ. Debemus ergo illud corpus dñi spiritualiter,& diuino quodã modo cogitare, humiliterq; diiudicare. i. ab omnibus alijs cibis diuersum iudicare,& spiritualẽ carnẽ Iesu spiritualiter manducare. i. sacramento eius carnis,ꝙ in altari percipiẽ. Rursumq; credere debemus ipsam carnẽ crucifixã,& sepultã, sub suo itẽ sacramento nõ occidi à nobis,nõ discerpi, nõ deuorari more coĩs carnis,sed sub specie panis incorruptibiliter frãgi,immolari,& nunq cõsumi. Hæc ille. AVCT. Ex his liquet,ꝙ corpus nõ est ibi prĩcipaliter,sed spiritus & gratia sacramenti,ꝙ prima glossa dicẽte,iõ nõ esse ibi panem, quia est C principaliter corpus. Tã nec est ibi principaliter corpus,sed Deus. Nec intentio nostra debet ultimate ferri in corpus:ut sic dicantur accidentia manere sine subiecto,quia subiectũ non attendi tur. Nec eñ in speciebus panis,nec in ipso corpore debemus cogitatione manere,sed ulteriùs eundũ est,ut uiuificemur à spiritu. Et ne undiq; patet,ꝙ cassas glossas edocuit:nec tã cassas,q̃ temerarias. Quia p istas iactat se posse trahere ad partẽ suã hæreticã oẽs sanctos,& scriptores catholicos,quantũcunq; dicta corũ sonuerint in partẽ oppositã. Nec tñ dicit,sed tẽtat ẽt circũducere illos,ꝙ p ,pcessus planos,& magnos scripserũt ĩ libris, & uiuis uocibus docuerũt solam corporis Christi substãtiã,& nõ panis esse Eucharistiã:& ex hoc accidentia ibi patentia sine subiecto ibi manere,dicens illos intelligere pa-

Aug To 8

Ia.6.

Anselmus.

A nis substantiã ibi manere, sed nõ principaliter, vel purè naturaliter:& secundum considerationem accidentia ibi non habere subiectum. Sic glossat Augustinum,Gregorium,Hilarium,Eusebium:sic citeriores patres,qui tam clarè contradicunt ipsi,ut nec nos clarius contra eum loqui ualeamus, nec uerbis pluribus repugnare, Rabanum putà,Anselmum,Lanfrancum,Gũdophilum:imò sanctum Thomam,Scotum, Bonaventuram,& HocKam: omnes cum ista cauda glossæ suæ trifariæ in libris Eucharistiæ,Apostolæ, Trialogi,& alibi secum trahit: plùs iactans de uiribus draconis illo rufo,qui solam tertiam partem stellarum de cælo in cauda sua traxit ad terras. Iste in trifurcata cauda sua omnes stellas cæli,& fideles scriptores ad terrã suæ hæreseos conatur obruere. Vereor enim,nè me scriptorẽ pauperculum etiam ad partem suam sectator eius quisquam,quamuis cunctis uiribus reniten tem,atligat. Sed ideò in istorum sanctorum patrum cœtum meum Witeleff deduxi, à quorũ B dictis tenebitur,si teneri valebit. Quibus item nullam potest improperare calumniã, nisi uratur:nec eos ulla glossa linire, nisi eodem fuco omnes nos ungat. O quid dicturus est eis in posterum,quorum iam est tàm interpres æquiuocus,& falsus expositor? Nunquid ut libro. 1. cõtra Iulianum cap. 5. AVGVST. Cum te uiderẽ (inquit)in libris tuis non ante lucano conuiuio temulentum,sed insano cõuicio turbulentum, ĩtroduxi te sedãdũ atq; sanãdũ nõ ĩ alicuius philosophi auditoriũ,sed in sanctorũ patrum pacificum,honorandumq; cõuentum. Sit operæpretium obsecro te aspicere illos quodammodo aspicientes te,& mansuete,ac leniter dicentes tibi Ita ne nos fili Iuliane Manichæi sumus ? Rogo quid respondebis? Quibus eos oculis intueberis? Quæ tibi argumenta succurrent? Quę tuo C rum argumentorũ,uel acies uitrea, uel plumbei pugiones in illorũ conspectum exeri audebunt? Quæ abs te arma non fugient,nudumq; consti tuent? An fortè dicturus es neminem illorum te in isto crimine nominasse? Et quid facies, cũ tibi dixerint,tolerabilius dẽte maledico nomina nostra concideres,q̃ fidem nostrã,cuius merito in cælo nomina ipsa scripta sunt nostra. Hæc ille. AVCT. Hæc uerba nunquid sancti oẽs iaculabuntur in Witcleff,quorũ sententias ꝑ glossam suã facit esse Berengarianas de catholicis: & quæ erant orthodoxæ facit hæreticas (inquient) Witcleff,nunquid nos Berãgariani sumus, aut hæretici Witcleuistæ? Tolerabilius nomina nostra cõcideres dente maledico,q̃ fidem. Propter fidẽ.n.quã semper seruabamus illæsam, nomina nostra in cælis conscripta sunt, non fides retributa propter nomina. Leuius ergo dixisses

Aug.To.7

nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos aut blasphemos,uel hæreticos, quòd item orthodoxis filijs nostris falso improperas,quàm ꝙ tibi consensimus contra fidem.Corrumpe textus,adde glossas,tandem pœnas lue falsarij. Inspector cordium nouit,quia nec professione cõuenimus tibi,nec animo. Has ergo tres glossas reijcimus,quousq. ipsas in authoritate competẽte fundaueris.Orthodoxi uerò facilius procedentes,& uerius unam glossam contra omnes panes illius naturales inueniunt: nec tamen motu suo spõtaneo,sed in sanctorum patrum scriptis publicis formatam assumunt. Quarto enim sententiarum suarum.cap.5.eam in terminis approbat DAMASCENVS.Si quidam antitypam, id est,refiguratiuam corporis & sanguini domini panem & uinum uocauerunt,ut diuus dicit Basilius,non postquàm sanctificata sunt,dixit, sed antequam sanctificata esset, ipsam oblationem uocans.Hæc ille. AVCTOR. Ecce regulam Damasceni.Siquis dixerit,uel secundum scripturas, uel doctores,panem,aut uinum esse figuras corporis & sanguinis Christi: hoc intelligit nõ post consecrationem,sed ante:quia corpus Christi si dicatur panis, non ideò quia est panis ita dicitur,sed quia de pane, qui consecrationem præcessit per conuersionem substantiæ fit corpus Christi. Ipse ergo Witeleff talem quenquam de sanctis patribus adducat dicentem, & docentem glossas suas de duobus aduerbijs, & uno aduerbio:nec putet sibi sufficere, quòd sic possit euacuare mille scripturas, & mille sanctos exprimentes fidem corporis Christi in sacramento secundum substantiam: sed planè doceat:quis asserit glossam suam, sicut Damascenus approbat expositionem ecclesiæ.

Damascen. 4. de fide ortho.

¶ CONTRA GLOSSAS WITcleff, quòd Anselmus, & Hugo non concesserunt accidens sine subiecto.
Cap. LXXXII.

SVMMA.

1 *Species uisibilis panis,quòd sit in sacramento sine substantia sua ex Anselmo.*
2 *Witeleff Glossa dicentis Anselmum non concessisse accidens sine subiecto.Ei ad eam responsio.*
3 *Glossa Witeleff,nolentis Hugonem non concedere accidens sine subiecto,diluitur.*

PVTAMVS nẽ posse nos proficere contra Witeleff in causa fidei,si ducemus contra eum testes doctores ueteres,& nouellos, quòd sit accidens sine subiecto in sacra Eucharistia ? cũ libro de mysterijs Missæ dicit BEDA. Ibi forma panis uidetur, ubi substantia panis,non est. Nec est ibi, (inquit)panis alius quàm panis:qui de cælo descendit.Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd ibi est uisibilis forma panis, ubi substantia panis non est.Item de corpore & sanguine domini. cap. 1: ANSELMVS.Est †igitur in mysterijs uera dominici corporis substantia sed absque uisibili specie sua: & est uera species uisibilis panis, sed absque substantia sua. Vnde beatus Augustinus.Quod(inquit)uides in altari,panis est & calix,quod nobis renuntiant oculi nostri:quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi,& calix sanguis est Christi. Et Ambrosius. Vt sint, & in aliud cõmutentur. Nihil ei: im falsum putandum est in sacrificio ueritatis: uel sicut fit in magorum præstigijs, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut uideatur illis esse, quod non est omnino. Sed uera species uisibilis panis,quæ fuit in pane,ipsa facta præter substantiam suam quodammodo in aliena peregrinatur, continente eam, qui fecit eam, & ad suum transferente corpus:quæ tamen translata ad corpus domini,non eo modo se habet ad illud, quo modo accidens ad substantiam, quia corpus domini in substantia sua nec album efficit albedo illa,nec rotundum rotunditas, sicꝙ: de reliquis. Hæc ille. AVCTOR. Videtis esse de intentione Anselmi, speciem uisibilis panis esse in sacramento sine substantia sua: & hoc fuisse de intentione Augustini dicentis, Quod uides in altari, quod oculi renuntiant,panis est. Non ergo substantia panis,sicut Witeleff hic Augustinum intelligit.Et item Ambrosij dicentis,ut sint, secundum exteriorem speciem supple, & in aliud cõmutentur secundùm interiorem substantiam.Si ergo Anselmus sit in isto fidelior Witeleff, tam Augustinus,quàm Ambrosius egregij doctores primi millenarij,posuerunt accidens sine subiecto in præcipuo sacramento. Sed nè hoc contingeret,statim glossat Anselmum glossa sua communi,dicens eum intelligere panem non remanere ibi secundùm cõsiderationẽ,sed secundùm naturam.Vnde de Eucharistia ca. 5. Anselmus, †inquit,& alij sancti laborauerunt,non ad honorem illius signi, sed ad uenerationem corporis Christi signati,& sic Christi. Sic nitebatur, ꝙ quidditas substantiæ signantis sopiatur quò ad considerationem hominis:& tota intentio colligatur in Christum: ad quod per se mouent per se sensibilia, & non sic materialis substantia. Et sic substãtia panis & uini nõ remanet in actu cõsiderationis, sicut philosophi loquuntur, ponentes sensibile,& tempus poni in actu per sensationem & intellectionem.Hæc Witeleff. AVCTOR. Sub hac glossa nebulosa inuoluit item Lincolniensem, Hugonem, Petrum Lombardum, & plures

Beda

Anselmus

plures alios doctores, scribentes planissimè, & docentes accidens sine subiecto in hostia consecrata. cap.6.de Apostasia, diligens suam pristinam uanitatem, & quærens mendacium. Nam quidam quæruntur à mendacio, sicut innocentes,& incauti,quos quærit hæresis, ut circumueniat.Quidam quærunt mendacium, nè à ueritate capiantur,sicut omnes indurati hæretici fugiẽtes sententias patrum, & sub glossarum sepibus latitantes, putantes non posse uideri ab aliquo, quod ibi fabricant in occulto.Priùs igitur uidendum est,si hoc senserunt doctores, quod eis imputat,& demum contra glossam in se. Primò, ꝙ non fuerit de intentione Anselmi ponere panẽ in sacramento uacare tantum secundum considerationem,non secundum substãtiam. Vnde in iam dicto loco præmittit ANSELMVS. Similitudo illa panis, quæ in altari carnis se oculis ingerit, per se inspecta, non est corpus domini, sed cum esset quiddam priori simile, id est pani inhærens, uel accidens, migrante in corpus dominicum substantia, cui inhærebat, remansit ad peragendum sacri institutum mysterij. Quod quidem contra usum, & rationem est mundanæ sapientiæ, ut sublata substantia, substantiæ accidens subsistat: sed legi naturæ non subiacet Deus. immo ipsius legis lex est creator suus, potestque accidentia sub ducto substantiæ fundamento uel continere, uel in aliam transferre substantiam:qui terram, uel secundum unum prophetam appendit in nihilo, uel secundum alium super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Hæc Anselmus. AVCTOR. Ecce si substantia panis tollatur à cõsideratione,nunquid accidens ꝑ se subsistit in consideratione?Hoc dicit Auselmus non tantum,quòd accidens remanet sublata substantia,sed etiam quòd subsistat.Item nunquid panis migrat in dominicum corpus tantum secũdum considerationem,nõ secundum rem, ut accidẽs remaneat ad peragendum sacri instituta mysterij?& tunc panis non est realiter corpus Christi, sed consideratione tantum. Item si panis est,& fit sacramentaliter corpus Christi : & non sic illa accidentia, sed tantum ostendunt per te: ergo multò aptius panis ille ad peragendum sacri instituta mysterij remaneret, & uacarent accidentia, quam econtrario. Item unum quodque sicut se habet ad esse, sic ad considerari: sed corpus Christi debet omnino credi ibi esse in sacramento, ergo debet ibi considerari in sacramento. Sed hoc non potest, nisi per substantiam panis secundùm te: ergo requiritur substantia panis considerari ibi esse, ut sit ibi sacramentaliter corpus Christi. Nam altissimum mirum esset, quòd cogeremur credere panem secundùm substantiam esse ibi corpus Christi:& nullo modo liceret cogitare de pane. Item non est contra usum, & rationem mundanæ sapientiæ sublata substantia in consideratione remanere accidens, quod ipsi inhæsit:sed remanere accidens per se subsistens sine substantia,sicut docet Anselmus, est contra usum & rationem mundanæ sapientiæ : ergo per legem oppositorum, accidens per se subsistere sublata substantia, ut docet Anselmus, in hostia consecrata,non est tolli substantiam secundum considerationem præter rem,ut glossat Witeleff.Et ad hoc facit,quod ad hoc suadendum docet Anselmus,quomodo lex naturæ subiacet legi Dei:& quomodo supra legem naturæ Deus appendit terram super nihilum per uiã miraculi altioris ostendens possibilitatem rei minoris. Hæc omnia adducere foret superfluũ pro consideratione substantiæ sine accidente, uel econtrariò,quod sine miraculo insueto consuetè agunt philosophi, etiam secundùm eum de tempore,& re sensata:uel potiùs in omni cõsideratione metaphysica.Intelligit ergo Anselmus præter suspentionem substantiæ panis per considerationem,totalem eius ablationem per substantiam,& remansionem accidentium eius per subsistentiam:quod tantùm intendit ibi esse contra usum,& contra mundanæ sapientiæ rationem. Conatur autem ad hunc finem fortiùs dicere Anselmum, quia in ultimo capitulo de ueritate dicit discipulus eius,quòd pereunte corpore,colorem eius manere impossibile est: ergo de mente Anselmi est,accidens præter subiectum remanere non posse. Respondetur, sed non hoc asseruit ibi magister.Imò(inquit)quando Augustinus,& alii loquuntur quicquam in Dialogis sub nomine discipuli,si præteream, & non reprobent, hoc approbant, quod discipulus intulit. Dicitur: ergo approbaret Anselmus,quod discipulus ibi citò post concludit,inquiens,Sic video, & non possum non uidere, quod ego non reputo. Veruntamen sciendum esse de Anselmo arbitror non esse dedecus,qd, ut fatetur, personaliter contigit Augustino: ꝙ scilicet sæpe uniuersaliter, & sine exceptione scripsit,quia pro tunc exceptio non occurrit: sicut in retractatione dicit, quomodo in libro de uera religione dixit, quòd Christus nihil egit uij: quia non tunc occurrit (inquit) quomodo Christus eiecit uendentes de templo. Ita in libro de ueritate,quando leuiter diceret, & plùs pro exemplo,q̃ seriò, ꝙ pereunte corpore,colorem eius manere foret impossibile,tiõ potuit uigili menti doctoris occurrere priuilegium sacramenti.Sed nec memoriæ Augustini, quando scriberet librũ suũ de quantitate animæ priusquam

Anselmus. Hi liber in operibus eius non re peritur.tamen eius sententiam sequitur Gregorius lib.de Eucha.

Ioh. 26. Psal. 11.

Aug. lib. 1. retract. ca. 13. To. 6. Io. 2 Matt. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm fuit imbutus altis & occultis dubijs fidei
3 orthodoxæ. Iterum ꝓ glossat Hugonem de sacra
Hugo. mentis lib. 2. parte 8. c. 9. ubi sic Hvgo. Per uer
ba (inquit) sanctificationis, uera panis, & uera vi
ni substantia in uerum corpus, & sanguinẽ Chri
sti conuertitur, sola specie panis & uini remanẽ
te: & substantia in substantiam transeunte. Con
uersio autem ipsa non secundum unionem, sed
secundùm transitionem credenda est: quoniam
nequaquam essentia in augmentum essentiæ ac
cedit, ut per id, quod accedit, id, ad quod acce
dit, maius fiat, sed transitoriè, ut id, quod acce
dit, cum illo, ad quod accedit, unum fiat. Nec
sic in pane corpus Christi consecrari dicimus,
ut de pane corpus Christi esse accipiat: nec qua
si unum corpus subitò factum demutata essen
tia, sed in ipsum corpus verum mutatam essen
tiam. Nec ipsam substantiam panis & uini in ni
hilum redactam, quia desijt esse quod fuit, sed
mutatam potiùs, quia cœpit aliud esse, quod
non fuit: & ipsum, quod cœpit esse, ex ea esse
non accepit, quia panis fuit: sed ipsa eius esse ac
cepit, quando desiit esse quod fuit. Hoc expres
sius distinximus propter eos, qui ex sua ratione
fidei præiudicium faciunt: & sensu suo * inten- * incedens
dentes asserere nituntur, uel hoc esse solum, qđ qđ.
cernitur, uel tale esse, quod creditur. Hoc est,
quia sola panis & uini species cernitur, solã ibi
esse panis & uini substantiam: uel quia ibi sub
stantia corporis & sanguinis Christi creditur,
pasibiliter ei ineſse speciem & qualitatem pa
nis & uini, quæ cernitur: quasi nõ posit species
apparere, cuius non adsit substantia, uel subs tan
tia latere, cuius non apparet forma. Hæc ille.
Avctor. Hic subsequitur glossa Witeleff. Ista
(inquit) uerba doctoris incusserunt mihi formi-
Witeleff. dinem: nec uideo, quin doctor in illis intelligit
quòd fidelis susciteꝰ intellectum ad credendum,
quòd solum corpus Christi sit post consecratio
nem ibi principaliter, pane & uino in principali
tate illa corpori Christi cedentibus. Acciden-
tia autem ibi habent principalem existentiam
ad expergefaciendum sensus fidelium sine subie
cto suo ibi principaliter existẽte. Hæc Witeleff
de Eucharistia. cap. 3. Avctor. Videant iam
uiri sensati, qualiter ista glossa suum textum ex
ponit, quàm districtè, quàm insipidè, quam ine-
ptè: digna benè suo authore, qui uir indoctus sa
cræ legis, audebat in eodem loco sancto Tho-
mæ, & aliis profundis uiris imponere defectum
intelligentiæ, & non concepisse in cortice do-
ctores priores, & ideo glossas eorum fuisse fri-
Psa. 118 uolas, extraneas, & stultitiam implicantes. O mi
ser homuncio super omnes te docentes intelli-
gens si formidasti, cùm uideres Hugonem: cur
non formidasti eum glossare per contrarium?

A Quis te audacem fecit, ut nidens tam planum
contra te decretum eius, glossam tuam stultam
exaltares, & textum solennem illi subijceres?
Nam cùm pauca ibi consideres, attende hoc ve-
num, qꝺ sola ibi species panis & uini remanet,
substantia transeunte in substantiã. Si ergo sub
stantia panis remanere negabitur, quia cedit
corpori Christi principalitatem, quanuis rema
neat ẽm rem, multo magis nec remanent qualita-
tes: quæ insinitè maiorem cedunt principalita-
tem corpori Christi, quàm substantia panis
terreni: quæ eidem par est in genere: accidentia
autem non sic, immo accidẽtia dicerentur nun-
quam remanere præsentia pani: quia panis ha- *pani
bet ibi supra ea principalitatem infinitò maio-
rem, quam habet corpus Christi quomodolibet
super panem. Dicit: sed accidentia ibi remanẽt
ad expergefaciendum ibi sensus fidelium. Con-
trà. multò magis remaneret ibi quidditas pa-
nis, quæ est secundùm te sacramentum corpo-
B tris ad expergefaciendum ibi intellectus fide-
lium ad credentiam sacramenti. & cùm acciden
tia illa ad nihil naturaliter moueant nisi ad ma-
gis in notitiam panis per accidens, magis neces
saria est uirtus motiua panis ad notitiam corpo
ris ut est præsens. Formatur sic ratio, quia si-
gnum immediatum signato, quia aptiùs dirigit,
est ipsi magis necessarium, sed substantia panis
sacri est signum immediatum, & sacramentum Nota bñ
corporis Christi per te, non sic accidentia sen- notanter
sata exterius, quæ sit communis hostiæ non con
secratæ sicut & consecratæ, aptiùs ergo remane
ret substantia panis sacramentalis, quàm remo
tissimæ qualitates ad dirigendum mentes fide
lium in signatum proprium. Attende item, quòd
Hugo dixerit panem desinere ibi esse per suam
mutationem, & transitionem realem in corpus
Christi, hoc non requiritur in datione princi-
palitatis. Aliter ergo definit ibi esse panis, quàm
principalitatem suam amittens. Nam si (ut dicis
C ibi) domino suo cedit uir ignobilis principalita
tem cùm uenerit in domum suam, non tamen
tũc ignobilis ille mutatur in dñm suũ, nec cõuer
titur in ipsum transitiuè, nec accepit esse eius.
Formidasses item Hugonem ibi, cùm diceret
ista tam distinctè dixisse propter eos, qui ex
ratione sua fidei præiudicium faciunt, creden-
tes hoc solùm esse, quod cernitur. Sequi-
tur. Hoc est, quia sola panis & uini species
cernitur, solam ibi credunt panis & uini esse
substantiam. Tu uerò ponis ibi solam panis &
uini substantiam, & corporis Christi solam si
guram, uel realitatem transcendentem, ergo
iustè formidasses propter te tam distincte lo-
cutum esse Hugonem contra remanentiam
panis, quia ratione tua tali, quali fidei præiu-
dicium

Hugo. dicium facis. Formidasses itẽ Hvgonem. in 5. A cans. Item ibi cap. 7. idem Hvgo. Nec per Hugo.
c. suprà recitantẽ, & reprobantem hæresim tuã, panem & uinum corpus & sanguinem tantùm si
de figuralitate corporis Christi in hostia conse- gnificari credimus: sed sub specie panis & uini
crata. Sunt (inquit) qui ex quibusdam scriptura uerum corpus & uerum sanguinem cõsecrari:
rum locis mumimentum erroris ducere putaue- & speciem quidem uisibilem sacramentum esse
runt, dicentes in sacramento altaris ueritatem ueri corporis & ueri sanguinis: corpus autem
corporis & sanguinis Christi nõ esse, sed imagi & sanguinem sacramentum esse gratiæ spiritua
nem illius tm̃, & speciem & figuram. Et infrà. lis. Et quemadmodum species illic cernitur,
Hic autem periculosè erraverunt tot manifestis cuius res, uel substantia ibi esse non creditur: sic
sententijs, & assertionibus non dubijs quædam res ibi ueraciter & substantialiter præsens cre-
ambigua præferentes, & in ipsis magis menda- ditur, cuius species non cernitur. Videtur eñ
cium, quàm ueritatem eligentes, non quia hoc species panis & uini: & substantia panis, & uini
ibi magis dicebatur, sed quia hoc ab illis magis nõ creditur. Creditur autem substantia cor-
credebatur. Hæc ille. Avctor. Hanc sen- poris & sanguinis christi: & tamen species non
tentiam quare non formidasti? quando tu ex il- *cernitur. Hæc ille. Avct. Primò nota, ꝙ *videtur
lis es, qui ueritatem, scilicet, naturæ & substan- doctor iste dicit, quòd per panem & uinum nõ
tiæ corporis Christi in sacramento negas. & so tantùm significatur corpus Christi & sanguis,
lam speciem, aut figuram eius asignas, & tot sed sub illorum specie corpus & sanguis uera-
manifestis doctorum assertionibus de non re- citer cõsecrantur. Hoc cõtra te, qui ponis pa-
manentia panis grossi, & subsistentia acciden- nem & uinum tantùm figuras corporis, & san-
tium sensibilium glossas tuas præfers ambiguas B guinis: & corpus Christi nõ habere ibi carnis
& incultas de principalitate corporis figuralis, substãtiam, sed figuram. Secundò dicit speciẽ
& consideratione mentis, dedignantis substan- illam uisibilem panis & uini sacramentum esse
tiam panis attendere, sed benignè salutantis sen ueri corporis Christi & sanguinis. Hoc contra
sibiles qualitates: non quia sic à doctoribus di- te, qui criminaris catholicos, quia ponũt for-
cebatur, sed quia sic a te, & tuis discipulis anteà mam extrinsecam panis, quæ est accidẽs desti-
credebatur? In hoc item articulo dicit stare Hu tutum subiecto, esse sacramentum extrinse-
gonem secundo libro de sacramentis, parte. 8. cum hostiæ consecratæ. Et item. 3. dicit do-
cap. 9. contra dicentes in materia de accidenti- ctor: illud corpus Christi in sacramento existẽs
bus illis ad duas oppositas disciplinas. Prima esse sacramentum gratiæ spiritualis. Hoc con-
dicit non esse ibi species sine substantia panis & tra te: quia tũc per prædicationem tuam habi-
uini: sed ideò nullam aliam ibi esse substantiam. tudinalem illa gratia esset iterum sacramen-
Secunda dicit species illas sine natiuis substan- tum: quia per sacramentum signatur, & pro-
tiis suis ibi esse, sed per migrationem nouiter pter hoc nescis unquam dicere quid est ibi res,
efficere corpus Christi. Hvgo. Hoc (inquit) ex & nõ sacramentum. Quia sicut petra erat Chri
pressius distinximus propter eos, qui ex sua rõ- stus secundum habitudinem, uel figuram, sic itẽ
ne fidei præiudicium faciunt: & sensu tuo ince- panis est corpus Christi, & econtrario. Confor
dentes asserere nituntur uel hoc esse solum, qđ mi logica corpus Christi sacramentale est gra-
cernitur, uel tale esse, quod creditur. Hoc est, qa C tia spiritualis unionis, & econtrariò. Et tunc si-
sola panis & uini species cernitur, solam ibi es cut corpus Christi est sacramentum panis, quia
se panis & uini substantiam. Vel quia ibi sub- figuratur per panem, ita corpus Christi mysticũ
stantia corporis & sanguinis Christi creditur, est corpus Christi sacramẽtum, quia in ipso fi-
pasibiliter ei ineſse speciem, & qualitatem pa- guraliter delignatur. Et per consequens nihil est
nis & uini, quæ cernitur, quasi non posset spe- 4 ibi res sacramẽti, & nõ sacramentum. Quartò
cies apparere, cuius non asit substantia: uel sub item dicit doctor. Quemadmodum species il-
stantiam latere, cuius non appareat forma. Hæc lic cernitur, cuius res, uel subsũtia ibi esse non
ille. Avç t. Iste doctor sapienter, & meritò creditur. Hoc cõtra te, & glossam tuam, quòd
reprobat oberrantes, qui dixerunt, ꝙ non pos- species uisibilis formæ integrata ex tot acciden
set species apparere, cuius non adest substantia: tibus, non quidem per aggregationem, ut ace-
sed nullus tam indoctus est, cuius errorem do- rus granorum, sed per naturalem* exigentiam, *existẽtiã
ctor iste notasset, qui diceret non posse speciẽ ut species, & pulchritudo, de qua in psalmo. ꝑ psal. 44.
apparere exterius, cuiùs substantia non adest in Specie tua & pulchritudine tua. & in Porphy- In predica.
consideratione mentis: ergo notatum fuit istos rio. Species Priami digna est imperio. Illa, in c. a. de spe-
errasse, quia ponebant speciem sensibilis quali- quam, aut huiusmodi species cernitur, cuius res cie.
tatis nullo modo posse apparere exteriùs, cuius uel substantia ibi esse non creditur. Ergo con
nulla substantia in re ipsa adest ipsam sustentifi- tra fidem, & extra fidem est substantia panis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi,& non tñ extra considerationem. Maximè cùm tu dicas fidei testimonium quadruplex dicere panem materialem esse corpus Christiin sacramento,& sic manere in 4.trialogorum. & 39.ca.sermo dñi in monte.Hugo uerò dicit,q̄ res illam subiectans speciem vel substantia ibi esse non creditur:nè diceret pro te,non considerarur.Et iterum,uidetur ibi species panis & uini:& substantia ibi panis & uini non creditur.Et non tñ hoc:sed nè staret dictum tuum antiquũ de essentia materiali,& mixto illo primo, cuius forma componit immediatè cum materia, quã aliqñ posuisti subiectum accidentium absente substãtia panis specifica:doctor addidit:nec res eius manet.i.nulla aliquitas panis, uel individuum entis extra genus,quod posset ab accidentibus denominari. Quintò dicit doctor, q̄ res ibi ueraciter & substantialiter præsens creditur cuius species non cernitur.Et exponit se.Creditur aũt substantia corporis & sanguinis Christi: & tñ species non cernitur, Hoc ꝙ te, quia dicis corpus Christi non esse substantialiter in sacramento, nec secundùm substantiam suam, uel naturam, sed tantùm per figuram, & tenuem habitudinem. Ecce propter istam quintuplicem ueritatem, quæ concutit omnem errorem tuum quintuplici machina: iustè poteras formidare Hugonem sub tam potenti,& fœcunda sententia.

¶ QVO'D LINCOLNIENSIS SEcundum glossam Witeleff non intellexit accidens sine subiecto. Cap. LXXXIII.

SVMMA.

1 *Witcleff,qui secũdum glossam suam uult Lincolnienſem non intellexiſſe accidens ſine ſubiecto, confutatur.*

2 *Formæ ſenſibiles ſaporis,& coloris, quòd nõ debeant attendi in ſacramento altaris.Et quid de hoc dicat Rabanus.*

3 *Fortè,aduerbium ſumptum ab ore Lincolnienſis ab Witcleff ad roborandum ſuam prauam ſententiam.Et quomodo in hoc ſequatur Nouatũ eius magiſtrum,qui ab ore Petri contra ſanctam pœnitentiam hoc idem aduerbium ſuſcepe vit.Et plura ibi ex Lanfranco,Auguſtino,&c.*

QVantùm item ad Lincolnienſem, qui ut ipſe recitat,ſuper ca.3.eccleſiaſticæ hierarchiæ.Aſſumentes(inquit)sẽ ſibiliter *partita & multa non uerè profiterentur communicatores, niſi ipſa multa in aliquo unireatur. Vniuntur autem ea multa, in quæ diuiditur conſecratus in unitate ueri corporis Chriſti:& ea multa,in quæ diuiditur calix,in unitate ſanguinis ipſius. Et fortè dicũtur ea multa,quæ ſenſibiliter multis diſtribuuntur fieri,ſeu eſſe in ijs: quia iſtæ ſenſibiles formæ nó habent alias ſubſiſtentias ipſas in eſſe tunc ſupportantes. Non enim eſt tunc ſub forma panis,aut uini materialis ſubſtantia panis aut uini nec tamen ſunt illæ formæ ſenſibiles in corpore & ſanguine Chriſti ut in ſubiectis ab eis denominatis.Hæc Lincolnienſis. AVCTOR. Reſpondet ad Lincolnienſem, ſicut ad alios, quia accidentia per ſe ſunt in actu conſiderationis fidelium:dum panis & uini quidditas quò ad conſiderationem huiuſmodi ſit ſopita:quia accidentia expergefaciunt animam,ut conſideret ſacramentum actualiter tanquam ſignum. Contra iſtud facit proceſſus doctoris: quia dicit, q̄ illæ ſenſibiles formæ non habent alias ſubſiſtentias ipſas in eſſe tunc ſupportantes.Peſimus † ergo gloſſator iſte,qui arctat ſenſum doctoris ad ſũb B ſiſtentiam formarum accidentalium ſolùm in conſideratione, quando expreſsis uerbis dicit eas ſubſiſtere in ipſo eſſe. Aut reducatur gloſſa textui ſic.Senſibiles formæ in ſacramento altaris non habent alias ſubſiſtentias ſupportantes eas in eſſe:quia habent alias ſubſiſtẽtias ſupportantes eas in eſſe:ſed non in conſideratione.Et quæ congruentia rõnum?Intendit ergo formas illas non habere alias ſubſiſtentias in eſſe, ipſas tunc ſupportantes in eſſe. Quod etiam probat finis ſermonis:quia nec pp hoc concedit, q̄ ſint in corpore & ſanguine domini illa accidentia panis & uini tanquam in ſubiectis ab eis denominatis. Quod oſtendit cum hic loqui de ſubiecto eorum,ſi quod habeant,non ſecundùm cõ ſiderationem, ſed realem denominationẽ. Itẽ quare ſopiretur ſubſtantia panis materialis in conſideratione,& non aceruus accidentium, cum de præſentia panis ibi eſt fides, & nõ ſic de accidentibus,ut ipſemet Witcleff ſcribit? Item panis naturalis(ut dicit idem Witcleff) eſt illud uenerabile ſacramentum. Quomodo autem poſſet uenerari,& credi, & non conſiderari,non uideo: nec ipſe ſciuit etiam quomodocunque docere. Item quod ſenſus naturaliter repreſentat, hoc mens attendit, ſecundum illud: Omnis doctrina,& omnis diſciplina ex præexiſtente fit cognitione ſenſitiua. Si ergo ſenſibiles formæ remanent ad expergefaciendum animam* ſed ad nihil aliud inducere poſſunt,niſi in ſubſtantiam panis, quia aliàs corpus Chriſti eſſet ibi ſenſibile,quod ipſe negat cum omnibus, ergo accidentia remanentia expergefaciunt animam ad conſiderandum ſacramentum actualiter tanquam ſubſtantiam naturalem, non tanquam figuram. Quia hoc eſt

Lincolniẽſ.
**separata*

eſt ſupra facultatem ſenſus:ſecundum illud Auguſtini. Quod oculi nobis renuntiant,panis eſt, & calix. Quod autem fides poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti. Item ſenſibiles formæ neceſſariò faciunt ad conſiderationem panis:& quantum in eis,turbant mentem à fide corporis:quod non faceret ſubſtantia panis ſine eis. Magis ergo remouendæ eſſent à conſideratione hominis illæ ſenſibiles formæ,quàm ſubiectæ eis ſubſtantiæ. Ad praxim autem aſſumpti facit, q̄ tu ipſe ſemper clamas pro pane materiali: q̄ uides ibi eius accidentia conſueta. Ad confirmationem autem huius conſequentiæ naturalis, ſcribit in libro ſuo de corpore & ſanguine domini,capite uigeſimo quinto RABAN. *Idcirco(inquiens)in illo ſaporem panis,aut colorem non attendimus: ita nanque ſi mutaretur ĩ carnem,nihil ampliùs caro Chriſti eſſet, quam eſt: quia totũ ſpirituale eſt,quod comedimus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce ſenſibiles formæ ſaporis,& coloris non debent attendi,non conſiderari:& ſi tota hoſtia tam ſecundùm ſubſtantiam, quàm ſecundùm qualitates uerteretur in carnem, non amplius eſſet caro Chriſti, quam jam eſt:Et ideo in capite octauo præcedente, B docet quomodo omnes quinque ſenſus ſunt inſtruendi per gratiam ad ea tantùm percipienda, quæ fide creduntur,tractans hunc textum Leuitici. Qui comederit de ſanctificatis per ignorãtiam,addet quintam partem. ubi. Quinta(inquit)pars illius tunc rectè a nobis ſuperadditur ſi quinque ſenſus corporis intus ab intelligibilia ſpiritualia conuertantur,Quia ſi rectè ſapimus,uel rectè percipimus,diuinus ſpiritus in nobis eſt,& per eandem gratiam ampliatur: eoſdemque ſenſus noſtros ad ea percipienda inſtruit,& componit:ita ſanè, ut non ſolum guſtum interius ad myſtica perducat,uerùm & uiſum,atque auditum,nec nõ odoratum,& tactũ, ita tenus illuſtrat quodammodo, ut nihil in eis niſi diuina ſentiãtur,nihilque niſi cæleſtia.Hæc ille. AVCT. Falsè ergo docet Witcleff accidentia remanere ad expergefaciẽdum animam, & propter hoc tollendam,uel ſopiendam a conſideratione tantum eſſe panis ſubſtantiam. Vnde omnes fideles poſſunt planè uidere, quam extortam gloſſam fecerit: quam item extraneã, & omnibus catholicis ſcriptoribus alienam. Nam priùs docere debuit, ubi ſcriptura ſacra hunc modum loquendi habuerit: aut illi doctores,quos ſic gloſſat,hanc formam loquendi tenebant conſuetè in alijs:dicere,ſcilicet, abſolutè rem non eſſe: quia non eſt in conſideratione talis,uel talis,& nunquam ſe exponere,quòd ſic intelligerent. Sed certè non potuit hoc facere,nè ſecundum ſcripturas cogeremur dice-*Robanus.* 2 *Quemadmodum*

Le.22.

Robanus.

A re Deum non eſſe:quia dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. Sed hoc prius probandum eſſet in ſcriptoribus ſanctis, quàm recurrendum ad philoſophos pro conſideratione ſenſibilis uniuerſalis, uel temporis. Et tamen quid hoc ad propoſitum? Nam quamuis dicant philoſophi tempus eſſe in actu per conſiderationem mentis, & numeri numerantis: nunquid ideo dicent philoſophi tempus actu non eſſe, ſi ſopiatur in mente alicuius? Et ſi natura ſenſibilis non dicitur actu ſenſibile, niſi ſecundùm rationem, qua reducitur ad actum ſenſus: nunquid econtrariò quotiens res non ſentitur, dicetur non ſenſibile? & ſic de uniuerſali. Quod ſi non inuenis, nihil proficis gloſſando doctores negantes ſubſtantiam panis. dicendo quia non ſunt in conſideratione mentis. Quò ad prædicta Lincolnienſis iterum laborat: quia doctor, quem exponit, uocat ſacramentum panis, & ipſe item uocat regulariter panem. O pauper, & penurioſe dafcale nunquid audiuiſti corpus Chriſti dici panem cæli in ſcripturis? Quod item Dionyſius intendit ibi. Et ideo loquens de illo poſt conſecrationem uocat illum diuiniſſimum panem:& panem indiuiſibilem,ſcilicet,in natura: partium tamen pluribus ſecundùm ſigna. Panis uerò materialis nec eſt indiuiſibilis, nec diuiniſſimus.& ideo ibi LINCOLNIEN. Ad uertendum(inquit)quòd beatiſſimam euchariſtiam dicit unum,& eundem panem:& calicem ſimiliter dicit unum & eundem,propter corporis & ſanguinis domini unitatem,& identitatẽ. Hæc ille. AVGTOR. Ergo ſecundum iſtos, euchariſtia eſt identicè corpus Chriſti,& non panis tuus. Et nunquid item audiuiſti res iſtas ſic vocari:quia ſpecies rerum tenent, quæ ſic olim C dicebantur? Sed † currit item ad aduerbium, fortè. Vnde (inquit) quia hoc caſualiter euenit,ideo dicit Lincolnienſis:quia fortè illæ formæ ſenſibiles.&c.Nec eſt facilè fingere quomodo doctor ad alium ſenſum inſereret hoc aduerbium,fortè.Hæc Witcleff,ſcilicet,de apoſtaſia capite ſexto. Quaſi doctor iſte uacillaret,dubitans de conſiderationibus mentium: nec crederet ſimpliciter formas illas per ſe ſubſiſtere, ſed caſualiter poſſe ſic contingere. Sed ſicut iſte ſuſcipit ab ore Lincolnienſis teſtimonium contra fidem ſub aduerbio, fortè: ita magiſter eius Nouatus ab ore Petri contra ſanctam pœnitentiam ſub eodem aduerbio, fortè: cùm diceret Simoni,Pœnitentiam age, ſi fortè remittatur tibi recordatio cordis tui. Sed AMBROSIVS reſpondens utrique libro ſecundo de pœnitentia bene poſt principium. Hoc (inquit) illis reſponſum ſit. Ego autem nec Petrum

Pſa 13 Eſa 52.

Lincolniẽ.

VVitcleff. Fortè.

Act.8. Am.To.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubitasse credo, nec uerbi unius præiudicio tan A
tam causam strangulandam arbitror. Nam si
putant dubitasse Petrum, nunquid & Deus du-
bitauit, qui ait ad Hieremiam prophetam, Sta
in atrio domus domini, & reſponſum dabis oĩ
Iudæ his, qui ueniunt adorare in domo domini
&c. Noli auferre uerbum, forſitan audient, & re
uertentur: dicant ergo & Deum ignoraſſe quid
eſſet futurum. Sed non ignorantia eo uerbo ex-
primitur, ſed in ſcripturis diuinis frequens hu-
ſuſmodi conſuetudo aduertitur, eoq; ſimplex ſit
elocutio. Siquidem & ad Ezechiel dicit domi-
nus, fili hominis, mittã ego te ad domũ Iſrael,
ad eos qui me exacerbauerunt, ipſi, & patres eo
rum uſque in hodiernum diem, & dices ad eos:
Hæc dicit Dominus, ſi forte audient & terrebũ
tur, Neſciebat ergo eos poſſe, aut non poſſe cõ-
uerti? Non ergo ſemper dubitantis eſt iſta lo-
cutio. Hæc ille. AVCT. Ita dicat Witcleff Deũ
ignoraſſe quid eſſet futurum, & eſſe ipſi caſualẽ
eventum de converſione iſtorum, de quibus di- B
cit, forſitan audient: uel dicat potuiſſe Lincol-
nienſem firmam mentem ſuam de ſubſiſtentia
accidentium ibi exprimere ſub ipſo aduerbio,
forte. Iam ergo quotiens gloſſam ſuam intule-
rit, inſpiciat lector prudens uerba doctoris: &
(non dubium) aliqua ſemper parte aliquid de
mẽte doctoris inueniet, quod gloſſam Witcleff
falſam eſſe conuincet. Hoc dico: quia iſtis mo-
dis præſcriptis, forma ſufficienter perimendi
falſam gloſſam eius oſtenditur: & ne ſit perpe-
tua, ut ipſe ſperat, iuſtiſſimè prouidetur. Ipſe
enim ſinaliter dixit: Sic poſſunt gloſſari docto-
res quotquot uenerint. Et hoc modo multò con
ſonantius ſenſibus doctorum: contra quorum
gloſſas, poſſunt gloſſæ tuæ reponi, quotquot ve
nerint. Nõ dubium, ipſa ueritas doctoralis gloſ
ſas reſpuit corruptrices à uerbis ſuis, quantum
mare deteſtatur, & eiicit mortuos ſuos. Infert
poſt mendaciter Guimundum, quaſi neget acci
dens ſine ſubiecto in ſacramento altaris, quod
ibi non diſputat: quanuis de facto accidentium C
adnihilationem admittit: quod itẽ Witcleff non
placet. LANFRANCVS autem in opere ſuo hoc
ipſum diſputat, & cõcedit. Credimus (inquiens)
terrenas ſubſtantias, quæ in menſa dominica p
ſacerdotale miniſterium diuinitùs ſanctifican-
tur, ineffabiliter, incomprehenſibiliter, mirabi-
liter, operante ſuperna potentia converti in eſ-
ſentiam dominici corporis reſeruatis ipſarum
rerũ ſpeciebus, & quibuſdã alijs qualitatibus:
ne percipientes cruda, & cruenta, horrerent: &
ut credentes, fidei præmia ampliora perciperẽt.
Hæc ille. AVCT. Hoc ipſum planiſſimè docuit
Auguſtinus libro de corpore & ſanguine domi
ni, de quo & ſi Witcleff multũ uacillet, & anxius

Hiere. 26.

Lanfrãcus Vide Ioan. Bariſiũ hb. de Euchariſtia.

trepidet: tamen propter ſolatium ſanctorum fi
delium eum ipſum inſerere non omittam. Ego
enim reperi, & tranſcripſi de uetuſtiſſimo exem
plari, ſcripto antiqua ualde manu formata AV-
GVSTI. Non dubitare debet aliquis, cùm pa-
nis & uinum conſecrantur in ueram ſubſtantiã
Chriſti: ita vt nõ remaneat ſubſtantia panis uel
uini: cum multa alia etiam in operibus Dei non
minus miranda uidemus. Hominem enim ſub-
ſtantialiter mutat Deus in lapidem, ut uxorem
Loth: & in paruo artificio hominis fœnum, &
ſilicem in uitrum. Nec credendum eſt, q̃ ſubſtã-
tia panis uel uini remaneat: ſed panis in corpus
Chriſti: & uinum in ſanguinem conuertitur, ſo-
lummodo qualitatibus panis & uini remanenti-
bus. Hæc ille. AVCT. His uerbis Auguſtini: qa
nihil aliud quàm fidem eccleſiæ continent, pij
fideles etiam literatiſſimi uiri gaudenter indul-
gent, & cũ omni alacritate ſuſcipiunt. Soli Wit-
cleuiſtæ & Berẽgariani ſectatores oblatrant: di-
centes alij, quia dictamen eius hæc uerba non
ſapiunt, neſcientes tantam eſſe ubertatem in ſa
liua doctoris, ut uix inter centũ nolumina tres
libri eius redoleant uiuum ſtylum. Nec tamen
hæc ratio nimis à communi editione eius in ſer
monum opere retrocedit. Alias Witcleff dicit
poteſt eſſe de dictis Anſelmi. Sed hoc reſtat ut
probet, nè plura opera Auguſtini in eiuſdem ſu
ſpicionis metum inducat. Aut tertiò (inquit) ſo
læ qualitates in cõſideratione mentis expectãt,
ut intelligit Auguſtinus. Sed fatigatus ex vola-
tu, ſic uolat, & reuolat: & tamen hinc feſſus no-
ſter per rationes ſuppoſitas abigitur, ne quie-
ſcat. Poſt iſta autem reſtat inſerere motiua eius
quæ collegit in defenſionem hæreticæ prauita-
tis, poſtquàm monſtrata eſſet damnatione di-
gna in ſynodo cleri Oxoniæ. 16. cap. de blaſphe
mia. Iſta ſecta faciendo in Oxoniis memoriam
ſuorum memorabilium congregata fuit laten-
ter cum quatuor fratribus: & tanquam tota uni
uerſitas penderet in manu eorum: hæretici di-
cuntur hæreticaſſe duas ſententias de euchari-
ſtia. Primam, quòd poſt conſecrationem in
miſſa remaneat ſubſtantia panis materialis in
hoſtia conſecrata. Sed inter eos Deus mouit
quendam doctorem ſecularem catholicum, ut
non conſentiat, ſed contradicat ſtultitiæ eorũ.
Ipſe autem dicitur interrogaſſe eos, ſi uoluerint
hæreticare ſanctorum ſententias de univerſali-
bus ex parte rei? At illi hoc præ uerecundia ne-
gauerunt. At ille: ex hoc (inquit) ſequitur, q̃
ſubſtantia panis materialis remanet in hoſtia
conſecrata. Genus (inquit) ſubſtantiæ eſt, ubi-
cunque fuerit aliquod eius indiuiduum: ſed in
dicto ſacramento eſt indiuiduum generis ſub-
ſtãtiæ: quia, ut ipſi aſſerunt, ibi eſt corporaliter

Aug. Non habeãt nunc uerbi uim ſine uerbi. Ecce tantæ memoriæ Beda 1. Cor. 10. Gen. 19.

corpus

corpus Chriſti: ergo. Hæc Witcleff. AVCTOR. A
Sed huic doctori fautori Witcleff, ne cedat ve-
ritas catholica, iterum dicitur, quòd deſtructis
primis, impoſsibile eſt aliquod aliorum remane
re, id eſt, ſpecierum, vel generum: ergo deſinen-
te ibi eſſe ſubſtantia panis primi & ſingularis,
impoſsibile eſt aliquam ſubſtantiam ſpecificã,
uel generalem remanere illius panis materialis,
qui præfuit: licèt ſophiſma Witcleff contra in-
tentionem philoſophi in hoc textu iudicet ibi 1
remanere ſpeciem panis in alio indiuiduo ciuſ-
dem generis, ſcilicet, in corpore Chriſti. Sed 2
integer textus dicit, impoſsibile eſſe remanere
aliquod aliorum, ſcilicet, generis, vel ſpeciei ſuo
primo deſtructo: ergo deſtructa ſubſtantia pri-
ma panis materialis, vel deſinente ibidem, im- 3
poſsibile eſt aliquam ſpeciem vel genus eius in-
ibi remanere, id eſt, in quantum eius eſt. Si ergo
hoc philoſophicè dicitur: audeo dicere etiam 4
ſcripturam ſacram hanc probaſſe: cum diceret
in Exodo ex ore domini: q̃ comederent agnum
paſchalem in veſpera paſchæ, nec relinquerent B
ex eo quicquam vſque manc. Er nunquid relinq;
rent ex eo ſpeciem eius, vel genus? Et in quæſtio
nibus Leuitici. 8. AVGVSTINVS. Omne
quod conſummabitur, aliqui interpretes dixe-
runt, omne imponetur. vbi volunt intelligi eſſe
holocauſtum: quia nihil inde remanet. Hæc ille.
AVCTOR. Item pſalmiſta ait. Infixus ſum in 1
limo profundi, & non eſt ſubſtantia. & nunquid
ſubſtantia quælibet generalis & ſpecialis defuit
ibi? Et ille nobilis philoſophus in commento ca
pituli tertii eccleſiaſticæ Hierarchiæ LINCOL
NIENSIS. Illæ (inquit) ſenſibiles formæ non
habent alias ſubſtantias ipſas in eſſe tunc ſup-
portantes. Non enim eſt tunc ſub forma panis,
aut ſub forma vini, materialis ſubſtantia panis
aut vini: nec tamen ſunt illæ formæ in corpore
aut ſanguine Chriſti vt in ſubiectis ab eis deno- C
minatis. Non enim à ſenſibili albedine ibi viſa,
denominatur corpus Chriſti album: aut à rotun-
ditate rotundum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce
Lincolnienſis non formidauit loqui ſecundum
Logicam eccleſiæ pro tempore ſuo: ipſe non re-
pulit terminum panis materialis. Ipſe non cura-
uit tantum pro genere & ſpecie, quin diceret
non eſſe ſubſtantiam materialis panis ſub illis
qualitatibus. Ipſe audacter dicit illas qualitates
ſine ſubiecto: quanuis ſciuit corpus domini ſub 2
illis iactum: poſuit enim in loco ſpatio-
ſo pedes ſuos. Witcleff autem cogi-
tur quærere ſtrictos angulos,
quos non quærit veritas:
quia non properat
quærere verita-
tem.

Anſſlo. In Predicam. cade ſubſtant.

Pſal. 48.

Lincolniẽſ.

¶ QVOD FIGVRA NON DE-
bet cum rei veritate coextendi, & per hoc
figuraliter ſolum corpus Chriſti, nõ
eſt verè, vel realiter corpus
Chriſti.
Cap. LXXXIIII.

SVMMA.

*Figura quòd non debeat cum rei ueritate coextẽ-
di, contra Witcleff.*
*Witcleff error primus, qui contra leges ſcriptu-
ræ ſacræ extendit loquutionẽ figuratam ut pro-
priam, & ſine authoritate figuram transfert in
locum proprij.*
*Scripturæ loquutio ſecundùm Auguſtinum, quòd
res ſignificans appelletur nomine rei ſignificatæ. Et multa de hoc copioſiſſimè tractantur ibi.*
*Witcleff error ſecundus in materia de figuris, ve
cenſetur. Et plura contra eum ibi adducun-
tur.*

¶ EXiſtimant quidam pii lectores, cùm
ad libros Witcleff peruenerint, & au
diant eum aſſerere tàm conſtanter ve
nerabile ſacramẽtum eſſe verè & rea-
liter corpus Chriſti: q̃ iam cum fidelibus de cor
pore Chriſti ſapiat ſecundùm ſuam eſſentiam,
& naturam. Quia † nec optimis philoſophis
mos eſt tropos uel figuras ad res extendere, aut
eas concedere uere tales. eo quòd ueritas eſt adę
quatio rei ad intellectum. In figuratiuis autem *Veritas quid.*
loquutionibus aliter dicitur, quam res exiſtit: ita
ut res conceptui non æquetur, ut infrà dicetur.
Reuera ita plures fefellit. Sed qui libris eius inſi
ſtunt, noſcunt, quòd uerbis tantum, & ſignis Lo
gicis corpus Chriſti honorat: eor autẽ eius ſem
per uerſatur ĩ ligno corporis & figuræ: nec aliud
eſſe concedit corpori Chriſti ibi, quàm eſſe tro-
picè figuratum, uel virtuale præter eſſentiam: 4.
trialo. capite. 7. Geneſis. 41. fides ſcripturæ aſſe- *Witcleff. Gen. 41.*
rit, q̃ 7. ſpicæ. & 7. boues craſſæ, ſunt. 7. anni fer-
tilitatis: &, ut Auguſtinus notat, ſcriptura non
dicit, quod ſignificant illos ſeptem annos, ſed q̃
ſunt ipſi anni, & talem loquutionem ſpiſsim in
ſcriptura poteris reperire. Sequitur poſt. Sic au
tem dici poteſt, quòd panis ille ſacramentalis eſt
ad illum modum ſpecialiter corpus Chriſti. Hæc
Witcleff. AVCTOR. Primus † error eius in hac 2
parte eſt: quod contra leges ſcripturæ ſacræ ex-
tendit loquutionem figuratam ut propriam: &
ſine authoritate figuram transfert in locum pro-
prij. Nec hoc intendebat unquam Auguſtinus,
nec ſcriptura. Quod enim Auguſtinus inten-
dit, eſt exponere textum illum Ioannis. 13. Nunc *Io. 13.*
clarificatus eſt filius hominis. Super Ioannem
*homi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*homil.63. AVGVSTINVS. Hic autem non est dictum: nunc significata est clarificatio filij hominis: sed dictum est. Nunc clarificatus est filius hominis: quemadmodum non est dictū: petra significabat Christum, sed petra erat Christus. Nec dictum est, bonum semen significabat filios regni: aut zizania significabant filios malignos: sed dictum est, Bonum semē ii sunt filij regni. Zizania uero filii maligni. Sicut ergo solet loqui scriptura res significantes tanquam illas, quæ significantur, appellans: ita loquutus est dominus dicens. Nunc clarificatus est filius hominis. Hæc ille. AVCTOR Quomodo autem debeat hæc sententia AVGVSTINI moderari, ipse nos doceat: alibi fortè possumus nos instrui qualiter in hoc dicto se cupit intelligi. Tractans nempe textum illum Leuitici: Anima omnis carnis sanguis eius est. in libro quæstionum super leuiticum, capite *quadragesimonono. Solet† autem (inquit) res, quæ significat, eius rei nomine, quam significat, nuncupari: sicut scriptum est. 7. spicæ, septem anni sunt: & multa huiusmodi.

Hinc est, quod dictum est, petra autem erat Christus: Non enim dixit significat Christum: sed tanquam hoc esset, quod utiq; per substantiam non erat, sed per significationem. Sic & sanguis quoniam propter vitalem quandam corpulentiam animam significat, anima dictus est. Verùm si quispiam putet animam pecoris esse sanguinem, non est in ista quæstione laborandum: Tantum nè anima hominis, quæ carnem humanam viuificat, & est rationalis, sanguis putetur, valde cauendum est: & hic error modis omnibus refutandus. Hæc ille. AVCTOR. Eccelo quutionem scripturæ dicit Augustinus esse, ꝙ res significans, appelletur nomine rei significatæ: & sic sunt septem spicæ septem anni: & sic petra Christus: & tamen cùm scriptura secūdum hanc figuram dicat, quòd anima omnis carnis est sanguis eius, non uult Augustinus permittere, ut quisquam asserat animā rationalem hominis, quæ carnem uiuificat, sanguinem eius esse. Valde (inquit) cauendum est: & hic error modis omnibus refutandus. Quis error? Quod anima hominis sit sanguis. Quæ igitur? nunquid anima pecoris? Nec hoc determinat, sed sugillat. Superius enim dicit. Nunquid si animam pecoris sanguinem dicimus, etiam anima hominis sanguis putandus est? absit. Et cùm multò aptius sequitur: Anima omnis carnis sanguis eius est: aīa rationalis hois est aīa carnis: ergo aīa rationalis hominis sanguis eius est: quoniā septem spicæ sunt septem anni: ergo panis usualis & materialis est realiter corpus Christi. Quia primam concedit scriptura, secundum tropum: secundā nullus concedit fidelis. Sed nec primam, nisi intra limites scripturæ: sed deinceps negat, propter cōceptum quem generat. Attende iam quomodo liberat negatiuam cum affirmatiua, in libro secundo contra aduersarium legis, & prophetarum, *uersus finem, dicens. Sic enim dictum est: Anima omnis carnis sanguis est: quomodo dictum est; Petra erat Christus. non quia hoc erat: sed *quia hoc significabat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce petra non erat Christus: sed significabat. Placet tamen, quòd secundùm scripturam petra erat Christus: placet quòd semen bonum sunt filij regni. Et quare ergo nō placet (interrogas) quòd panis naturalis est corpus Christi? Et ego rursus interrogo, cur non placet Augustino, ꝙ anima hominis est sanguis eius: cùm scriptura æquè sic dicat? Quia (inquis) error hominum sic dicit, non consonanter scripturæ. Ita error uester dicit esse corpus Christi longè aliter, quam petram esse Christum: aut septem annos septem spicas. Valde ergo cauendus est hic error. Quam si benè perspexeris, illæ spicæ, de quibus scriptura loquitur non erant spicæ secundū naturam, sed spicarum imagines: ita quòd figura septem spicarum septem annos significabat. ut dicit secundo libro ad Simplicianum uersus finem AVGVST. *Quisquis videt somnum, non dicit, uidi imaginem Augustini, aut Simpliciani, sed uidi Augustinum, aut simplicianum. eum cotēpore, quo tale aliquid uidit, nos ignoramus. Vsque adeò manifestum est nō ipsos homines, sed imagines eorum uideri. Et Pharao spicas se dicit uidisse in somnis, & boues, non spicarum, aut boum imagines. Si ergo liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari: nō mirum est, quòd Samuelem dicit scriptura uisum, etiam si forte imago Samuelis uisa apparuit. Hæc ille: & resumit eadem uerba in De quæstionibus Dulcitij, propositione *quinta AVCTOR. Ecce imagines spicarum erant, quæ erant septem anni figuraliter. Sed cunctis liquet, ꝙ non poterant uerius, aut realius, esse septem anni, quos tantummodo figurabant: quam fuerant septem spicæ, quæ figurarent: sicut nihil potest uerius significare aliud à se, quàm se. Non ergo poterant illæ quinque spicæ esse verè & realiter septem anni, si non essent uerè & realiter septem spicæ. Et quis sanus capite dicet: spicas somniatas esse ueras spicas, & reales spicas? Quis Witeleuista dicet in populo aurum somniatum esse uerū aurum, aut uere, & realiter uerum aurum? Si ergo spicæ, quas Pharao somniauit, non fuerunt uere & realiter spicæ reales, quanuis scriptura sic dicat, uidit Pharao septem spicas: quomodo illæ septem spicæ erunt uere & realiter septem anni: quanuis eadem scriptura sic dicat: quia septem

tractatu Aug. Io. 9

1. Cor. x. Matth. 13

*Leu. 17. *57 Aug. Ia. 4 Gen. 41. 1. Cor. 10.*

*Aug. To. 6 *ep. ad Leu. 17. 1. Cor. *Quia hoc significabat.*

*Aug. To. 8 *Super ea dicta sunt.*

Gen. 31. Reges

Virg. Aen. 4.

Gen. 16.

ptem spicæ sunt septem anni? Postremo peterē quo capite, qua item auctoritate, transferre audes, uel potes tropum septem spicarum ad unicum corpus Christi? Hanc primo ut producas exigitur. Figuram. 7. spicarum, & petræ, & Ioānis agnoui in locis suis, in corpore Christi non noui: aut doce per scripturas, aut patrum orthodoxorum sententias, quòd figura septem spicarum ad corpus Christi in Eucharistia trahi debuit. Hoc modo culpantur hæretici, qui non tā tùm dicta figurata, sed etiam facta figuralia patrum ueteris testamenti in consimile argumentum traxerunt noui cultotibus testamenti, dicētes licitum esse homini cum ancilla cōiugis suæ concumbere, sicut Abraham cū Agar: quia hoc idem pōt adhuc figurare, quod tunc Libro. 22. contra Faustum AVGVST. Nonnulli præter uaniloquia uestra, sua sponte commouentur, uitā prophetarum in ueteri testameuto comparātes uitæ apostolorum in nouo testamento: nec ualentes discernere consuetudinem temporis illius, quo promissio uelabatur, à consuetudine tēporis istius, quo promissio reuelatur. Eis magis respondere compellor, qui uel temperantiam suam audent præferre prophetis: uel nequitiæ suæ quærunt patrocinia de prophetis. Qua in re hoc primum dico: hominum non tantum linguā uerùm etiam uitam fuisse * prophetiam. Et qui busdam interpositis subdit. Similes sunt, qui in magnis ista reprehendunt, pueris imperitis in schola: qui cum pro magna didicerint nomini numeri singularis uerbum numeri singularis esse reddendum, reprehendūt latinæ linguæ doctissimum authorem, quia dixit, * Pars in frusta secant: debuit (inquiunt) dicere secat. Et quia nolunt religionem dici, culpant eum, quia germinata litera dixit Relligione patrum. Vnde non absurde fortasse dicatur in genere suo quantùm distant schemata, & metaplasmi doctorū, à Solœcismis, & Barbarismis imperitorum: tantum distare figurata facta prophetarū à libidinosis peccatis iniquorum. Ac per hoc sicut puer in barbarismo reprehensus sit de Virgilii metaplasmo se vellet defendere, ferulis cæderetur: ita quisquis cum ancilla suæ coniugis uoluptatus, Abrahæ factum, quòd de Agar prolem genuerit, in exemplum defensionis assumpserit, utinam non planè ferulis, sed uel fustibus coercitus emendetur, ne cum cæteris adulteris æterno supplicio puniatur. Hæc ille. AVCTOR. In hoc uitio puerorum est Witeleff: qui sicut uolunt suos Barbarismos defendere per schemata Virgilij, & illi sua stupra per figuralem Abrahæ concubitum: ita iste hæresim suam de sublatione corporis Christi per pulcherrimam figuram spirituſſancti in. 7. spicis, & figuram Christi de Elia, aut Apostoli Pauli de petra. Vtinam non planè ferulis, sed & multis fustibus, uel sarmentis puniatur, pro ipsa temeritate figuræ, cuius est sine omni auctoritate repertor. Et nec ignoranter sic dicens peccauit: immo sciuit Ioannem baptistam non ausum esse uti tropo sui magistri. Sic enim dicit libro de eucharistia capite septimo, quòd quanuis Christus dicit eum Eliam, utens tropo: Baptista tamen negauit se Eliam, reseruans tropū magistro suo: & tamen hic fuit tropus auctoritate Christi, & scripturæ. Quanta ergo temeritas est Witcleff, qui præter, imò contra auctoritatem, & intentionem Christi, & scripturæ induxit tropicum sacramētum: nec parcit tropo, nec reseruat contra magistrū? Secundus† error Witcleff in hac re est, quòd dimittit proprietatem loquutionis scripturæ contra naturam rei, cogens, & uiolentans eam in tropum. Quod dico de corpore Christi in sacramento: quod omnes patres sancti à tempore apostolorum scripserunt literis, & uocibus *tradiderunt pro fide gētium successiuè à temporibus apostolorum, usque in præsens corporaliter in natura carnis debere intelligi. Ipse aūt post Berengarium suum magistrum abiens, omnino iubet esse figuram, non essentiam. Miror cū saltem eum recitauit, cur non sagaciùs auscultauit, quid contra hunc modum in libro tertio, de doctrina Christiana capite decimo sexto docuerit AVGVSTI. Sed habitur (inquiens) in loquutionib. figuratiuis regula huiusmodi, ut tam diu uersetur diligenti consideratione quod legitur, donec ad regimē charitatis interpretatio perducatur. Si autē hoc iam propriè sonat: nulla putetur figuratiua loquutio. Hæc ille. & habet Witeleff libro suo de blasphemia capite decimosexto. AVCTOR. Miror igitur, ꝙ ista scripsit, & nec uidit, quod Augustinus ibi dicit. Si quod legitur iam proprie sonat, nulla figuratiua putetur loquutio. Verba Christi dicentis, Hoc est corpus meum, iam propriè sonant. Probat hoc Christus, dicēs, Quod pro uobis tradetur. Et iterū. Hoc facite. & ibi. Caro mea uere est cibus. Idcirco ex his dicit Augustinus substantiam carnis Christi esse uerè cibum: & Hilarius, quòd sit corpus Christi naturaliter: & ita naturaliter in nobis sumptum manet, non per gratiam tantùm, & amorem. Sic Chrysostomus, sic Ambrosius, sic Rabanus, sic Fulbertus, ut alibi recitantur, uno ore confirmant. Qui ergo totiens, & à tantis assertam proprietatem corporis redigit in figuram, uehementer à laude boni expositoris exorbitat, & in execrandam foueam erroris illius se deprimit, qui dixit non esse paradisum, nisi tantummodo figuralem. Contra

Gen. 19.

Aug. To. 6 ca. 22.

Iosue 24. Prophetica

Alias traduxerunt.

Alias. 15 Aug. To. 3

Matt. 26. 1l. 6

quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem insistit facer Augustinus octauo super Ge A
nesim ad literam in principio dicens: sic sequi
posse singula Christi facta,& Apostolorum so-
las dici posse figuras. Nam sicut dicit Witcleff
propria sua licentia hoc singulariter solum dici,
Hoc est corpus meum: nullum secum ducens,
nec potens adducere testem catholicum uetere
uel nouellum: quis item prohibeat alium dicere
ea lege loquēdi Gabrielem nuntium de cælis ad
uirginem tropicum fuisse,non historicum? Ver-
bum caro factum est,figura non natura: Christi
prædicationem,cæci illuminationē,Christi pas-
sionem,ascensionem: aduentum quoque ad iudi
cium,omnia figuratè dici,& nihil secundum hi-
storiam substantialiter esse uerum? Si dicas scri-
pturas res ipsas exprimere, uerum dicis: & nul-
lam uerius, quàm huius sacramenti propriam
ueritatem.Cur istam sine illis attenuas in figu-
ram? Si expositores sanctos requiras, omnes in
ueritatem corporis in natura concordant. Si fi- B
dem animatam ecclesiæ,totus mundus à solis or
tu usq; ad occasum quacunque per orbem lauda
tur nomen domini,Christi corpus in sacramen
to secundùm naturam suam in proprietate præ-
sens & fatetur,& colit.Quid ergo te cogit dice
re esse figuram, quam cuncti fideles dicunt sub-
stantiam? An ne ualet hæc ratio.7.spicæ sunt fi-
guraliter.7.anni:& petra figuraliter Christus: er
go panis est figuraliter Christi corpus? Doce
priùs conuenientiam rerum, & tandem conse-
quentiam.Nam error magnus est lectoris: sicut
figuratè dictum pro proprietate:ita propriè di-
ctum accipere figuratè. Libro. 3. de doctrina
christiana. capit.* 3. AVGVSTINVS. Huic
autem obseruationi,qua cauemus figuratam lo-
quutionem,id est, translatam quasi propriam se
qui:adiungenda etiam illa est,ne propriam qua-
si figuratam uelimus accipere. Demonstrandus
est igitur primus modus inueniendæ loquutio-
nis, propria nè, an figurata sit. Et iste omnino
modus est: vt quicquid in sermone diuino ne-
que ad morum honestatem,neque ad fidei veri-
tatem propriè referri potest, figuratum esse co-
gnoscas.Hæc ille. AVCTOR. Dic ergo,quid
morum honestati obuiat, aut fidei veritati, ap-
propriatè concipere dictum Christi, Hoc est
corpus meum, magis quàm factum Christi, quā
do aquam conuertit in vinum? Sed & si quando 1
que in scripturis inuenisses panem figuram dici
Christi corporis, sicut dicitur manna: vel panis 2
propositionis,non propter hoc ad hoc tempus,
vel causam regulariter posses figuram illius lo-
quutionis extendere, prout de vocabulo homi- 3
nis, & filii hominis exemplificat in libro de gra-
tia noui testamenti.cap.14.AVGVSTINVS. 4
Non (inquiens) existimes quasi loquutionis re-

Aug.To.3

In.1

Io.1
Io.9

Psal.112.

Aug.To.3
**10.*

Matth.26
Io.2

Aug.To.2
est epistol.
120.ad Ho
noratum.
ca 8

gulam sic perpetua lege seruandam, vt vbicun-
que legeris homines,aut filios hominum,secun-
dùm hanc distinctionem semper intelligas:sed vt
se habuerit circunstantia lectionis. Vnde sen-
sus si patet,hauritur:si latet,eruitur.Et infrà.Ego *Psal.21*
autem sum vermis, hoc est filius hominis: non
homo sicut ille homo, qui non est filius homi-
nis.Hæc ille. AVCTOR. Exponit ibi de Chri-
sto,quòd sit filius hominis,& non homo,vt Adā,
qui non erat filius hominis: nec tamen vbicun-
que legitur filius hominis, statim intelligendum
Christum:aut homo cùm legitur, statim signifi-
cat primum Adam.Et in tertio de doctrina Chri
stiana.* capi. 4. quòd panis in bono accipitur, *2.5.*
ibi.Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. *Io.6*
In malo ibi:panes occultos libenter edite. Ergo *Prou.9*
secundùm circunstantiam lectionis pensandus
est intellectus vocabuli.Mihi autem videtur,so-
li scripturæ reseruanda hæc prærogatiua loquen
di, cui soli inter omnes scripturas captiuandus
est omnis sensus legentis.Vnde.4. super Gene- *4.9*
sim ad literam,* c. II. AVGVSTINVS. His *Aug.ibi*
loquutionum modis cum ea, quæ non accidunt
Deo,tanquam ei accidant,loquimur, eum face
re agnoscimus,ut nobis accidant, ea duntaxat, *1.Ioan.*
quæ laudabilia sunt.Et* hæc quantum scriptura
rum usus admittit.Neque enim nos temerè ali-
quid tale de Deo dicere debemus,quod in scri-
ptura eius non legimus.Hæc ille. AVCT.Conce
dimus ergo loquutiones illas tropicas,quas scri-
ptura concedit,scilicet,de serpente, & de tribus
uiris Abrahæ,ut adducit Witcleff ca. 10. de apo
stasia:sed cum sine authoritate scripturæ, & ec-
clesiæ,eas extendis,melius eas dimitteres. sicut
etiam ipse dicit. cap. 2. de eucharistia. quia in
hoc casu Baptista reseruauit tropum suo magi-
stro, & negauit proprietatem: ut item dicis in
trialogo.Maximè cum modi loquendi, à modis C
essendi sunt remoti.

¶QVO'D SOLV'M FIGVRALI-ter tale,non est uerè & realiter tale. Cap. LXXXV.

SVMMA.

Error tertius Witcleff in materia de figuris,nota
tur.& quid contra eum dicat author. 1
Christi corpus quantū ubilibet a figurali pane le
gis ueteris secernatur.Et quid de hoc dicat Hie
ronymus. 2
Modi quatuor loquendi de Deo quasi in unum sa
sciculum ab Augustino constricti,recensentur.
Fictio quando mendacium,& quando nō.Et quā-
do item figura. 4

Tertius

1 TERTIVS † error Witcleff in hac A
materia de figuris est, quia in forma
loquendi indistinctè pronuntiat figu
rata cum propriis, vt cautius decipiat
simplices,fidelem simulans,& cautè tegens hæ-
reticum.Cum fidelibus dicit,hoc uenerabile sa 2
cramentum esse corpus Christi:imò vt abundan
tius fallat,addit realiter, addit uerè: sed tange
montem,& fumigans dicet, tantumlibet in figu *Psal.44.*
ra. Quòd si quæratur quomodo realiter si so-
lùm figuraliter,uel uirtualiter,quomodo uerè?
Respondet sicut libro suo de blasphemia. cap.
16. Constat(inquit)logicis, quòd Deus uerè,
& realiter irascitur, sicut corpus eius uerè &
realiter manducatur,non tropicè, licet locutio
qua sensus talis exprimitur, sit tropica. Hæc *Wicleff*
Witcleff. AVCTOR. Vlterius si quæratur:
nunquid panis est substantialiter uel naturaliter
corpus Christi? pro maiori parte negat. ibi in
fine. Certum (inquit)est, quòd remanet post
benedictionem unum per se sensitiuum, quod B
non est substantialiter corpus Christi : & illud
est sacramentum. Et capit. 41. de sermone do-
mini in monte:nō concedit, quòd corpus Chri
sti est corpus in hostia, nec corporaliter. Et.4.
trialogi.capit. 10. iterum inuenit æquiuocatio-
nem, secundùm quam conceditur, quòd cor-
pus Christi est in sacramento corpus, sed non
corporaliter,sed pulchrè,& realiter: & item q
est in hostia corporaliter,substātialiter, & essen
tialiter:quia pura corporalitate panis corpora-
liter. Et ad hoc trahit illud Apostoli ad Co- *Coloss.2.*
lossenses.2. In Christo habitat omnis plenitu-
do diuinitatis corporaliter:quia(inquit)diuini-
tas licèt non sit corporaliter, est tamen corpus
existens corporaliter. Falsè exponens hoc pro
fundamento dicti sui alibi: quòd Christus est *17*
tres naturæ,& earum quælibet. Quò contrà in *17.q.1.*
epistola ad Dardanum inter Epistolas*39. ex- *Aug.ca.2*
ponens illud Petri, ubi dicit, Christum spiriti-
bus,qui erant conclusi,aduenientem prædicasse.
AVGVSTINVS.Quod autem(inquit) dice- **93.*
bat,in spiritu ueniebat, & ipse quidem filius in *Augustin.*
substantia deitatis,quoniā corpus non est, spiri
tus utiq; est.Hæc ille. AVCT. Ex ea ergo par-
te falsè dicit diuinitatē esse corpus.Sed in de ue-
ra innocentia propositione.*287.Exponens il
lum textum Pauli AVGVST.Plenitudo(inq;)
diuinitatis in Christo dicta est corporaliter ha-
bitare,non quia diuinitas corpus est:sed quia sa
cramenta ueteris testamenti appellantur um-
bræ futuri propter umbrarū operationem:cor-
poraliter dicta est in Christo plenitudo diuini-
tatis habitare: quòd in illo impleantur omnia,
quæ in illis umbris figurata sunt. Hæc ille. Av-
CTOR. Non ergo quia diuinitas Christi est

corpus eius altera pars (ut mult Witeleff) ideò
dicitur in Christo habitasse omnis plenitudo di
uinitatis corporaliter:sed quia in Christo termi
nantur reductiuè omnes ueteris legis figuræ:si-
cut umbræ dependenter terminantur in corpo
re. Quantum†ergo corpus distat ab umbra,nec
esse potest umbra tantum Christi corpus ubili-
bet à figurali pane secernitur: qui inter ueteris
legis figuras de corpore Christi est una. Quam
loquutionem probat in commentario super Ti
tum,super illo loco,Sit autem episcopus & pu-
dicus, HIERONYMVS. Si autem laico im- *Ad Tit. 1.*
peratur, ut propter orationem abstineat se ab *Hier.To.9*
uxoris coitu:quid de episcopo sentiendum est,
qui quotidiè pro suis,populique peccatis illi-
baras Deo oblaturus est uictimas? Relegamus
regnorum libros,& inueniemus sacerdotē Abi *1.Reg.21.*
melech de panibus propositionis noluisse priùs
dare Dauid,& pueris eius,nisi interrogarer utrū
mundi essent pueri à muliere, non utique alie-
na,sed coniuge.‡Et nisi eos qudisset ab heri, &
nudiustertius uacasse ab opere coniugali, nun-
quam panes,quos priùs negauerat,concessisset.
Quantum interest inter panes propositionis, &
corpus Christi?Quæ differentia inter umbram,
& corpus:inter imaginem, & ueritatem: inter
exemplaria futurorum,& ea ipsa,quæ per exem
plaria præfigurabantur?Quomodo itaque man
suetudo,patientia,hospitalitas quoque, & beni
gnitas,præcipuè esse debent in episcopo:sic ca-
stitas propria,&(ut ita dixerim) pudicitia sacer
dotalis:ut non solùm ab opere immundo se ab-
stineat,sed etiam à iactu oculi, & cogitationis *Notā hæc*
errore,mens Christi corpus confectura, sit libe *uerba sacer*
ra.Hæc ille. AVCTOR. Audiat Witcleff,q *dotes*
mens Christi corpus confectura, ab errore co-
gitationis sit libera, ut sic pateat sacerdotem cō
ficere corpus Christi, non nudum signum.Au-
diat item,quòd corpus Christi ab episcopo sic
confectum tantum distat à panibus propositio C
nis, quanuis essent panes sancti, quantum um-
bra distat à corpore, imago à ueritate,& in exē
plis figurata ab exemplari futurorum. Non er-
go est iste panis ut illi:non figuræ corporis si-
cut illi:non umbræ corporis, non imagines ue-
ritatis ut illi : quod tamen esset,si illi panes &
isti panes,illæ imagines & figuræ,& ita isti:sed
illi panes isti corpus:illi imagines ab hac uerita
te distantes, immo huius imagines ueritatis.
Criminor ergo Witcleff, quòd contra om-
nes patrum loquendi modos ausus est dice-
re figuram ueram rem, & figuralem modum
planissimè ueritatem, nimis confisus in magi-
stro Atomalium suorum Democrito,asserente
omnia esse uera,siuè apparentia, siuè ficta: per
hoc cautè surripiens nobis in communicatione

modum

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum,quo à figuris facta earum possimus di- A stinguere,cùm tamen omnis mos sanctorum patrum soleat à primæuis quasi per opposita veritatem figuratam rem longè aliam à figura proferre.Hanc autem logicam à Berengario magistro suo percepit,qui nesciens euadere magnam authoritatem Hilarij scribentis,quòd per Eucharistiæ sumptionem substantialiter manet in nobis Christus:inuenit quomodo diceret, ita substantialiter in figura. Et sic Witcleff exemplificat posse dici: sicut rex est corpus virtualiter per totum regnum. Quò contrà delusiuum illud sophisma improbauit lib. 3. de corpore & sanguine domini. GVIMVNDVS. Quomodo (inquit) si nos verbum carnem factum in cibo dominico non substantiuè,sed vmbraticè sumimus,per hoc consequens est, vt in nobis substantialiter maneat Christus? Quæ est huius probationis necessitas? Quæ consequētia? Nulla quippe necessitas est, nulla consequentia : vt vbi est alicuius rei figura , sit consequenter eiusdem rei substantia. Si enim cuiuis dicerem:in hoc pariete est substantia tua,quia ibi est imago tua, nonne me diceret insanire? Sed nec quisquam omnino dixerit,quando edebatur agnus legalis,vt ibi esset consequenter substantia Christi : cùm ille agnus vmbra esset, & figura Christi. Quis vero audeat dicere , cùm serpentem æneum Moyses in deserto suspenderet , quòd ibi substantiam Christi suspenderet ? cum tamen substantiam Christi in ligno suspendendi serpens ille æneus figuraret? Quocirca si assumptio Hilarij,qua,dicitur , quòd substantialiter in nobis est Christus,per hoc rata esse monstratur,quòd nos carnem & sanguinem Christi cibo dominico sumimus,quæ acceptá,atque hausta id efficiunt,vt & Christus in nobis , & nos in Christo naturaliter vnum simus,naturam carnis eius adeptimulla autem consequentia(vt ostendimus)assumptio illa per hoc probari potest,nisi in cibo dominico sic verè substantia corporis & sanguinis Christi:manifestum est quoniam prudentissimus argumentator Hilarius , qui suam assumptionem per hoc confirmare voluit substantiam corporis & sanguinis domini nos in cibo dominico sumere, non vmbram , & figuram tantùm(vt vmbratici isti malè somniant)credidit.Hæc ille. AVCTOR. Argumentum istud per se planam habet victoriam.nobis autem sufficit,vt notemus, quòd per fœdos,& prophanos hæreticos,substãtiale illud & corporeum esse in figura nuda , intrauit in mundum , ad intricandum loquentes, nè sine grandi difficultate sermonis figuram cassam alicuius rei à vero esse suo aut reali,substãtiali,corporali,suppositali,discernerent. Hoc sophisma,quod Berengarius genuit,& Witcleff fouet,loquutio sanctorum patrum omnium orthodoxorum interimit:quos iam prospicere,nolem videri esse prolixum. Vnde † AVGVSTINVS quasi in vnum fasciculum constringens modos loquendi de Deo in scriptura sacra , sic habet libro primo de trinitate.* cap.2. Verbis(inquiens) & rebus corporalibus sumptis , vsa est cùm de Deo loqueretur:velut cùm ait. Sub* vmbraculo alarum tuarum protege me. Et de spirituali creatura multa transtulit, quibus significaret illud , quod non ita esset : sed quod ita dici opus esset: sicuti est,Ego sum Deus *zelans. Et, pœnitet me hominem fecisse. De rebus autem, quæ omnino non sunt,non traxit aliqua vocabula, quibus vel figuraret locutiones, vel spissaret ænigmata. Vnde perniciosiùs & inanius euanescunt, qui illo tertio genere erroris à veritate seeluduntur:hoc suspicando de Deo,quod neque in ipso,neque in vlla creatura inueniri potest. Et infrà. Quæ verò propriè de Deo dicuntur,quæque in nulla creatura reperiuntur , rarò ponit scriptura diuina:sicut illud , quod dictum est ad Moysen,Ego sum qui sum. & Qui est,misit me ad vos. Cùm enim esse aliquo modo dicatur & corpus & animus:nisi proprio quodam modo vellet intelligi, non id vtique diceret.Hæc ille. AVCTOR. Hic habemus tres modos loquendi de Deo:duos primos rectos,cùm scilicet transfertur locutio de re corporali uel spirituali in sermone de Deo:& tertium falsum , & erroneum quia hoc Deo attribuit,quod nullibi inuenitur: putà , q aliquid gignat se ut sit. Quartum item modum addit,qui est proprius,& ille solus dicitur de Deo uerè.Et primi duo quãuis ueri sint, non tamen uerè loquuntur: quia non ita est, ut primò significat.Sic dicit Augustinus : quibus significaret illud,quod non ita esset, sed quod dici ita opus esset. Ex hoc ergo regulari principio Augustini, omnis translata, & figurata loquutio implicat non ita esse,nec uerè esse : nec tamẽ falsum esse quod dicit,sicut nec figuratæ loquutiones poeticæ falsæ sunt:ut probat AVGVST. libro contra mendacium: ubi fictiones Horatij probat,& Aesopi. t in libro quæstionum super Lucam.* cap.47. De eo , quod scriptum est de domino . Finxit se longius ire: non ad mendacium pertinet.Non† enim omne,quod fingimus, mendacium. Cum autem fictio refertur ad aliquam significationem,non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis. Alioquin omnia , quæ à sapientibus,& sanctis uiris,uel etiam ab ipso domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur : qa secundum usitatum intellectum non subsistit ueritas in talibus dictis.Non enim qui habuit duos filios,quorum minor , accepta parte patrimonij sui , profectus est in regionem longinquam. & cætera,

cætera,quæ in illa narratione conexuntur , ita dãr tanquam fuerit quisquam homo , qui hæc in filijs suis duobus aut passus sit, aut fecerit.Ficta ergo sunt ista ad rem aliquam significandam. Vnde est & illud etiam eiusdem domini: qui in fici arbore quæsiuit fructum eo tempore, quo illa poma nondum essent. Non.n. dubium est illam inquisitionem non fuisse ueram* Quis enim hominum nescit,et sine uiciditate,uel tempore,poma illam arborem nõ habere? Fictio igitur,quæ ad aliquam ueritatem refertur, figura est:quæ non refertur,mendacium est. Hæc ille. AVCTOR. In his ecce fictionibus nec affuit veritas,nec tñ erant falsæ,uel mendosæ.Nõ subsistit(inquit Augustinus) ueritas talibus dictis . Nec dubiũ est illam inquisitionem ficuum non fuisse ueram:sed medium quoddam pẽdẽs inter ueritatem,& mendacium. Fictio(inquit) quæ ad aliquam ueritatem refertur , figura est: quæ non refertur,mendacium est . Hunc modũ loquendi scripturæ & doctorum nescit Witcleff:ideo oberranter arguit: Deus(inquiens)uerè,& realiter irascitur:& tñ nisi tropice : Diceret Augustinus,q nec uerè,nec realiter , nec tñ mendosè uel falsè:sed medio modo figuratè , q modus à plena ueritate diminuit: sed superuolat falsitatem.

Matt. 21.

**Quisnã. hominũ sciret,si nõ diuinitate,illa tempora illam arborẽ non habere.*

Psal. 103.

Exo. 32. Gen. 6.

Aug. To 6. ca. 1.

Aug. To 6. ca. 1.

¶QVOD FIGVRAE SCRIPTVRÆ sacræ non sunt liberè extendendæ sine euidenti necessitate , & auctoritate : maximè ubi uergit in dispendium ueritatis extensio figuralis. Ca.LXXXVI.

SVMMA.

1 *Figuræ scripturæ quòd non sunt liberè extendendæ.Et quomodo modum separandi res ab umbris,à ueritate figuras, patres ecclesiæ sequebantur.Et plura de hoc ibi ex Augustino,Origene,Didymo,Hieronymo,Hugone.&c.*

2 *Ambrosius,quòd in usu habeat , more patrum ecclesiæ,ueritatem à figura distinguere,ostenditur.*

3 *Witcleff,qui concedit spiritumsanctum columbam &c.modo suo,ab auctore confutatur. Et multa contra eum ibi ex Anselmo, Gregorio, Nisseno.&c.adducuntur.*

1 VIDETE† si modum istum separandi res ab umbris , à ueritate figuras , non sequebantur patres ecclesiæ: Prima parte sermonum.sermone. 18. AVGVSTIN. Quod dictum(inquit)est Moysi,hoc enim placuit Deo certi mysterij dispensationisque gratia : quod ipse in terram promissionis non introduceret populum . Eligitur alius Iesus naue. Et iste homo non hoc uocabatur,uocabatur Auses:& cum ei introducẽdum populum commendaret Moyses , uocauit eum Iesum:ut non per Moysen,sed per Iesum.i.nõ per legem,sed per gratiam populus Dei ad terram promissionis intraret. Sicut autem Iesus ille nõ uerus,sed figuratus:ita & terra promissionis illa non uera,sed figurata:Illa.n.populo primo tẽporalis fuit:nobis quæ promissa est,æterna erit. Sed figuris temporalibus promittebantur, & pnuntiabantur æterna. Sicut ergo ille non uerus Iesus,nec illa terra promissionis uera,sed figurata:ita manna,non cibus uerè cælestis , sed figuratus:illa petra non uerè Christus, sed figura te:& sic omnia. Hæc ille. AVCTOR. Continuat.n.priorem regulam patrum ecclesiæ Augu. Non(inquit)uerus Iesus,non uera terra promissionis.Ita nec mãna cibus uerè cælestis: nec petra uerè Christus(inquit) & sic omnia . ergo sic panis non uerè corpus Christi,si sic oĩa.& super psal.103.sermone primo,uersu,Qui ambulas super pennas uentorum. AVGVSTINVS. Ventos quidẽ intelligimus in figura nõ absurdè aĩas:non quia uentus est aĩa,quis res corporea, corpora impellens:tñ quia humani oculi aciem fugit. Est.n.aĩa inuisibilis,,ppter ea benè intelligimus aĩas uentos. Hæc ille. AVGV. Anima uentus est:ecce in figura sic dicta:nõ quia uẽtus est aĩa. Et li.26.contra Faustum:idem AVGVST. Ego(inquit)Iesum potuisse mori si uoluit , cur non concedam:etiam si uerè mortem illã fuisse,& non mortis figuram consentiam? Hęc ille. AVCTO. Ecce quòd mortis figuram à uera morte distinguit. Item.4.lib.de trinitate. AVGVST. Verbo itaque Dei ad unitatem personæ copulatus,& quodammodo commixtus,homo est:cum ueniente plenitudine temporis missus est in hunc mundum,factus est ex fœmina filius Dei,ut eẽt & filius hominis pp filios hominum. Hanc personam angelica natura figurare antèà potuit,ut prænuntiaret,non ut ipsa esset. Hæc ille. AVCT. Quãm sæpe negat esse & uerè esse a rebus figuralibus:quia non illæ res sunt secundùm essentiam,quas figurat. Figurare (inquit)angelus potuit ut prænuntiaret,non ut esset. Hac cautela loquendi utebantur passim patres ecclesiæ,nè per simplices,uel malignos uerba scripturæ occasionem darent errandi. Et itẽ li.primo contra duas epistolas Pelagianorum *ca.7.AVG. De concupiscẽtia carnis falli eo credo,uel fallere,cum qua necesse est , ut etiam baptizatus, & hoc si diligentissimè proficit : & spiritu Dei agitur,pia mente confligat. Sed hæc ẽt si uocatur peccatum:non utique quia peccatum est,sed quia peccato facta est,sic uocatur,

Aug. To 6 ca. 1.

Aĩa cur uẽ tui appellẽtur.

Idẽ To. 3

Idẽ To. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, quòd ma A nus eam fecerit. Hæc ille. AVCTOR. Figuraliter manus non est manus: nec figurale peccatū
Marc.13. est peccatum. Sic item diabolus in euangelio dicitur inimicus homo: non tñ est uerè homo, quāuis figuraliter extat homo. Super psal. 55. uersu: Miserere mei dñe qm̃ conculcauit me homo
Ps.55. AVGVST. Sed & ipse diabolus quare hic nō intelligatur? An forte quia dictus est homo? Ergo
Idem To.2 errat euangelium, quia dixit, inimicus hō hoc fecit? sed quadam figura pōt & ille dici homo, nō tñ esse homo. Hæc ille. AVCT. Et libro secundo super cantica secundum translationē Rufini
Cant. textu. *Faciemus tibi similitudines auri. ORIG.
*Additio vulgata sic legit. Videtur (inquit) mihi, q̃ lex per angelos dispositus est in manu mediatoris. Quoniam quidē mēbra habebat futurorum bonorum, non ipsam
Muremus les aureas faciemus tibi. &c. imaginem rerum. Et quæcunque cōtingebāt illis, *quæ in lege referuntur, in figura, & nō in ve
Origenes. Ho. 2. non longè à fine. To. 1. ritate cōtingebāt. Ista oīa similitudines auri fue
*Qui runt, non aurū uerum. Quod. s. aurū uerum in il B lis, quæ incorporea sunt, & inuisibilia ac spūalia intelligātur. Similitudo uerò auri, in quo nō est ipsa ueritas, sed umbra ueritatis: ista corporea, & uisibilia accipiantur. Verbi gratia: similitudo auri fuit illud tabernaculum manufactū, de quo
Heb.9. dicit apostolus. Non. n. in ista manufacta introiuit Iesus exemplaria uerorum, sed in ipsum cælum. Ergo quæ in cælis sunt inuisibilia, & incorporea, illa sunt uera. Ista autē, quæ in terris sunt uisibilia, & corporea, exemplaria uerorum esse dñr, non uera. Ita ergo similitudines auri appellantur, in quibus est arca testamenti, & propitiatorium, & cherubim, & altare incensi, & mensa propositionis, &
*pane. *panis. Sequitur: Sed & ipsū aurum uisibile pro eo q̃ uisibile erat, non erat aurum uerum: sed similitudo erat illius ueri auri inuisibilis. Hæc ille. AVCT. Ecce quia res exemplares supernarum rerum sunt uisibiles, ideo non sunt uerè tales, nec taliū ueritates, sed similitudines ueritatum: inter quas non supuacuè recitat panes propositionis: ut non sint ueritates, sed similitudines ueritatum, & corporis consecrati figuræ. Item li. de spiritu sancto uer-
Didimus. sus medium DIDIMVS. Si uero per allegoriæ numerum tonitruus, & diluculum, & nebula, & creatio spiritus intelligantur: non substantiam rei, sed figuratam interpretationem significabunt. Hæc ille. AVCT. Item in prologo expo-
Ose. Hie. To. 6 sitionis Osee primi lib. ubi tractat hoc, q̃ Osee iubetur accipere mulierē fornicariam. HIER. Si omnia, quæ præcipiuntur ob causas ut in similitudines fiant uerè facta contendimus: ergo & Ieremias accinctus lumbari uestimento muliebri per innumeras nationes & Assyrios, atque Chaldæos gentes inimicissimas Iudæorum iuit ad Euphratē, ut ibi abscōderet lūbare suum: & post multa tpa reuersus inuenit illud cōputruisse, q̃ nulli esset usui aptum. Quō exire poterat, & ire tam longè obsessa Hierusalem, extructis p circuitum munitionibus, fossa, uallo, atque castellis, qui cum semel ad Anathoth uiculū suum in tertio milliario ab urbe sitū exire uoluisset, īporta capitur: & reductus ad principes, quasi ꝑditor uerberatus in carcerem mittitur? Si illud i typo, quia fieri non potuit: ergo & hoc in typo quia si fiat, turpissimum est. Sed respondebis: Deo iubente nihil turpe est. Et nos dicemus: Deus nihil præcipit, nisi quod honestū est: nec iubendo turpia, facit honesta, quæ turpia sunt. Hæc ille, AVCT. Et iste pater typos, similitudines, & figuralia facta abnegat uerè facta. Item li
bro primo contra Rufinum, qui intitulatur, ad *Mutuum. Pēmmachium & *Marcellam, pro se ꝫ accusatorem defensio, uersus finem libri, exponens se intellexisse apostolum tropicè: & ideo non esse uerum quod dixit idem HIERONYMVS. Opponi nobis potest, q̃ non sit uera sñia dicentis apostoli, Nemo unquàm carnem suam odit, cū morbo regio laborantes, phthisi, &
*cancere, & distillationibus, mortem uitæ præferant, & suaderint corpora. Et statim quid ipse sentiret, adiunxi. Magis itaque ad tropicam intelligentiam sermo referatur. Quando dico tropicè, doceo uerum non esse quod dicitur, sed allegoriæ nubilo figuratum. Hæc ille. AVCT. Ecce non est uerum, sed allegoriæ nubilo figuratum. Et
Hier. super 2. cap. Dionysij in angelica hierarchia, Hyo. Si enim imago sola semper uidetur, ueritas nunquàm uidetur, quoniam imago ueritas non est, etiam cùm de ueritate est. Item ibidem sup cap. 3. In his ueritas non creditur, etiam si per ipsam ueritas significetur. Aliud est enim ueritas, aliud signum ueritatis, quia signum ueritas non est, etiam cum ueritatis signum est, & uerū est. Hæc ille. AVCT. Si dicat Witeleff, intelligit non uerè facta secundùm proprietatem, & C secundùm figuram. Sufficit mihi, q̃ ipsi cū omni serie prædictorum sanctorum nesciunt aliter intelligere uere facta, aut ueritates rerū, nisi ipsas proprietates intelligant, & ideo generaliter eas remouent a figuris. Audiamus ꝫ adhuc
*Ambros. AMBR. Ipse enim Homilia prima sui Hexameron. Neque (inquit) cùm legimus, Ego confirmaui columnas eius, uere columnis eam subnixam possumus æstimare, sed ea uirtute, quæ
Psal. 74 suffulciat substantiam terræ, atque sustineat. Hæc ille. AVC. Et hic a columnis figuralibus abnegat uere sic dici, & in usu habet deinceps modo patrum ecclesiæ ueritatem
Idem To.4 c.9. a figura distinguere, & comparationes facere distinctiuas. Et ideo in libro de mysteriis idem AM-

AMBRO. Audi quia umbra est, quæ apud pa A tres facta est. Bibebant (inquit) de consequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Sequitur. Hæc autem in figura facta sunt nostri. Cognoscisti præstantiora: potior etenim lux quàm umbra,
Idem. *eodem li. sed cap. 3 ueritas q̃ figura, corpus auctoris q̃ mãna de cælo. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo figura est ueritas: nisi qualiter lux est umbra, maximè si potior est ueritas quàm figura. Item *ibidem ubi
*resist. Lu. 1 *ci supra AMBROSIVS. Audis quia sub nube fuerunt patres nostri. Et bona nubes, quæ carnalium refrigerauit incendia passionum. Bona nubes obumbrat, quos *remersit spiritussanctus.
Denique supervenit in Mariam uirginem, & uirtus altissimi obumbrauit eam, quando redemptionem genuit genti humanæ. Et illud miraculum per Moysen in figura factum est. Si ergo in figura affuit Christus: non est in ueritate. Hæc ille. AVCT. Hoc dictum Ambrosii peremptorium est: & ultimatè concludit: si in figura, non
Vmbra. 4 Lu. 4 in ueritate. Item libro primo de sacramentis AMBR. Ecce quasi columba spiritussanctus B descendit: non columba descendit, sed quasi columba. Memento quid dixerim, Christus carnem susceperit: non sicut carnem: sed carnis istius ueritatem uerè Christus susceperit. Spiritus enim sanctus in specie columbæ, non in ueritate columbæ, sed in specie colūbæ descendit de cælo. Hæc ille. AVCT. Videtis iam more eccle siæ Ambrosium temperasse sermonem: & iuxta limitē uerbi Dei uolentis dicere, quòd spiritus sanctus descendit columba. quanquàm uerè esset columba secundùm naturam, in qua uenit: & non figura nuda columbæ: & tamen distinctè dicitur descendisse quasi columba: quia in natura eius uenit, cuius tamen naturam non uerè assumpsit. Christus uero uere carnem accepit: & ideo in uera carne caro uera descendit. Si ergo spiritussanctus non columba descendit, quā quàm in specie tali descendit secundùm naturam: longè plùs non est panis corpus Christi: quod nullatenus ibi extat secundùm naturam:
Cyrill. 3 Veruntamen † in hoc loco prolongauit Witeleff iniquitatem suam, concedens consequenter spiritum sanctum columbam, sicut. 7. spicæ fuerant. 7. anni, & sacer panis est ueraciter corpus Christi, imo & quodlibet esse, esse Deum. Hæc enim prædicanda tradidit in uulgari euangelio dominicæ infrà octauas Epiphaniæ. Sed sectatores eius publicè erubescunt de hoc mendacio, publicè dicentes, & scribentes, quòd errauit in istis: uident enim qualiter conuincitur plane ex usu scripturæ, & sanctorum: ut dixerit non dicendum. Quàm impia ergo logica Witeleff, & a theologia sanctorum patrum remota, quando dicit econtrario, si iste panis est corpus Christi in figura: ergo uere & realiter corpus Christi; quia uerè & realiter dominus nascebatur. Et dicat tunc consequenter: Ergo non solus filius fuit humanatus, sed pater & spiritussanctus fuerunt uerè & realiter homines cum filio, quando figurabantur in tribus uiris descendentibus per uiam. Sic item Abraham fuit uere & realiter Deus: dicente eo ipso cap. 7. de incarnatione uerbi, quòd Abraham figurauit Deum patrem, & Isaac Deum filium, ergo secū dùm te Isaac fuit filius Dei naturalis & immensus: imo & quod Arius nunquam audebat asserere in Christo, Ionas fuit filius Dei naturalis, consubstantialis, & homousion Deo patri. Videtis quot impietates, & quantæ ex hac uerborum inuolutione sequantur. Et quis iā impurat iustum crimen Ophitis: quia colebāt serpentē? quia credebant Christū esse uere serpētem. Vere serpens est Christus: & econtrario christus est uere serpēs, si panis Witeleff uere est corpus. Aut anthropomorphos quis Witeleuista iustè poterit criminari, qui dixerunt Deum patrem *Lu.1 Matth.5. membris humanis uerè formatum, dicente scriptura: Manus dñi erat cum illo: & terra scabellum pedum dñi est &c. cum Witeleff sic asserit panem uerè corpus Christi in figura? Nec est cō paratio ista mea, sed Ignatii Antiocheni disci- *Ignatius puli sancti Ioānis in quadam epistola sic scribē tis: Considerate (inquit) qualiter Anthropomorphi a communione & oratione sanctorum recedunt, pp non confiteri eucharistiam carnē esse saluatoris, quia posuerunt eucharistiā esse panē pro eo, q̃ scriptura uocat eā panem. Hæc ille. AVCT. Igitur istis uisis Witeleff totiēs dicit panē non eē corpus Christi, quotiens dixit ipsum eē corpus Christi: sicut in libro de eucharistia c. 1. & frequentius alibi. Nè tū redarguatur ꝫ dictionem asserere, declarat. 4. trialogi ca. 4. quòd *To.1 Matth.11 sicut Christus & baptista non asserebant contradictoria, uno dicente: ipse est Elias: alio, nō sum Elias: sic nec contradicunt dicentes: panem esse C corpus Christi: quia figuraliter uerū est, & alius panis non est corpus Christi: quia naturaliter item uerum est. Sed quomodo certificat hæc logica communicantem de re? Aut nunquid princeps logicorum Aristoteles ue homines in communicando forent ambigui cōstituit, q̃ de quo libet diceretur affirmatio, uel negatio, & de nullo eorum ambo? De dici est hoc principium, non de esse, & non addit secundum idem: quia uitauit a procul omnem similitudinem contradictionis in uerbis, quamadmodum apostolus Paulus. 2. corinth. primo. Nunquid leui- 2. Cor.1. tate usus sum? Aut quæ cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est, & non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit ad uos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anſelmus.

non eſt in illo eſt,& non ubi in gloſſa ANSEL. A Vt per has cauſas ſit apud illos in intẽtione mea affirmatio & negatio de eodem. Hæc ille. AVCTOR. Quomodo iactabit Witcleff ſua ſophiſmata? aut quomodo dicẽdus eſt logicus, q̃ tam pronè, nullo iubente, contradictionem cõcedit in uerbis? panis eſt corpus Chriſti: & non eſt corpus Chriſti: Et ad contradictionis ſaltem apparentis maculam detergẽdam, nõ eſt digna tus determinationem apponere propoſitioni q̃ diminuit: choro ſanctorum patrum ſemper teſtante, q̃ figura nõ eſt ueritas. Si dicas: nõ eſt ueritas ſecundùm eſſentiam & naturam: ergo ſequitur q̃ non eſt ueritas. Præcisè tantum habet unumquodque de veritate, quantum habet de entitate, cùm tranſeendenter conuertantur. Et ideirco ſancti patres eccleſiæ ſecundum puritatem eloquentiæ dixerunt abuſiuè talia nuncupari, quæ non eſſent ſecundum proprietatem naturæ. Vnde frater ſancti patris Baſilii in libro

Gregorius Niſſenus.

ſuo de conditione hominis. ca. 16. Gregorius B Niſſenus. Quicquid in rebus eſt, ſi quidem perfectè, & integrè uocatur, proprie conſtat eſſe q̃ dicitur. Si autem nõ per omnia quod appellatur exiſtat: inane ei nomen probatur adſcriptum: ut puta, ſi quis uerm panem demonſtret, dicimus eum proprie ſubiecto nomen imponere. Quòd ſi quis e lapide fabrefactam ſimilitudinem ueri panis oſtentet, cui & forma quidẽ ipſa ſit, & magnitudo eius uideatur æqualis, necnon & eandem ſimilitudinem coloris præferat, ita ut multis indicijs uerus putetur, deſit autem illi ut cibus poſſit exiſtere: idcirco iam lapidem proprie, uel naturaliter non niſi abuſiuè panis appellationem dicimus accepiſſe. Item, cætera iuxta eandem rõnem, quæ non ſunt per omnia quo dicuntur, habent ex abuſione uocabulum. Hæc ille. AVCT. Præclara regularis ſententia ſancti patris: quæ item rectificat logicam, & theologiam informat. Si res hæc exiſtat propriè, & ſecundùm naturam quod dicitur, tunc iuſtiſſimè appellatur. Si uero deſit ei natura nominis, aut rei proprietas, abuſiuè ſic dicitur. quod Witcleff dicit illaudabiliter ſic dici. de ſermone domini in monte. cap. 6. de magiſtris, qui ſic abuſiuè dicuntur ſecundùm Hieronymum, id eſt, illaudabiliter ſecundùm ipſum. Ergo & panis tuus illaudabiliter dicitur corpus Chriſti: qui cùm non eſt propriè & naturaliter illud corpus ſecundùm te, inani appellatione, & abuſiuè eſt illud ſecundum Gregorium. Reuera diminutiones talium figurarum ſupplent doctores, dicentes quodammodo, uel nominantes figuram: nè ſignum pro ſignato imprudentes accipiant. ſicut 14. de ciuitate Dei cap. 48.

Aug. To. 5

AVGVST. Quod ergo Deus dixit per memo ratum prophetam, & dabo pacem in loco iſto, per ſignificantem locum ille, qui in eo ſignificatur, intelligendus eſt: ut quia illo loco inſtaurato ſignificata eſt eccleſia, quæ fuerat ædificanda per Chriſtum, nihil accipitur quod dictũ eſt, dabo pacem in loco iſto, niſi dabo pacem in loco, quem ſignificat locus ille. Quoniam omnia ſignificãtia uidentur quodammodo eorum rerũ quas ſignificant, ſuſtinere perſonas: ſicut dictũ eſt ab apoſtolo, Petra autem erat Chriſtus, quoniam petra illa, de qua dictum, ſignificabat utique Chriſtum. Hæc ille. AVCTOR. Eccenõ uult abſolutè dicere ſignificantem rem ſuſtinere rei ſignificatæ perſonam: ſed cum conditione diminuente dicit quodammodo, id eſt, ſecundum quid. Et ſecundo libro ſuper Geneſim ad literã. ca. 13. ſic dicit: creaturam prius quodammodo factam in Dei uerbo. Poſteà uerò abſolutè pronuntiat rem factam in ſuo genere creaturam. Stultè ergo nimis pronuntiauit Witcleff panẽ eſſe corpus Chriſti, cum non intelligeret hoc eſſe in natura, nulla ſibi de ſcriptura data licentia extendendi ſic figuram. Maxime cum ſancti uiri olim etiam ipſas loquendi proprietates negabant, ne ſumeret occaſionem hæreſis libere mãducandi.

¶DE INSTANTIA WITCLEVISTARUM Pragenſium pro communione plebis in utraque ſpecie, ubi de hæreſibus in cõcilio. Cap. LXXXVIII.

SVMMA.

Pragenſium Witcleuiſtarum querela pro cõmunione in utraque ſpecie contra morem eccleſiæ orbis terrarũ. Et quomodo etiam ſi liceat, quod tamẽ non expediat, oſtenditur.

Corinthiorum hæreſis circa modum ſumptionis euchariſtiæ, recenſetur.

Hæretici, qui ſumebant euchariſtiam intinctam, recenſentur.

Witcleuiſtarum, & Berengarianorum hæreſis de euchariſtia, quòd antecedat in malum hæreſim eorum, qui ſumebant euchariſtia intincta

CONTRA† modum, quem tenet eccleſia in communicando fideles de corpore & ſanguine ſaluatoris, grauis & recens Witcleuiſtarum Pragẽſium urget querela paſtores, quam altitonant ſub his uerbis. Notum ſit uniuerſis Chriſti fidelibus, quod in regno Boemiæ inſtant, & domino iuuante inſtare proponunt, ſiue per mortem, ſiue per uitam, quantum eſt eis poſſibile, pro articulis infrà ſcriptis. Primo &c. Secũdo, quod ſacramentum diuiniſſimæ euchariſtiæ ſub utraque

Prologus

Idem aſſerere anſi ſunt quam plurimi reuelatores, ſo uerus, ut ſe quatuor ut ſi libro ſuo de captiuit. Babilonica op paret. Contra quos Conc. Trid. Seſſ. v. ſub Pio. 4. c. 3

que ſpecie, ſcilicet panis & uini omnibus Chriſti fidelibus nullo peccato mortali indiſpoſitis liberè miniſtretur. Hæc ille. AVCTOR. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis: ſed nunquàm ſicut in proprio corpore & ſanguine ſuo benedicto mirabilis. Quid planiùs arguit identitatem rei alicuius, quàm unus ubique & ſemper immutatus euentus? Et quot Chriſti corpus in ſpecie ſ̃p pria ſuſtinuit toto huius uitæ tempore paſſiones? Nonne ſemper uerſabatur inter perſequutiones, & odia, contumelias, rixas, & iurgia, alaparationes, torſiones, & uerbera, & tandem diram mortem: & item poſt gloriam reſurrectionis, à Iudæis mendacia, à diſcipulis altercationes & ſtudia: ſemper labor affuit, ſemper dolor? Et cõformiter idem corpus eius iam & tũc conuerſatum nobiſcum ſacramentaliter in ſpecie altera à primæua eius inſtitutione uſque nunc, non lacerare deſiſtunt hæretici. A prima diſcipulorum hæreſi curre per tempora, & ultra omnia ſacramenta, hoc corpus uidebis à ſchiſmaticis & hæreticis afflictum iniurijs, opB nionibus lacesſitum, cachinnis irriſum: & non iam per triduum paſſum, ſed continuè crucifixum. Ecce nondum quieuit commotio turbulenta hæreſiarchæ Witcleff contra hoc ſacratiſſimum corpus latens in ſacramento ſecundùm ſubſtantiam: & hæredes eius cohæredes antichriſti, nè aliqua detur quies, uel interpellatio pœnæ, ſchiſma commouent contra eccleſiam orbis terrarum, immutare conantes communicationis ſuæ formam: Audeo dicere idem eſſe corpus in ſubſtantia, quod nunc cùm lateat, ſicut cùm patuit, eadem continuè perſeuerans pœnalis torquet moleſtia: Iſta plangentes corporis Chriſti cauſam mœſti dictauimus: hora nos pulſat, ut in deciſionem cauſæ tendamus. Quæruntur, & inſtant, ut dicunt, q̃ ſacramentũ diuiniſſimæ euchariſtiæ ſub utraque ſpecie paC nis & uini omnibus Chriſti fidelibus nullo mortali detentis, liberè miniſtretur. Huic intentioni temerariæ nunc & ſemper ab olim licuit apoſtolicæ ſedis pontifici reſpondere, quod ait apoſtolus. prima Corin. 6. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. ubi in annotationibus HIERONYMVS. In omnibus (inquit) intelligendum eſt quæ cum peccata non ſint, occaſionem tamẽ poſſunt capere delictorum. AVCTOR. Nec utique peccatum omnino eſſet fideli de ullo diuiniſſimam euchariſtiam ſic in liquido, ſicut in ſicco ſacramento percipere. Nec eſſet papæ peccatum hoc multis ſanctitate pollentibus, & recta fide concedere. Quod tamen regulariter uniuerſis conceſſum, occaſionem indubiam faceret peccatorum. Reuoluamus antiquas hæreſes, quæ circa modum ſumptionis

1. Cor. 6.

6. To. 1.

3

euchariſtiæ contigerunt, & quod ad rem noſtram pertinet, attendamus. Vetus †hæreſis Corinthiorum erat una de primis, quæ in eſu euchariſtiæ plura deformia continebat, ut q̃ ap̃p priabant ſibi commune ſacramẽtum: q̃ inopes excludebant: maxime uero quòd ſumentes præ ebrietate ſe inebriabant, donum ſancti ſpiritus ad uentris ingluuiem transferentes. Hunc modum ſuper eodem loco, primæ Corinthi. 11. declarat HAIMO. Corinthij, qui & Achaici, uel Achæi uenientes ad fidem Chriſti per prædicationem apoſtoli Pauli, à quo inter cætera, quæ dominus fecit, etiam ſacramentum cœnæ dominicæ perceperant, poſt deceſſum illius, in memoriam cœnæ dominicæ ſingulis annis quinta feria ante diem feſtum paſchæ conueniebant omnes ad eccleſiam, ac nobiles quique, & potẽtes, diuiteſque iubebant deferri, aut etiam deferebant ſinguli panem, & uinum: & dabant ea ſacerdoti, unde conſecraret corpus & ſanguinem domini. Conſecratis autem myſterijs à ſacerdote, unuſquiſque quod detulerat, accipiebat de ſuper altari. Sumebatque tam cito cum ſuis: ut ſuperuenientes, nõ inuenirẽt quod ederent, & unde communicarẽt. Aut etiam deferebat omne, qd̃ attulerat, ad domum ſuam, ut cum ſuis illud ſumeret. Ob cuius rei cauſam magnæ diſſenſiones inter illos erant, quas ſeminauerũt pſeudo apoſtoli: ita ut cùm una benedictione omniũ oblationes conſecratæ eſſent, ſinguli ſuas tollẽtes, quæ communes debuerant eſſe, maximã uerecundiam inferrent ijs, qui, ut aſſolet, nõ obtulerãt, licet haberẽt: aut ijs etiam, qui nõ habebãt quid afferrẽt. Hoc autem faciebãt multi poſtquàm alijs cibis crapulati erãt, iſtamque acceptionem euchariſtiæ dñicam cœnam uocauit apoſtolus. Hæc ille. AVCTOR. Hãc hæreſim Corinthiorũ nõ rõne facti, ſed magis rõne intẽtionis facti, qua tractabãt Chriſti carnẽ tãquam cibum alium uſualem, ipſo nomine hæreſis uocauit ibidem apoſtolus, dicẽs. Audio ſciſſuras inter uos eſſe, & ex parte credo. Nã oportet & hæreſes eſſe. In libro annotationum, ibi, HIERONYMVS. Qui tales diſſenſiones habetis, neceſſe eſt uos etiam uſque ad hæreſes peuenire. Sicut ſi dicas, ille, qui tãtum bibit, neceſſe habet inebriari. Et infrà. textu. Qui manducat & bibit indigne. Dupliciter reus effectus: præſumptionis, ſcilicet, & peccati. Nõ dijudicãs corpus dñi: non diſcernens à -ibo communi. Hæc ille. AVCTOR. Sic ergo diiudicabantur iſti Corinthij ab apoſtolo pro modo ſuæ ſumptioni s hæretici: qua propter aliter circa eos inſtituit factorum ſuorum reformari, ſcilicet errores. Alii †item erant, qui putabãt Chriſtum non eſſe totum ſub altera ſpecie ſacra-

Corinthio rũ hæreſis.

1. Cor. 11. Haymo.

Hic. To. 9

Hæreticis hij

 menti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

menti,sed subutraque simul: unde & eucharistiam sumebant intinctam. Rursusque ad hanc tollendam dari prohibetur intincta. Iulius papa tertius post Syluestrum in decretis Episcopis per Aegyptum. & ponitur de consecratione distinctione secunda. cap. Cùm omne. ibi infrà.

Iulius PP. Iulius Papa. Audiuimus (inquit) quosdam schismatica ambitione detentos contra diuinos ordines & apostolicas institutiones lac pro uino in diuinis sacrificijs dedicare. Alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere. & infrà. Illud uerò quòd pro complemento communionis intinctã tradunt eucharistiam populis: non hoc prolatũ ex euangelio testimonium receperunt, ubi apostolis corpus suum & sanguinem cõmendauit: seorsum enim panis, seorsum calicis commendatio memoratur. Hæc ille. AVCTOR. Non tantum attendo Decretum, quantum causam & occasionem edendi decretũ. Causam enim præstitit hæresis illa, quæ docuit completam communionem corporis & sanguinis Christi nõ esse nisi in utraque specie simul uncta, & non sic cõpletè Christum sub altera, uel utraque, prout* concepit in historijs super euangelia, ubi agit de notatione proditoris, & eius egressu, PETRVS COMESTOR. Bucellam (inquit) intinctam porrexit Iudæ. Inde est, quod eucharistia nõ datur intincta, & etiam pro hæresi tollenda, quæ dogmatizauit Christum esse totum sub utraque simul & sub neutra tantùm forma. Hæc ille. AV-

4 CTOR. Huic † non tantùm accedit, uerum an tecedit eam in malum hæresis Witcleuistarum, & omnium Berengarianorum, ponentium corpus Christi & sanguinem solum inesse figuraliter sacramento, quod nudè cæteri non ponebãt. Accedunt autem eis, ponendo ex hoc carnem tãtùm sacramentaliter in pane, & sanguinem tantùm in uino. Ideoque nullum dicẽt sumere Christi carnem & sanguinem, nisi sub duplici specie congruente, carnem sub pane, sanguinem sub uino. Nec tamen carnem & sanguinem per naturas, sed sub pane & uino & tropicè per figuras: sicut & nos ponimus orthodoxi carnem nõ esse sacramentaliter nisi sub forma panis Christi sanguinem sub forma uini tantùm secundũ sacramentum: secundùm essentiam autem & naturam æqualiter sub utraque. Witcleuistæ autẽ quia substantiam carnis ibi non concedunt, restat ut dicant tantùm in pane carnem, in uino sanguinem: quia solùm est uterque ibi secundũ propriam suam figuram. Hæc est ergo eis ratio 1 postulandi communicare sub utraque specie, ne improperetur eis se non habere uitam fidei in semetipsis, quia non manducant carnem filij 2 hominis, & bibunt eius sanguinem secundùm

Petrus Comestor.

Io. 6

A suam hæresim, nisi edant carnem secundùm tropum in pane: & sanguinem figuralem in uino. Catholici uerò integrè sumunt eucharistiam tota secundùm rem, sub utraque specie, quia Christo credunt instituenti ibi carnem suam & sanguinem secundùm substantiam carnis & sanguinis, naturam & essentiam sub utraque. Vnde necesse non habent, sicut egeni hæretici hanc uini speciem mendicare clamoribus importunis: sicut Esaiæ. 24. in persona Witcleuistarum istorum dicit propheta. Clamor erit in plateis *Isa.24* super uino: cùm tamen ibi ante eis respondeat. Non bibent uinum. Amara erit potio bibentibus illam. Vnde quòd sit hæreticorum ista petitio, exponit in commentario loci illius libro. 8. HIERONYMVS. Clamor (inquit) erit in *Hier.Tol. Mat.* plateis super uino: non in arcta, & angusta uia, quæ ducit ad uitam: sed in lata, & spatiosa, quę ducit ad mortem: super uinum & ebrietatem erroris eorum, qui dormierunt somnum suum, *Psal.* B & nihil inuenerunt. Hæc ille. AVCTOR. Quo habito, quid restat patribus facere, nisi quod fecit Paulus Corinthijs, & citeriores patres intinctis hæreticis? Reformare, scilicet quod erant, & constanter negare quod petunt, nè contra uorum sapientis respondeatur stulto secundùm suam stultitiam: sed impleatur magis, qđ *Prou.26* prophera iam dixit, Non bibent uinum. Ratio: quia amara erit potio bibentibus illam. Conuersuri enim essent ipsum in amaritudinem uitis alienæ, quam, scilicet Witcleff plantauit, non Christus: cùm sentirent ab ecclesia in errore suo præberi fauorem. Et lex domini iubet in Exo- *Exod.* do de esu agni. In una domo comedetur: nec efferatis de carnibus eius foras. Vbi in Isagogis capit. 15. Isidorus. Hoc de Christi corporis sacramento, cuius agnus ille figuram obtinuit, propriè tenetur scriptum, cuius corpus & sanguis in una domo, id est, in ecclesia uescì præcipitur. Non efferetis foras, in plebibus, scili- C cet hæreticorum, quæ ab ecclesiæ eadem catholicæ unitate foris uagantur. Hæc ille.

¶ QVOD MODVS, QVEM OBseruat ecclesia, est magis conueniens scripturis sanctis. Cap. LXXXVIII.

SVMMA.

Modus institutionis ecclesiæ circa cõmunionis formam in populo differenter, & sacerdotio, quòd sit congruentissimus ostenditur.

Gelasij Papæ decretum pro sacerdotibus sacrificantibus tantum, quod debeant in utraque specie

cie celebrare.

3 *Figuræ uenerabilis sacramenti in lege pro participi pantibus recensentur. Et quomodo huic nostræ communioni conueniant, contra Witcleff ostenditur.*

4 *Sacerdotum quòd propriè sit inuocare dominum, & hostias offerre. &c. Et quomodo ab aliis distinguantur.*

5 *Sacramenta diuinorum sacramentorum, quòd tribus gradibus sint commissa.*

9 *Participantium totus ordo, tam laicorum, quàm religiosorum quando communicant solum in panis specie, quomodo eedant principalitatem, non rei, sed ritus sacrificij, sacerdoti consummanti sacrificium uice Christi.*

7 *Ecclesiæ Christi celebrandi sancta sexta feria annuis temporibus modus, nihil eo die conficiens, &c. unde traxerit originẽ, & plura ibi ex Augustino contra Witcleff deducuntur.*

1 CONgruentissimum †uerò modum institutionis ecclesiæ circa communionis formam in populo differenter & sacerdotio, nosse potest, qui tractatum apostoli Pauli ad Hebræos diligenter attendit: & supplici corde, ut intelligat, Deum orat. *Heb.9.* Vbi. 9. cap. tabernaculum in ueteri testamento primum dicit esse factum: in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta. Post uelamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti, Et in prius quidem tabernaculum semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. In secundum autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quẽ offert pro sua, & populi ignorantia. Huic conformatum ostendit Christum magnum sacerdotem, & cæteros sacerdotes in sacrificijs Christianis: Christus (inquiens) assistens pontifex futurorum bonorum, C tabernaculum non manu factum per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Et de alijs nostris quibusque sacerdotibus præmisit, cum diceret. Omnis (inquit) sacerdos ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur: ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. In toto hoc processu de sacrificio Christiano & Iudaico inuenire potes concorditer sacrificantes, & participan 2 tes officio, & omni ratione distinctos. Summus sacerdos, & quilibet sacerdotes utriusque testamenti dicuntur sacrificia consummantes. Semper (inquit Paulus) introibant sacerdotes sacrificiorum officia consumantes. & de Christo. capite. 10. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Et libro primo de officijs, recitans uerba Laurentij ad Sixtum, A-

Hebr.

AMBROSIVS. Experire certè, uirum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sãguinis consecrationem: cui consummandorum consortium sacramentorum: huic sanguinis tui consortium negas? Hæc ille. AVCTOR. Hic Ambrosius uerbum apostoli de cõsummatione sacramenti, tribuẽs illud Laurentio. Cætera uerò plebs præsens existens sanctificationi, partici pans sacramenti dicitur, uel aspersa. Vnde Apostolus ibi. 9. capi. Lecto enim omni mandato legis à Moyse uniuerso populo, accipiens sanguinem uitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens, Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad nos Deus Et alibi, *Exo.24.* idem Apostolus. Nonne qui edunt hostias parti- *1.Cor. 10.* cipes sunt altaris? Et Dionysius conformiter apostolo distinguit in officio huius sacræ eucharistiæ hinc hierarchias aut presbyteros in sacrificantes, hinc alios communicantes, in participan B tes capi. 3. eccl esiasticæ Hierarchiæ. Hinc igitur eamus semper cum apostolo ad locum legis, ut uideamus, quid sacerdotibus sacrificia consummantibus congruat seorsum à populo, quid itẽ populo per seipsum. Lege librum Leuitici, quem *Leu.16.* hic notauit apostolus. Ibi iubet dominus tollere uitulum pro peccato, & arietem in holocaustum: hircum quoque pro peccato, & uitulum, atque agnum sine macula, & hæc mactata offerri domino. Sanguinem uerò hostiæ sacerdos solus intingit: solus spargit contra utrunque cornu altaris, aut quandoque super altare circuitũ, quandoque ad basim eius effundit. Summus itẽ sacerdos solus intrat sancta sanctorum semel in anno, non sine sanguine, Assumere sanguinem, fundere illum super cornua altaris per gyrum, aspergere digito septies, & contra propitiatoriũ ad orientem. Leuitici. 16. soli licuit sacerdoti. Participare uerò sacrificium cunctis licuit filiis C Aaron in loco sanctuarij. Nusquam uerò sanguinem effundere, uel aspergere: quamuis pro ministerio sacerdotibus offerre licebat. Sic in ecclesia Christi cuncti communicant de filiis Aaron, de filiis Iesu Christi uerissimi sacerdotis: sed sanguinem effundere, seu sancta penetrare sanctorum in usu sanguinis, in appropriata forma sacrificij, soli licet secundum legem sacrificia cõsummanti. Vnde † sicut nec licet sacrificium inchoare, & non perficere: ita nec unquàm licet, aut licuit sacrificanti sub forma panis inchoare sacrificium carnis, & non sub forma uini sacrificium sanguinis consummare. Non quidem pro re sanguinis absentis in priori: sed pro complemento mysterij. Et hoc est, quod intendit ad Maioricum & Ioannem episcopos decretum Gela- *Gelasij de-* sij. Comperimus autem, quod quidam sumpta *cretum.*

tantum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantummodo corporis sacri portione, à calice sacri cruoris abstineant. Qui proculdubio quoniam nescio qua superstitione docentur astricti, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Quia diuisio unius eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio prouenire non potest. Hæc ille. AVCTOR. Hoc capitulum facit pro sacrificantibus, qui sunt tantummodo sacerdotes: vt liquet ex illo verbo: diuisio vnius eiusdemque mysterij, quod innuit cōsummationem sacrificij. Quantumtautem ad
3 participantes perpende item figuras huius venerabilis sacramenti in lege, quemadmodum communioni nostræ conueniant. Panes propositionis, qui, ut suprà traditur, hoc sacramentum modo legis signabant, post hebdomadam tollebantur, & ab ijs, qui sanctuario ministrabant, comedebantur, sed aridi. Agnus paschalis
Exo. 12. in paschæ festo manducabatur, in omni populo: sed igni assus, & aridus. Et per septem dies il
B los azymi panes, & omne sacrificium eorum in
Leu.23. igne. Leuitici. 23. Manna item in esum populi uenit è cælo, non intinctum: non sanguine, vel liquore perfusum, sed siccum. Sub quotcunque figuris corpus Christi commissum est populo quantum perpendi, sicca forma peruenit, maximè sine sanguine: cuius esum Moyses expresè prohibuit, sanguinem (inquit) ideo non mandu candum. Irruit Witcleuista vt properans dicat: sed sacerdos sanguine populum aspersit, quod administrationem sanguinis Christi populo in sacramento designat. Non equidem in sacramento calicis consecrati: sed in sacramento pœnitentiæ, vel baptismi. Quod ex allegoria Apostoli patet. Hebræ. 10. Aspersi corda à
Heb.x. 4 conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.
Amb.To.5 Super quo loco in expositione AMBROSIVS. Lauacrum baptismatis in hoc loco dicit. Baptismum enim corporis mundatio nō est, sed aīæ, si
C fides adest baptizato, siue parētū, siuè ipse adrō nabilē ætatem puenerit. Hæc ille. AVCTOR. Baptismum ergo Christi sanguine dedicatum aspersio illa hysopi in aqua rubricata significat. Et æquè in sacramento pœnitentiæ sanctæ,
Psal.90. teste Dauide in psalmo quinquagesimo. Asperges me domine hyssopo, & mundabor. Adhuc obijciendi locum aperiunt satis secretum, eo q scriptum sit numeri. 18. Omnis oblatio, & sacri
Num.18. ficium, & quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi, & cedet in sanctam sanctorum, tuū erit, & tuorum filiorum. In sanctuario comedes illud. Iam constat unumquodq; de prædictis habuisse proprium libamētum quartæ partis Him
Exo.29. de uino, ut notatur Exo. 29. Hoc igitur potest figurare, corpus domini communicare posse a nō celebrante & sanguinem eius in uini specie consecrata. Nec hoc unquàm displicebat ecclesiæ, quin personæ fidei & sagacitatis notandæ possent ad sanctam communionem secundum omne eius complementum admitti: maximè vocā re prælato. Sed generalitatem traditionis huius fieri omni populo & sexui indistinctè, ecclesia non concedit: nec vbi tu notasti synagoga concessit. Nam & ibi statim subiungitur. Mares tantum edent ex eo, quia consecratum est. Primitias autem, quas vouerunt, & obtulerunt filij Israel, tibi dedi, ac filijs & filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua, vescetur ex eis. Ec
Nu.18. ce iam vesci sacrificijs soli mares admittuntur, id est, fortes in fide, constantes in opere, discreti etiam actione: sicut in scripturis mares solent in
Orig.To.1 telligi: & Origenes exponit masculos perimendos, & fœminas reseruandas in Exodo. Sacrificia ergo comedere, & libamenta eorum quanuis mares admittuntur, non tamen tolerantur & fœminæ: quia sacrificia iam consummata per sacerdotes fide fortes, & opere perspicaces, fideles soli possunt attingere: quibus filij & filiæ, id, est, infirmæ animæ per hæresim vel inconstantiam debiles appropinquare non debent. Scio omnes fideles esse sanctos: sed inter sanctos sicut inter stellas secundùm apostolum est ampla distantia. Ipse enim Paulus distantiam hanc notans in salutatione epistolæ primæ ad Corin-
1.Cor.1. thios: cunctos ibi fideles sanctificatos uocat sanctos, signanter tamen eos distinguit, qui inuocāt nomen domini Iesu: scilicet sacerdotes. Vbi in
Hie.To.9. annotationum libro HIERONYMVS. Sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis per baptismum sanctificatis, cum omnibus, qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Propriè
† sacerdotum est inuocare dominum, quibus dicitur. Sic benedicetis filios Israel inuocantes
Psal.28. nomen meum super illos. Et psalmista ait. Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.
C Quem sacerdotem fuisse illa res probat: quia & sacerdoti succesit, & hostias offerebat: de quo etiam secundùm historiam dictum est. Suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Qui quanuis non
1.Reg.2. sit in genere Aaron, tamen de tribu Leui esse in
1.Paralip. libro Paralipomenon legitur: quia Deus ipse
23. hunc constituit, & illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios posteà eligendi potestatem non amiserit. Hæc ille. AVCTOR. Vide sacerdotes speciaLeu. liter ex eo distinctos à cæteris sanctis, quia nomen domini inuocant, quia hostias offerunt, & pro populo ipsi sacrificant. Non ergo passim committendum est omnibus, quod solus per sectis, & maribus est concessum. Sub hac regula legis currit, quod totiens in exordio Leuitici legimus. Fundent filij Aaron sanguinem eius super altaris circuitum: & offerent de pacificorum hostia sacrificium domino, & quotquot sint talia. Quæ quanuis de sacerdotio fungentibus filijs eius

eius possent intelligi: latiori tamen sensui incumbentes, fide fortibus, & discretis fidelibus à pastoribus ecclesiarum hoc donandum esse cō cedimus, scilicet ut si non sacramenta consumment, sed tantum participent ad sacrificium tamen, & eius libamentum. i. ad communicandū in utraque specie eos assumant. Qualiter secundùm usum Romanum summus pontifex Diaconum, & altaris ministros, aut alios fide summos uel dignitate prouectos, puta doctores, uel reges communicat: aut certè ecclesiæ religiosorū, uel magnorum locorum hactenus fratres suos, uel alios tanta re dignos communicare non desi
De conf. d. 2. c tribus. Clemens. Papa 5 nunt. Vnde de consecratione distinctione secunda. cap. Tribus. CLEMENS. Tribus†gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum sacramētorum, id est, presbytero, & diacono, & ministro: qui cum timore, & tremore clericorum reliquias corporis domini custodire debent fragmentorum. Hæc ille. AVCTOR. Præcipuè tamen attendendum: quia sicut omnes ad commu
B nicandum in liquido sacramēto auidos Zachæo
Lu.19. comparare non audeo: ita omnes ad communē formam ecclesiæ se tenentes humiliter Centu-
Matt.8 6 turionis modestiæ non postpono. Quia†quid fa
eit totus ordo participantium non solùm laicorum sed etiam clericorum religiosorum quando communicant solùm in panis specie: nisi cedunt principalitatem, non rei, sed ritus sacrificij sacerdoti consummanti sacrificium uice Chri-
7 sti? Ita†& tota ecclesia Christi in sacerdotibus suis, quantum reor, sancta sexta feria temporibus annuis nihil eo die conficiens, solam hostiā siccam pridiè cō secratam cum puro uino communicat, principalitatem cedens summo pontifici Iesu Christo. Qui eo die solus ritu magni pontificis per proprium sanguinem introiuit se
Aug.To.3 *cap.2.ad fi mel in sancta, æterna redemptione inuenta. De
Heb.9. quo in libro de fide ad Petrum. capi. 7. *AVGVSTINVS. Ipse Christus secundùm apostolicā
C doctrinam obtulit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ipse verus Deus, & uerus pontifex: qui pro nobis non in sanguine taurorum, & hircorum, sed in sanguine suo semel intrauit in sancta. Quod tunc pontifex ille significabat: qui cum sanguine in sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste igitur est, qui in se uno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionis nostræ sciebat effectum. Idem, scilicet sacerdos, & sacrificium: idem Deus, & idem templum. Sacerdos, per quem reconciliati sumus. Sacrificium, quo reconciliati. Templum, in quo reconciliati. Deus, cui reconciliati. Solus tamen sacerdos, sacrificium, & templum: quia hæc omnia Deus secundùm formam serui. Hæc ille. AVCTOR.

Perpendat iam Witcleff quàm solicitè curauit dominus noster ueteres implere figuras: & non dedignetur hoc seruus obseruare catholicè. Hoc dico, quia solet statim dicere cum in robur fidei ueterum aduocamus figuras, quòd spem ponimus in figuris, & signis iudaicis. Consulo autem, nè spernas tu legem cum Manichæis hæreticis. Cogita item quantum sit obseruantias christianas in utraque lege fundare. Maximè autem, ubi Apostolus Paulus locum legis priùs enucleat, & ad Christi legem perducens, suauissimum eorum concentum sine dissonantia modulationis exponit: sicut dulciter laudat catholicam fidem in hac parte, & resistentes dire refellit hæreticos: libro ad inquisitiones Ianuarij secundo, *uersus finem AVGVSTINVS dicēs. *Aug.To.2 cap.16.
Quis hanc lætitiam diuinorum sacramentorum cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non præferat uniuersis huius mundi imperijs, etiam *inu- *innitata felicitate pacatis.
clamant adinuicem concinentia melodiam laudis altissimi, Sanctus, Sanctus, Sāctus, Dominus Esa.6.
Deus sabaoth: Ita duo testamenta feliciter concordantia sacratam concinunt ueritatem Deo? Occiditur ouis, celebratur pascha: & interpositis quinquaginta diebus, datur lex ad timorem scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui tanquàm ouis ad immolandum ductus est: sicut Esaias propheta testatur. Celebratur uerū pascha: & ītерpositis quinquaginta diebus, datur ad charitatem spiritus sanctus, qui est digitus Dei contrarius hominibus sua quærentibus: & ideo iugum asperum, & grauem sarcinam portantibus, nec inuenientibus requiem animabus suis. Quia quæ sua sunt charitas non quærit. Ideo animositas hæreticorum semper inquieta est: 1.Cor.13.
quos magorum Pharaonis habere conatum declarat Apostolus dicens. Sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, sic & hi resistunt ueri-
C tati: homines mente corrupti, reprobi circa fi- 2.Thi.3.
dem, sed ultra non proficient. Dementia enim illorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit. Hæc ille. AVCTOR. Videte sectatores Witeleff quàm sit laudabile ueritatem catholicam ex utraque lege deducere. Sic concinunt tanquàm seraphim, dicit Augustinus, melodiam cælestem. Quæ non mirum animos hæreticorum in admirandam pellit tristitiam. Nec nunc igitur celebramus signa Iudaica, ut Witcleff improperat, sequens Manichæū in hac ar- Manichæ.
gutione magistrū: q sic solet īproperare catholicis: q in obseruatione paschæ & sabbati cōtra statutum apostoli dies obseruarent, & temporaq in tali obseruatione signorū non ipsa signa colimus, sed signata, quanuis secundùm signa signata colantur. Libro contra Adimantium. cap
16. AV-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. To. 6 Gal. 4.

16. AVGVSTINVS. Et quod dicit: Dies ob seruatis, & sabbata, & solennitates, timeo uos ne frustra laborauerim in uobis. Non quidem sic scriptū est ut Adimantius ponit. Nō enim ibi nominat sabbatum apostolus. Dicit enim: Dies observatis, & annos, & tempora. Sed *puta de sabbato esse dictum: nunquid & nos nō dicimus ista non esse obseruanda, sed illa potius, quæ his significantur? Illi enim seruiliter ea obseruabant, non intelligentes ad quarum rerum significationem & prænuntiationem pertinerent. Et hoc in eis apostolus culpat, & in omnibus, qui seruiunt creaturæ potius, quàm creatori. Nam nos quoq; & dominicum diem, & pascha solemniter obseruamus, & quaslibet alias christianas dierum festi uitates. Sed quia intelligimus quò pertineant, non tempora obseruamus, sed quæ illis significā tur temporibus. Sequitur. *Repudiemus ergo eā carnalem cum apostolo, & approbemus eam spiritualem cum apostolo: & sabbati quietem non obseruemus in tempore, sed signum temporale intelligamus: & ad æternam quietem, quæ illo signo significatur, aciem cordis intendamus. Hæc ille AVCT. Ita repudiamus nos in sacrificijs nostris sanguinem bestialem, quem solus pontifex obtulit illo semel in anno, quando ingressus est sancta & in sanguinem Christi, qui illo signatur, aciem cordis intendamus: quem soli item sacerdoti sacrificanti in specie illa concedimus, aut soli Christo semel in anno, qui solus ritu pontificis sanguinem proprium offerens ingressus est sancta ritu committimus sacrosancta.

*Puto

*Repudiemus itaque temporum obseruationem uim Apostolo, & temporalium significationem intelligentiā teneamus cum Apostolo.

¶ QVOD EX CONGRVENTIA scripturarum participantium ordo cedit ordini consummanti in solennitate ritus, non rei. Cap. LXXXIX.

SVMMA.

1 *Ordo participantium, quòd cedat ordini consummanti in solemnitate ritus non rei, ex congruentia scripturarum, ostenditur, & quid de hoc dicant Rabanus, Augustinus, & Petrus Damianus.*

1 VIA† si tantam uenerationem deferebant ueteres sacerdotes figurali pōtifici, ut omnes illi cederent eo die semel in anno, quo cum sanguine pecudum intraret in sancta: quantò magis Christi sacerdotes omni reuerentia Iesu Christo cedent summo & uero pontifici, uacantes solennitate sacrificādi eo die semel in anno, quo per proprium sanguinem sanctorum sancta ueraciter introiuit redemptor hominum, reconciliator peccantium, sacerdos pœnitentium, & Deus creator omniū? In libro de institutis clericorum. cap. 67. RABANVS. In hac die sacramenta penitus non celebrā tur, sed eucharistiam in cœna domini consecratam peracto officio lectionum, & orationum, & sanctæ crucis salutatione resumunt. AVCTOR. Quòd si totus ordo sacrificantium, cui item sacerdotis iure, & officio sacrificare incumbit, à sacrificando bñ, & humiliter ipso die cessat, cedēs sacrificiū summo sacerdoti christo: q̄s amēs instigat aliquem de ordine tantum participantiū ut uendicet sibi cum summo sacrificante cōsortium paritatis? Nec cedat sibi quicquàm uel ritus uel ordinis, qui est completus sacerdos, cum & ipse tantum in unam partem, non in plenum sacerdotium sit uocatus comedere ibi panem. i. corpus Christi in specie panis nostri? Hoc declarat insigniter Augustinus in uocatione Iudæorum: & ex eis digniorum, s. tribus Leui & sacerdotum, ad ecclesiam, literaliter exponens prophetiam imitationis sacerdotij Aaronici. primi regum 2. cùm uir Dei, quem Iudæi Phinees autumant, & Eliam, diceret ad Heli. Futurum est autem, ut quicunque remanserit in domo tua, ueniat ut oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque, dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis. secundùm literam Augustini: facta me in partem sacerdotij tui manducare panem. Libro. 17. de ciuitate Dei. capitu. 5. AVGVSTINVS. Veniet adorare ei obolo argenti. Cui adorare, nisi summo illi sacerdoti, qui & Deus est? Neque enim in illo sacerdotio secundum ordinem Aaron ad hoc veniebant homines ad templum, vel ad altare Dei, vt sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait, obolo argenti, nisi breuitate verbi fidei? de quo commemorat apostolus dictum. Verbum. consummans breuians facit dominus super terram. Argentum autem pro eloquio poni, psalmus testis est, vbi canitur. Eloquia domini, eloquia casta: argentum igne examinatū. Quid ergo dicit iste, qui venit adorare sacerdoti Dei, & sacerdoti Deo? Iacta me in vnā partem sacerdotij tui manducare panem. Nolo in patrum meorum: collocari honore, qui nullus est. Iacta me in partem sacerdotij tui. Elegi enim abiectus esse in domo Dei, qualecunque, & quantulumcunque membrū esse cupio sacerdotij tui. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit, cuius plebis sacerdos ille est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Cui plebi dicit Apostolus Petrus, Plebs sancta, regale sacerdotium, quanuis nonnulli sacrificium tuum sint interpretati, non sacerdotii tui. Quod nihilominus eūdem significat populum

Rabanus.

Aug. To. 1

Rab. Psal. 11.

Psal. 8.

1. Tim. 2

1. Pet. 2.

1. cor. 10. populum Christianum. Vnde dicit Apostolus Paulus. Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Et iterum. Exhibeatis (inquit) corpora uestra hostiam uiuam. Quod ergo addit, manducare panem, etiam ipsum sacrificij genus eleganter expressit: de quo idem sacerdos ipse. Panis quē ego dedero, caro mea est pro seculi vita. Ipsum est sacrificium, non secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordinem Melchisedec. Sequitur. Quia enim dixerat superius dedisse se cibos domui Aaron de uictibus ueteris testamenti, ubi ait: Dedi domui patris tui oīa quæ sunt ignis filiorum Israel in escam: Hæc quippe fuerant sacrificia Iudæorum: Ideo hic dixit manducare panem, quod est in nouo testamento sacrificium Christianorum. Hæc ille. AVCTOR. Hac expositione scripturæ docet Augustinus sacerdotale genus iudaicum iactatum esse in partem sacerdotij Christi. s. in partem plebeiam, quæ non est sacerdotium integrum, sed pars eius. Ad quid? Ad manducandum panem. i. sacrificium corporis & sanguinis: sed in panis specie, in arido sacramento. Hoc item ei moris erat in sacrificio Iudaico. Vnde Augustinus illis sacrificijs nostra combinans. Omnia quæ sunt ignis filiorum Israel (inquit) dedi domui patris tui in escam. Hæc quippe fuerant sacrificia Iudæorum. Ideo hic dixit manducare panem, quod est in nouo testamento sacrificium Christianorū. Quòd si liceat dicere, ut sit sacrificio sicco utaris in pane in populari parte sacerdotij Christiani: sicut antè comedebas omnia quæ fuerant ignis cultu sacerdotij prioris Iudaici. Qui utique cultus est honoratior omni cultu Corinthiorum, aut aliorum Græcorum gentilium: & ideo imitabilior Christiano, secundùm aliud Apostoli ad Romanos. Gloria, honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primùm, & Græco. Vnde & Christus Iesus hunc ritum magis exercuit in se, & primæ- tuis suis discipulis, quotiens post resurrectionē *conuiuium fertur egisse. Vult omnino Witcleff ex verbis Augustini, quòd Christus tunc cō secrato corpore discipulos pauit in cœna, quando in castello Emaus cognouerunt eum in fractione panis: non autem tūc communicauit eos in liquido: nec usquàm legitur, quòd cognouerunt eum in effusione uini. Vult etiam hoc sacramentum intelligi, ubi legitur Actuum secundo. Frangentes circa domos panem, sumebant cibū cum exultatione. Et iterum. Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorū, & communicatione fractionis panis. Quod si ita fuerit: quia nusquàm fit mentio uini, omniquaq; putatur, q̄ communio credentium ex Iudæis & Discipulorum Christi præter Apostolos fuit in specie sicca tātùm. Quòd si ad primam communionem institutam pro populo oculos dirigas, vinū nullum ibi dat Euangelium. Hoc enim erat, qđ post resurrectionem suam semel cum discipulis egit conuiuium, sicut in Libro de officijs Romanæ ecclesiæ PETRVS DAMIANVS. Cō municatio (inquit) populi typum illius conuiuij gerit, quod non nisi semel dominus post resurrectionem suam iniisse legitur cum discipulis. Hos etiam post ultimum conuiuium ab eis discessurus in cælum benedixit. Hæc ille. AVCTOR. Et hanc ipsam ideo communionē pars oblatæ siccæ reseruatæ & comestæ à sacerdote & populo designat, dū pars intincta calici aliud differenter insinuat, ut exponit Libro de institutis clericorum. c. 34. RABANVS. Per particulam oblatæ immissæ in calicem, ostēdit Christi corpus, quod iam resurrexit à mortuis. Per comestam à sacerdote & populo, quod post resurrectionem Christi adhuc cum discipulis ambulans in terra, & seipsum viuum præbens. Hæc ille. AVCTOR. Vtrobique cōionem populi ad unam speciem sacramenti sicci cōmendat authoritas. Quia in hanc partem sacerdotij ipsi iactati sunt ut panem manducent, suprà determinat August. Et ubi iam suprà idem PETRVS DAMIANVS. Non est authenticum, q̄ quidā corpus intingunt, & intinctum pro complemento communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit: quia in parasceue uinum non consecratum cum dominica oratione & dominici corporis immissione iubet consecrare, ut populus plene possit communicare. Hæc ille.

Petrus Damianus

Rabanus.

Petrus Damianus

¶ AD AVTHORITATEM EVANgelij, Bibite ex hoc omnes. & q̄ hæc obseruantia nō fuit tām uniuersalis antiquitùs, sicut sonat. Cap. XC.

SVMMA.

1 *Vnitcleuistæ, qui roborant partem suam pro communione sub utraq; specie, authoritate euangelij, Bibite ex hoc omnes, confutantur. Et quomodo illorum articulus, quo id petunt, sit hæreticus.*

2 *Eucharistiam quòd ieiuni recipiant, quāuis Christus instituerit eam à pransis sumendam. Et quòd propterea uniuersæ ecclesiæ non sit calūniandum, ex Augustino ostenditur.*

3 *Communicationis popularis ritus ab ecclesiasticæ institutionis de effusione cautela palàm fit & potissimum ex Pij Papæ decreto.*

4 *Communionis popularis in arido euidentia, & quomodo hoc christi præceptum, Bibite ex eo omnes, non possit generaliter cunctis applicari*

cari fidelibus.

5 *Saluator cur cœnatis apostolis suum corpus & sanguinem tradiderit. Et quomodo eis solis, aut saltem in eis uniuersis presbyteris præceperit in secundo sanguinis sacramento communicare.*

AVTHORITATES scripturæ & seniorum scriptorum sententias iam libet euoluere quibus Witcleuistę roborant partem suam. Neque enim tutè procedimus, si contra tot sancta capita, quot ipsi numerant, insudemus. Iuxta sententiam (inquiunt) saluatoris, qui dixit. Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum: & bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui

Matt. 26. Mar. 14. Lu. 22.

pro multis effundetur. Matthæi. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Hæc Witcleuistæ Pragēses. Quod pro eis (vt putāt) hic dicitur est: Bibite ex eo omnes: Hic est sanguis meus. Videant benè quomodo vniuersalitatem illam suæ petitioni coaptent. Sed articulum suùm petitionarium recitemus. Secundò instamus (inquiunt) quòd sacramentū diuinissimæ eucharistiæ sub vtraque specie scilicet panis & vini omnibus Christi fidelibus nullo peccato mortali indispositis liberè ministretur. Hæc ille. AVCTOR. Iam † plùs iussit
1 Christus, minùs petit articulus; quare articulus ille est hæreticus. Sequela de se est expressa regula scripturæ diuinæ Apocalypsis vltimo, Si quis

Apo. 22.

diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Isti diminuunt de verbis Christi simul, & factis: instantes solùm, vt sacramentum sub vtraque specie omnibus Christi fidelibus nullo peccato mortali indispositis liberè ministretur: cùm Christus iussit, vt indistinctè biberent ex hoc omnes: in quo nec Iudam proditorem excepit multiplici peccato mortali indispositum, & præscitum, vt suprà frequenter habetur ex euangelio, & Augustino. Ergo tollendo de verbis Christi simul & facto sic petentes sunt hæretici. In expositione super

1. Cor. 11.

illo uerbo primæ Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, &c. Haymo. Cùm alij apostoli sū-

Haymo.

psissent illud terribile sacramētum ad remediū, & salutem suam: ille, qui indignus erat tanto mysterio, accepit illud ad damnationem suam: quia quem diabolus anteà tenebat per suggestionē, & tentationem, posteà tenuit ad possidendum pleniùs: ut nihil aliud posset cogitare, aut facere, nisi quod eius uoluntas erat. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc patet Iudam ex intentione & facto Christi in illa vniuersalitate conclusum, qua iussit bibere ex eo omnes: quem isti de vniuersalitate sua excludunt. Præter hæc si cunctis Christi fidelibus nullo mortali indispositis sic

A sub vtraque specie debet liberè ministrari, non ergo excipiendi sunt ab hac uniuersalitate pueri ridiè baptizati. Et inde est articulus hæreticus secundùm hæresim Armeniorum, ut infrà dicetur. Adhuc, nunquid iam pransis, si nullo sint mortali indispositi, sic uis ut liberè ministretur? Et fiet articulus, pro quo instat hæreticus hæresi Corinthiorum, dicente apostolo. Conuenientibus uobis in unum: iam non est dominicam cœnam manducare. Et libro primo ad inquisitiones Ianuarij AVGVSTINVS. Li-

Aug. To. 2. Epist. ad Ianuarium [illegible]

2 quidò † apparet quando primò acceperunt discipuli corpus & sanguinem dñi, nō eos accepisse ieiunos. Nunquid tamē propterea calūniandū est uniuersæ ecclesiæ, quòd a ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spirituisancto, ut in honorem tanti sacramēti in os Christiani priùs corpus dominicum intraret, quàm* cæteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus
B propterea pransi, aut cœnati ad illud sacramentum accipiendum conuenire debebunt. Sequitur. Cùm uerò ait Apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres cùm conueneritis ad mādūcandum, inuicē expectate, Si quis esurit, domi manducet: ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexuit. Cætera autem omnia cùm uenero ordinabo. Vnde intelligi datur: quia multum erat, ut in epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat ecclesia ab ipso ordinatum: quòd nulla * horū diuersitate uariatur. Hæc ille. AVCTOR. Nota hic calumniandum esse ecclesiam, quòd à ieiunis semper sumatur oblatio: quamuis Christus instituit eam sumendam à pransis. Apostolo enim suo hoc immutare commisit, quod & fecisse creditur: quia dixit. Cætera cùm uenero ordinabo. Cur nō etiam ut in sola panis specie plebs
C tota communicet ordinauit? cum de hac re singulariter ibi querebatur idem Apostolus, quòd in uini specie, unde ebrij fierent, communicarent, dicens: Alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Vnde iam pro generalitate plebis uniuersa, quantum scimus, hoc seruat ecclesia. Quare huic obuiare constanter, est plus ebriosis delirare Corinthijs. Nec quærendum est tempus in specie, quando mutatus est iste communicandi modus in liquido: plusquam communicandi tempus statutum ieiuno stomacho, cum ex generalitate obseruantiæ conijci possit statim uel tempore apostolorum, aut cito post eorum consensu hoc esse prouisum: ex tribus, scilicet oblationis forma, & frequentia statim in ecclesiæ primitijs uariata. Si uerum sit, quod author ille dicit de officiis, fautor item hæresis Berengarianæ Witcleuisticæ: qui incipit. Agmen in ca-

1. Cor. 11.

Author de officijs. Quis sit iste author habebis infra ca. 93.

stris. Vbi agit de communione in missa. Fertur
A (inquit) quòd olim sacerdotes de singulis domibus, uel familijs farinam accipiebant, quod adhuc Græci seruant, & inde dominicum panem faciebant, quem populo offerebant, & hunc cōsecratum eis distribuebant. Nam singuli farinā offerentium missæ interfuerunt, & pro his in canone dicebatur, Omnium circunstantium, qui tibi offerunt: hoc sacrificium laudis. Postquam autem ecclesia numero quidem augebatur, sed sāctitate minuebatur propter carnales, statutum est, ut qui possent, singulis dominicis, uel summis festiuitatibus, uel ter in anno communicarent, ne ante confessionem & pœnitentiam pro aliquo crimine iudicium sibi sumerent. Et quia populo non communicante nō erat necesse panem tam magnum fieri, statutum est eū in modum denarij formare: & ut populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus dominū traditum recognosceret: Qui tamen denarii in
B usum pauperum, qui membra sunt Christi, cederent, uel in aliquid, quod ad hoc sacrificium pertinet. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qualiter de collatione farinæ per domos in cōionē plebis antiquum ecclesiæ morem ostendit, priusq̄. s. populus cessasset communicare quotidiè, & ad dñicas limitaretur, uel ternas festiuitates in anno. De collectione uerò uini, uel uuarum pro communione eius in liquido, nesciuit historiam. A tanto ergo tpe præsumēdum est communicasse populum in unica specie panis, quanto non cōmunicauit quotidiè de collecta farinæ: & ita uideri posset fecisse Græcos: & ab his item antiquis populis farinam oblatæ nostræ uenisse orbiculatam instar denarij. Tanto autem utilius putat

1. Thi. 3.

sibi fore mater ecclesia testimonium huius scriptoris: quanto ab aduersario suo de sub penna emersit. Iubet enim Paulus testimonium bonū accipere ab his, qui foris sunt. Et ipse enim de
C secta panitarum Rabani uersum ponit infrà, ubi agit de partibus missæ. Sacramentum (inquiens) ore percipitur, & in alimentum corpo-
3 ris redigitur. secundo † patere potest huius popularis communicationis ritus ab ecclesiasticæ institutionis de effusione cautela. In decreto patrum sacerdoti iniungitur pœnitentia, si liquidum sanguinis sacramentum effundat: in quo decreto de laicorum effusione, aut eorum pœnitentia non cauetur. De consecra. di. 2. ca. Si per negligentiam. sub decreto Pii Papæ. Si per negligentiam aliquid de sanguine distillauerit in terram, lingua lambetur, tabula radetur. Si non fuerit tabula: ut non conculcetur, locus conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare abscondatur: & sacerdos quadraginta diebus pœniteat: si autem super altare stillauerit calix, for

A beat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Sed si usque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Sed si usq; ad quartum, uiginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus uicibus minister abluat, calice subterposito: & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Hæc ille. AVCTOR. Iste Pius est in catalogo paparum decimus à beato Petro iuxta calculum Augustini, epistola ad Generosum. Valde ergo noto decretum hoc propter antiquitatem: sedit enim circa annum domini. 153. Et iste de effusione sanguinis per sacerdotem ualde cauet: & qualiter pœniteat, prouidet. Item & per effusionem sanguinis per ministrum, sed in altari tantùm, quia sacerdos non cōicare solebat de sanguine, nisi porrecto sibi per diaconum, iuxta tractātes de officiis. Pro effusione istorum decreuit quid

Secundum alios uero nonus.

B fiat: de quorum tamen fide & solertia magis præsumendum foret, & minus necessarium ordinare, quàm pro effusione populi rudis, & squalentis inertia, maximè communicantis assiduè. Vel igitur decretum inueniant Witcleuistæ Pragenses paris auctoritatis, prouisionem faciēs, & pœnam taxans laicis pro effusione sanguinis sacri, uel tanto tpe nouerint populum in sola sicca specie cōicasse fidelium. Maximè cum doctores nostri scholastici, puta Richardus de Media uilla, sanctus* Thomas, & cæteri, ideo dicunt populum ab olim non esse communicatum sacro sanguinis propter periculum effusionis. Et iterū ualde gaudeo, q̄ Witcleuistæ omnes cū suo magistro, si surdastra aure non fuerint, audire possunt tam ueteranum Papam, & martyrem profiteri Christi sanguinem substantialiter in sacro calicis contineri, & effundi posse, & radi. Si (inquit) aliquid de sanguine distillauerit in terram

**Par. 3. q. 80. ar. 12*

C aut super altare, aut super linteum, usque in secundum uel tertium. Sed ualde item sibi timuit Witcleff de hoc dicto. Ideo. 1. c. de Eucharistia quærit qualiter ipsum deuoret, & glossa aliqua manuali corrumpat. Accipitur (inquit) signatū pro signo, modo quo posset uocare quamlibet creaturam Deum suum, cum sit signū efficax Dei sui. Hæc Witcleff. AVC. Hoc semper in isto homine formidaui: nouum. s. plasma logicæ inauditæ, sub quo concordes fiamus idololatris. Iam per logicam æquiuocorum signi, & signati in materia sacramēti sponte cōcedit creaturam quamlibet esse Deum: quia. s. signat Deū esse: sicut in primo lib. in materia de ideis, concessit asinū, & uilissimam creaturam, imo quidlibet eē Deū. Et quod ad nos attinet, non pius Papa fuisset, sed impius, qui Deum suum radere uellet, & igni comburere ob reuerentiam

Vuitcliff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

unius stillæ,non naturalis:sed tropici cruoris ef A fusi. Tertiò item capitur euidentia huius communicationis popularis in arido,ex eo,quod relinquitur loco eius qui est panis benedictus post missam in dominicis. Vnde prædictus auctor de officijs. Statutum quoque est(inquit)ut panis post missam benediceretur,& populo pro benedictione communionis impartiretur:hæcq; eulogia dicebatur.Hæc ille. AVCT. Signũ est ergo,qꝙ† non communicabant prius in specie uini,quia nihil liquidum post missam loco eius succedit:sed tantum panis siccæ eulogiæ specie panis Eucharistiæ. Reuertentes igitur ad uerbũ Christi,quod ipsi ecclesiæ magistris objciunt, Bibite ex eo omnes,quem textum nullus euangelistarum habet,solo Matthæo excepto,qꝙ non possunt generaliter hoc Christi præceptum cunctis applicare fidelibus,propter pueros nouissimè baptizatos,amentes,aut ægros, nec, ut petunt,solis iustis,aut mortali crimine destitutis B propter Iudam dñi proditorem:restat ab eis q̃rere quos omnes intelligant, quibus Christus p̃cepit in his uerbis sacramentum sanguinis libere ministrari.Re autem uera solis duodecim apostolis hoc uerbum porrexit,qui soli tunc cum eo cœnasse leguntur.Matthæi 26.Vespere autẽ facto,discumbebat cũ duodecim discipulis suis. Marc.14.Vespere autem facto, uenit cũ duodecim,& discumbẽtibus eis &c.Et sequitur. Vnus ex duodecim,qui intingit mecum manum in catino.Luce.22.Cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo.Et in homil. paschali.de conse.dist.2.Quid sit.GREG. calix.n. quem sacerdos catholicus sacrificat, non est alius,nisi ipse,quem dominus apostolis tradidit. Et infrà.Non sunt multa corpora christi,neque multi calices,sed unum corpus christi, & unus sanguis cum illo, quod sumpsit in utero uirginis,& quod dedit apostolis.Hæc ille.AVCT. C Et in expositione super eodem loco.li.6.c.4.BEDA. Quòd si quem mouet cur cœnatis saluator apostolis suum corpus ac sanguinem tradiderit, Sequitur.Breuiter audiat ideo tunc cœnatos cõmunicasse apostolos,quia necesse erat paschalem illud typicum anteà consummari, & sic ad ueri paschæ sacramenta transire.Hæc ille.AVCT. Vbique ecce cœnasse dicitur cum duodecim,qꝙ nequaquam dici solet in euangelio, si nõ soli essent,sed interfuissent & alij. Solis ergo duodecim apostolis præcepit Christus communicare in secundo sanguinis sacramento,cùm diceret, Bibite ex eo omnes: aut saltem in eis uniuersis presbyteris,sicut in duodecim eisdem omnibus dixit,Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata,remittuntur eis. Ipsi.n.secũdum hanc auctoritatem sacerdotij locum apostolorum præ cæteris fidelibus tenent:sicut Paulus apostolus patulò exprimit in salutatione epistolæ primæ ad corinthios.ubi cum cunctos saluasset fideles in genere dicens, Sanctificatis,& sanctis,ad sacerdotes loquebatur in specie, subdens,cum omnibus,qui inuocant nomen dñi,& ibi,adiunxit,in omni loco ipsorum & nostrorũ. In annotationũ libro HIERONYMVS. In omni loco ipsorum & nostrorum: qñ sacerdotes & suo,& apostolorum loco funguntur. Hæc ille.AVCT.Sacerdotes dicit suo.i.sacerdotum, & apostolorum,& eorum loco funguntur ad populum.Eorum ergo electioni commisit, qui ex eo biberent,siue ex ordine sacrificantium, si uè ex imò ordine participantium eos fide probatos assumerent.Iactauit.n.eos Christus ut dicitur:& si sint honoratiores de populo: & uenit ex Iudæis,aut ex Iudæis potiores, si fuerint sacerdotes,non complemẽtum, sed partem sacerdotij,manducare panem. Nec generaliter omnibus iussit quod dixit apostolis in hoc actu sacerdotii iam primitus constitutis, Bibite ex eo oẽs:Sicut nec illud: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte.tetigit beatam uirginem,aut posteriores quoslibet christianos.

1.Cor.1.

Hier.Tom.9.

Matth.26

Beda

Marc.14. Lu.22. de conse. d. 2.c. quid. Gre.To.2.

Io.20

¶AD AVTHORITATEM EVANGELIJ,Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem.&c. Cap. XCI.

SVMMA.

1 *Responsio ad auctoritatem euangelij, Nisi manducaueritis carnem filij hominis.& c. ab Wicleuistis pro suæ opinionis confirmatione adductam.*

2 *Armeniorum error,communicantiũ pueros suos continenter post baptismum.*

3 *Christus quos obliget ad manducandum carnem eius,& sanguinem bibere.*

4 *Christi carnem comedere,& sanguinem eius bibere,quid secundùm Augustinum. Et plura de hoc ibi contra Witeleuistas.*

IOannis(inquiunt) 6. Saluator hoies ligat ad sumptionẽ hũius sacri, dicẽs. Amen amen dico uobis:nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem,non habebitis uitam in uobis.Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinẽ,habebit uitam æternam. caro.n. mea uerè est cibus,& sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem,in me manet,& ego in eo.Hæc ille.AVCTOR. Quod isti assumunt dicentes, saluator sic dicens, homines ligat ad sumptionẽ huius sacramenti,non potest hoc quod petunt essi cere.s.ut oibus Christi fidelibus liberè ministretur,nisi etiam dicant ultr, quòd saluator omnes homines ligat ad sumptionem huius sacri,sic dicens,Nisi manducaueritis.&c. Aliàs concederem,qꝙ homines ligat,episcopos & sacerdotes. Homines autem non ligat,quos non discernit. Primo ergo concesso,sic petentes hæreticum in eidunt intellectum,quem plures sic ultr assumentes habebant.Quidam.n.sic uniuersaliter intelligentes promittebant omnibus baptizatis, si semel manducarent carnem illam,& sanguinẽ biberent sacramento,quomodocunque uiuerent, uitam æternam.Vnde 21.de ciuitate Dei.c.11. AVGVSTINVS.Item sunt alij ab æterno supplicio liberationem nec ipsis saltem omnib. hominibus promittentes,sed tantummodo Christi baptismate ablutis,qui participes sunt corporis eius quomodolibet uixerint,in quacunq; hæresi,uel impietate fuerint,propter illud,quod ait Iesus,Hic est panis,qui de cælo descendit:ut B si quis ex ipso manducauerit,non moriatur. Ego sum panis uiuus,qui de cælo descendi:si quis manducauerit ex hoc pane,uiuet in æternũ. Ab æterna ergo morte(inquiunt) necesse est istos erui,& ad uitam æternam quandocunque perduci.Hæc ille.AVCT. Erant & alij uniuersalitatem istam amplius restringentes, solis catholicis,si semel communicarent,uitam æternam,q̃uis malè uiuerent,promittentes.In eodem loco subsequente ca. AVGVSTINVS. Item sunt, qui hoc non omnibus habentibus baptismatis Christi ciusque corporis sacramentum, sed solis catholicis,quanuis malè uiuentibus,polliceãtur:quia non solo sacramento,sed re ipsa manducauerunt corpus Christi in ipso eius corpore constituti. De quo dicit Apostolus. Vnus panis unum corpus multi sumus: Vt etiam si postea C in aliquam hæresim,uel etiam in gentilium idolatriam lapsi fuerint, tamen quia in corpore Christi,id est,in catholica ecclesia sumpserunt baptismum Christi, & manducauerunt corpus Christi,non moriantur in æternum:sed uitam quandoque consequantur æternam: atque illa omnis impietas quanto maior fuerit, non eis ualeat ad æternitatem,sed ad diuturnitatem magnitudinemque pœnarum. Hæc ille. AVCT. Quidam autem ab uniuersalitate illa timentes mortis pœnam,si non qualitercunque corporis ore sumerent sacramentum, propinabant illud incongruè dispositis,ætate etiam immaturis. 2 Fertur†enim Armenios sic errare:& ideo pueros suos continenter communicant post baptismum. Vnde lib.suo de hæresibus.GVIDO. Vicesimus(inquit) error, quòd ad uerum baptismum ultra debitam formam uerborum requiritur, qꝙ baptizatus inungatur chrismate, & sumat corpus Christi:& ideo non baptizant paruulos suos ante octo dies:sed tunc liquefaciunt sacramentum in aqua & uino,& intra os paruuli ponunt.Hæc ille.AVCTOR. Et dicit sanctus Thomas hoc facere Græcos quosdam, Dionysij auctoritate seductos,dicentis baptizatos cõmunicare debere:cùm hoc intelligat de adultis. Si autem argumentum staret istorum, qꝙ saluator omnes homines ligat ad sumptionem huius sacramenti secundum utramque speciem,cũ diceret:Nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Nõ errant Armenij,cũ paruulos suos ita communicant,nisi forsan, quia nõ cõicant in sacro sanguinis,sed uino & aqua tincto corporis sacro.Sed & in hoc euidẽtiam faciũt, qꝙ nobis in communicãdo in unius specie sacramenti conueniunt.E contrario uerò periculosè nimis erraret Latinorum ecclesia,qꝙ tot pueros B baptizatos permittit excedere ab hac uita sine sumptione uiatici sub utraque specie: Qualiter item dñs promittit beato latroni paradisum: q modo corporali,quem isti intelligunt, carnem Christi non manducauit,aut sanguinem eius bibit,sub utraque forma sensibili panis & uini,tũc maximè,cùm fuit effectus gratus Christo, & p hoc nullo mortali peccato indispositus? Et quo modo potuit habere uitam in seipso stante secundum intellectum eorum hoc christi præcepto:cùm Christi carnem, & eius sanguinem secundum utranque speciem non accepit? Sciant †ergo seductores Witcleuistæ hanc Christi minam terrificam de re ultima sacramenti,scilicet incorporatione ecclesiæ suæ per fidem & sacramenta Christicolis imperatam,nè de uita Christi pp impossibilitatem præcepti pueri christianorum uiderentur exclusi.Li.3.de baptismo paruulorum ad Marcellinum ca.5.AVG. *Nam ẽt illud:qa nisi mãducaueritis homines carnẽ eius, hoc est,participes facti fueritis corporis eius,nõ habebunt uitam.His,atque eiusmodi aliis,quæ nunc prætereo testimonijs,diuina luce clarissimis,diuina auctoritate certissimis: nonne ueritas sine ulla ambiguitate proclamat,non solum in regnum non baptizatos paruulos intrare nõ posse,sed nec uitam æternam posse habere,præter Christi corpus:cui ut incorporentur, sacramento baptismatis imbuuntur?Hæc ille. AVCTOR. Ecce quos homines obligat Christus ad manducandum carnẽ eius,& sanguinẽ bibere. Non tantũ aliquos homines, ut ipsi cautè Christi propositionem assumunt: imò pueros, & ægros,& quantumlibet imbecilles:quia quot quot habituri sunt uitam æternam, necessario

Ioan.6

1.Cor.10

Aug.To.7 *Quisquis Io.6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi carnem manducabunt, & sanguinẽ eius bibent. Videant isti iam si omnes isti obligãtur ad eam manducandam, & sanguinem eius bibẽdum sub utraque specie pro qua instant panis & uini. Si uoluntariè Christum exponant de adultis & ualentibus dedisse præceptum, uideãt hic Augustinum hoc ad paruulos extendisse. Nisi (inquit) manducauerint carnem eius, non habebunt uitam. Et iterum. Sed nec uitam æternam habere posse. Modũ aũt præcepti insinuans subdit. Præter Christi corpus, cui ut incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur. Si obstent Pragenses, & disputationis uim faciant ex uerbis Christi, quia tanquam solis rõnis capacibus indicando personas dixit, Nisi manducaueritis & biberitis: audiant prius disputare contra suos complices Augustinum: & tñ hoc ipsum firmasse quod dixi li. 1. *de baptismo paruulo. capite 17. ubi inquit. Auferatur dubitatio. Iam dñm audiamus, non suspiciones, coniecturasq; mortalium: Dominum audiamus (inquam) non qui dem hoc de sacramento lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ, quo nemo ritè nisi bapti zatus accedit. Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meũ, nõ habebitis uitam ĩ uobis. Quid ultrà quærimus? Quid ad hoc responderi potest, nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiam perspicuæ ueritatis intendat? An uerò quisquam etiã hoc dicere audebit, q̃ ad paruulos hæc sententia non pertineat (possintq̃ sine participatione corporis huius & sanguinis in se habere uitã: quia non ait, Qui non manducauerit, sicut de baptismo: Qui non renatus fuerit, sed ait: Si non manducaueritis, uelut eos alloquens, qui audire & intelligere poterãt, quod utique nõ ualẽt paruli? Sed qui hoc dicit: non attendit, qa nisi omnes ista sacra teneat: ut sine corpore & sanguine filii hoĩs uitam habere non possint, frustra etiã ætas maior id curat. Potest.n. si non uoluntatẽ, sed uerba loquentis attendas, eis solis uideri dictum, quibus tunc dñs loquebatur: quia non ait qui non manducauerit: sed, si non manducaueritis. Et ubi est, quod eodem loco de hac ipsa re ait: Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi uita? Secundum hoc.n. etiam ad nos pertinere illud sacramentum intelligimus, qui tunc nõdũ fuimus, qñ illa dicebat, quia nõ possumus dicere ad seculum nos nõ pertinere, p̃ cuius uita Christus carnem suam dedit. Quis aũt ambigat seculi noĩe hoĩes significatos esse, qui nascẽdo in hoc seculum uenium? Nam sicut alibi ait: Filij seculi huius generant, & generantur. Ac p hoc ẽt pro paruulorum uita, caro data est, quæ data est pro seculi uita: Et si non manducauerit carnem filii hominis, nec ipsi habebunt uitam.

*De peccatorũ merit. & rem. ad Marcellinum. Aug. To. 7 *ca. 20. Io. 6*

Hæc ille. AVCT. Omniquaque, ut uidetis, repugnat Augustinus dicẽtibus hac sñia paruulos nõ teneri, non tñ secũ eũ hæc dixisset Christus præsentibus, sed mõ nobiscum, & post nos nascentibus. Probat.n. ex textu alio, tanq̃ ex alia alæ cõiuncta, quia panis quẽ daret Christus, caro eius foret pro seculi uita. Vnde infert: si non manducauerint carnem filii hoĩs, nec paruuli ipsi habebunt uitã. Constat ergo in fide Pragensiũ modernorũ, si nõ modo suo, quo arguunt carnẽ filij hominis & sanguinẽ sub utraq; specie panis & uini comederint & biberint, ẽt si non diẽ, sed uix hor am habuerint super terram, suos filios perituros. Quid ergo? consulam ut eos tenellos cõicent secundum hæresim Armeniorũ? Aut ut eos in errore deuincant sub specie uini sanguinem porrigentes? Sed magis consulo, ut ad ecclesiam redeant, formamque ecclesiæ teneãt: scientes secundùm Augustinum uerba Christi quoslibet quidem ligare fideles, sed in sensu ecclesiæ secundum eius filium Augustinũ, secũdum rem ultimam sacri ut incorporentur Christo p fidẽ, spẽ, & charitatẽ perennem in sacris ecclæ, hoc solum est Christi carnẽ comedere, & sanguinem eius bibere: in ipso manere, & ipsum manẽtẽ in se habere. ut probet AVG. super illo loco ĩ expositione Ioannis: & de gratia noui testamẽti. & 21. de ciui. ca. 21. ubi dicit. Denique ipse dicens. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo: ostendit quid sit non sacramento tenus, sed† reuera corpus Christi manducare, & eius sanguinẽ bibere. Hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus. Sic.n. hoc dixit, tanquam diceret, Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, nõ se dicat, aut existimet mãducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum. Hęc ille. AVCTOR. Et in libro de oratione dñica sup petitione quarta. CIPR. Quando ergo dicit, In æternum uiuere si quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos uiuere, qui corpus eius attingũt, & Eucharistiam iure cõionis accipiunt: ita contra timendum est, & orandum, ne dum quis abstinẽs separatur a corpore Christi, exors remaneat a salute, cõminante ipso, & dicẽte, Nisi ederitis carnẽ filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce q̃ planè cõminari dicit Christũ in pdictis uerbis cõtra ipsos, q ideo abstinẽt a cõione, qa separantur a Christi corpore. Et sup uersu 3. psal. 90. BER. Quid aũt est mandu care eius carnẽ, & bibere eius sanguinẽ, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne? Vñ & hoc designat illud illibatũ altaris sacr̃m, ubi dominicũ corpus accipimus: ut sicut uidetur illa panis forma

Matth. 20
Matth. 26
Luc. 22.
Aug. To. 7
Hieronymus

forma in nos intrare, sic nouerimus per eam, q̃ in terris habuit conuersationem, ipsum intrare in nos, & habitare per fidem in cordibus nostris: Hæc ille. AVCTOR. Ex his pdictis tam solidatis in fide Christi, apertum est, qualiter fallaciter assimunt uerbum illud Christi, biberit sanguinem meum: intelligẽtes eam bibitionẽ oino corporalẽ in specie uini meri, quasi sic obligarẽtur bibere singuli Christiani: & sic bibendo implerent Christi præceptum. Et sic si facinorosus uel bestia ore biberet corporali specie illã nisibilẽ, tũc biberet euangelici sanguinis sacr̃m, dicẽte Augustino 3rium, In quo ego nõ manco: nõ se existimet mãducare corpus, aut bibere sãguinẽ. Nouerint ergo in isto loco, nec omne bibere, nec istud bibere, esse illud bibere, q̃d concludunt. Aut nũquid cum dixit Christus germanis apostolis, calicẽ quidem meum bibetis, intelligi debuit de calice bibito sacri? Aut illud Iohannis, Calicẽ, quem dedit mihi pater, non uis ut bibã illum? Aut illud, Vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo? Planè ergo nõ cõcludunt bibere speciem uini uisibilis, sorbendo illud ore corporis, ex illo uerbo saluatoris, si nõ biberitis sanguinem filij hominis, non habebitis uitam in uobis. Sed intelligitur: si nõ secundum fidem & deuotionem passionis biberitis sanguinem filii hominis ore cordis, non habebitis uitã in uobis. Et iam non est ista sicut prædicta de si de Husitarum impossibilis negatiua: sed ad obseruandum facilis cunctis & singulis Christianis.

A

B

C

¶DE MODO BIBENDI CHRISTI sãguinẽ, re, non uisibili specie, & sic ad auctoritates canonis Gregorii, Augustini, Hieronymi, Gelasii, item Zosimi. Cap. XCII.

SVMMA.

1 *Modus bibendi Christi sanguinem, re, non uisibili specie. Et quid de hoc dicant Hugo, Origenes, & Augustinus.*
2 *Witcleuistarum obiectum ex Canone Gregorij, & ex Zosimo, diluitur.*
3 *Augustini Canones, Cum frangitur. &, Qui a passus &c. quomodo debeant intelligi.*
4 *Hieronymi Canon, Sacerdotes. &c. explicatur.*
5 *Gelasij Canon, Comperimus. &c. quomodo intelligatur.*

1 EST† & alius modus bibendi sanguinem filii hominis ore corporis, dum in altera specie, siuè panis, siuè uini sideliter ipsum sorbet. Si enim ut fides habet est perfectus Christus secundùm Deũ & hominem sub utroque, non erit ei corpus uium sub specie panis sine sanguine eius ibi per substantiam: nec erit sanguis uiuificans Christũ hominem sub specie uini sine corpore per naturam. In libro sententiarum HVGO. Dicendũ uidetur, q̃ licet in duabus sumatur specicibus: tamen in utraque integer Christus sumitur. Non enim corpus sine sanguine, vel sanguis sine corpore esse potest. Sed ideo in duabus speciebus sumitur, ut significetur huius sacramenti duplex effectus. Valet.n. (ut ait Ambrosius) ad tuitionem corporis & animæ. Et quod sumitur in pane, halet ad utrunque & similiter quod in uino sumitur. Quia & in pane totum & integrum sumitur. Et si in pane tantum sumeretur, alterũ tantum significaretur. s. quod ad luitionem corporis ualet. Iterum si in uino tantum sumeretur licèt hoc sufficeret ad corporis & animæ tuitionem, tamen hoc solum significaretur, quod pro salute animæ sumeretur. In sanguine.n. anima significatur. Hæc ille. AVCTOR Ergo quod sumitur in bina specie nihil abundat ad uirtutem, uel substantiam supra unam tñ, sed solum ad signum. Omnis ergo fidelis, qui corpus Christi in specie panis comedit, ita in eadẽ specie sanguinem Christi bibit. Et sic doctores antiqui intelligunt, quia uix, aut nunquam cõionem plebis in gemina specie dñt, sed bibere solum dñt. Sic homi. 16. super Nu. Origenes. Quis est iste populus, q̃ in usu habet sanguinẽ bibere? Hæc erãt, quæ & in euangelio audientes ii, qui ex Iudæis dñm sequebantur, scãdalizati sunt, & dixerunt. Quis potest manducare carnes, & sanguinẽ bibere? Sed populus Christianus, populus fidelis audit hæc, & amplectitur: & sequitur eum, qui dicit: Nisi manducaueritis carnẽ filii hoĩs, & biberitis sanguinẽ meũ, non habebitis uitam in uobis ipsis. Quia caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Sequitur. Bibere autẽ dicimur Christi sanguinem, non solum sacramentorum ritu, sed cum sermones eius recipimus, in quibus uita consistit. Hæc ille. AVCT. Et item hic conuenit cum prædictis, exponẽdo uerba illa de re ultima sacri: & tñ sacramentorũ ritu bibere non excludit, quia non in Eucharistia tñ, sed in baptismo per prædicta AVGVS. bibimus sanguinem crucifixi. Quapropter subtili stylo comprehendit hoc ipsum lib. 21. de ciuita. Dei ca. 21. dicens. De hoc corpore ait Apostolus. Vnus panis unum corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate. i. in Christianorum compage membrorũ, cuius corporis sacr̃m fideles communicantes de altari sumere consueuerunt, ipse uerè dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc hæretici, & schismatici ab huius unitate corporis separati, possunt idem perci-

Hugo

eucharistiæ duplex effectus.

Anima significatur in sanguine

Orig. To. 1

Io. 6

Aug. To 5.

1. Cor. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

percipere sacramentum, sed non sibi utile: imò uerò etiam nociuum: quo iudicentur grauius, uel tardiùs liberentur. Nõ sunt quippe in eo uinculo pacis, quod illo exprimitur sacramẽto. Hęc ille. AVCTOR. Hoc notãdum censeo in his uerbis: ꝙ Christianus uir in Christi corporis unitate consistens, & eiusdem corporis sacramentũ cõmunicando de altari sumere consuetus, ipse dicendus est mãducare corpus Christi, & sanguinem bibere. Bibere enim oportet sanguinẽ, qui uiuam carnẽ assumit: quia sine sanguine uiuere caro nõ potest. Non ꝙ anima hois sanguis eius est, ut ille dixit imperitus physicus. Augustinus dicit. Omnino cauendus est hic error. Sed quia anima carnis in sanguine est, ut Leuitici. 17. scripsit Moyses: ideo si comederit homo sanguinẽ, obfirmabo (inquit) dominis faciem meã contra animã illius, & disperdam eum de populo suo. Sanguinẽ intellige crudũ more idololatrarum, maximè à bestiali diffusum cadauere. Christi uerò sanguis est cruor agni assi, uiui: ac per hoc nõ alterius, quàm nouissimi testamenti sanguis corporis sui uiui. Ipso dicente notanter, Hic est sanguis meus noui testamenti: quod non dixit suprà de corpore. Hoc autem addidit ad aliquã antiqui differentiã testamenti: quia iste sanguis nouo more non comeditur: sed cum eius corpore simul ut comeditur, bibitur, quia in nullo a corpore separatur. Ideo cauent quidam sapienter, ne dicatur sanguis effusus in ora fidelium, sed immissus. ut libro de sacramentis parte tertia Parisien. At si à sanctis aliquãdo dicitur, ꝙ sanguis ille sacratissimus in ora fidelium funditur, intellige, ꝙ non effunditur, sed mittitur, & hoc cũ ipso & in ipso sacramento corporis, cuius est, nõ extrà. Hæc ille. AVCTOR. Hic incidit occasionaliter aliud de obiectis Witcleuistarum Pragẽsium ex canone beati GREGO. in homi. Paschali, de consec. dist. 2. ca. Quid sit ubi dicitur, ꝙ sanguis agni super utrunq; ponitur, qñ nõ solum ore corporis, sed ẽt ore cordis hauritur. Et iterũ eius sanguis nõ in manus infideliũ, sed infideliũ ora funditur. Propter hoc uerbũ, dixit Parisiensis. Si a sanctis dicatur infunditur, nõ ꝙ effunditur intellige, sed ꝙ immittitur. Supple non sicut humor, uel succus iam separatus à carne: sed cum ipso, cuius est corporis sacramento. Quia corpus illud est corpus sanguine uiuidum: & sanguis ille uernat in corpore. Quod autem Witcleuistæ isti arguunt ex illo Gregorij, populũ nostrũ omnino communicandum in spẽ uini nostri: quid dico, nisi heus egeni authores, & tota die mendicantes à quolibet, & nihil edentes? Quid hoc agit in parte uestra, ꝙ sanguis agni super utrunque postem ponitur, qñ non solum ore corporis, sed ore cordis hauritur? Enimuero omnes fideles cum communicant, sanguinem agni in utroque posse ponunt. Et ore corporis, & cordis hauriũt, quando solum Christi corpus in sicco sacramento suscipiunt. Sic enim in fide suprà dixi, ꝙ nullus corpus Christi comedit, nisi hoc ipso sanguinẽ eius bibat. Et hoc est itẽ quod ZOSIMVS Papa in cantico cerei paschalis habet, cum dicit. Hæc nox est, in qua uerus ille agnus occiditur, & de eius sanguine postes consecrantur. Postes enim & oris, & cordis in eius sanguine fideliter bibito per sumptionem corporis uerissime consecrantur. Et iterum quod dicit, Eius sanguis in fidelium ora funditur, ita dicimus, qꝛ simul tum Christi corpore in eorum ora committitur. At ne putas Christi sacerdotes esse fideles, in quorum ora posset infundi, nisi mitteretur ad populum? Sed ubi illa homilia est integra, hoc addit GREGO. In utroque etenim poste sanguis agnis est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur: ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Et subdit infrà. Certè domus nostræ ipsa sunt corpora, in quibus quousque uiuimus, habitamus: & in superliminari domus agni sanguinẽ imponimus, quia crucem passionis illius in fronte portamus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Gregorius dicit, agni sanguinem ab ore corporis esse sumendum: eundemque ab ore cordis, & eundẽ in superliminari domus in frõte hominis. Quid putas? nunquid omnino sub specie uini est condendus ille sanguis in corde, & signandus in fronte? Si dixeris, non (vt oportet) sed sola re sacramenti frontis signare, sufficiet & ore cordis haurire. Sola ergo re sacramenti necesse est eundem sanguinem in populorum ora trãsmitti: & simul cum corporis uiua substantia in specie panis absumi. Idem enim agni sanguis est (dicit Gregorius) in ore, in corde, & fronte. Et quid dicit in fidelium ora perfundi, hoc est, quod eodem modo (ut ita dixi) in homilia quadam super illud Ioã. 1. Vidit Ioannes Iesum uenientem ad se. BEDA. Non solum lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. &c. sed & cum eiusdem beatæ passionis ad altaria memoria replicatur, cum panis & uini creatura in sacramentum carnis & sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatione transfertur, sicque corpus & sanguis illius non in fideliũ manibus ad perniciẽ ipsorum funditur, & occiditur, sed fideliter ore suaui, sumitur ad salutem. Hæc ille. AVCTOR. Sicut suprà dixi, ore fidelium sacerdotum sumitur: & item ore fidelium populorum in specie panis sicci. Canon item sub titulo AVGVSTINI. Cum frangitur ad hæc prædicta conuertitur. Cũ frangitur (inquit) hostia, dum sanguis de calice in ora fideliũ fundit, qd aliud, q̃ dñici corporis in cruce immolatio. ciusq; sanguinis de latere effusio designat? Hæc ille. AVCTOR. Fideliũ dicit, non quorũlibet populorum, sed sacerdotum, ut clericorũ, uel procerum in fide sacramenti constanter sanctorum: quos prælati dignos duxerunt ad hanc solennitatem assumere. Cum tamen si modus ecclesiæ nostræ modernæ attenditur, istud capitulum facit solùm pro ordine sacrificantium sacerdotum: quia ipsi soli frangunt hostiam publicè: & ipsi soli immolant sacram hostiam. Et iõ consequenter eorum ora intelligit, cùm adiungit prædictis, ꝙ sanguis in ora fideliũ funditur. Sic enim ea adinuicem copulat. Cùm frangitur hostia dum sanguis de calice in ora fideliũ funditur. Canon sub titulo eiusdem, Quia passus. nõ recedit à prædictis. Vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem, & contritionem, iam in nomine Christi tãquam ad calicem uenistis, & ibi uos estis in mensa: & in calice nobiscum uos estis: simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul uiuimus. Hæc ille. AVCTOR. Nota quod dixit, in calice nobiscum uos estis, modificauit prius, cùm diceret. Tanquam ad calicem uenistis. Si enim simpliciter calicem biberent, non diminueret actum, dicens tãquam: sed ranquam ad Christi calicem uenit, quicunque nobiscum in mensa Christi corpus cõmunicat, quia sanguinem Christi in sua substantia bibit, quia corpus uiuum & sanguinem viuificatũ assumit. Nihil enim plus accipit sacerdos de sanguine Iesu Christi, q̃uis in solẽnitate ritus sacrificandi præmineat, ex eo, ꝙ sanguinem sub specie uini iterum bibit, quem priùs cum corpore Christi in sicco sacramento percepit. In nullo ergo quisquam laicus de ordine participantium minùs capit aut bibit Christi sanguinem q̃ sacerdos: sed in solennitate minùs omnino habet, sicut sacramẽtum solum participans, minor oino est eo, qui consummat sacrificium ad mentẽ Apostoli. Veruntamen finis capituli exponit, quod præcesserit de re ultima sacramenti, in qua item nobiscum sunt ipsa susceptione baptismi. Nulli (inquit) est aliquatenus *ambigendũ, vnũ quemque fidelium corporis & sanguinis dominici tunc esse participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si anteq̃ panem illum comedat, calicemque bibat, de hoc seculo migrauerit in unitate corporis constitutus. Canon item sub auctoritate HIERONYMI prima quæstione prima. Sacerdotes, sic habet. Sacerdotes, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem domini populis eius diuidunt, impiè agunt in lege Christi: purantes Eucharistiam imprecãtis facere uerba, non uitam. Hæc ille. AVCTOR. Hoc dictum Hieronymi super Sophoniam, occasionem dedit duobus erroribus, scilicet, Donatistarum, quia dicit, Eucharistiam imprecantis, non uerba facere, sed uitam, & istis usurpatoribus Witcleuistis. Sed sicut non proficiunt malo suo per primum, sed intelligit Hieronymus bonam uitam iuuare ut decentius ministretur fidelibus sacramentum: ita deficiunt in secundo, quia sacerdotes sanguinẽ domini populis diuidunt, quando in specie panis corpus Christi distribuunt. Nihil enim plùs siuè de corpore, siuè de sanguine Christi, secundùm naturam uel uirtutem accipit sacerdos sacrificans sub utraq; visibili specie, quàm sumit participans communicatus in una. Idcirco ipsi clerici & sacerdotes si non celebrent, sed inter populares participẽt, & in eisdem ecclesijs, sola una specie panis reficiunt. Non ergo sacerdos, quia sacerdos, ꝓ hoc distat a populo: sed quia ipsum sacrificãtis fungi contingit officio: & in hoc ritu præcellit solẽnitatis propter munus consecrationis. Profanone item sub intitulatione GELASII de consecra. d. 2. c. Comperimus. omnino facit, quòd intellectus eius ex toto est pro missas celebrantibus. Quia ex intentione cõtenatur capitulo præcedenti in fine sic habenti. Concilium Toletanum. 12. Ergo modis omnibus tenendum est, ut quotiensc̃unque sacrificans corpus & sanguinẽ domini nostri Iesu Christi in altario immolat, totiens perceptionis corporis & sanguinis Christi participem se præbeat. Hæc ille. AVCTOR. Et statim sequitur. Item GELASIVS Papa Maiorico & Ioanni episcopis. Comperimus autem quòd quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacrati cruoris abstineant. Qui proculdubio quoniam nescio qua superstitione docentur astricti, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Quoniam diuisio ynius eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio peruenire non potest. Hæc ille. AVCTOR. Sacerdotes ergo sacrificantes in altari erant, qui sacrificia consummabant sub utraque forma: cum autem ad participandum uenerunt, mysterium diuidebant: quod sacrificanti ab integro nunquàm licebat.

¶ AD AVCTORITATES AMBROSIJ de sacramentis, Waleranni de officijs, Paschasij. Cap. XCIII.

SVMMA.

Responsio ad auctoritates Ambrosii de sacramentis, quem Witcleuistæ adducunt in testem ad suæ opinionis fulcimentum.

Nicolaus de lyra, quid de communione in primitiua ecclesia usitata, dicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Auctor de officiis quis sit.*
4 *Responsio ad dicta Waleranni, & Paschasii, & quòd non faciant pro Wicleuistis, ostenditur.*

1 AMBROsium † sanctum adducunt ité in testem libro de sacramẽtis, sed textum eius non exprimunt. Quod aũt secundùm videre meum parti eorũ posset efficere, maximè hoc est, ꝙ quinto libro de sacramentis allegorizat historiam Moysi, tangentis petram uirga, & aquam effudit. Vide (inquit) mysterium. Moyses, hoc est propheta: virga, hoc est uerbum Dei. Sacerdos verbo Dei tãgit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei* ergo sacerdos redundat aquã in calice, salit in uitam æternam: & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consequutus est. Hæc ille. AVCTOR. Si respondeamus ad uerba, non sanguinẽ Christi propter hæc uerba, bibit populus Dei: sed aquam, quam sacerdos redundat in calice. Si ad mentem authoris, signa quid pòst inferat de eodem. & sige differentiam. dicit enim. Introduxit me rex in cubiculum suum: Græcus, in prõptuarium suum, & in cellarium suum: habet vbi bona libamina, vbi boni odoris mella suauia, vbi fructus diuersi, vbi epulæ variæ, vbi plurimis epulis tuum prandium condiatur. Ergo venisti ad altare: accepisti corpus Christi. Audi iterum quæ sacramenta consequutus es. Audi dicentem sanctum Dauid. Et ille in spiritu hæc mysteria prævidebat, & lætabatur, & nihil sibi deesse dicebat. Quare? Quia qui accipit corpus Christi, nõ esuriet in æternum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Ambrosius introduxit te in cellariũ regis, in ecclesiam ad altare, promisit libamina: & tamẽ nihil de sanguine Christi loquens, accepisti (inqt) corpus. Et inferens sanctum Dauid, qui iam dixerat, Calix meus inebrians quã præclarus est. Sed Ambrosius hoc subticens: Nihil (inquit) sibi deesse dicebat: quia qui accipit corpus Christi, non esuriet in æternum. Ergo si nihil ei defuit cum Christi corpus haberet: nec deerãt illa libamina: nec præclarus calix sanguinis Christi ipsi desint: dum epulis uteretur in corpore. In ipso ergo corpore manducato præclarus calix accipitur aqua saliens de petra Christo in unius speciei sacramenti notatur. Non † tamen aduersor dicẽti NICOLAO DE LIRA, ꝙ in primitiuis ecclesiæ communicauit populus sub utraq; specie: immo consentio posse sic dici, & frequenter hoc æstimo à doctoribus scriptum esse: quamuis de conuersis Iudæorum populis hoc sit reperire difficile. Aduersatur enim omnino ritibus sacrificiorum ipsorum antiquis, qui fuerunt nobis cõpetentes figuræ: & nimis item locis noui testamenti, quæ de eorum communicatione loquuntur. Sed cùm propter tollendam hæresim, aut uitanda scandala, quæ ex communicatione tali populus sectabatur: Romanæ urbis ecclesia hunc modum præfixit: non minima hæresis erit modũ sanctum torua fronte dirumpere, aut propter illum tollendum violenter instare, schisma touere, ecclesiam diuidere, aut Christianam plebem sub hæreticorum tyrannide facere subiugalem. Nolo vltrà protesteris Ambrosium: sed hoc hortor, vt Ambrosium imiteris in facto. Ipse enim dixit, ipse scripsit, in eodem libro, quem nunc signasti de sacramentis, scilicet, libello tertio loquens de ritu ecclesiæ suæ in lauando pedes baptizandi, cùm non hæc romana ecclesia fecit. Vide (inquit) omnem iustitiam, uide humilitatem, vide gratiam, vide sanctificationem. Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. Non ignoramus, quòd ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur, & formam. Hanc tamen consuetudinem non habet, ut pedes lauet. Fortè propter multitudinem declinauit. Sunt tamen, qui dicãt, & excusare conentur: quia hoc non in ministerio faciendum est. Sequitur. Hoc ideo non dico, quòd alios reprehendam, sed mea ipse commendem. In omnibus cupio sequi ecclesiam Romanam: sed tamen & nos homines sensum habemus. Ideo quod alibi rectiùs seruatur, & nos custodimus. Ipsum sequimur apostolum Petrum, ipsius inhæremus deuotioni. Ad hoc ecclesia Romana quid respondi? Hæc ille. AVCTOR. In hoc ritu diuersa sensit Ambrosius à romana ecclesia. Sed quia romana ecclesia illa ipsi non vetuit, sic licebat. Si grandi aliqua de cã hoc prohibuisset ecclesia, nullo ausu sic sensisset Ambrosius. Romanæ (inquit) ecclesiæ typum in omnibus sequimur, & formam. Et iterum. In omnibus cupio sequi Romanam ecclesiam. Ita si non inhibuisset ecclesia Romana communicationem vestram in liquido, potuissetis forsan, quod iam nulla uia, nisi rebellionis hæreticæ ab inhibitione Romanæ ecclesiæ diuersa, scilicet, sentire licebit. Ideo deprimite ceruices rebelles uiri peditionis, filii scelerati. Non vos pudeat cum sancto Ambrosio humiliter dicere. In omnibus sequi cupimus Romanam ecclesiam. In omnibus typum eius sequimur, & formam. Hoc multò meliùs, quàm cum Ianne & Mambre, cum Diotrephe & Alexandro ærario resultare Apostolis, contra ecclesiæ stimulum calcitrare. Humiliamini sub potenti manu Dei, & eius ecclesiæ: cõtra quam nec ipsæ portæ inferi poterunt prævalere finaliter. Testis item eorum est Fulgentius de diuinis officijs libro, cuius prologus incipit: Ea quæ per anni circulum. Huius libri diu præstolabar aduentum: ipsum enim sæpe prædixi: quia sine

Ambrosius cap. 1. To. 4

**Tangit ergo sacerdos calicem, reddit aquam in calice, &c.*

Idem ca. 2 & 3

Psal. 22.

Nicolaus de Lira.

Ambrosius lib. 3. To. 4 In fi.

Note. 1. Cor. 4. 1. Cor. 11. Matth. 26. Ambros. lib. 6. in Luc. cap. 22.

sine isto Wicleuistæ nec usque ad verbum sciunt de sacramento Eucharistiæ suam fibilare pfidiam. Istum ad nubes usque deducit Witcleff magister errorum suorum in libro suo de Apostasia, capite septimo, uocans eum ibi Ambrosium, uel saltem Ambrosij magni discipulum. Cæteri ex discipulis eius post eum uocant eũ Isidorum. Isti modò appellant eum Fulgentium: Cancellarius Oxoniensis herclè dicit eum Walerannum Memburgensem episcopum: & hoc in antiquis exemplaribus rectiùs inuenitur. Reuera Berengarianus erat secundùm subtiliorem eius de impanatione sententiam, quam declarat Guimundus: & ideo modicum ipsi Witcleff conueniens, qui plenus Berẽgarianus est secundùm primam uiam publicè figuralem, nisi ꝙ in hoc concordant, ꝙ uterque panem ponit remanere secundùm substantiam: sed Witcleff corpus domini non ponit remanere nisi secundùm figurã:

Fralcram.

4 VVALERANNVS autẽ secundùm substantiam, & naturam. Verbum † (inquit) quod humanam acceperat naturam, idem in carne manens, panis & uini accipiebat substantiam. Vita media panem cum sua carne, uinum cum suo iungebat sanguine. Hæc Walerannus. AVCT. Fuit ergo de hæresi impanantium, non de hæresi significrorum, ut autumant Witcleuistæ. Nam in capite de azymo & fermentato. Significari (inquit) pane illo dixi ecclesiam, non in eo, quod offertur, & consecratur: sed in eo, quod de multis, ut dictum est, conficitur granis. Nam in eo, quod consecratur, nec ipsum individuum corpus domini significat: sed est transfuso in se Dei uerbo per fidem passionis. Dominus enim non hoc significat: sed hoc est corpus (inquit) meum. Hæc ille. AVCT. In hoc ultimo omnino displicet Witcleuistis, quia magister eorum hoc operatur quod poterit: ut dixerit Christus figuraliter hoc est corpus meum. Quando ergo Witcleff istum authorem alloquitur: tunc ait latro ad latronem: sed inuocatus latro, non connit cum latrone: imò increpans eum, inquit. Ne que tu times Deum, qui in eadem dãnatione es. Videat qui vult (ut suprà dixi) librũ Anselmi de corpore & sanguine domini in procemiali eius epistola: ibiq; comperiet eum nec authoritate Ambrosium fuisse, nec fide Isidorum, nec ætate Fulgentium: sed contemporaneum Anselmi, & ab eo in erroneo suo ca. de Eucharistia redargutum: insuper & fraternè commonitum, ut erroretem illum corrigeret, priusquàm in manus illorum, qui carpere uellent, exiret. Istum ergo, istum inuocant Witcleuistæ, ut testetur cum eis super cõicatione generali totius plebis in utraq; specie. Dicat ergo, effundat animũ li. 5. de officijs. c. de cœna dñi. Dauid (inquit) id est, manu fortis. Sequiẽ.* Ferebatur manibus suis, dicit significasse dominum Iesum: qui coram Abimelech, quod interpretatur patris mei regnum, s. coram Iudæis, mutauit vultum suum, id est fa-

Psalm. 16.

Matth. 26.

Psal. 22.

Psal. 32.

Psal. 77.

*collabebatur ipsidoriana uero habet *stultum se simulabat inter manus eorum. 1. Reg. 21. Matth. 26*

crificandi ritum, quando immolato iam Paschæ veteris agno, sumens panem & vinum, ferebatur in manibus suis, dicẽs, Hoc est corpus meũ: hic est sanguis meus. Hoc autem hac remissionis & gratiæ die factum est. Cùm ergo Pontifex tantus Deo patri assistit tenens panem & vinũ & inuitat omnes ad corporis & sanguinis sui cõuiuium, nullum iustum, nullum excipiens peccatorem, dicensque per ora Pontificum, Venite filij, audite me, cuius peccatoris uel saxeum pectus ad lamentum pœnitentiæ non emolliatur? Hæc Valerannus. AVCTOR. Iam supra diximus omnes fideles prouectos ad istud conuiuium dominici corporis & sanguinis licenter admitti. Omnes enim pascuntur æquè sanguine Christi in una corporis hostia quantùm mille sacerdotes in specie illa bina. Omnes ergo inuitat Christus ad corporis & sanguinis sui conuiuium: placet ecclesiæ. Sed non omnes æquè solenniter, quo ad obseruantiam rituum, sed istos propter ordinem, secundùm quem sacrificant, inuitat ad conuium suum sub specie hac, & illa. Illos autem, qui tantùm participant, inuitat ad æqualitatem saginæ tantæ sub specie una simpla. Et cùm non est differentia seruli inter vos, sed apparatus distantia, nolite murmurare, nè cum eis pereatis, quorum adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Reuera defectus credentiæ Christianæ ad inuidiam eos concitat, vt ad hanc communicationem aspirent. Non enim existimant Christum sub vtroque signo completum. Sed quia species panis est cantùm sacramentum corporis, & non sanguinis: & uini specie sacramentum sanguinis, & non carnis: ideo remanentes tãtùm in signis, nihil se recipere existimant sanguinis, si non recipiant signum eius: quia nihil ibi credunt esse uel carnis uel sanguinis, nisi tantumlibet signum eius. Falsa, & horrenda hæresis, quæ sic fraudat sumentem dulcibus epulis, & communicat eum in signis. Perfecta Christi caro sub specie sanguinis, & totus, & floridus in specie carnis, totus, & perfectus Christus secundùm substantiam & essentiam in altera & utraque. Et ut redeamus ad prima, cùm hoc dictum Waleranni cum Witcleuistis Pragensibus contra Ecclesiam Christi non efficit, sicut patet, eorum tamen cassauit instantiam. Quia cum ipsorum petitio continebat, ꝙ solis Christi fidelibus nullo peccato mortali indispositis sacramentum sub gemina specie ministretur: ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse planè dixit Christum nullum excepisse A quantumlibet peccatorem. Inuitat (inquit) omnes ad corporis & sanguinis sui conuiuium: nullum iustum, nullum excipiens peccatorem. Et post. Omnes ecclesiæ patent ianuæ, ut aduertas, neque ab austro, neque ab aquilone uenientes, id est, neque iustos neque peccatores debere prohiberi, quin accedant ad apertos diuinæ misericordiæ fontes. Hæc ille. AVCTOR. Vel ergo corrigatis uestram instantiam, uel dicta testium uestrorum, ne dicatur de uestrum alterutro, ꝙ non erat conueniens testimonium illorum. Paschasius item, ut credunt, operatur pro eis: quia dicit in libro de corpore & sanguine domini, Accipite, & bibite ex hoc omnes, tam ministri, quã & reliqui credentes. Nolunt enim intelligere, quiã non credunt, sanguinem domini bibi nisi in proprio sacramento. Nos autem dicimus ex fide Christi in utraque specie totum Christum, & omnem saporem suauitatis realiter contineri. Quod utique in capite præcedenti declarat ibi B PASCHASIVS. Cæterum si quis ex eo non credit illud, quod in Euangelio prædicatur, prioribus, inquam, illis deterior uidetur, qui sub unius speciei gustu, omnem saporem, & omne delectamentum fide perceperant. Nec tamen illud tunc aliud ꝙmonstratum liquet. Quicquid saporis ac delectamenti est interius, sub uno eodemque colore totum manna præstiterit. Potior quippe uirtus rerum est, quàm species, & fuscatus color. Idcirco virtus magis consideranda est, quàm color, seù sapor externus. Hæc ille. AVCTOR. Vult Pascasius dicere eos magis incredulos, quàm veteres erant Iudæi, qui nolunt credere sub una specie sacramenti totum bonum diuinum contineri realiter. Iudæi, (inquit) rudes fide, perceperant omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis sub unus sicci mannæ colore, & sapore concludi. Et non hoc volunt Christiani credere de Christi corpore in specie panis, nisi in sapore, & colore, & propria specie C vini sanguinem Christi gustent: Antanti valet apud eos fuscatus, & subrufus color uini, ultra uirtutem corporis, & ueritatem sanguinis Iesu Christi? Certè (inquit) ipsis Iudæis non apparebat res in aliqua exteriori specie: quam tamen ad omne delectamentum intus sub aliena specie fide perceperant. Et nunquid item uini liquor est rei sanguinis species aliena? Diximus ad hæc loca, ubi uerba sanctorum pro se putantur habere. Iam uideamus & alios, quos tàm ad uerba, quàm ad sensus falsè produ-
cunt.

Marc. 14. Ad Paschasium.

Paschasius.

1 2 3 4 5 6 7 8 1

¶AD SANCTVM THOMAM, Albertum, Innocentium, Lyram, cum Alexandro de Halis, Bonauentura, Fischatre, & Notyngham. Cap. XCIIII.

SVMMA.

Gennadius quid de Timotheo quodam procaci hæretico Alexandrino Episcopo, dicat.

Thomæ dictum quòd non faciat pro Witcleuistarum petitione, ut ministretur communio sub utraque specie.

Alberti de Padua dictum, quare non ministretur populis sanguis Christi, ꝙ sit contra Witcleuistas.

Innocentius quintus quid de cõmunione dicat. Et quomodo a presbyteris, uel ministris tantum sumatur sub utraque specie.

Fideles quomodo licet antiquitus cõmunicabant in utraq; specie, ut ex Lyra notatur: hic autem aliter ordinatum esse grandi causa, contra Witcleuistas ostenditur.

Sanguinis sacramentum quod non indiscriminatim populis porrigendum, secundum doctorẽ de Halis, & Bonauenturam.

Corpus Christi quare nõ detur populo sub specie uini, sicut sub specie panis, et simul sub utraq; multiplex ratio, secundum Fischatrem.

Notyngham doctoris triplex causa, quare sanguis non sit tradendus fidelibus sub specie uini.

EVigilet sedulò cautela fidelium, cũ audiunt fide suspectos orthodoxorum allegare scripturas. Non enim omnis qui dicit Christo, Aue Rabbi, mente amicus eius est. Ipse enim nos monuit quosdam post tempora esse uenturos, qui diceret, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & signa multa fecimus? Quibus ipse dicturus est, C Nõ noui uos. Hæresiarchæ quidam tam audaces fuerant studio mentiendi, ut nec dubitarent eos in testes hæresum numerare, qui uerbis & scriptis innumeris contraria proclamarunt. Audite ꝓsi uultis inter multos de quodam procaci hæretico Timotheo Alexandrino Episcopo: de quo libro suo de uiris illustribus. ca. 71. scribit Gennadius. Timotheus extincto ab Alexandrinis Proterio Episcopo tumultuante adhuc plebe, aut uoluit, aut passus est se ab uno Episcopo in locum occisi Episcopi fieri. Sequitur. Scripsit ad Leonem Imperatorem libellum ualde suasorium, quem prauo sensu patrum testimoniis intãtum roborare conatus est, ut ad decipiendum Imperatorem, & suam hæresim constituendam, penè Leonem urbis Romæ Pontificem, & Chalcedonensem

Gennadius de uiris illust.

nensem synodum, ac totos Occidentales Episcopos illorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed fauente Deo à Chalcedonensi concilio hostis ecclesiæ coargutus, & confutatus uiuere adhuc in exilio iam hæresiarches dicitur, & habetur. Hæc ille. AVCTOR. Miranda mentis amentia, ut unus homuncio in tot sanctorũ patrum fidem, famam, & testimonia tam atrociter mẽtiretur. Monui item uos in superioribus, qua liter Witcleff hæresiarcharum istorum in hoc ipso uestigia comitatur. Produxi uerba eius, loca signaui: sicut inter alia contra posibilitatem accidentis sine subiecto, Hugonem, Lincolnien sem, Thomam, Bonauenturã, Scotum, HocKõ, & alios. Item iam Witcleuistica proles æmula temeritatis paternæ pro generali communione plebis in utraque specie. Et Thomas (inquit) supra. 4. distinctione. 11. & parte. 3. quæstio. 80. articulo. 12. sup. sic dicit agendum. Hoc accusatoris obumbrato sermone fallitur plebs male credula, & iciuna ueritatis, in sententiam prorumpit hæreticam. Sed audiamus testes loqui productos. Super quantum enim prædictum 2 distinctione illa. II. SANCTVS ꝓ THOMAS. Ad tertium (inquit) dicendum, quòd populo nõ datur sanguis propter periculum: quia faciliùs una gutta sanguinis labcretur, quàm aliqua particula corporis. Vnde ministris altaris secundũ consuetudinem aliquorum datur participatio sanguinis: de qbus præsumitur, quòd in talibus magis sint cauti. In lege etiam ueteri: de libaminibus nihil habebãt offerentes, sed soli sacerdotes: per quæ figurabatur potus huius sacramẽti, de sacrificijs autem habebant: quibus significabatur cibus huius sacramẽti. Hæc ille. Et tertia parte siue de Christo, ubi suprà. Circa usum (inqt) huius sacramenti duo possunt considerari. Vnũ ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte sumentium. Ex parte ipsius sacramenti conuenit, ꝙ utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. C Et ideò, quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare & confiecre, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium summa requiritur reuerentia, & cautela, nè aliquid accidat, quod uergãt ad iniuriam tanti mysterij: quod præcipuè possit accidere in sanguinis sumptione: qui quidem si incautè sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, & iuuenes, & paruuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhiberent: ideò prouidè in quibusdã ecclesijs obseruatur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum à sacerdote sumatur.

A Hæc ille. AVCTOR. Videant omnes gentes, quòd iste doctor non dicat cũ istis instantibus, sanguinem sacramenti in uini specie toti populo propinandum: imò dissuadet propter plebis incuriam, & effusionis periculum: & item correspondentiam ad figuram: quia in lege (inquit) de libaminibus nihil sumpserant offerentes. De sacrificijs autem significantibus cibum sacramenti sumebant. Videamus & reliquos. Et Albertus (inquiunt) in tractatu suo de officio missæ. AVCTOR. De hoc Alberto quæsiui: & quantùm 3 mihi datur agnoscere, ipse est ALBERTVS DE PADVA, qui in opere quadragesimali, homilia. 3. de cœna domini. Quare autẽ (inquit) non ministratur populis sanguis Christi? Dicendum. Istud videtur omitti propter euersionis periculum. Congruit etiam inter ministros ecclesiæ & populum esse differentiam. Populo sufficit de corpore Christi ministrari, sed ministros oportet esse quasi animam corpotis, dirigendo populum subditum. Ideò illi corpus tantum, isti etiã B sanguinem, in quo est anima, sumunt. Hæc ille. AVCTOR. Iste ergo Albertus ultra periculum effusionis addit congruentiam differentiæ ministrorum ecclesiæ in ratione animæ, cuius sedes est sanguis, in comparatione ad populũ, qui est corpus, ut populus non communicet in specie uini. Et Innocentius (inquiunt) in lib. de sacramentis in summa. Post Inno. 3. quem pro eis esse non repperi, ad INNOCEN. v. qui & Petrus. de Tarantasio 1. dictus est, ueniens, sup ꝙ 4. distin. II. 4 Sic dicentem inueni. In ꝓ sacramentis est ratio signi, & ratio causæ. Significatio pertinet ad sapientiam, sed causalitas ad gratiam. Quia igitur gratia omnibus communiter necessaria est, sed non sic sapientia: efficacia uerò æqualis est sub utraque specie, sed non significantia: ideò omnibus traditur sub altera specie, in qua potest tradi cum reuerentia & cautela maiori. A maioribus uerò tantùm, ideſt, presbyteris, uel ministris C sumitur sub utraque specie. Ad obiectum autẽ, ꝙ in cibo sine potu non est refectio. Dicendũ, ꝙ sub utraque specie est cibus & potus secundũ rem significatam, quanuis non secundũ speciem significantem. Et cum arguitur illud Euãgelij, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem &c. Dicendũ, ꝙ sub utraque specie corpus manducatur, & sanguis bibitur in re, licèt nõ in expresso signo. Sed Græci, ut dicitur, instituti per Paulũ, in utraq. omnes communicant. Dico (inquit) quãuis illi bñfaciant: Latini tñ meliùs ratione prædicta. Hæc ille. AVCT. Ecce iste Innocentius clarè determinat cõtra eos Et LYRA, inquiunt, super illo Prouer. 9. Venite, & comedite panẽ meũ. Et sup. 1. Corinth. 11. AACTOR. Quantum ad Corinthios Græcos

Albertus de Padua.

Innocentius V.

Lira Pro. 9. 1. Cor. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcos puto eos communicasse in liquido sacramento: tùm quia Græci erant gentium reliquiæ, quæ inter sacrificia sua sanguini pecudum inhiabant. Tùm quia hæretici erant tunc tempore sancti Pauli: quorum hæreses plurimas, & inter omnes hanc de irreuerentia sacramenti in sumptione sua sacrilega, Paulus venit reformare postremò, cùm diceret, Cætera, cùm uenero, ego disponam. Quo ad illud Sapientiæ, dicit
5 Lyra. In † utraque specie communicabant antiquitùs fideles, sed propter periculum effusionis sanguinis ordinatum est, quòd datur laicis sub specie panis tantùm. Hæc ille. AVCTOR. Tantùm dicit, quòd in utraque specie cõmunicabant antiqui fideles, nunc aliter ordinatum esse grandi causa. Quid hoc eis proficit? Nunquid quia sic erat antiquitùs, ideò foret iam melius? Communicent ergo per domos, frangentes panes, ut olim. Inebriati quoque communicent, ut olim. Solis idololatris principibus Christum blasphemantibus, & sanctos persequentibus
B colla supponant, ut olim. Nunquid ista, & alia plura per Apostolos sublata sunt tanquàm informia, quanuis erant antiqua? AMBROSIVS dicit in primitiua ecclesia omnia esse confusa super hoc textu ad Ephesios. Et ipse dedit quosdã Apostolos: ubi dicit, Vt crescerent plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & euangelizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est ecclesia: conuenticula constituta sunt, & rectores, & cætera officia ecclesijs sunt ordinata. Sequitur. Quia si omnes eadẽ possent,
7 irrationabile quid esset, & uulgaris res, & uilissima uideretur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si confusio rituum primitiuæ ecclesiæ permaneret, irrationabile quid esset, & uulgaris res, & uilissima uideretur. Sileant ergo, qui ordinationes ueteres præferunt cum tumultu. Laudent fidem, & patres collaudẽt, sic ut Christus laudetur in omnibus. Ad ista iam diximus, quæ omnia concurrunt ecclesiæ, & cautelam faciunt irreuerentiæ & effusionis. Addamus & alios nõ impares istis, qui ultra iam dicta cauent, nè fiat propter periculum hæresis, aut erroris. Vnde ultima parte summæ articulo, quo quærit: Nunquid utraque
Alexand. de Halis. 6 species sit de integritate sacramenti, Doctor antiquus de HALIS. Et † si totum (inquit) sit in utraque specie, non tamen perfectè per unam significatur. Fideles autem perfectum sacramentum suscipiunt quantùm ad efficaciam, quæ respicit contentum & signatum. Non tamen sumptio in una specie est tantæ efficaciæ inquantum respicit signatum, & non contentum, quantæ est in utraque. Non tamen oportet, quòd ipsi sumant in utraque specie propter periculum effusionis, & propter periculum erroris, nè simplices crederent totum Christum sub altera specie non esse: sicut fuit de quodam non credente, ꝙ esset sanguis in sacramento corporis, qui uidebat sanguinem exire de hostia. Hæc ille. AVCT. Iste doctor antiquus, & illibatæ credentiæ, bene docet cum suprà dictis sacramentum sanguinis non indiscriminatim populis porrigendum propter periculum effundendi. Sed quòd amplioris est ponderis, adiungit nè fiat propter erroris uel gignendi, uel fouendi non molle peccatum. Et in robur dicti, factum adducit illius, qui non credebat hostiam corporis sanguinem continere, donec exilientem prospexisset è latere. Hunc sequitur sanctus BONAVENTVRA super. 4. distin. 12. ubi dicit, Et si totum in utraque contineatur non tamen per alteram perfectè significatur. Et ideò fideles perfectum sacramentum suscipiunt sub una specie quia ad efficaciã recipiũt. Sed quantùm ad significantiam sufficit, ꝙ ecclesia faciat in eorum præsentia. Nec oportet ꝙ ipsi recipiant propter periculum effusionis, & propter periculum erroris: quia non crederent simplices in altera specie se totum Christum recipere. Exemplum causæ est de eo, cui exiuit sanguis ab hostia, quia non credebat quòd esset sanguis in specie corporis. Hæc ille. AVCTOR. Hic error hominis sic credentis reliqua fuit hæresis, quam prædixi, putantium Christum sub utraque tantum specie totum esse contentum, & non totum, & sacrificium consummatum sub altera, cõtra quam edidit Iulius Papa cap. illud, Cùm omne. Sic † item in hanc causam concurrit doctor
7 FISCHATRE super. 4. distin. 11. Quæritur (inquit) quare non datur populo corpus Christi sub specie uini, sicut sub specie panis, uel simul sub utraque. Responsio. Multiplex assignatur ratio.
C Vna quam tangit Iulius Papa. de cõsecra. distin. 2. cap. Cùm omne. Alia est propter periculum. Facilius enim elaberetur gutta, quam hostia. Tertia, quia in lege, & in sacrificijs offerebantur libamina. De libamine autem nihil habebant offerentes, sed tantùm sacerdos: licet de sacrificio haberent. Et ideò ut innotescat, & congruat ueritas signo, de sacrificio, scilicet de corpore Christi sub specie panis datur populo, sed sub specie libaminis non. Hæc ille. AVCTOR. Bene assignat doctor causas. Primã amotionis erroris. Secũdã, cauẽdæ iniurię. Tertiam, correspõdẽtis ueritatis suæ figuræ. His † item accedit in ex
8 positione. 11. cap. 1. Corinth. NOTYNGHAM. Triplex (inquit) causa potest assignari, quare sãguis non est tradendus fidelibus sub specie uini. Vna est propter periculi uitationem: quia enim sanguis fluxibilis naturæ est, ciò, ac faciliter posset effundi. Vnde propter uitandũ periculũ ne

ne effunderetur cum fidelibus traderetur, præordinatũ est, ꝙ non rradatur sanguis sub spẽ uini, sicut corpus sub specie panis. Secunda ratio est, propter erroris remotionem. Nam secundum Augustinũ totũ corpus sumitur sub specie panis, & totus Christus sub specie uini. Quare tñ sub duplici specie se totum dedit, fuit ista rõ, ut ostenderet totam naturam humanam se assumpsisse: & quia panis refertur ad corpus, uinũ uerò ad animam, ideò sub utraque spẽ uoluit sacramentum istud esse confectum, ut aïæ, & corporis significaretur in Christo susceptio, & utri usque naturæ liberatio. Ne igitur ab infidelibus credatur nõ esse corpus Christi sub utraque specie ideò sub una specie tñ traditur fidelib. Tertia rõ est, propter mysticam significationẽ. Iudæ suo proditori intinctam bucellam porrexit: nè igitur fideles uideantur esse similes Iudæ, proditori, consuetudo ecclesiæ habet, ut fideles Christiani intinctum non recipiant. Hæc ille. AVC.
B Omnes isti doctores ponderant inter alia, rõnẽ uitandi erroris: sicut & periculum effusionis plebis incautæ. Nec mirum. Si enim beatus Paulus tñ execrabatur errorem facti inordinati Corinthijs, prouidens nè de cætero oblationes suas quisquam appropriatè reciperet, cum cõicaret in ecclesia, sed subtraxit eis modum illum propter uitandum scandalum populi pauperis: multo celebrior cã restat subtrahere plebibus liquidum oculum sacri, ut credat se totum Christũ suscepisse prius, & sic uitare scandalum hæresis ad inficiendum ulgũs tam facilis. Alia item rõ, ut conformes fiamus apostolicis uerbis quibus distinxit sacrificia consummantes a participantibus plebibus. Quare. n. esset sacerdos sacrificium consummans: nisi usque ad ultimum complementum sacramentum totum perduceret tã signis, ꝙ rebus? Quare item ille seorsum eẽt participans, nisi in aliquo à completo recederet re, uel saltem signo? Decens ergo arbitror ad sinceritatem textus Apostoli, ut ordo participatiuè cõicantis cedat saltem solennitatem sensibilis signi sacrificia solenniter consummanti, à quo totũ accipit in persona Christi. Ex his duabus ratiunculis aceruum doctoralium rõnum, quem scripsimus, cumulamus. Sic igitur ad hãc instantiam declinandum, prout ad manus nostras pagina illorũ uenit, processimus. Accepimus. n. eã admodum crudã, & segniter allegantem auctorum nomina sine dictis, & librorum loca diffusa sine rubricis. Argumẽta quoq; quæ a scripturarũ, uel doctorum libris assumunt, sunt tam eis, ꝙ catholicis plerunque cõia. Sicut cum arguunt ꝙ populus esset bibiturus sanguinem dñi. sic. n. dicit eos facere fides catholica. Bibunt. n. usque ad participationis effectum, & si non per sensibi
A lem speciem. Et sic hẽt dictum illud AVGVSTINI, quod afferũt li. 11. de symbolo: ubi dicit, Quã tum nefas est occidere Christum? Iudæi in eum occiderunt. Et multi in eum postea crediderũt: & biberunt sanguinem eius. Dimissum est illis peccatũ, qđ commiseruht. Hæc ille. AVCT. Ex hoc conãtur arguere, ꝙ populus dẽt cõicare in spẽ liquida, quia Iudæi biberũt sãguine Christi, quasi & ita facerẽt ueteres Iudæi, dequib. Apostolus ait, Bibebãt aũt de spirituali cõsequẽte eos petra. Et nunquid sensibilem aliquam speciẽ biberũt de cõsequẽte eos petra? Vñ eodem libro superiùs itẽ dicit de bibere AVG. Nolite putare omnipotẽtẽ patrẽ, & non omnipotentẽ filium. Error est, delere hoc in uobis: non hæreat in memoria uestra, non bibatur in fide uestra: & si fortè aliquis uestrũ biberit, uomat. Hæc ille, AVC. Ecce & hic dicit de bibere, non liquidam spẽm. Ita & Augustinus suprà subinfert de bibitione per effectum remissionis peccatorum. Dimissũ
B (inquit) est illis peccatum, qđ cõmiserũt. Nihil proficit igitur hæc assumens, quousque planam auctoritatẽ adducat dicentem, ꝙ plebs cõicauit sanguinem Christi secundum naturam in liquido sacro. Bibunt. n. populi sanguinem Christi secundum omnem eius essentiam, & uirtutem, ꝙuis nõ actu oris explicito, secundum formã sensibilẽ spẽm. Nec item negamus eis gñaliter bibere Christi sanguinem secundum uim spẽm, sed nec gñaliter, & sine discretione concedimus uniuersis. Nam scimus de consuetudine ecclesiæ relictum eẽ maiorum prælatorum industriæ, ut de ministris altaris quosdam, aut alias personas
5 illustres de uulgo fide, reuerentia, & omni timore Dei præditas, ad hanc cõicationem solẽnem in utraque spẽ possint admittere. Sicut interdũ solet Papa, & alij quidam Epi, imo & inter fratres suos quidam religiosorum præpositi. Sed
C magna cautela opus est præpositis scire quibus, & qualiter, & qua fide subnixis ista dispẽsent. ꝓ ut in ca. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ scribit DIONISIVS. Postea postulans (supple hierarcha) dignus fieri hoc sacrificio, quod fit ad Dei imitationẽ, diuina perficere, & distribuere castissimè sacris participaturos, ut cõuenit sanctis percipere, sanctificat diuinissima, & sub uisum agit dicta per proposita sanctè signa. Et. n. coopertũ, & indiuisibilem panem discooperiẽs, & multa diuidẽs, & unitiuũ calicis omnibus partiens, significatiuè unitatem multiplicat, & distribuit sanctissimum in istis sacrificium perficiens. Hæc ille. AVC. Si attendant hic Dionysium dicere, quo modo hierarcha indiuisibilem panem discoopertiens, id est, sacramentum corporis & unitiuum calicis omnibus partiens: & hoc modo oẽs communicari in sacramẽto calicis: attẽdãt itẽ, ꝙ per

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc distributionē calicis solum significatiuè vni A tatem multiplicat, scilicet sacramenti prioris. At tendantque, ꝙ solus summus sacerdos, id est, hierarcha, uel Episcopus, & cum quanta deliberatione sic sumentes communicat. Castissimè, (inquit) participaturos, ut sanctis conuenit, sanctificat. Ita quòd non sine summa cēsura procedit, quousque viderit communicaturos sic syncerè dispositos, ut communicatio ista non eos ad hæresim animet, non indisponat ad fidem. Finaliter igitur consulo, ut hæc gens quærula noui ritus, primò se purget ab hæresi Witcleuistarum de hostia figuraliter consecrata, quæ eam in hanc abyssum schismaticæ petitionis immersit. Protestetur q̄, publicè Christum totum & integrum secundùm fidem catholicam esse sub utraq; specie panis & vini catholicè consecrata: non tantū figuraliter & tropicè, sed secundum substantiam corporis sui viui propriè, & identicè. A qua fide si exorbitet: nimirum, vt dixi, si pro figura sanguinis tantum instet. Quia cùm substantiam sanguiB nis nec hic credit, nec ibi, nisi per figurā: nec quicquam sanguinis accipit, si figuram uini non sumat. Sed desine ergo pascere te signis: pasce te rebus, pasce naturis, & iuxta uocem sponsi: pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorū ecclesiæ: & tunc sine tropo uini bibes in corporis specie sanguinem veræ vitæ. Secundò consulo, ut submittat se dispositioni catholici gregis pastori vicario sub Christo Deo: & desinat alia vendicare nouella, quæ tota ecclesia Christi per tot loca, gētes, & regna, concessis vti contenta, non petit, nè 1 iuxta doctorū prædictorū sententias à communione, quā petit, repellatur pro errore schismatis ex hac vltima, aut ꝑ errore hæresis data prima: & sic pro indispositione mortalis criminis ex vtraque infamia, & primæua eorum instantia.

Cant. 1.

communio. Et multa de hocibi, potissimum ex Damasceno.

¶ QVOD EVCHARISTIA EST SVper cætera sacramenta præcellens, & singulariter dicta communio. Cap. XCV.

SVMMA.

1 *Panem transubstantiari in corpus Christi, quòd sit articulus fidei, contentus in symbolo Apostolorum ibi, Credo sanctorum communionem. Et quid de hoc dicat Dionysius.*
2 *Eucharistia quòd sit perfectio perfectionum, secundum S. Thomam.*
3 *Eucharistia quòd sit singulariter dicta communio secundum Augustinum, Lincolnien. Hilarium, Cyrillum, &c.*
4 *Eucharistia quid, secundum Ignatium.*
5 *Alexander Papa quid de Eucharistia dicat.*
6 *Eucharistia sacra quare per antonomasiam dicta*

LITVLVS excellens, & nomē eximiū super omnia sacramenta, auget, & probat quid sit Eucharistia in natura ad gloriam sacramenti. Nihil sufficimus in laudes eius. Hebes intelligentia nostra cōgruū gloriæ suæ nomen non nouit formare, nescit exprimere. Verè si uetustissimos patres fidei apostolorum comites, & ex vicino sequaces laudare, uel semel audires, & in splēdores sanctorum nomen eius committeres, planè diceres, uerum corpus Christi esse non tropicum, & Christi carnis essentiam, nō figurā. Sed semper repercutit aciem mētis meæ, improperiū illud Witcleff contra sacram Eucharistiam, ꝙ fides transubstātiationis eius, aut accidētium eius sine subiecto, non est in aliquo articulo fidei contenta trium symbolorum. Hoc tamē nō à se sumpsit, sed à magistris suis nouellis hæreticis, quos ALANVS recitat in sui quadripertiti lib. 1. dicens, Quærunt hæretici, si articulus fidei Christianæ est panem trāsubstantiari in corpus Christi, cum in aliquo symbolo non fiat mētio de hoc articulo, uel apostolico symbolo, vel symbolo missiæ, uel symbolo Athanasij, cum in istis symbolis de oībus articulis fidei fiat mētio: an magis videtur humana ratio. Hæc ille. AVCTOR. Ad hoc dixi iam suprà, sed prætristitia cordis iterū laceratam fidē sacræ Eucharistiæ & iterum & sæpe resarcire nō piget. Sciat † ergo hostis sacræ hostiæ, quia fides omnium mysteriorum eius ibi continetur in symbolo, ubi dicitur ore Apostolorum. Credo sanctorum communionem. Si enim communio Christianorum potissima sit communicatio sacramentorum: quomodo potest abesse eorū numero, quæ est inter omnes præcelsa communio? Quomodo nam potuit defuisse Petrus apostolo C rum primus, ubi locutus est Christus duodecim eius Apostolis? Si mihi non credas, audi sanctum patrē Diony. discipulū Apostoli Pauli, qui quasi laudes eius tangere non auderet, dicit excellenti nomine eam esse sanctā sanctorum omnium cōmunionem ecclesiæ. 3. c. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONY. In fine autē omnium summus sacerdos ad sacratissimā Eucharistiam vocat perfectum: & perfectiuorū mysteriorū ipsi tradit cōmunionē. Sed euge, qm̄ huiusmodi cōmemoratio quidem erat, nō mihi iustum est trāscurrēti hierarchicorū quid ante eā laudare. Etenim est sc̄m gloriosum nostrū magistrum hostiarū hostia. Et oportet ante alias eā sacrè scribēs exponētem ex diuina iuxta eloquia, & hierarchica scientia in sacra eius ascendere diuino spū contēplationē. Et primū quidem hoc sacrè inspiciamus, ꝓpter qd cōmune

Hilarius.

Cirillus.

Euchariſtia eſt baptiſmo baptiſmi.

mune alijs hierarchicis teletis discretè huic ultra cætera deputatur, & singulariter prædicatur cōio & synaxis. AVCTOR. Teleta, quæ hic dr etiam in litera Lincolniensi habetur. Dionysius. Eucharistia est* telete omnium teletarū: & qūo singulariter annuntiatur cōio? AVCTOR. In prædicto textu dicitur hostia hostiarum de trās latione Ioannis Scoti. in translatione ueteri est consecratio consecrationum, secūdum uerò Io annem Saracenum, perfectio perfectionū, & ex translatione Vercellensis. Similiter S. THOMAS. 2 Quòd † eucharistia est pfectio perfectionū, nec ante illam aliqd̄ aliud sacramentū est laudandū Itē ꝙ ipsa singulariter dicitur cōio, uel congregatio, cū hoc alijs sacramentis sit cōe, & quare. Cōio quidem, uel congregatio rectè dicitur, ꝙa uarias uitas, uel personas diuinitus adunit. Qd̄ autem alijs est cōe, meritò ei attribuitur, quia a liorum sacramentorum perfectio ex ipsa depē det. Nam alia sacramenta cum celebrantur, con summatio sit in missa. Similiter quamuis omnia sacramēta illuminationem habeant, tñ speciali ter baptismus illuminatio dicitur: quia initium & quasi fundamentum est aliorum sacramento rum. Hæc ille. AVCT. Hic in compendio succincte descripsit doctor sensum Dionysii in prædicto ca. quo probare laborat Eucharistiam esse cōsecrationem oīum consecrationum, & quòd antonomaticè dicitur esse cōio inter oia sacramenta, cùm tñ nomen cōionis generali rōne cūctis conueniat. Vnde l. 7. de baptismo ꝺ̄ donati. rñ. 45. AVGVSTINVS. Cōionem † credo eam dicit, quæ pertinet ad columbæ societatem. Nā in participatione sacramentorum procul dubio cōicabant eis, neminem iudicātes, aut iure cōionis aliquē, si diuersum sentiret, amouētes. Hæc ille. AVC. Ita puto cōionem sanctorum intelligendam in symbolo pro cōione omnium fidelium in omni re sancta, siuè sīcte, siue charitate, siuè item sanctis orationibus, sed maximè in participatione sacramentorum. Inter quæ maximè seruit articulus ille cōioni Eucharistiæ secundū Dionysium in hoc loco. Vnde in princi. commē ti Lincolniēn: Omnis alia telete uirtute hmōi cōgregationis & reductionis ad Deī cōionē & perfectionis ab hac telete suscipit, quæ primò p se & principaliter est nostri ad Deum congregatiua, & cōicationis ipsius effectiua. In hac. n. telete est uera caro nostri Saluatoris, quam assumsit de uirgine, i qua passus, nos redemit, nō diuisa ab anima, nec à deitate, sed inseparabiliter unita: & sic est in ea Deī filius, Deus & homo perfectus, qui nostram assumens humanitatē, nos conuiuit, & cōicare fecit secum in una natura, & redonans nobis suam carnem singularem ad comedendum, congregat, & counit nos cū sua

**i. sacrificiū præcipuissimum.*

S. Thomas

Pet. 3. q. 73. a. 4. dē sub alia verb. reputa

Vide 47. dist. To. 7

Incelo.

3

singulari persona, ut omnes simus unū in Christo in eius pfectione pfecti, & in eius cōicatione couniti, & congregati. Merito igitur huic telete quia ipsa primò principaliter est nostri ad deū congregatiua, & cōicationis ipsius effectiua, & pfectiua, alijs teletis ex sua uirtute tribuens horū efficientiā, appropriatur ꝑ excellētiā nomen cōionis. Hæc ille. AVC. Quām dulciter, q̄ q; pspicuaside dicit Lincoln. de dicto textu sacri DIONYsij planissimā & peculiarissimā ueritatē de fide Eucharistiæ. Ita ut ad probādū Eucharistiā cē principaliter cōgregatiuā nostri ad deū, & effectiuam cōicationis ipsius, assumpsit. ꝙ in ipsa ē uera caro nostri Saluatoris, q̄ assumit de uirgine inseparabiliter aīæ eius, & diuinitati unita. Et in ea nos cōicare secum facit, cū redonat nobis suā carnē singularē ad comedēdū, & sic counit nos cum sua singulari persona. Hic iā uidetis uñ assumpsit pater Hilarius. 7. li. de Trini. cū B ,pbaret oēs fideles per assumptionē sacræ Eucharistiæ nō solū per gratiā, sed per naturæ ,ppriētatē & ueram substantiā Christo unitos. Ita hic dicit: redonat nobis suam carnem singularē ad comedendū, & counit nos cū singulari sua pſona. Hæc itaque erat fides antiqui patris Cyrilli exponēdi illud Lu. 22. Hoc est corpus meū, ꝙ pro uobis &c. ubi, Igitur (inquit) uiuificatiuum *Lu. 22.* nei uerbum uniens seipsum propriæ carni, fecit eam uiuificatiuam. Nunquid ergo & qū in nobis est uita Dei uerbo existente in nobis, uiuificatiuum erit nostrum corpus? Sed aliud est secūdū participationis beatitudinem nos habere in nobis Deum filium, aliud ipsum fuisse factum carnem. i. corpus sumptum ex alma uirgine, ,ppriū corpus effeciſſe. Decebat ergo eum nostris quodammō uniri corpibus per sacrā eius carnē, & pretiosum eius sanguinē, quæ accepimus in bñ C dictionē uiuificatiuam in pane & uino. Ne enim horresceremus carnem & sanguinem appositā sacris altaribus, cōdescendens de nostris fragilitatibus influit oblatis uim uitæ, cōuertens ea in ueritate ,ppriæ carnis, ut corpus uitæ quasi quodam semen uiuificatiuum inueniatur in nobis. Vnde subdit, Hoc facite in meā cōmemorōnē. Hæc ille. Avc. Quàm fiducialiter loquitur sanctus Patriarcha Cirillus exprimens fidē antiquorū dierum suorum. Decebat (inquit) Christū nostris uniri corporibus per carnē & sāguinē, quæ accepimus in bñdictionem uiuificatiuā in pane & uino. i. in spēbus panis & uini, secundū regulā Damasceni: ita ut caro Christi in sacro non solum spūaliter comeditur, ut callidus Witcleff dicit, intelligens figuraliter, sed corpibus unit nostris (ait Cirillus) ēm nostrā substātiā & naturā carnis ipsum reficiēs, nō seipsam cōsumēs, & ita efficit, cōicationem nostri corporalem ad Chri

Cirillus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stũ:qđ nullũ aliud poterit sacrm:ideò est excellenter dicta cõio,scilicet,propter rem ibi nõ solũ signatã,sed cõtentam.Vñ super eodẽ c.Dionỹ.in cõmẽ.partis.1.LINC.Ipsa Eucharistia est telete teletarũ omniũ dignissima,& maxima pp rem omnium dignissimam & maximam in hac telete cõtentam.Est enim Eucharistia m beatum IGNATIVM caro Saluatoris nri Iesu Christi p peccatis nostris passa,quam benignitate pater resuscitauit.Hæc ille.AVCT.Iste idẽ sanctus pater antiquus discipulus sancti Ioannis, sicut & Dionysius Pauli,nõ dicit Eucharistiam esse putribilem panem,nec sub tropo carnem Christi, imò pp utrumque errorem(ut ẽ habet)uocauit quosdam sui tpis Anthropomorphos, sed ipse dicit esse sine figura ueram carnem Christi:ideo que secundum Lincolnien. est omniũ teletarũ maximè in re contenta.Et secundum hanc ipsã sniam declarat item fidem Romanæ ecclæ secũdum dies antiquos. 5. a beato Petro Romanus Pontifex ALEX. Nihil(inquit)in sacrificijs mactis esse põt,q̃ corpus & sanguis Christi:nec ulla oblatio hac potior est,sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia dño offerenda est, & pura mente sumenda,atque ab omnibus uenerada:& sicut potior est cæteris, ita potiùs excoli, & uenerari debet.Hæc ille. AVCT. Quid dicet ad ista de huius excellentia sacramenti Witcleff cum figuris & tropis?quia comparando sacra secundùm suas naturas,qũo præcellit Eucharistia unctionẽ,quæ est de pretioso balsamo in natura?Comparando autem sacra secundùm figuras uel uirtutes,qũo item præcellit hoc illud,cùm illud significat,&efficit illapsum Spiritusancti,q infinitè melior est,& potior carne Christi? Ex hoc planè euidet de necessitate itelligi sacra secundùm ea,quæ per naturam sunt, & continent reuera,excluſa tali figura,per essentiam. Sacrm † enim Eucharistiæ re ipsa continet, & est uera Christi caro,& uerus sanguis eius p essentiam, omne aliud sacramentum gratiam aliquam administrat, sed p essentiam nihil comparandum continet carni Christi.Hæc igitur prima rõ est sancti Dionysij iusta expositionẽ LINCONEN. quare sacra Eucharistia est per antonomasiam communio.Alias duas addit,non a rei proprietate collectas,sed magis ab industria ministrantis.Primò,quia sacerdos Eucharistiam sumit,& quam ipse sumpsit,communicat alijs, quod in sacramentis alijs non contingit. Non.n.est necesse presbyterum uolentem baptizare prio baptizare seipsum Linco. Hierarcha discooperiẽs sacram Eucharistiam,& bnedictionis calicem, quæ uirtus diuina operans in uerbis hierarchæ operata est,ipse hierarcha uenit in sacram communionem,& alios prouocat in communionẽ eorundem donorum, participans aũt ipsemet uidelicet cõicando,& tradens alijs hierarchicã cõionem.i.corpus & sanguinem Christi,p quæ (ut prætactum est)cõicamus Deo.Hæc ibi.AVCTOR.Secunda rõ,quia omnis alia sacratio requirit istam in fine,nec sine ista perficitur: imò sine ista est imperfecta,ergo potissimè debuit dici communio.Antiqua translatio sic hẽt DIONISIVS.Non enim est ferme quenquam perfici consecratione hierarchica,nisi diuinissima Eucharistia in capite per singulos perfectorum in unam perfecti sacroparantis congregationem, & à Deo tradita numeris perfectorum ministeriorum perfecto paratione ad eius communionem.Lincolnien.Non enim ferè aliquam perfici teleten hierarchicam,nisi diuinissima Eucharistia sacrè perficiente eam:hoc est,consummante communione ipsius per uirtutem à Deo traditam ipsi Eucharistiæ.Hæc ille.AVCT. Demũ confirmat post prædicta, p sacra Eucharistia transcendenter inter omnia sacramenta potest dici communio,quanuis in omni sacramẽto sit nostra communio ex hoc,p sacramentum baptismi singulariter dicitur illuminatio:& tñ omne sacramantum nos illuminat.In quibus omnibus discernendum intueor,quòd sacra Eucharistia præcipuum,atque primum locum inter sacramenta sub nomine sanctorum communionis in symbolo Christianorum obtinuit,ubi dicitur,Credo sanctorum communionem.Cætera uerò,quæ magis directè ad remissionem peccatorum ordinantur,specialior tenet articulus, cùm subiungitur,Remissionem peccatorum.Et tunc quantum restat periculi,apud quem est tã plana uiolatio sacramenti?Omnem enim gratiã charitatis,quam habebat Christus ad nos,& nos adinuicem, sancta eucharistia continet rc, & signo. Et quid eminentius inter dilectionis insignia esse potest, dicente Christo, qui nobis in hoc sacramento ponit ad edendum carnem & sanguinem, Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis? Vnde quarto sententiarum ca.5.D AMASCENVS. Communio(inquit)dicitur,& est uerè, propterea quia communicamus nos per eam Christo: & quia participamus eius carne & deitate, & quia communicamus,& unimur adinuicem. Quia enim ex uno pane omnes assumimus unum corpus Christi, & unum sanguinem: & adinuicem membra generamur,& cõporati Christo existentes: omni igitur uitetute custodiamus, ne assumamus metaliplim, id est*assumptionem hæreticorum, neque tradamus. Non enim date sanctum canibus(ait DOMINVS)neque eijcite margaritas uestras ad porcos: ut non participes cacodoxiæ, id est, malæ

malæ opinionis & condemnationis efficiamur. Hæc ille. AVCT. Hinc igitur tantæ excellentiæ sacro rogo Iesum omnipotentem,ne unquã ingratus inueniar obice fidei,siue morum. Cui acceptum fero,quòd quotidiè sum si quid sum. Eius enim gratia sum quicquid sum. Hæc agnicaro(confiteor) me ab Aegypto uitiorum nutu suæ uirtutis eduxit. Hic agni sanguis utrunque postem tinxit,tam corpus meum, quàm animã: ne ab angelo exterminatore inter coquos meos in primo flore peritem. Et cùm alios murmurãtes contra tantum Dei munus per nauseam incredulitatis audirem,hos esse perpendi,de quibus ait Psalmista, Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum,& ira Dei ascendit super eos. Idcirco proposui non colligere mihi sanctum mãna in Sabbato,quia profundas quæstiones diuinissimi sacramenti die,quo mihi quies indicitur,secundum illud,Altiora te ne scrutatus fueris:malui plena fide occultè dimittere,quàm temerè uctilare:quousque feriam laborãdi in sanctis libris Deus annueret,quorum fide,&certitudine contra omnes molitiones hæreticas,aut dubitationes innatas copiosis sententijs fidei nostræ communis promptuaria redũdarent. Quatus dominus,& quàm gloriosa maiestas, cuius est tam præcelsa caro, & sanguis purpureus ornans genas: Ad Augustinum me conuerto, ut de hac re loquar ad dominum, quod habet in speculo ecclesiæ.* cap.11.dicens,Reliqua sacramenta,quæ tenentur in ecclesia tua domine,studenda sunt,& ueneranda,sed istud tuum sacramentum præcellit uniuersis. Hoc nempe tuæ in diuiduæ Trinitatis mysterium, & illud cælestis mensæ sacramentum,quod fideles & pias animas pascit carne,& potat sanguine,nè esuriant, neque sitiant in æternum:hac me domine Deus meus pura ac simplici conscientia præcipuè inter cætera sentire,ac credere,sumere, & retinere.Ne sinas domine,quæso,fidem in eis meã tua cillare:sed ita semper in eis,& de eis, prout est tua tribuat mihi potestate credere,ac intelligere,sicut ueritas se habet. Hæc ille. AVCT. Bono ergo ordine postquam tractauimus de hac hostia hostiarum, & inter omnia sacramẽta præcipuo, properemus ad alia.

¶DE SACRAMENTO baptismi.

¶De sacramento Baptismi in aqua, quòd requiritur ad salutem:& de hæresibus in hac materia. C.XCVI.

SVMMA.

Doctrina quomodo præcedebat, & Baptismus subsequebatur ex Christi præcepto.
Hæresis prima Witcleff de baptismo,recensetur et quomodo in hac perfidia habeat Manichæos patronos.
Hæresis quædam circa baptismum,narratur. Et quid contra hanc dicat Bernardus.
Hæreses multæ de baptismo describuntur.
Baptismus quòd sit sacramentum necessitatis.
Witcleff,qui dicit Augustinum solum reputatiuè loqui,quicquid de necessitate Baptismi scripsit,confutatur.

BAPTISMI sacramentum iam ingredior,nõ æquo forsan tramite,nec mea sponte profiteor, sed cum sancta Hester,quæ & ipsa dixit, In grediar ad regem contra legem: quia nec furem caperem,nisi post eum currerem.Idcirco & in Numeris scribitur,quia Phinees diuinæ ultor iniuriæ,ingressus est post uirum Israelitam in lupanar,& perfodit ambos simul. Hac ergo occasione in tractando de sacramentis, ordinem ecclesiæ prætermittens, quæ ritè in cunctis suis tractatoribus Baptismum solet prætmittere tanquam ianuam Sacramentorum: post istum Witcleff ingredior, qui de Sacramentis tractaturum se dicit secũdum suam institutionem id esse. cap. 11. quarti Trialogi. Non procedis(inquit)secundùm ordinem,quo sacramenta superius recitasti, sed potiùs secundum ordinem, quo sacramenta in scriptura sacra expressiùs sunt fundata, Ideo dicendum post sacramentum Eucharistiæ uidetur esse euidentius de Baptismo. Hæc Witcleff. AVCTOR. Si quis consentaneus Witcleff dicat non esse sententiam phreneſis eius, quam solam ipse sustinet: saltem facta eius probant, quod eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam sustineat: quia sic procedit: attamen nouerit se deceptum, quia sacramentum Baptismi q̄ uis erat post resurrectionem promulgatum, fuit tñ fundatū cum omni necessitatione iubentis, ubi Christus primò dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū, &c. De origine animæ ad Renatum. c. 9. AVGVSTINVS. Ex quo aūt ab illo dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō pōt intrare regnū Dei. Et alio loco, Qui perdiderit animam suā pp me &c. nemo fit membrum Christi, nisi aut baptismate in Christo, aut morte pro Christo. Hæc ille. AVCTOR. Hic notet lector primò, q̄ mēbratio Christi nō ex sola fit prædestinatione eius æterna ad gloriā: sed fit tēporaliter per media sacramenta. Tandē notare pōt Witeleff, q̄ ordinē sacramentorū enarrat, sed in hoc tā indigestē, q̄ manifestē obuians instituentis imperio, qui primū omniū rituū dixit tā quò ad doctrinā, q̄ ad usum, Baptismaris sacramentū: sic iubens Apostolis, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritussancti. Bene enim monuit q̄d primitus facerent ij, qui docerēt, qñ post doctrinā susceptā, sine mora, sine dilatione, iubet accelerare baptimū. Docete (inquiens) baptizantes eos. ubi in cōmentario Mathæi HIERONYMVS. Ordo † præcipuus iussit * Apostolos, ut primò docerent oēs gentes: deinde fidei tingerent sacramēto: & post fidem, ac baptisma, quæ essent obseruanda, præciperent. Ac ne putemus leuia esse, quæ iussa sunt, & pauca, addidit, Omnia quæcunq; mādaui uobis, ut q̄ crediderint, q̄ in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quæ præcepta sunt. Hæc ille. AVCTOR. Alius est ergo ordo conditoris, alius ordo reconditæ: nec oīno cōueniunt. Habet omnipotens penes se quod alijs denegat: nec passim oībus factorum suorum imitamenta cōicat. Volo tñ, ut dixi, surgere cū Phinees de medio multitudinis ecclesiæ Christi: & pariter Witcleff, & scortate secte eius tabernaculū peccatorum ingredi: si quo modo ualeā pugione sacerdotis summi perfodere adulteros uerbi Dei. Prima † eius iniquitas est, necessitatem negare baptismi. Habet tñ doctrinam istā sub uerbis (ut solet) ambiguis occultatā. Arguit enim. 4. Trialogi. c. 2. q̄ derogare uidet diuinę libertati, atq; potētiæ, q̄ Deus non posset intercedente toto merito suo, atq; passione, saluare infantē, uel adultum fidelem, nisi à uetula, uel alio uiāte baptizetur cōiter infideli. Ad hoc aūt respondēs in subsequenti c. Dico (inquit) ad primū istorū obiectuū, q̄ uidetur mihi probabile, q̄ Christus satis posset sine lotione huiusmodi infantes spiritualiter baptizare: & per consequens potest saluare. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nè autem eam fucata uerba reputationis, uel probabilitatis, aut de potentia Dei, quæ ibi instaurat ad fraudem fidelium excusationis sibi uicem obtenderent: adduco illud, quod alibi satis absolutè pronuntiat. Dicit in opere sermonum epistolarium sermone. 6. Si obijciatur, q̄ propria baptizatio in aqua materiali non absolute requiritur: ego confiteor, quòd sufficit baptizatio flaminis per meritum, & effluxum aquæ materialis de latere Saluatoris. Roma. 5. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, baptizati sumus in morte ipsius. Hæc Witcleff. AVCTOR. Dicit propria, dicit absolutè, nè quis quam defensor eius dicat non esse iniuriam sacramento: quia in cōparatione maioris non est propria, & quæ conditionem requirit facultatis, & horæ, non requiritur absolutè. Sed audiat faut or mali quod sequitur: quia sufficit (inquit) baptizatio flaminis. Si ergo hoc ex institutione principalis agenris sufficiat: aliud quodcunque sit ita non requiritur, ut si adsit, superfluat adiuncto. Item ad hoc facti sui exemplo. Non est syncerior interpres uerbi, q̄ correspondent iafacti. Moderni em̄ Pragenses Witcleuiste, ut ferunt, qui inde ueniunt iā ab anno elapso septimo, publicè non baptizant. Circa exercitiū igitur huius sacramenti duæ erant ab initio hæreses extremales. Primam isti sustinent, sed non primi. Imò hūt in hac pfidia Manichæos patronos, prout scribit in libro hæresum, cap. 46. AVGVST. Baptismum in aquā nihil cuiquam salutis perhibent afferre, nec quēquā eorū, quos decipiunt, baptizandum putant. Hæc ille. AVCT. † Alius Quidā, docuit tā necessariā hoī regenerationē in aqua, ut nullo mō sine ea, uel eius uice martyrio, regnū posset obtineret cęlorū, quacunque fide mente cōuerteretur ad dñm, præuentus forsan mortis articulo, ne posset consequi quod uolebat. De quo hēt Hugo lib. 2. de sacramentis: part. 6. cap. 7. & p hoc magister in quarto. Plenius autem BERNAR. epistola ad magistrum in ordine epistolarum. *69. quæ incipit, Si tibi uideor tardius rescripsisse. ubi dicit, Scribis quenquā asserere, nescio quē, nam non nominas. Ex quo primum dictum à domino legit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritussancto, non intrabit in regnum cælorum: ex eo neminē absque eodem præcepto actualiter uisibili sacramento, uel eius uice martyrio nullatenus potuisse saluari: etiam si forte illud quispiam iam uera fide & contritione cordis expectet, sed præuentus mortis articulo, assequi, quod cuperet, nō ualeret tñ oīno damnari. Et infrà. Pro certo cum nō aliundè martyriū nisi ex fidei merito illam obtinuerit prærogatiuam, ut singulariter uice baptismi securè suscipiatur, non uideo

deo cur non ipsa æquè, & sine martyrio apud Deum tantundem possit: cui & sine martyrij probamento proculdubiò innotescit. Possit sanè tantundem dixerim, quantùm ad salutem spectat obtentam: non autem ad meriti cumulum, quod indubitanter martyrium antecellit. Legimus, Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et iterum. Qui uiderit mulierem ad concupiscēdum iam mœchatus est in corde suo. Quid planius, quod uoluntas pro facto reputetur, ubi factum excludit necessitas? Nisi fortè putetur in malo, quàm in bono efficacior inueniri uoluntas apud Deum, qui charitas est: & promptior esse ad ulciscendum, quàm ad remunerandum miserator & misericors dominus. Quomodo is, qui alieno teneri se debito fortè in extremis positus recolit, si desit unde persoluat, sola nihilominus pœnitentia, & cordis contritione obtinere ueniam creditur, nè iam pro eo damnetur. Sic sola fides, & mentis ad Deum conuersio, sine effusione sanguinis, & sine aquæ perfusione, saluatem sine dubio operatur uolenti, sed non ualenti, prohibente articulo baptizari. * Et sic nulla pœnitentia remittitur illi peccatum, si, cùm possit, non percipit sacramentum: quanquam & fidem conuincitur nō habere perfectam, si negligit. Vera enim, & plena fides, uniuersa præcepta complectitur. Est autem hoc unum ipsumque præceptis. Meritò ergo non fidelis, sed planè rebellis, atque contemptor reputabitur, quisquis obedire tenuerit. Quomodo deinque fidelis, qui Dei contemnit sacramentum.

4 Hæc ille. AVCTOR. Ad † istas item propinquāt aliæ uariæ hæreses de baptismo, sicut est Pelagianorum, qui non baptizant pueros in remissionem peccatorum, sed propter introitum in regnum cælorum: sicut habes ex Augustino contra Iulianum. & de baptismo paruulorum. Quidam non baptizant, nisi differant usque ad mortem, sicut Constantinus, ut habet Ambrosius libro de obitu Theodosij: quorum ratio hæc erat, ut sic omnibus peccatis abolitis per baptismum, cum paucissimis abhinc irent, non aduertentes, quòd si cum paucis criminibus, saltem paucissimis meritis præsentes fierent iudici meritorum. Et nihilominus omnium peccatorum erit summum: in dulgentiam principis prolongare in finiculis peccatorum. Donatistæ item hæretici econtrariò baptizabant, facientes irritam primam fidē; de quibus habet Augustinus de unico baptismo. Sunt & Marcionistæ: de quibus in libro Pinax. 42. dicit DAMASCENVS. Baptisma dant non solum unum, sed duo, & tria post lapsum. Pro mortuis autem, & catechumenis alij apud ipsos baptizantur: intimidè uerò apud ipsos mulieres prouocantur: lauacrum dare; Hæc ille. AVCTOR. Hæ, & plures his hæreses de lauacro baptismali potuerunt inueniri, siem eorum, quos libro * definitionibus rectæ fidei. cap. 12. enumerat AVGVSTINVS. Illos (inquit) qui non in sanctæ Trinitatis inuocatione apud hæreticos baptizati sunt, & ueniunt ad nos, baptizare oportet. Neque enim credendum est eos fuisse baptizatos, qui non in nomine patris, & filij, & Spiritussancti iuxta regulam à Deo positam sunt tincti, ut sunt Paulianitæ, Procliani, Curboritæ, Siphoriani, Forimiani: qui nunc uocantur Bonosiani, & Montani, & Manichæi: uaria impietatis germina, cæteræ istorum originis siuè ordinis pestes, quæ duo ignota sibi principia introducunt, ut Cerdo, & Marcion: uel contraria, ut Manichæus: uel tria barbara, ut Secianus. & * Theodotus: uel molea, ut Valentinus: uel Christum hominē fuisse absque Deo, ut Cherinthus, Hebion, Artemon, & Photinus. Ex his (inquam) si qui ad nos uenerint, non requirendum ab his, utrum baptizati sint, an non, sed hoc tantùm, si credunt in ecclesiæ fidem, & baptizentur ecclesiastico baptismate. Hæc Augustinus. AVCTOR. Omnes ij ad extrema prætracta festinant: quia aut minus, aut nimis asserunt infra idem, uel supra. Sola autem ueritas orthodoxa ambulat uiam iustam, scilicet neque ad dexteram, neque ad sinistram, sed inter medium montiū pertransibūt semper aquæ catholicæ, dicentes baptismum esse sacramentum necessitatis quibuscunque post Christum adepturis statum felicitatis æternæ, facto si poterunt, si non poterunt, uoluntate. Vnde libro de fide ad Petrum, * cap. 60. AVGVSTINVS. Firmissimè † tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem uitam habituru æternam, qui non hic à malis suis per pœnitentiam, fidemque conuersus, & per sacramentum fidei & pœnitentiæ, id est, per baptismum liberatus; & maioribus quidem necessariam esse, & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundùm regulam ueritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere. Paruulis uerò, qui nec propria uoluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, & pœnitentiæ, quod est sanctum Baptisma, quandiù rationis eorum ætas capax esse non potest, sufficere ad salutem. Hæc ille. AVCT. Et libro de baptismo paruulorum, cap. 30. AVGVSTINVS. Qui habet filium, habet uitam. Qui non habet filium, non habet uitam. Non igitur solùm regnum cælorum, sed nec uitā paruuli habebunt, si filium non habebunt: quem nisi per baptismum eius habere non possunt. Hæc ille. AVCTOR. Docili cuilibet Christiano possent

authori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

authoritates istæ tàm fortes,& validæ ad credendum sufficere:sed non est talis, cum quo luctamur ad præsens. Præstituit sibi obicem nè saluetur,dicens absolutè:Augustinum quicquid in his duobus libris scriptit de necessitate baptismi, solùm reputatiuè loqui, non autem definitiuè.

Witeleff. Hoc autem cap. illo. 12. quarti Trialogi sic dixit, Quantùm ad multa dicta magni Augustini specialiter in baptismo paruulorum: & in de fide ad Petrum: potest dici, quòd reputatiuè loquitur,vel cõditionaliter,si taliter Deo placet.Hæc

6 Witcleff. AVCTOR. Ecce † quàm facile vno uerbo glossæ suæ popularis totam authoritatem vtriusq; libri,ne quis p eam teneretur, absoluit. Nec tantùm horum duorum: sed quis omnium librorum eius dicta & scripta hac responsione declinare non poterit dicens hoc uel hoc non sic definit,sed leuiter reputat Augustinus?Sed dicat mendax,dicat hæreticus, si leuiter reputat, & nõ definit, cur non possit bonus Christianus ferre

Aug.To.7 dicẽtem oppositumẽ Ipsemet AVGVSTINVS non putat aliquem Christianum ferre posse B

cap.17. contrarium asserentem, in eodem libro. cap. 13. Quis (inquiens) Christianorum ferat, cùm dicitur ad æternam salutem posse quenquam peruenire, si non renascatur in Christo: quod per baptismum fieri voluit eo iam tempore,quo tale sacramentum constituendum fuit regenerandis in spem salutis æternæ? Vnde dicit Apo-

Ad Tit. 3. stolus, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.Et infrà. Sine ista ergo regeneratione saluos in æternum posse paruulos fieri, quis audeat affirmare, tanquam non pro eis sit mortuus Christus? Hæc ille. AVCTOR. Vide modò si ista sint verba leuiter reputantis:quis Christianorum ferat:& iterum quis audeat affirmare? Contra Pelagianos hæreticos iam arguit Augustinus: & ipsi nõ audebant affirmare, quod audax Witeleff affirmat: quod si affirmassent, Christiani,tunc temporis non tulissent. Quis (inquit) Christia-

9.a.4. norum ferat? Et in libro.3.* cap.5.per certissimam authoritatẽ diuinam confirmat sententiã illam pro fide AVGVSTINVS. His atque huiusmodi alijs, quæ nunc prætereo testimonijs diuina luce clarissimis, diuina authoritate certissimis,nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamat, non solum in regnum Dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus: cui ut incorporentur,sacramento baptismatis imbuuntur? Nonne veritas sine vlla dubitatione testatur non ob aliud eos ad Iesum,hoc est,ad Saluatorem, & ad medicum Christum pijs gestantiũ manibus ferri, nisi ut per medicinam sacramen A torum eius possint à peccati peste sanari? Hæc ille. AVCTOR. Si ista sunt verba leuis reputationis, iudicet omnis homo, saltem attendat, quòd necessitatem baptismi sacramentalis non leuiori pondere reputat Augustinus, quàm ut illam veritatis sine vlla dubitatione testatur: & item ueritas sine ambiguitate proclamat: & item,quam testimonijs diuina luce clarissimis, & diuina auctoritate certissimis confirmatam pronuntiat. Clarus item liber ille de fide ad Petrum, qualiter potest in glossa illa refelli, quòd sit nisi reputatiuè descriptus, cùm per singula eius capitula firmiter credere mandet & hoc & illud?Imò nec sufficere arbitratur,si dixerit positiuè firmiter, nisi pondus augendo dixerit superlatiuè,firmissimè crede:& adhuc tollẽs omne ambiguum:& nullatenus dubites nullum hominem uitam æternam accipere, nisi per baptismum liberatus &c. Adde glossam tuã, quia ego non firmissimè credo,sed aliquatenus dubito,uel tantum reputo quod iam dixi, Quis ferat B istam glossam nugacem, & tam manifestè mendacem? Videat item fidelis quisquam causam scribendi hunc librum, & ordinem attendat: principium attendat, & finem: & ipse non tantũ reputabit,sed sciet librum istum potius esse definitionum fidei, quàm reputationum.In principio enim sic habet AVGV.Epistolam fili tuæ charitatis accepi,in qua significasti uelle Hierosolymam pergere, & popposcisti te literis nostris instrui,quam debeas in illis partibus ueræ fidei regulam tenere,ut nullus possit tibi sensus hæreticæ surrepere falsitatis. Sequitur infrà. Spero, quia sicut tibi dedit huius fidei sanctam solicitudinem,sic etiam mihi,ut tuo tam bono, tamq; laudabili seruiam desiderio,sufficientem tribuet facultatem,ut & si non potuero cuncta dicere,ex quib. omnis error possit agnosci, & agnitus vel conuinci ualeat,uel uitaritamen in nomine, atque adiutorio sanctæ Trinitatis &c.ea dicam,in quibus*te satiem,& magna ex parte ratio catho

C licæ fidei constet sine aliquo erroris caligine cõtineri.Hęc ille.AVCTOR.Iam uideamus quomodo librum claudit in fine. Hæc interim 40. capitula ad regulam ueræ fidei firmissimè pertinentia fideliter crede,fortiter tene, ueraciter patienterque defende. Et si quem contrarium his dogmatizare cognoueris, tanquam pestem fuge,& tanquam hæreticum abijce.Ita enim ista, quæ posuimus,fidei catholicæ congruunt: ut si quis non solum omnibus, sed etiam singulis noluerit contraire,in eo, q̃ singulis horum contumaciter repugnat,his contraria docere non dubitat,hæreticus & fidei Christianæ inimicus, atque ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat.Hæc ille AVCTOR.Cesso probare quòd

q̃ Augustinus hanc certissimam fidem de neces A sitate laticis baptismalis in hoc loco non tãtum reputat, sed definit:& æquè nostrum Witcleff definit hæreticum fidei Christianæ inimicum, ac omnibus catholicis anathematizandum:quia quibusdam capitulis de quadraginta prædictis dogmatizat oppositum.Huc item posset accedere,quòd in libro illo,qui inscribitur,non de reputationibus,sed de definitionibus rectæ fidei

Idem prædicto nostro capitulo huius libri quadragesimum primum capitulum concorditer ita definit,dicens, Baptizatis tantũ iter esse salutis,nullum catechumenum,quamuis in operibus bonis defunctum, uitam æternam credamus habere, excepto martyrio,vbi tota Christi baptismi sacramẽta complentur.Hæc ille. AVCTOR. Sed & quomodo istli definitioni Witcleff se obijcit, videbimus consequenter.

¶QVOD BAPTISMVS FLAMINIS absolutè non sufficit, excluso baptismo fluminis, ad salutem. Cap. XCVII.

SVMMA.

1 *Baptismus flaminis, quòd absolutè non sufficiat ad salutem,excluso baptismo fluminis, contra Witcleff ostenditur.*

2 *Massilianorum quorundam perfidia circa baptismum Spiritussancti ex Damasceno recensetur. Et quomodo illi,& Witeleuistæ in hoc præsumentes usque ad contemptum, uel negligentiã sacramenti fluminis,dammabiliter errent,Augustini quàm plurimis auctoritatibus demonstratur.*

3 *Baptismus Witcleff insensibilis, quòd non sufficiat ad salutem.Et plura de hoc ibi.*

4 *Spiritussancti gratia quòd suos habeat gradus, ex Augustino.*

Wiclef. DICIT enim in eodem cap.12. quarti Trialogi. Baptismus flaminis est baptismus Spiritussancti. Item duo baptismi priores sunt vt signa antecedentia,& ex suppositione necessaria ad istũ tertium baptismum flaminis. Ideò absque dubitatione:si iste insensibilis baptismus affuerit, baptizatus à crimine est mundatus,& si ille defuerit,quantumcunque adsint priores, baptismus non prodest animæ ad salutem. Ideò cùm iste sit insensibilis,& tantùm nobis incognitus, videtur mihi imprudens præsumptio taliter damnationem hominis,uel saluationem ex baptismate

1 definire.Hæc Witcleff. AVCTOR. Videtur † aliquid iuxta catholicam fidem loqui in priori-

C bus,sed quid in his uelit, cõsequens manifestat, quod omnes definitiones fallunt patrum & scripturarum,quæ dicunt hominem periturum, si non fuerit regeneratus in aqua:quia ex nobis dubio baptizatur baptismo illo flaminis nobis incognito,& minus erit apud Christianos baptismi sacramentum,quàm circuncisio Iudæorum, quæ tantùm figura erat sequentis nostri baptismi:quia sine illa non potuit facere circuncisio spiritu,qn aĩa illa periret de populo. Vñ lib.6. Gen.17. cõtra Iulianũ ca.8. AVGVST. Attestetur ipse infans,& tacens dicat,Peritura est aĩa mea de populo meo,si non fuero circuncisus die octauo. Aug.To.6 Quid ergo originale peccatũ diffitemini, & iustũ Deũ fatemini?Quid peccauerim,dicite huic infanti tacitè clamãti:qm̃ loquacitas uestra nulla rationabili uoce rñdet: uoces potiùs uestras apostolicis nobiscũ uocibus adiũgite. Hæc ille. Aver. Teste ergo lege,& paruuli cõscientia teste,peritura erat aĩa eius de populo,si non fuerit

B circuncisus die octauo. Scio ex lege Ieremiam, Hieret. sanctũ Spiritũ accepisse,&sanctificatũ ex utero. Scio & Ioanni Baptistæ ,pmissum cælitùs,Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: Lu.1 nec sic tñ deletum erat chirographũ ueteris delicti,quominus oportuit eũ circuncidi cum alijs die octauo. Witcleff aũt supponit quenquã qua si pasim posse suscipere Spiritumsanctũ:& per hoc non indigere baptismo.Interim ut surripiat catholicis facultatẽ iudicandi de aliquo sine baptismo dãnando:Videtur(inquit) mihi imprudens præsumptio &c. Videtur † aũt mihi multũ damnanda pręsumptio cõtra Christũ,& ecclesiã eius,aduentum Spiritussancti talem statuere, q Christi euacuet sacramentum.Et hanc scio fuisse Massilianorũ quorundã pfidiam,vt DAMA- Damascen. SCENVS scribit in lib.centum hæresum,contra hæresim.80.dicens,Neq; enim in baptismo ecclesiæ,vel clericorũ oñonibus Spiritũsanctum oño dicunt recipere baptizatos,nisi ipsorũ oño

C nibus laboriosis cõicauerint:& accipere utique quandã, ẽt sine baptismate Sanctispiritus cõicationẽ,si pmanere cũ ipsis voluerint, & illorũ erudiri ritu,psbyteris qbusdã dicentibus ipsis, qm̃ in fide Spiritũsanctũ cõfitemur,& nõ sensu,repromitti ẽt ipsis per eã,quæ cũ ipsis orationem tradendũ fore sensum spũs.Tantus aũt est ipsorũ elationis tumor q̃ participantes apud ipsos uolunt sensu spũs beatificari ab ipsis vt pfectos, & ab oĩ peccato liberos,& meliores. Hæc ille. AVCT. Ita dicit Witeleff,si ĩsensibilis suus baptismus affuerit,baptizatus à crimine est mũdatus: quasi diceret,ita frequẽter apud nos esse cõtingit.Cõsequẽter aũt ibrà recitat quẽdã senẽ eorũ Adelfiũ sic cõfessum esse Fabiano Antiocheno epo huius turpitudinẽ hæresis, DAMA.His senex Damascen.

ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille redargutus euomuit omne abſconditum ue- A
nenum,& ait,neque unam quidem ex baptiſma
te vtilitatem dignificatis aduenire, ſolam autē
ſtudioſam orationem inhabitantem dæmonem
cijcere:retrahere enim vnumquenque natorum di 3
xit ex primo patre quemadmodum naturam ſic
vtique & dæmonum ſeruitutem. His autem à ſtu
dioſa oratione electis Spiritum ſanctum iam ſu
peruenire in ſenſibiliter & inuiſibiliter propriā
præſentiam ſignificantem, & corpus à paſſionū
motu liberantem, & animam ab inclinatione ad
deteriora perfectē eripientem, ut non ampliùs
ſit opus iam neque ieiunio caſtigante corpus, ne
que doctrina refrænante, & ambulare ordinatē
erudiente. Non ſolùm autem, qui his ſortitus eſt,
à corporis eripitur laſciuijs, ſed & manifeſtē fu-
tura præuidet: & trinitatem diuinam oculis ſpe-
culatur: Iſte diuinus Fabianus fœtentem dirum-
pens fontem, & nudare præparans aquas, ad im-
pium ſenem dixit, Inueterate dierum malorum
Dan. 14: redarguit te os tuum, & non ego. Hæc ille. A- B
ctor. Ecce in hoc baptiſmo Spiritusſancti
quia Maſsiliani & Witeleuiſtē præſumunt uſque
ad contemptum uel negligentiam ſacramenti:
ideò vtrique damnabiliter errant. Duo (inquit
Witcleff) baptiſmi priores, ſcilicet ſanguinis,
& fluminis, ſunt ſigna ad baptiſmum flaminis an
tecedentia: quandoque tamen non ita ſunt, ſed
conſequentia: quia priùs illuſtrantur Spirituſan-
cto, quàm ſanguinem fundant, vel latice perfun-
dantur, ſicut Machabæi, & Cornelius. Et fideles
in primitiuis eccleſiæ uarijs uicibus receperunt
Augu. non habetur in To.8. Spiritumſanctum, pro ut Avgvstinvscō
pilatim elucidat in.3. parte ſermonum, ſermone
de feſto Pentecoſtes: qui incipit, Aduentum Spi-
rituſſancti. ubi dicit. Ne putaretur conſequens
eſſe, ut quiſquis baptiſmum Trinitatis habuerit,
habeat & Spiritumſanctum: propterea etiam in
ipſa unitate facta eſt tanta diſtinctio, ut inuenia
mus quoſdam baptizatos Spiritumſanctum po- C
Act. 8. ſteà meruiſſe: cùm ad illos in Samariam ueniſſēt
Apoſtoli, quibus abſentibus fuerant baptizati.
Act. 11. Alios autem, quod ſingulare occurrit exemplū,
etiam ante baptiſmum percepiſſe. Sicut loquen-
te Petro, Cornelio, & eis, qui cum illo erant, ſu-
perna poteſtate conceſſum eſt: cui homo con-
Act. 8. tradicere nihil poteſt. Super alios mox baptiza-
tos aduenit, ſicut ſuper illum Spadonem, cui
Philippus ex propheta Eſaia euangelizauerat
Chriſtum. Super alios per impoſitionem manuū
Act. 2. Apoſtolorum ſic maximè plurimos. Super alios
nullo manuum imponente, ſed cunctis orātibus:
ſicut eo ipſo die, quem ſolenniter celebramus ho
die, cùm eſſent in cōclaui. 120. animæ cum Apo
ſtolis. Super aliquos nec aliquo manum impo-
nente, nec aliquo orante, ſed uerbum Dei cūctis
audientibus: ſicut ſuper illos, quos paulò ante cō
memoraui, Cornelium, & domeſticos eius. Cur
ergo ſic modò, aut ſic, niſi ne aliquid nunc huma
næ ſuperbiæ, ſed totum diuinæ gratiæ, poteſtat-
que tribuatur? Hæc ille. Avctor. Si ergo
uerbis eius utilicet, quibus inſectatur catholi-
cos, tanquam inſcius ſcripturarum hoc protulit,
q; duo illa baptiſmata fluminis & ſanguinis ſunt
ſigna antecedentia ad baptiſma flaminis, cū nec
regulariter antecedunt, nec regulariter aſſequun
tur. Sed attendamus ultrà quid dicat, Et ſunt (in-
quit) ex ſuppoſitione neceſſaria. Hāc nudam ne
ceſsitatem ſuppoſitionis, ſcilicet reputationis,
uel conditionis hæreticauit Chriſtus in Euange
lio, uolens baptiſmum laticis eſſe neceſſarium
ex præcepto. Abſque dubitatione (inquit) ſi iſte
inſenſibilis baptiſmus affuerit, baptizatus à cri-
mine eſt mundatus. Quod ſi ita fuerit, quæro nū
quid ille baptiſmus fluminis reſpicit de neceſsita
te baptiſmi uiſibile ſacramentum? Et ſi hoc ita
eſt, qualiter baptiſmus ille ſequens dabitur in re-
miſſionem peccatorum, ſi erit baptiſmus Chri-
ſti omnium? omnia iam ſuſtulit baptiſmus flami
nis, qui præceſsit. Ad illam tamen comparatio-
nem tuam de baptizato bono in Spirituſancto
tantum, & alio malo flumine baptizato, ſuccin- *Aug. To.7*
cte reſpondet lib.4. contra Donatiſtas* cap. 35. *821.*
Avg. dicens. Sicut bono cathecumeno baptiſ- *Ioa Manich.*
mus deeſt ad capeſſendum regnum cœlorum: ſic
malo baptizato uera conuerſio. Qui enim dixit,
Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſan-
cto, non intrabit in regnum cælorum: Ipſe etiam
dixit, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm
Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in re
gnum cælorum. Nam ne ſecura eſſet iuſtitia ca-
techumeni, dictum eſt, Niſi quis renatus fuerit
ex aqua & Spirituſancto, non intrabit in regnū
cœlorum. Rurſus ne percepto baptiſmo ſecura
eſſet iniquitas, dictum eſt, Niſi abundauerit iuſti
tia ueſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, *Act.2.*
non intrabitis regnum cælorum. Alterum ſine
altero parum eſt: utrumque perficit illius poſſeſ-
ſionis hæredem. Sicut ergo non debemus impro
bare iuſtitiā hominis, quæ priùs eſſe cœpit, quàm
coniungeretur eccleſiæ, ſicut eſſe cœperat Cor- *Act.8.*
nelij iuſtitia priuſquàm eſſet ipſe in plebe Chri-
ſtiana, quæ neque ſi improbaretur, dixiſſet ei an-
gelus, Acceptæ ſunt eleemoſynæ tuæ, & exaudi-
tæ ſunt orationes tuæ: neque ſi ſufficeret ad ca-
peſſendum regnum cælorum, vt ad Petrum mit-
teret, moneretur: ſic non eſt improbandum Euā
gelicum Baptiſmi ſacramentum, etiam ſi extra
eccleſiā fuerit acceptum, Hæc Auguſtinus. Av-
ctor. Ecce bono catechumeno deeſt baptiſ-
mus ad capeſſendum regnum cælorum: & non-
ne talis catechumenus habet Spiritumſanctum?

Aug.To.7 eadem.121

ſi bonus eſt? ſic enim præſupponit in præceden- A
te.* 34. cap. idem Avgvst. Nec ego dubito ca-
techumenum catholicum diuina charitate fla-
grantem, hæretico baptizato anteponere, ſed
etiam in ipſa intus catholica bonum catechu-
menum malo baptizato anteponimus. nec ideò
tamen ſacramento baptiſmatis, quo iſte nondū
ille iam imbutus eſt, facimus iniuriam, aut cate
chumenum ſacramento baptiſmi perferendum
putamus cum aliquem cathecumenum aliquo
baptizato fideliorem, melioremque cognoſci-
mus. Hæc ille. Avct. Iſte ergo bonus cate-
chumenus, iſte diuina charitate flagrans, iſte iu-
ſtus, probata iuſtitia priuſquam Chriſti eccle-
ſiæ coniungatur: eſt de vi ſtatus adhuc ineptus
Io.3 ad capeſſendum regnum Dei, quanquam multis
baptizatis præferat eccleſiæ. Cur hoc? Quia ne
eſſet ſecura iuſtitia cathecumeni dictum eſt,
Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſan-
cto, non poteſt introire in regnum Dei. Dicit B
Auguſtinus: ergo quanuis baptiſmum Sanctiſpi-
ritus acceperit, & diuina charitate flagrauerit,
non ei ſufficit vt regnum Dei habeat: alterum ſi
ne altero parum eſt, utrunque perficit illius poſ
ſeſſionis hæredem. Dicit Auguſtinus, Baptiſmus
ergo ſpiritus baptiſmum item exigit laticis, ut
quis hæres ſiat regni cælorū. Vbi eſt iam quod
ſuprà dixit Witeleff, quòd ſufficit baptizatio fla
minis per meritum & effluxum aquæ materialis
de latere Saluatoris? Pone nobis Cornelium, te-
ſte ſcriptura, Spirituſancto repletum: & ipſi nō
ſufficit, dicit Auguſtinus. Neq; enim (inquiens)
ſi ſufficeret ad capeſſendum regnum cælorū vt
ad Petrum mitteret, moneretur. Inſuper nec de
corpore Chriſti erat quousque per ſacramentū
coniungebatur eccleſiæ, ſicut ibi notat Auguſti
Aug.To.7 92. nus, dicens de iuſtitia eius, quæ prius eſſe cœpit, C
quàm cōiungeretur eccleſiæ. Et in lib.1. contra
Donatiſtas* cap. 11. Avgvst. Neque enim &
Cornelij gentilis hominis orationes non ſunt
exaudite, atque eleemoſynæ non ſunt acceptæ:
imò & angelum ad ſe mitti, & miſſum meruit
intueri, per quem poſſet utique ſine hominis ali
cuius acceſſu cuncta neceſſaria diſcere: ſed quo
niam quicquid boni in orationibus & eleemoſy
nis habebat, prodeſſe illi non poterat, niſi p vin
culum Chriſtianæ ſocietatis ac pacis incorpora
retur eccleſiæ, iubetur mittere ad Petrum, & per
illum diſcit Chriſtum: per illum etiam baptiza-
tus Chriſtiano populo conſortio quoque com
munionis adiungitur, cui ſola bonorum operū
ſimilitudine iungebatur. Perniciosè quippe cō
temneret bonum, quod nondum habebat, ſuper
biens ex illo, quod habebat. Hæc ille. Avct.
Ecce Cornelius iſte vir bonus, & Spirituſancto
plenus, Spiritus ſancti iam, vt tu laudas, baptiſ- 4
ma percepit: hoc tamen bonū eius, & omne bo
num ad ſalutem ipſi prodeſſe nō potuit, niſi per
miniſterium Petri baptiſmi ſacramento perce-
pto Chriſtianæ plebis iungeretur cōſortio. Nec
id tantùm, ſed ad perniciem animæ ſuæ contem
neret bonum uiſibilis ſacramenti: ſuperbiens, &
ſibi ſufficere reputans bonum inuiſibile, quod
habebat. Quia quanuis bonus fuerit, plana fide,
dico tamen ſine viſibili ſacramento, uel re ipſa,
uel affectu grauido conſecuto ſine aqua ſaluus
eſſe non poterat. Vnde lib 2. contra Creſconiū.
Aug.To.7 cap.13. *cap.12. Avgvst. Hanc ſcilicet ciuitatem eccle
ſiæ Chriſtus ſpiritu ſuo mundante lætificat: de
Io.7. quo clamabat, dicens, Si quis ſitit, veniat, & bi-
bat: non aquam viſibilem commendans, quæ da
tur in baptiſmatis ſacramento, quam & mali, &
boni habere poſſunt, quāuis ſine illa boni ſalui
non poſſunt fieri. Quæ quanuis eccleſiæ ſit, ta- *1.Io.4*
men & foras proſuit, cum & apud illos inuenia
tur, qui ex nobis exierunt, ſed non erant ex no-
bis. Hæc ille. Avct. Iam oſtende mihi bapti-
zatum tuum baptiſmo flaminis, & per hoc mun
datum à crimine, bonum factum, & immunem
à ſcelere: immo addat martyrium, tradens cor- *1.Cor.13.*
pus ſuum, ita ut ardeat, charitatem tamen non
habeat incorporationem eccleſiæ Chriſti huma
nitus: imò reputans ſibi ſufficere bonum Spiri-
tuſancti, quod habeat contemnat ſponte, vel
negligat, cùm ample&i poterit, baptiſma Chri-
ſti ſenſibile, & ſpirituſancti bonum. quod ha-
bebat, amiſit, & ſine eo ſaluus eſſe non ualet. Sic
dicit Auguſtinus. Sine illa, boni ſalui non poſ-
ſunt fieri. Quod ſi Witeleuiſta dicat, ſed mun-
datum à crimine dixit magiſter noſter: Et ego
dico nec me cauſam aliam agere cùm diſputem
eum ſine eccleſiæ baptiſmo ineptum regno Dei
nec poſſe ſaluum fieri. Sed nec ipſa iſta ſeorſum
in baptiſmo diuidet, niſi cum Pelagio fateatur
poſſe dari baptiſmum paruulis, non ut remiſſio
nem peccatorum obtineant, ſed vt regnum poſ
ſint intrare cælorum. Fortaſſis autem difficile
quibuſdam uidebitur, quomodo adultus ſuſce-
pta ſuperinundanter Spirituſancti gratia, ita ut
ante multos Chriſtianos firmiter credat, oret
feruidè, opera iuſtitiæ ſuppleat: iam nō ſit actu *Sap.1.*
conſummatus in gratia, & ex hoc ipſo aptus re-
gno Dei, clamante ſcriptura, Spirituſanctus di-
ſciplinæ effugiet fictum: nec habitabit in corpo
re ſubdito peccatis. Huic difficultati norunt re- *Gen.1.*
ſpondere fideles, qui in ſcripturis ſanctis legūt,
quomodo Spirituſanctus ferebatur ſup aquas,
& originem cauſæ indidit rebus, quæ nondum
formas ſumpſerant, unde poſſent eſſe perfectæ. *Ro.7*
Et ſpirituſanctus non dubium auctor extitit le
gis: de qua ait Apoſtolus, Nihil ad perfectum ad
duxit lex. Habet ergo gradus ſuos gratia ſpiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratia spiritui sancti habet gradus. Aug. To. 4 1. q. 2.

ritusſancti:& priùs mouet,& infundit vt ſapiãt: & poſtremò perficit ut conſumment. Omni mel le dulcius aperit nobis iſta,dictum AVGVST. ad Simplicianum,* libro 2. verſus finem,dicens, Incipit homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, uel interna,uel externa admonitio ne motus ad fidem. Sed intereſt,quibus articulis temporum uel celebratione ſacramẽtorum,gratia plenior, & euidentior infundatur. Non enim catechumeni non credunt. An verò Cornelius

Act. 10. non credebat Deo,cum eleemoſynis,& orationibus dignum ſe præberet, cui angelus mitteretur? Sed nullo modo iſta operaretur, niſi antè credidiſſet. Nullo modo antè credidiſſet, niſi uel ſecretis,uel per uiſa mentis,aut ſpiritus,uel manifeſtioribus per ſenſus corporis admonitionibus,uocaretur. Sed in quibuſdam tanta eſt gratia fidei, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cælorum, ſicut in cathecumenis: ſicut in ipſo Cornelio,antequàm ſacramentorum participatione incorporaretur eccleſiæ. In quibuſdã uerò tanta eſt gratia, ut iam corpori Chriſti, & B

1 Cor. 3. ſancto Dei templo deputentur. Templum enim domini ſanctum eſt (inquit Apoſtolus) quod 7 eſtis uos. Et ipſe dominus, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt introire

Io. 3 in regnum Dei. Fiunt ergo inchoationes quædã, fidei conceptionibus ſimiles: nõ tamen ſolùm concipi,ſed etiam naſci opus eſt,ut ad uitam perueniatur æternam. Nihil tamen horum ſine gratia miſericordiæ Dei: quia & opera ſi qua bona ſunt,conſequuntur,vt dictum eſt,illam gratiam, non præceduat. Hæc Auguſtinus. AVCTOR. Diligenter annotet lector per ſeriem, quæ dicuntur: ad ſcribendum multa ſunt, Inter cætera autem uideat, quòd in quibuſdam tanta eſt gratia Dei, quanta non ſufficit ad obtinendum regnum cælorum:ſicut in Cornelio,antequàm ſacramentorum participatione incorporaretur ec C cleſiæ. Ergo nec membrum eccleſiæ orat per ſolam gratiam prædeſtinationis, aut per baptiſmũ flaminis. Audiat item dictum illud Saluatoris, Niſi quis renatus fuerit &c. dictum eſſe de aqua materialis baptiſmatis, non autem de aqua illa primò,quæ materialiter effluxit de latere Saluatoris:quia per illã tanta gratia fit quis dignus, ut ſit membrum corporis Chriſti, & aptus ſimpliciter regno Dei. Audiat tertiò, quod ad rem pertinet, q̃ per gratiam ſpiritus fiũt inchoationes fi

Io. 3 dei conceptionibus ſimiles, nec tamen concipi ſolùm, ſed & naſci opus eſt, utad uitam perueniatur æternam. Superuenerandus ergo influxus ille

Io. 19. Spiritus ſancti, qui regenerationem præuenit ſacramenti, ſicut in Cornelio, fidei conceptio eſt. Et iterum influxus eius in perceptione ſacramẽti uiſibilis,eiuſdem Sancti ſpiritus fidei natiuitas A eſt: de qua dicitur, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto non poteſt introire in regnum Dei.

¶QVOD SACRAMENTVM BAPTIſMI continet gratiam ſpiritus in quocunque. Cap. XCVIII.

SVMMA.

1 *Baptiſmi tres ſuperexcedentes ſeipſos in ordine, ex Gregorio Nazianzeno recenſentur.*

2 *Baptiſmatis ſanctitatem quòd uel bonum,uel malum hominis meritum non augeat, nec minuat.*

3 *Aquæ ex antiquo more eccleſiæ quare ad quemlibet baptizandum de nouo ſanctificentur, &c.*

4 *Iuſtitia omnis in baptiſmate conſtituta.*

5 *Confidendum quòd non ſit tantum in ſpirituali mẽtis prouectu,ut putet quis ſe ex illa inſtum eſſe, & non egere baptiſmate.*

6 *Gratia quòd poſſit deeſſe abutentibus ſacramẽto, quamuis uirtus gratiæ cauſalis nõ defuerit ſacramento,contra Witcleff.*

7 *Auguſtini diſtinctio de gratia ſacramenti,& de ſacramento gratiæ.*

DEpendens enim eſt error Witcleff, & eius ſequacium in materia de ſacramentorum diuinorum eſſentijs: & in uno erroris fundamento ſibi conuiens reputat ea eſſe ſigna uacua: ſicut de ſacra Euchariſtia conuictus eſt:& quaſi nihil ſupernalis gratiæ continere, ſed ſignificare, uel figurare præciſe:ſicut uocat ſeptem ſacramenta, ſeptem ſigna. Et hic dicit baptiſmum fluminis, & baptiſmum ſanguinis non eſſe niſi ſigna antecedentia ad baptiſmum flaminis. Et quidem quòd ea ſigna dicit, non deuiat;ſed caſſa ſigna non ſunt. C Vnde baptiſmus Chriſti gratiam ſpiritus confert,non quãlibet,ſed perfectam:& inde diſtat ab alijs,Iudaico ſcilicet, & Baptiſtæ. dicente libro tertio,qui eſt de ſecundis epiphaniis. GREGORIVS NAZIANZENVS. Commodum redetur,& dignũ de baptiſmorum diuerſitate nos pauca differere:ut & in hac parte,ſi quæ illic ſunt ſordes ignorantiæ, abluantur. Baptizauit Moyſes in mari,& in nube:ſed in typo,& in figura:ita enim Paulus pronuntiat. Habuit ergo mare formam aquæ:nubes verò ſanctiſpiritus: manna panis uitæ:poculum petræ,poculi Chriſti. Baptizauit & Ioannes:ſed nõ ex toto Iudaicè. Non enim ſolùm in aqua,nec tamen in ſpiritu: ſed hoc ſolum addit, quòd in pœnitentia baptizat. Baptizat & Chriſtus, ſed in ſpiritu: hæc eſt perfectio. Deus enim eſt qui baptizat,ut poſsit & qui baptizatur eſſe Dei. Quotquot enim cum receperunt, non

Baptiſmi tres. Hie 9 non ex uoluntate carnis,neque ex uoluntate uiri,ſed ex Deo nati ſunt. Hæc ille. AVCT. Ecceſtres baptiſmi ſuperexcedentes ſeipſos in ordine. Primus eſt Iudaicus,qui erat typicus, & figuralis. De quo Apoſtolus,in variis baptiſmatibus carnis. Secundus,baptiſmus Ioannis:iſte melior propter effectum,quia fructificauit in pœnitentiam. Tertius baptiſmus Chriſti: qui ſolus confert gratiam ſpiritus ſine diminutione,p feciam. Tantò ergo diſtat baptiſmus Chriſti à baptiſmo Iudaico,quantum res à ſigno crudo, & gratia à figura. Et ſicut Euchariſtiæ ſacramẽtum continet Chriſti corpus ad limites ſpeciẽrum panis præſens per eſſentiam:& in hoc excellit agni paſcalis & panis propoſitionis ſacramenta Iudaica,quæ nihil continent præter ſignum: ita baptiſmus eccleſiæ Chriſti continet influentiam gratiæ ſpiritus, & in hoc tranſcendit baptiſmum Iudaicum, qui nullum fructum plùs cõtinet,ſquàm oſtendens futurum. Gratiam autem huius uiſibilis ſacramenti tantò plus neceſſariò aſtruam,quantò magis excellentiam eius, & capacitatem perfectionis oſtendam: Primo igitur ex prædictis Auguſtini uerbis colligẽdum puto, quòd omnem gratiam ſpiritusſancti ſine iſta peccatori donatam tàm ſuperat,ut eã quaſi pelagus ſorbeat:in quod intrent omnia flumina gratiarum,& mare non redundet. Vnde libro quarto de baptiſmo contra Donatiſtas:* capite uigeſimo quarto. AVGVST. Melior Centurio Cornelius nondum baptizatus,Simone Mago baptizato. Iſte enim & ante baptiſmum ſancto ſpiritu impletus eſt:& ille poſt baptiſmum immundo ſpiritu inflatus eſt. Verumtamen Cornelius, ſi etiam ſpirituſancto iam accepto baptizari noluiſſet: contempti tanti ſacramenti reus fieret. Cùm autem baptizatus eſt:non utique melius ſacramentum, quàm Simon accepit: ſed diuerſa hominum merita ſub eiuſdem ſacramenti pari ſanctitate diſtincta

2 ſunt. Ita† non auget aut minuit baptiſmatis ſanctitatem, uel bonũ uel malum hominis meritum. Hæc Auguſtinus. AVCT. Attende quod dicit. Non melius ſacramentum accepit plenus ſpirituſancto Cornelius, quàm Simon Magus: nec auget baptiſmatis ſanctitatem boni hominis meritum. Sed dices. Vbi erat ſanctitas ſacramenti in Simone, quem nec ſanctum fecit:nec ei profuit ad ſalutem? Et ego quæro. Vbi erat ſanctitas uerbi Chriſti, quod nec Phariſæos conuertit, nec diſcipulos duricordes in fide ſacramenti corporis & ſanguinis ſanctos fecit? quæ tamen eidem uerbo eius tunc non defuit, atteſtante ſanctitati eius Petro. Ad quem (inquit) ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Nihil ergo minus reſtat ſan A ctitatis in uerbo, uel in facto Chriſti edito ſacramento, quamuis in malo audiente,uel participante nihil relinquat de commodo. Et nunquid hoc ſcandalum ſacramenti innuebat Witcleff,cùm ſic intulit: Si iſte inſenſibilis baptiſmus affuerit, baptizatus à crimine eſt mundatus: Et ſi ille defuerit, quantumcunque aſſint priores,baptiſmus non prodeſt animæ ad ſalutem? Et eccleſia Chriſti iteratò, reſpondet. Non ideo inſenſibilis ille baptiſmus, quem ſine ſacramento noſtro deſignas,eſt ſacramento noſtro præſtantior, nec inde ſacramentum noſtrum eſt illo deterius, quia indiſpoſitio baptizati eſt in cauſa, non baptiſmi excellentia. Alioquin præſtantia illius inſenſibilis baptiſmi Nota in baptizato bono baptiſmum faceret meliorem, quia ipſum ſcilicet prodeſſe de certo faceret ad ſalutem. Quo contra in prædicto quarto,* capite. 33. AVGVST. Nec ſi unus catho- Aug. To. 7 lib. 2. licus ſit bonus,alius malus, in malo malus eſt baptiſmus,& in bono bonus, ſed in utroque bonus. Sicut lumen ſolis, uel etiam lucernæ, non utique deterius eſt in oculis deterioribus,quàm similitudo. in melioribus, ſed idem in utriſque,quanuis eo diuerſè pro illorum diuerſitate uel lætificet,uel exruciet. Hæc Auguſtinus. AVCT. Iuxta hanc fidem eccleſiæ & Auguſtini comparantes gratiam ſacramenti baptiſmalis ad lumen ſolis in oculis ſanis & ægris, uidetur mihi baptiſmo Chriſti ineſſe quandam gratiam ſpiritusſancti actiuè ſemper ſanctificatiuam,& regeneratiuam ſalutis in ſuſceptiuo diſpoſito. Quod ſi non regenerare contingat, non ideo deeſt ei ſanctificationis actiuitas, ſicut nec adamanti uirtus attractiua ferri, quamuis non attrahat ſibi teſtam. Hæc autem gratia cauſaliter ineſt ad inuocationem miniſtri per uirtutem ſanguinis Chriſti, & ſancti ſpiritus largitatem. quem admodum in libro primo de ſpiritu ſancto* ca Amb. To. 2. pite. 6. AMBR. docet dicens, Habes in e- *ca. 7. uangelio,quia angelus ſecundum tempus deſcẽ natatoriã debat in* piſcinam, & mouebatur aqua,& qui Io. 5. prior deſcendiſſet in natatoriam, ſanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, niſi deſcenſionẽ ſpiritusſancti nuntiabat, quæ noſtris futura temporibus aquas ſacerdotalibus inuocata precibus conſecraret? Ille ergo angelus, ſanctiſpiritus erat nuntius, eo quòd per gratiam ſpiritualem medicina noſtris eſſet animis ac mentis languoribus deferenda. Eoſdem ergo & ſpiritus habet, quos Deus pater & Chriſtus, miniſtros. Hæc ille. AVCTOR. Hic agit Ambroſius de ſanctificatione aquæ baptiſmalis per aduentum ſpiritus ad inuocationis inſtantiam ſacerdotis. De ſanctificatione autem baptizati ſeorſum facit, cùm ſequitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod idem spiritus gratiam spiritalem aquis A in amicis eius,quàm in illo latrone posse videri
infundit,ut per hanc essent medicina animis no superfluum,ut aqua etiam tingerentur: in quibus iam donum spiritus sancti,quod nõ nisi baptizatos alios accepisse sanctæ scripturæ testantur:certo quoq; indicio, quod illis temporibus congruebat,cum linguis loquerẽtur,enumerat. Baptizati sunt tamẽ,& in hoc facto apostolica extat auctoritas: Vsqueadeò nemo debet in quolibet prouectu interioris hominis, si fortè ante baptismum usque ad spiritualem intellectũ pro corde profecerit, contemnere sacramentum, quod ministrorum opere corpotaliter adhibetur:sed per hoc Deus hominis consecrationem spiritualiter operatur. Nec ob aliud existimo munus Ioanni fuisse attributum, ita vt Ioannis baptismus diceretur, nisi vt dominus ipse, qui dederat,cum serui baptismum non spreuisset accipere,dedicaret humilitatis viam,& quanti pẽdendum esset suum baptisma,quo ipse baptizaturus*esset,tali facto apertissimè declararet.

3 stris,& mentis languoribus deferenda:& † Idcirco ad quemlibet baptizandum de nouo sanctificantur aquæ ex antiquo more ecclesiæ: ut per gratiã spiritus descendentis sanus fiat, qui prior descendit in fontem,a quacunque detentus fuerit infirmitate. Non tamen hoc semper requiritur fieri,sed solùm cùm sanus fieri uelit,qui sic descendit.Si enim hæresi tumeat,aut fictione deludat,baptismum quidem recipit consecratum à spiritu,sed spiritum non suscipit consecrantem.Idcirco duæ sanctificationes sunt aquæ & animæ ab uno spiritu:sed nulla necessitate connexæ.Ideo in sermone de festo Pentecostes, in tertia parte sermonum, & incipit, Aduentum spiritus. AVGVST.Hæc itaque(inquit)distinctio inter acceptionem baptismi,& acceptionẽ spiritus sancti,nos instruit,ne habere hos continuò spiritum sanctum putemus, quos habere baptismum non negamus. Quantò magis illos, B quos non solùm nulla charitas christianitatis armauit ? Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,non utique per nosipsos, sed sicut scꝛtur, per spiritum sanctum,qui datus est nobis. Hæc ille. AVCTOR. Ordinata sunt ergo in sacramẽto aqua consecrata ex aduentu spiritus sancti,& mens mundata in aqua per spiritum sanctum.

Spiritus sãctus duo sãctificat, aquam, & animam.

August.

Rom.5.

Nec mens mundatur etiam per aquam & spiritum sanctum aquas mundantem, nisi per aquã spiritus animam penetret:nec aqua non sanctificata per spiritum,mentem utique spiritu sancto plenam à reatu purificat.Libro.1. de sacramentis AMBROSIVS.Vidisti(inquit)aquam,sed nõ aqua omnis sanat:sed aqua sanat,quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum,aliud cõsecratio. Aliud opus,aliud operatio. Non sanat C aqua,nisi spiritus sanctus descenderit,& aquam illam consecrauerit:sicut legisti, quòd cùm dominus noster Iesus Christus formam baptismatis daret,venit ad Ioannem : & ait illi Ioannes: Ego à te debeo baptizari,& tu uenis ad me?Respondit illi Christus.Sine modò. sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Vide quia omnis

4 † iustitia in baptismate constituta est. Hæc ille. AVCTOR. Optimè deducit Ambrosius diuinam scripturam,ut cõcludat in sacro baptismate constitutam omnem iustitiam. Quomodo ergo baptismus spiritus sancti,quem signat Witcleff sine baptismate omnem aufert reatum sine aqua consecrationis, & operatur in habente

5 iustitiam?Sana † fides dictat neminẽ debere tantùm in spirituali prouectu mentis confidere, ut putet se ex illa iustum esse,& non egere baptismate.Vnde libro quarto contra Donatistas*ca. 36. AVGVSTI. Multò magis in Cornelio,&

Amb. To.4 cap.5.

Matth.3.

**cap.22. Aug.To.7. Act.10. Luc.23.*

Videbat enim tanquam peritissimus medicus salutis æternæ,quorundam non defuturum tumorem,qui cùm intellectu ueritatis, & probabilibus moribus ita profecissent,ut multis baptizatis uita atque doctrina se proponere minimè dubitarent,superuacaneum sibi esse crederent baptizari:quando ad illum mentis habitum se peruenisse*sentirent,ad quem multi baptizati adhuc ascendere conarentur.Hęc ille. AVCTOR. Planus est Augustini processus de gratia baptismali,in qua tantum iustitię spiritualis exuberat, ut quantuncunque quis spiritu sancto sit plenus, quantumcunque prouectum spiritus senserit in interiori homine,& probatis moribus polleat, non potest superuacuum putare baptismum aquæ, sine quo omnino nihil proficit, immò multum efficit, quod accepit. Et est fortissimum inter motiua, quòd ipsum satis de necessitate requiritur:quòd si uoluntate defuerit, infert damnationis interitum. Nam si necessitate Deus supplet omnipotens, quod per necessitatem defuit uoluntati:quid hoc requiritur supplendum esse per Dei gratiam,quod non exigit Deus fieri per seipsumẽ Eodem in libro quarto, uersus finem. AVGVST. Et sicut in illo latrone,quod ex baptismi sacramento defuerat,cõpleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia,uel contemptu,sed necessitate defuerat: sic in infantibus, qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est: quod non ex impia uoluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam possunt,nec ore cõfiteri ad salutem. Ideo cùm pro eis alii respondent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti,ualet utique ad eorum consecrationem : quia ipsi respondere non possunt.

Hæc

Hæc ille. AVCTOR. Omnino ergo necesse est A ut fiat,quod omnipotentis benignitas semp ne cesse ducit ut suppleat, si quid reperiat uoluntatis. Eandem ergo gratiam,necesse est inesse baptismo,cùm percipitur,quam recompensat omnipotens,nõ potenti,sed uolenti percipere. Sed Witcleuista sophisticat:si non est baptismus sine gratia:quicunque ergo sortitur baptismum, consequitur gratiam. Idem est,ac si quis argueret:si uerba Christi non erant sine ualida gratia ergo quicunque percipiebat uerbum, percipiebat utique gratiam. Est igitur gratia causaliter sita in Christi uerbis,aut consocia Christi sacramentis,quæ de necessitate non deerit. Est & gratia effectualiter participata à suscipientibus sacramenta cum fide firma in pace ecclesiæ. Et

6 † ipsa quidem deesse potest aburentibus sacro, quanuis uirtus gratiæ causalis non defuerit sacro. Quemadmodum li.7.contra Donatistasde baptismo,responsione.17.docet AVGVSTI

Aug.To.7 cap.19.

7 NVS.Si † baptismi gratiam hoc esse dicis, quod est baptismus,est apud hæreticos:si aũt baptismus sacramentum est gratiæ,ipsa uero gratia abolitio peccatorum est,non est apud hæreticos baptismi gratia.Hæc ille. AVCTOR. Optimè B distinguit Augustinus de gratia sacramenti,& de sacramento gratiæ.Gratia.n.sacramenti sacramentum non deseruit,sed siuè ministret hæreticus,siuè perfido ministretur,sicut est integrũ sacrũ,ita est integra gratia sacramenti.Sacramentum autem gratiæ est,qũ in suscipiente apto efficit quod figurat:ipsam,scilicet,gratiam & ablitionem culparum. Quod utique quanuis in puerso suscepturo non statim fiat, fiet tñ per gratiam sacramenti,quæ per characterem præsens est,cùm ad Deum,cuius est & gratia,& sacramẽtum,se conuertit. Ibidem*responsione.36.ad Felicem à gurgitibus AVG. Imo licitè* incipiunt habere ad salutem,quod illicitè habebant ad pniciem. Quia sub eodem baptismo iustificatur, cùm se quisque ad Deum ueracꝛ corde conuerterit,sub quo iudicabatur,quando id accipiens, seculo solis uerbis,& non factis renunciauerat. I Hæc ille.

*c.18. Aug.To.7 *incipiãt*

¶QVOD PARVVLI AD BAPTIzandum delati, si præueniantur morte,peribunt. Ca. XCIX.

SVMMA.

1 *Paruuli ad baptizandum delati,si morte præueniantur,quod pereant,contra Wicleff ostenditur.*

2 *Augustini responsio ad argumẽtum ueterani cuiusdam hæretici. Et quid de baptismo dicat ibi.*

Carthaginensis concilij decretum aduersus Pelagianos hæreticos, promittentes paruulos, etiam si non baptizentur,habituros uitam aternam.

3

Concilia episcoporum plura quid de paruulis nõ baptizatis dicant,ab Augustino refertur. Et quid item Romani pontifices,Innocentius, & Zosimus de hac re decreuerint.

4

Augustini plana fidei ecclesiæ determinatio de paruulis non baptizatis.

5

COMMOVET non modicum fideles populos,quod de infante nõ baptizato eodem loco pererrat, noĩs definire eum periturum,aut item salnandum:& definientes in hac materia,præsumptuosos sine omni exceptione appellat, & stolidos,non se fundantes. Argumentum eius tertiũ *Wiclef.* est.11.cap.trialogi. Delato infante fidelium ad ecclesiam,ut secundum Christi regulam baptizetur,& deficiente aqua,uel requisitis alijs,stãte pia intentione totius populi,interim mortuo naturaliter mutu Dei,ur graue damnationem in fantis huiusmodi definire.Rñdet in capitulo sequenti.Concedo,ꝙ si DEVS uoluerit, põt damnare infantem talem,& si uoluerit,põt ipsũ salnaremec audeo partem aliquam definire: nec laboro circa reputationem,uel euidentiam in ista materia:sed ut mutus subticco. Sequitur. Illi autem,qui ex auctoritate sua sine scientia in materia ista definiunt:tanquam præsumptuosi,& stolidi non se fundant.Hæc Witcleff. AVCT. Quid autem est & hoc sub compendio, nisi quod sacra synodus in hac sua conclusione collegit.ca. 21.Definientes paruulos fidelium sine sacramẽtali baptismo decedentes,non fore saluandos, sunt in hoc stolidi,& præsumptosi. Quantum aũt distet hic error ab errore Vincentij,iudicet iam fidelis.Est.n.sextus in ordine, ut recitat libro primo de natura animæ ad eundem, AVG. Noli † credere,noli dicere,noli docere infantes antequàm baptizantur morte præuentos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum,si uis esse catholicus. Exempla.n.quæ te fallunt,uel de latrone,qui dominum confessus est,uel de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate,nihil tibi ad huius erroris sententiam suffragantur.Latro quippe ille quanuis potuerit iudicio diuino inter eos deputari, qui martyrii confessione purgantur,tamen etiam utrum nõ fuerit baptizatus,ignoras. Hæc ille. AVC. Dic mihi iam quid refert definire,quòd infantes priusquàm baptizentur morte præuenti non possunt ad indulgentiam originalium peruenire,& non

Augustin. li.3.de Anima & eius origine.c.9 Qui liber 2 primus ad Vincentiũ Victorem. To.9

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt salui esse? Quam autem stolida, quámq; præsumptuosa sit definitio ista tua contra definitores euangelicos, definitè scire poterit, qui tuult auctoritatem suam grauissimam, & scientiam suam perscrutari. Augustinus scio postquã dubitauerit, ueritatem illã cum certitudine desiniuit. Nec putauit quenquam tàm inuidum, qui suæ certitudini murmuraret: libro de bono perseuerantiæ circa medium, ubi dicit. Si enim quã do libros de libero arbitrio laicus Romæ cœpi, & in Aphrica presbyter explicaui, adhuc de dãnatione infantium non renascentium & de renascentium liberatione dubitarem, nemo (ut opinor)* esset tàm iniustus, atque inuidus, q̃ me proficere prohiberet, atque in hac dubitatione remanendum mihi esse iudicaret. Sequitur. Absit ut causam parulorum sic relinquamus, ut nobis esse dicamus incertum, utrum in Christo regenerari si moriantur paruuli transeant in æternam salutem: non regenerati autem transeãt in mortem secũdam* Quod scripum est: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homine pertransijt, aliter rectè intelligi non potest. Hæc ille. AVCTOR. Ecce qui subtices. Ecce surde & mute spiritus. Absit, dicit Augustinus, ut causam paruulorum sic relinquamus, si dicamus nobis incertum, si regeneratus sic decedẽs transeat ad uitam: non regeneratus ad mortem secũdam. Nunquid Augustinus per te, condemnatur cum alijs ut præsumptuosus, & stolidus? Sed audi plures, quos nuncupas stolidos. Primò omnium manu sua conducent auctoritatem illam robustissimam, quam Deus in euangelio tanquam legem certissimam in hac re generaliter definiuit, cum diceret: Prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Quid dicis ad hæc? Iste paruulus tuus nec per se, nec per alios baptismaliter credit: quomodo non condemnabitur? Item si baptizatus esset, ui baptismi in credentinm foret numero computandus: qualiter ergo inter non credentes non computatur, si non taliter baptizetur? Hanc consequentiam penes Pelagianos hæreticos legalem approbat in libro tertio de baptismo paruulorum* capite tertio AVGVSTINVS. Et diximus (inquit) necesse est eos. s. paruulos baptizatos in credentium numero sine ulla tergiuersatione constituant. Consequenter igitur, si non baptizentur, inter eos, qui non credunt, eruntiac per hoc nec uitam habebunt, sed ira Dei manet super eos. Quoniam qui non credit filio, non habebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Et iudicati sunt. Quoniam qui non credit, iam iudicatus est: Et condemnabuntur, quoniam qui crediderit, & baptizatos fuerit, saluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. Hæc Augustinus. AVCT. Vides qualiter Augustinus à primo dato, q̃ paruuli per alios non baptismaliter credunt, consequenter peruenit ad hoc ultimum, q̃ necessariò damnabuntur. Nec nos prætereat argumentum, quod quidam agitant Witcleuistæ. Quia infans non potuit per se facere, & cæteri fecerunt quod poterant, non ergo deberet imputari pro culpa unde damnetur. Argumentum ueterani cuiusdam tale erat hæretici, & respondet Augustinus. Absoluat ergo eum contra christi sententiam, & eius apostoli, libro de natura & gratia, citò post principium. ubi Hæreticus. Huiusmodi (inquit) exemplis ostenditur, quales homines quidam tempore aliquo fuerint, non q̃ aliud esse non potuerint: Vnde & iure inueniuntur esse culpabiles. Nam si idcirco tales fuerint, quia aliud esse non potuerunt, culpa carent. AVGVST. Videte quid dixerit. Ego autem dico, paruulum natum in eo loco, ubi ei non potuit per Christi baptismum subueniri, morte præuentũ, idcirco talem fuisse, id est, sine lauacro regenerationis exisse, quia aliud esse non potuit. Absoluat ergo eum, & aperiat ei contra sententiã domini regnum cælorum. Sed non eum absolait apostolus, qui ait. Per unum hominẽ peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, Rectè ergo ea damnatione, qua per uniuersam massam currit, non admittitur in regnum cælorum: quamuis Christianus non solùm non fuerit: sed nec esse potuerit. Hæc ille. AVCTOR. Non potuisse suppono, quia solus forsitan in solitudine relictus. Et tamen tam per Christi sententiam, quam eius apostoli, morte secunda damnabitur: quia quanuis culpa careat, quia ad baptismum non uenit, quod nõ potuit, nõ tamen culpa caret unde damnetur, quam ex primo parente contraxit. Confirmatur euidentia, quia aut habet originale peccatum ex traduce, & hoc nulla uia nisi regenerando deletur: aut non habet, & ideo regenerationẽ nõ indiget: quod omnes tecum sic errantes necessariò concesserunt. Nisi dicas, sicut priùs, q̃ Deus insensibiliter forsan infundit gratiam remittendo culpam: quod item Pelagiani ante te dixerunt: & reprobat eos ex eodem dicto Christi lib. 6. contra Iulianum* cap. 3. AVGVSTINVS. Dixi (inquiens) q̃ huius concupiscentiæ reatum regeneratio sola dimittit, ac per hoc generatio trahit. Ac mox subiunxi. Ergo quod generatum est, regeneretur: ut similiter quia non potest aliter, quod tractum est remittatur. Frustra idem conaris obtege-

*Augustin. c. 12. To. 7. *est.*

** Quoniã quidem. Ro. 5*

Mar. 16.

** Vt dixi mus.*
**Cap. 2. Aug. To. 7*

Io. 3.

re, q̃ superfluum baptismum putatis in paruulis dicentes mysteriorum Christi gratiã multis locupleterem esse muneribus. Velitis nolitis, paruulos, credere confitemini in Christum per corda & ora gestantium. Ergo & ad ipsos pertinet dñi ea illa sententia. Qui non crediderit, condemnabitur. Qua cã, qua iustitia, si nullum trahũt originale peccatum? Hæc ille. AVCT. Hac ergo cã exhac iustitia euangelica si quia non baptizati nõ credant per corda & ora gestantium, hi ifantes peribũt: quia sola regeneratione dimitti potest originale peccatum, quod contrahant. Hæc est auctoritas euangelii: quam Augustinus edocuit, contra quam tu non tam mutes, q̃ militas: qñ nec unam partem, nec aliam reputas, uel cõcedis, sed subtices, dicẽte euangelio. Qui nõ colligit mecum, dispergit. Pelagiani† autem magistri tui in hac cã contra fidem deprehensi sũt dicere per magnum Carthaginense concilium ac cusati apud Innocentium Papam: ut gestũ illud aphca confirmaret auctoritas: & incipit epistola. Dño beatissimo & honoratissimo sancto patri Innocentio Papæ. & infrà. Paruulos propter salutem, quæ per Christum saluatorem datur, baptizandos negant: ac si eos mortifera ista doctrina in æternum necãt, promittentes, etiam si non baptizẽtur, habituros uitam æternam: nec periisse cum eis, de quibus Dominus ait, Venit enim filius hominis quærere, & saluare, quod perierat: quia isti inquiunt non perierant: nec ẽ qd in eis saluetur, uel tanto pretio redimatur: quia nihil est in eis uitiatum, nihil tenetur sub diabo li potestate captiuum. Nec pro eis fusus esse sãguis in remissionem legitur peccatorum. Quan quam per baptismum Christi etiam paruulorũ dicunt fieri redemptionem. Hæc ibi: ex libro De cretorum pontificum Decreto secundo. Innocentij Papæ. AVCT. Ecce sacrum Carthaginen se concilium non subticet fidem Christi. Anarhematizat omnes Pelagianos hæreticos, promittentes paruulos, etiam si non baptizentur, habituros uitam æternam: quos hac mortifera 4 doctrina in æternum necant. At† si fidem ipsam paruipendas tanti concilij, saltem quid episcoporum plura concilia: quid item Romani pontifices, Innocentius, & Zosimus de hac re decreuerint, attende: quod in epistola ad Optatum annotat AVGVST. dicens. Te autem si libenter uel patienter admittas (charissime frater) admoneo, ne in hæresim nouam minus cautus incurras, quæ antiquissima fidei stabilita molitur fundamenta, conuellere, aduersus Dei gratiam disputando, quam dominus Christus pusillis magnis ineffabili bonitate largitur. Cuius uel auctores, uel certè acerrimi, notissimique fuasores cùm Pelagius & Celestius extitissent, 5 concilio-

Mar. 16.

Matt 12. Lu. 11.

Carthaginense concilium.

Aug. ad Iul. To. 7

Lu. 13.

Ro. 5

Ioan. 3. 17 1. Ioan. 4. 9.

**Cã. 1. dist. 17.*

Io. 8

Psal. 146.

** scriptura rum.*

Io. 3

stimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

stimo firmissimam fidem Augustini ad Petrũ, A
ne possis cutquam dicere de reliquo esse illam re
putationem tuam:quam dictionẽ nusquam re-
peris in operibus Augustini ad sensum tuũ præ- 1
tensum:vbi pro ueritate symbolica ipsam redi
git ad hanc formam.libro, inquam,de fide ad
Petrum cap.27. AVGVSTINVS. Firmissi-
mè tene,& nullatenus dubites:non solùm homi
nes iam ratione vtentes,uerumetiam paruulos,
qui, siue in uteris matrum viuere incipiunt, &
ibi moriuntur,siuè iam de matribus nati, sine sa
cramento sancti baptismatis,quod datur in no
mine patris,& filij,& spiritussancti,de hoc secu
lo transeant,ignis æterni sempiterno supplicio
puniendos. Quia etli peccatum propriæ actio-
nis nullum habuerunt,originalis tamen peccati
damnationem carnali conceptione,& natiuita
te traxerunt.Hæc ille. AVCTOR. Planè deter
minat Augustinus fidem ecclesiæ de paruulis nõ
baptizatis:siue in uteris matrũ mortuis, siue de
iam natis,sed sacramento baptismatis non re- B
natis,iam propter peccatum non suum, nisi qa
contractum,ignis æterni supplicio puniendis.

¶QVOD AVGVSTINVS MVLTI
plici auctoritate non tantùm reputat, sed
definit paruulos quoslibet perituros,qui nõ sacramentaliter ba
ptizantur. Cap. C.

SVMMA.

Augustini multiplices auctoritates aduersus Witcleff adducuntur,quibus non tantùm reputat, sed definit paruulos quoscunque perituros,qui non sacramentaliter baptizantur. Et plura de hoc ibi per totum capitulum.

DIc mihi,dic palàm omnibus, qualiter nõ pudore suffusus ad terram pro
ieceris oculos,ne te videntes esse cõ C
fusum aspiceres homines, qũ glos-
sam illam tuam,unde fidem confunderes Augu
stini,dictasti,& dixisti,qp in libro suo de fide ad
Petrum solũ loquitur reputatiuè:quasi diceret,
sicut soles,non assertiuè.Aut quomodo non as-
serit,quod Petrum firmiter credere iusserit, firmi
terque tenere?Quomodo item nõ asserit,quòd
tantis auctoritatibus scripturarũ,tantis sanctio-
rum conciliorum,sanctorum episcoporum, ra
tionum quoque,& inuectionum, & imputatio-
nũ hæreticarum in partes aduersas ingerit,mo-
les cumulat,& concludit?Hoc idem dicis de eo
in libro de baptismo paruulorum, quòd ibi de
certifica damnatione paruuli sic delati,si nõ ba-
ptizetur,reputatiuè,non assertiue,uel definitiuè

Aug.To.3. de conf. d. 4. c. Firmissimè.

conclusit.Et frustra tunc librum illum in confir
mationem suæ assertionis assumeret in illo in-
uincibili libro suo de ciuitate Dei, libro deci- *Aug.To.1*
motertio,capite quarto,ubi.Si † quem(inquit)
mouet,cur uel ipsam patiantur,si & ipsa pecca-
ti pœna est,quorum per gratiam reatus abole-
tur: iam ista quæstio in alio opere nostro,quod
inscripsimus,de baptismo paruulorum,tractata
est,ac soluta. Hæc Augustinus.AVCTOR.Sed
cur non animaduertere potuit Augustinus, qp
aduersarius cum glossa nostri Witcleff libri il-
lius tractatum ac solutionem posset dissoluere,
dicens:Sed in hoc libro quo ad multa non asser
tiuè,sed reputatiuè procedis?Et erit anceps no-
bis tota auctoritas Augustini, sicut erat Mani-
chæis sacrarum auctoritas scripturarum.Quas,
ut Augustinus scribit, hic sumebant,hic damna
bant ad libitum.Sed iterum respice diligentius
mi Witcleff,qua certitudine prædictum librum
suum scripsit,ut alibi, ubi acerrima disputatio
uersabatur cõtra quendam à natura nostra Dei
gratia aberrantem,& tractatus incideret de hoc *Aug.*
dicto Ioannis.Non potest peccare,quia semen
eius in ipso manet,libro de natura & gratia citò
post principium.In libris (inquit) quos de hac *Iohn.To.1*
re ad Marcellinum scripsi,sicut potui, explicare
curaui. Hæc ille.AVCTOR.Ad hunc librum ec
ce remittit,ut sciatur quid de hac re ibi definit.
Non bene aduertis fines illius uoluminis. Dirige
paulisper oculos ad librum tertium:& ibi per
cipere cum poteris non alio sensu protulisse,q
dixit,nec posse,quàm in fide ecclesiæ. Illo enim
libro tertio,*capite sexto.AVGVST. Cætera *5
(inquit)quæ ibi dicuntur,si diligenter aduertã- *Aug.ibi*
tur,atque tractentur,sicut in primo duorum il
lorum librorum utcunque conatus sum, etiam
subobscurorum pariunt*uerum rerum ipsarum ne *Supra*
cessitate sermonem,non tamen poterunt alium
sensum habere,nisi per quem factum est,ut anti
quitus uniuersa ecclesia retineret,fideles paruu-
los originalis peccati remissionem per Christi
baptismũ consecutos. Vnde non immeritò bea-
tus Cyprianus ostendit,quàm hoc ab initio cre-
ditum,& intellectum seruet ecclesia. Qui cùm
paruulos à materno utero recentissimos iã ido-
neos ad percipiendum Christi baptismum asse-
reret,quoniam consultus fuerat utrum hoc ante
octauum diem fieri deberet,quantùm potuit
conatus est eos demonstrare perfectos: ne quis
quasi pro numero dierũ,quia octauo anteà cir
cunciderentur infantes,eos adhuc perficiendos
existimaret.Sed cùm magnũ eis defensionis pa-
trocinium præstitisset,ab originali tamen pec-
cato eos immunes non esse confessus est. Quia
sihoc negaret,baptismi causam, propter quem
percipiendum eos defendebat, auferret. Potes
ipsam

Cyprianus

ipsam epistolam memorati martyris de batizan A
dis paruulis legere,si uolueris.Neque enim po-
test deesse Carthagini. Verùm in hac etiam no-
stra quantùm præsenti quæstioni satis visum est,
pauca inde trãsferenda arbitratus sum,quæ pru
denter attende.Quantum uerò(inquit) ad cau-
sam infantium pertinet,quos dixisti intra secun
dum uel tertium diem,quo nati sunt, cõstitutos
baptizari non oportere, & considerandam esse
legem circuncisionis antiquæ,atque intra octa-
uum diem eum,qui natus est, baptizandum, &
sanctificandum non putares,longè aliud conci
lio sancto visum est.In hoc enim,quod tu puta-
bas esse faciendum,nemo consensit,sed uniuer
si potiùs iudicamus,nulli hominum nato mise-
ricordiam Dei & gratiam denegandam. Nam
Lu.19. cùm dominus in euangelio suo dicat,Filius ho-
minis non uenit animas hominum perdere,sed
saluare:quantũ in nobis est,si fieri potuerit, nul-
la anima perdenda est*. Aduertit ne quid dicat
Aduertis quemadmodum sentiat,non tantùm carni, sed B
animæ quoque infantis exitiabile esse atq; mor
tiferum, sine illo salutari sacramento exire de
hac vita? Vnde iam si nihil aliud diceret, intelli
gere nostrum fuit sine peccato animam perire
non posse.Hæc Augustinus. AVCTOR. Paten
ter ecce contra Witcleuistas reputationes eorũ
à se repellit,dicens: se non alium sensum in suis
uerbis habere de certa damnatione paruulorũ,
nisi quem antiquitus tota retinuisset ecclesia.Et
sicut pauloante probat in multis testimonijs le-
gis Christi clarissimis,& auctoritate diuina cer-
tissimis sine omni ambiguitate fundatum, di-
cens.His,atque huiusmodi alijs,quæ nunc præ-
tereo testimonijs,diuina luce clarissimis,diuina
auctoritate certissimis, nonne veritas sine vlla
ambiguitate proclamat,non solùm in regnum
Dei non baptizatos paruulos intrare nõ posse,
sed nec vitam æternã posse habere præter Chri
sti corpus?cui ut incorporentur,sacramento ba
ptismatis imbuuntur.Hæc ille.AVCTOR.Quis C
talia uerba pro Ieui reputatione,& nõ tota men
tis definitione proferret? Et item AVGVSTI
NVS. Nonne ueritas sine ulla dubitatione te-
statur,non ob aliud eos ad Iesum,hoc est, ad
saluatorem,& ad medicum Christum pijs ge-
stantium manibus ferri:nisi ut per medicinam
sacramentorum eius possint à peccati peste sa-
nari?Hæc ille.AVCT.Et post scripturarum au-
ctoritates, ad conciliorum sanctiones accedit,
decretum inferens,& astruens,Cypriani;hoc in
eo perpendens,& iubens attendere Marcellinũ,
quòd ideò ad octauum diem non censuit differ
re baptismum,ne certum inferret exitium pœ-
næ in paruulum dilatio baptizandi.Et item de
Cypriano resumit AVGVSTINVS.Portò si ẽt

Augustinus.

Aug.in fi. Ad Bonif. libri.

Aug.ca.5.

gratiuissimis delictoribus, & in Deũm multùm
ante peccantibus cum postea crediderint remis
sio peccatorũ datur & à baptismo atque gratia
nemo prohibetur,quanto magis prohiberi non
debet infans, qui recens natus nihil peccauit,
nisi qp secundùm Adam carnaliter natus,contа-
gium mortis antiquæ prima natiuitate contrax-
it? qui ad remissionem peccatorum accipien-
dam hoc facilius accedit,qp illi remittuntur non
propria,sed aliena peccata? Vides quanta fidu-
cia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tan
tus ista loquitur:quia hęc documenta certissima
ideò protulit.Sequitur & infrà. Quia iam nõ cõ
sulendum nec disceptandum,sed firmum, certũ
que habebatur, animam saluti æternæ perituã,
si hanc uitam sine illius sacramenti consequutio
ne finiret.Et quanuis ab vtero recentissimi paru-
uli solo reatu essent peccati originalis obstri-
cti,quare illis & si multò facilior qp alienorum:
sed tamẽ esset necessaria remissio peccatorum:
his certis, illa incerta de octauo die quæstio dis
soluta est:atque in concilio iudicatum, homini
nato,ne in æternũ pereat,omni die debere suc-
curri.Hæc ille. AVCT.Attende,quòd etiam re
putationes tales certitudini repugnantes quan-
tum à se tantum à Cypriano defendat. Vides(in
quiens)quanta fiducia ex antiqua & indubitata
fidei regula uir tantus ista loquitur.Ita non tam
cæci sumus, quin videamus ipsi, qui legimus,
quanta fiducia fidem istam per totum hunc li-
brum de baptismo paruulorum,uir tantus loq-
tur Augustinus.Nec tanta ex parte cæcitatẽ hæ-
reticam Witcleff inducet in Israel, quin video-
mus ubi non omnimodè confidenter, sed sentẽ
tiam quasi formidando loquatur. Inferius enim
*cap.12.huius tertij in materia de anima homi *cap. 8.*
nis,quam Pelagius non uidit,qp ueniret ex tra-
duce:& ideo cunctanter loqui potiùs elegit,quã
fidẽter:ait AVGVSTINVS.Qua pp ego quoq; *Augustin.*
hic,ppositioni nõ præcipiti assertione rndeo.Si
anima non ex traduce:ergo quæ ista iustitia est
ut recens creata,& ab omni delicto prorsus im-
munis,ab omni contagio peccati penitus libe-
ra,passiones carnis,diuersosque cruciatus & qã
est horribilius,etiam demonum incursus in par
uulis sustinere cogatur?Hæc ille. AVCTOR.
Istud respondeo, non tamen assertiuè Pela-
gio obijcit: qui etiam nec partem aduersam
fidenter, sed potiùs cunctanter assumpsit.Neu-
ter illorum nouellam fabricam tuæ reputa-
tionis, sed ad rem dicendam aptiùs, & saga-
ciùs cunctanter,& non fidenter, uel assertionis
præcipitis nerba conducuntur. Tu autem,qui
nouorum terminorum tibi, & tuis uideri gau-
des astructor,reputationes tuas in antiquis &
ratione catholica priùs fundare, quã proferre
debebis.

debebis. Verumtamen ut hoc ultimum de anima A
non assertiuè pronunciat, & hoc nos monet: de
certa damnatione pueri non renati sententias
multas eloquitur: & nunquam monuit, quin desi
nit. Vis autẽ scire quid assertiuè dixerit? Verum
quòd omnis uestra disputatio in hac re ad hoc
nititur, ut infantes baptizari supsluò uideantur:
quamuis hoc planè dicere non audes. Vnde præ-
*13. Aug. To. 7 dicto libro tertio * cap. 16. AVGVSTINVS.
Id enim agit illa disputatio, cuius nouitatem an-
tiqua ueritate intendunt: ut infantes omnino su
perfluò baptizari uideantur. Sed apertè hoc non
dicitur: ne tàm firma salubriter ecclesiæ consue-
tudo uiolatores suos ferre non possit. Hæc ille.
AVCTOR. Certum est: hoc idem concipiens
apud se Witcleff non audet definire, si non ba-
ptizetur infans delatus q̃ pereat, imò catholicos
hoc definientes præsumptuosos redarguit. Cur
hoc, nisi quia si non boptizatus non pereat, fru-
stra baptizatur ne pereat? Quare item hoc sub-
Aug. To 7 lib. 6. ca. 1. ticet, nisi sicut ait AVGVSTINVS, apertè hoc
non dicitur, ne tàm firma ecclesiæ consuetudo
uiolatores suos ferre non possit? Sic suprà con-
tra Iulianum obiecit. Frustra (inquiens) identidẽ
conaris obtegere, quòd superfluum baptismum
putatis in paruulis. Obtexit Pelagius, obtexit
Iulianus alumnus eius, obtexit item Witcleff,
illi abditis uerbis, iste silentio. Sed frustra conan
tur obtegere, scientibus orthodoxis, quòd super
fluum baptismum putauerunt in paruulis. Nec
item desinunt quidam sectatores Witcleff eum
sic obtegentem contegere, & dicere, quòd in ca-
su suo res specialiter agitur, quæ auget difficul-
tatem, nec per ista generalia uerba dissoluitur.
Pietas, scilicet, & deuota uoluntas gestantium in
fantem prædictum. Cur ergo non supplet baptis
mi uicem in paruulo pietas ipsa gestantium, quia
nullam habet propriam, sicut fides eorũ cõfert
eidem, qui nullam habet propriam? Sicut enim
pro baptizando respondent, Credo, ita pro eo-
dem spondent, Volo. Item in adulto requiritur,
vt vtrũque per se respondeat. Et si corde credat
ad iustitiam: & necessitate sacramentum amit-
tat, quod omnino desiderat, supplet omnipotens
Deus, quod necessitate, non voluntate differ-
tur. Cur ita non proficit paruulo aliena volun-
tas, sicut propria prodest adulto, cùm fides æquè
proficit aliena? In his scrupulis fidei præualeat
certitudo authẽtica traducta de primæuis eccle-
siæ. Et iuxta mores eius statim elicienda est ve-
ritas: iuxta quam ecclesia moderna definit, quòd
alienum originale peccatum per alienam fidem
Nota & pietatem tolli potest paruulo in baptismo, si-
ne baptismo non potest: quia fidem non habuis
se censendus est, qui fidem, nec propria cõfessio
ne desiderando baptismum, nec aliena consequẽ

do baptismum patenter exhibuit. Breuiter dico,
baptismaliter nullus credit, nisi qui corporaliter
per se suscipit sacramentum: aut per se secũdum
animi pietatem spiritualiter assuit sacramento.
Alioquin enim reportat quisque quod gessit in
corpore. Quia si reportat commodum, quòd ba
ptizatus credit per alium: iustitia exigit, ut alie-
num originalis peccati reportet incommodum,
quia nihil credidit per baptismum. Est enim ra- Aug. To.
tio AVGVST. contra Iulianum libro sexto, *cap.
* capite undecimo, dicentis. Quomodo repor- *reportet
tat bonum, ut intret regnum Dei, si hoc * repor-
tet quisque quod gessit: nisi quia pertinet ad par
uulum etiam quod per alterum gessit, id est, cre
didit? Sicut itaque quòd credidit, pertinet ad eũ,
ut reportet bonum, id est, percipiat Dei regnũ:
sic ad eum pertinet, etiam si non credidit, ut re-
portet condemnationis iudicium: quia euange-
lica est & ipsa sententia dicendo, Qui non credi- Marc. 16
derit, condemnabitur. Sequitur. Vide ergo quàm
B importunè nolis paruulum de alieno peccato re
portare malum: & velis eum de alieno rectè fa-
cto reportare bonum, non qualecunque, sed Dei
regnum. Alienum quippe opus est, cùm credit
per alterum, sicut alienum opus fuit, cum pecca-
uit in altero. Hæc ille. AVCTOR. Ecce alienũ
opus fuit, quòd peccauit in altero: ita alienum
opus est, quòd credit per alterum. Vtrunque ve-
rum est secundum rationem operis operãtis. Sed
sicut quod alienum fuit, quòd peccauit in altero,
fecerat esse suum in corpore proprio, quod tra-
duxit ex altero: ita opus illud alienum, quòd cre-
dit per alterum, necesse habet in corpore facere
suum: aut in animo suo tingendo hoc per effe-
ctum, uel in necessitatis articulo per affectum.
Alioquin quantuncunque sint sancti, aut iusti pa
rentes, uel baiuli puerorum, nihilque ad eos per-
tinet, quòd credunt, uel offerunt ad baptismum,
si non proprio corpore lotionem accipiant, vel
C propria mente voueant quod non possunt, sicut
nec ad eos pertinere debuisset alienum opus pec
cati, si corpus suum non tetigisset infectio, aut
mens non inficeretur ex corpore. Lib. 3. * de ba-
ptismo paruulorum. ca. 15. AVGVST. Pro-
inde (inquit) quod ait Apostolus, cùm fideles mo
neret, ut se ab infidelibus coniugibus non disiun
gerent: Sanctificatus est enim uir infidelis in vxo- Aug. To. 7 1. Cor. 7.
re, & sanctificata est mulier infidelis in fratre:
Alioquin filii uestri immundi essent, nunc autem
sancti sunt. Sequitur. Illud sine dubitatione tenen
dum est quæcunque illa sanctificatio sit, non ua-
lere ad Christianos faciendos, atque ad dimitten
da peccata, nisi * Christiani, & ecclesiastici insti-
tutione sacramenti efficiantur fideles. Nam nec
coniuges infideles, quàmlibet sanctis & iustis cõ
iugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ
à regno

à regno Dei separatos in damnationem uenire
compellit. Nec paruuli de quibuslibet sanctis
iustisque procreati, originalis peccati reatu ab-
soluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati. Pro
quibus tanto impensius loqui debemus, quantò
pro se ipsi minus possunt. Hæc ille. AVCT. Aper
tè Augustinus difficultatem Witcleff euiscerat.
Quantùlibet enim sancti, aut iusti sint parentes,
Nota. aut paruulos gestantes in ecclesiam, quãtolibet
ardore baptismum eorum desyderent, si non sa
Marc. 16. cramentaliter baptizentur, cum non credenti-
bus censebuntur illis, de quibus dicitur, Qui ue
rò non crediderit, condẽnabitur. Illud enim, qđ
pro eis respondent, aut, credo, aut, baptizari uo
lo, ad sanctificationem eorum ualet in mente, si
visibiliter assit in corpore: quod itidem non ua-
Rom. leret adulto, qui in potestate habet vtrunq; cor-
*cap. 24. de, s. credere ad iustitiam: ore item confiteri ad
Aug. To. 7. salutem. lib. 4. de baptismo *. capi. 38. AVGV-
STINVS. Cum pro eis (supple paruulis) alij re
spondent, ut impleatur erga eos celebratio sa-
cramenti: ualet utique ad eorum consecrationẽ:
quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, q
respondere potest, alius respondeat, nõ itidem
ualet. Ex qua regula illud in euangelio dictum
est: quod cũ legitur, omnes naturaliter monet,
Io. 9. Aetatem habet, ipse pro se loquatur. Hæc ille.

¶QVALITER WITCLEFF PERuertit textum euangelij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: & q-bus erroribus se immergit. Cap. CI.

SVMMA.

1 *Vuitcleff, qui peruertit textum euangelij, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. dicẽs intelligi de aqua, quæ effluxit de latere Christi, & non de aqua baptismali, confutatur.*

2 *Vuitcleff quomodo uincat Pelagium, & Vincentium hæreticos, ostenditur. &c.*

Pontem aquæ regenerantis in uitã ęter
nam, quem Christus in Euangelio suf
ficienter, & efficiẽter effodere digna
tus est, cùm diceret, Nisi quis rena-
tus fuerit ex aqua & spiritusancto non potest in-
troire in regnum Dei: sophisticè obstruunt Wit
cleuistæ, sicut puteos Abrahæ inuidi Palestini.
Quarto trialo. cap. 11. Quantum (inquit) ad fi-
dem scripturæ. Ioannis. 3. Nisi quis renatus fue
rit ex aqua & spiritusancto &c. Probabiliter po
test dici, q̃ Christus loquitur de aqua, quæ fluxit
ex suo latere, & de baptismo tertio. Quia certũ

A uidetur, q̃ homo martyrizatus pro Christo, li-
cèt non irroretur nouiter aqua baptismatis, est
saluandus. Ideo uidetur probabile ad illum sen-
sum negatiuã Christi intelligere, s. q̃ nemo po-
test introire in regnum cœlorum nisi baptisma-
te aquæ effluxæ. Hæc ille. AVCTOR. Cum
1 † omni reuerẽtia suspicio aquam illam, quæ flu
xit è latere saluatoris: non tamen euacuandam
puto aquam illam, quam Christus in prædicto
textu simul cũ spiritu sancto in sacramento con
iunxit. Nec est cuicunque fideli probabile ad il-
lum sensum aquam nostræ redemptionis intel
ligi. Idcirco in talibus expositionibus semp ca-
uenda est hæresis: q̃a p expositionũ suarũ abru-
pta dum fidẽ negligunt sermonis, Dei sacramẽ
tate corrũpunt. Dicente AMBRO. in expositione
epistolæ ad Romanos, textu, Sed regnauit mors Amb. To. 5
ab Adã. &c. Quia. n. (inq̃t), ꝓpria quis auctorita
te uti nõ põt ad victoriã, uerba legis adulterat,
B ut sensum suũ quasi p verba legis asserat: vt iam Ro. 5.
nõ rõ, sed auctoritas præscribere uideatur. Seq
tur. Postq̃ aũt à concordia animis dissidentibus
& hæreticis pturbantibus torqueri quæstiones
cœperint, multa immutata sunt ad sensum hu-
manum, ut hoc contineretur in literis, quod hoĩ
uideretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices
habent. Hoc aũt uerum arbitror, qñ & ratio, &
historia, & auctoritas obseruatur. Hæc ille. AV-
CTOR. Optimè cauet hæreticos sensus Ambro
sius: qui hoc uolunt cõtineri in literis, quod hoĩ
videatur. Sed uerũ sensum arbitratur esse de lite
ra, qñ rõ literæ, & historia, & auctoritas obser-
uatur. Sic ẽt dicit AVGVST. bonam expositionẽ Aug. To. 4.
fieri, quando fides uerbi seruatur illæsa. libr. 83.
quæstionum, * quæstione de Samaritana: ubi di- *Est quæst.
cit. De qua re id primũ tenendum est, quod in 64.
omnibus scripturis summa uigilantia custodiri
oportet ut secundũ fidem sit sacramenti diuini
C expositio. Hæc ille. AVCT. Nullo ergo modo
potest illa expositio dici probabilis secundùm Expositio
fidem, quæ fidem excludit, & rationem, & histo quando pro
riam, & auctoritatem illius uerbi: sicut iste nũc babilis est.
baptismi fidem de Christi uerbis nunc extrudit.
Mira res de proteruia ista hæretica. In sacramen
to eucharistiæ ex omni studio panem materia-
lem instaurat, ut panem gloriosum Christi cor
poris secundùm suam naturam euacuet: iam
aquam gloriosam in passione diffusam procu-
rat, ut aquam materialem à sacramento Chri-
stianæ regenerationis exterminet: nec illam cor
poraliter, & uisibiliter abluentem, sed virtuali-
ter tantùm: cõtra illum, quem Christus nostris
indidit ordinem sacramentis. Beatus AVGVSTI-
NVS reputat credibile esse, quòd latro beatus
ablutus erat corporaliter ab exiliente sanguine
& aqua de latere saluatoris, nec tamẽ destitit in
quirendo

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

quirendo, ꝙ etiam aqua nostri baptismatis potuit alicubi fuisse perfusus.* lib. 1. de natura animæ ad Vincentium, ad errorem sextum Vincentij, ubi dicit. Nam ut omittam, quod creditur, aqua simul cum sanguine exiliente de latere domini iuxta confixus potuisse perfundi, atq; huiusmodi sanctissimo baptismate diluiri: quid si in carcere* fuerit baptizatus? quod & postea persecutionis tempore nonnulli e laneulo impetrare potuerunt. Quid si & antequam *regeneretur? Neque enim propterea illi publicæ leges parcere poterant, quantū attinet ad corporis mortem, quoniam diuinitus acceperat remissionem peccatorū. Quid si iam baptizatus in latrocinij facinus, & crimen incurrerat: & non expers baptismatis: sed tanquam pœnitens accepit scelerum ueniā, *quæ baptizatùs admisit? quādoquidem pietas tàm fidelis & domino in animo eius, & nobis in uerbis eius apparuit. Nā si eos, de quibus nō scriptum est, utrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac uita recessisse contendimus, ipsis calumniamur Apostolis, qui præter Apostolum Paulū quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed si ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod Petro beato dominus ait: Qui lotus est, non indiget ut lauet: Quid de alijs, de quibus uel tale nihil legimus dictum, de Barnaba, de Timotheo, de Tito, de Sila, de Philemone, de ipsis euangelistis, Marco, & Luca, de innumerabilibus cæteris? quos ablit, ut baptizatos etiam dubitemus, quanuis non legamus. Hæc ille. AVCTOR. Quid credis diceret Augustinus ad Witteleff, dicentem non oportere sic uel tunc baptizatum fuisse latronem: sed nec corporali illo fluxu de latere saluatoris: sufficit ꝙ uirtute illius, quod dubitare non licet, fuerat baptizatus? Accipe certum, dimitte incertum. Non obstant ista, quominus credibile satis putari possit, si non alio corporali latice, saltem de aqua lateris saluatoris corporali gurgite lotus erat. Vnde de natura animæ * ad Renatum AVGVSTINVS. Huc accedit (inquit) quòd non incredibiliter dicitur latronē qui tunc credidit iuxta dominum crucifixum, aqua illa, quæ de uulnere lateris emicuit, tanquā sacratissimo baptismo fuisse perfusum. Hæc ille. AVCTOR. Sed † & in isto magistrum suum uincit Pelagium, & sectatores illius, qui terrore illius uerbi deuicti, intelligentes de aqua baptismali uerba Christi: necessarium dixerunt esse paruulos baptizari ad intrandum regnum cælorum, sicut in libro primo de baptismo paruulorum.* cap. 17. AVGVSTINVS. Terrentur autem isti sententia domini, dicentis, Nisi quis renatus fuerit denuò, nō videbit regnū Dei. Quod cum exponeret, ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum cælorum. Et propterea conantur paruulis non baptizatis innocētiæ merito salutem, ac vitam æternam tribuere: sed quia baptizati non sunt, eos à regno cælorum facere alienos noua quadam ac mirabili præsumptione, quasi salus, ac vita æterna posset esse præter Christi hæreditatem, præter regnum cælorum. Hæc ille. AVCTOR. Noniori, ac multò magis inaudita, & mirabili præsumptione exponit hic Witcleff aquam de latere saluatoris, abiiciens aquam, quam saluator intendit, aquam, quam sanctum Philippum docebat eunuchus, cùm diceret. Ecce aquam, quis prohibet me baptizari? aquam de qua Petrus in actibus, Baptizetur unusquisque uestrum in nomine &c. Quam utique aquam saluator ingredi, & sanctificare dignatus est: de qua item Ioannes baptisma nostrum inchoans, & figurans: Ego (inquit) baptizo in aqua &c. Quam utique aquam in eisdem uerbis Christus intellexit baptismo discipulorum suorum iniungere, cùm diceret. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, non quidem de latere meo fluente aqua, sed aqua baptismali, ab aqua lateris mei habente virtutem. Pelagius ualde erat territus non sic intelligere uerba Christi, nè nimis perfidus haberetur toti ecclesiæ, quæ sic intellexit, & ab initio practizauit, sicue Christi traderat Apostolis, & ab ipsis obseruabant partes ecclesiæ usque ad tempora nostra. Quanta ergo temeritate iste Witcleff exoberat, qui ultra omnes seniores fideles, & perfidos, expositionem hanc nouellam in suggillationem aquæ baptismalis inuenit? Summatim dico: ipse de tanto uincit in hoc errore Pelagium, quantū ausus est cum catholicis ponere in paruulis originale peccatum, quod non dixit Pelagius, & illud non tollendum aqua sacramentalis baptismatis: quod nòn audebat Pelagius: nec item terrore illius uerbi Christi ad Nicodemum: ponere illud necessarium sacramentum: sed ad cumulum hæretis uerba Christi nouello superuestire sophismate. Ad proprium magistrum huius erroris mi Witcleff te remitto Vincentium. Ad quem libro. 1.* de origine animæ sic scribit AVGVST. Noli credere, nec dicere, nec docere aliquos eorum, qui sine baptismo Christi ex hac uita migrauerunt, interim non ire in regnum cælorum, sed in paradisum. Postea uerò in resurrectione mortuorum etiam ad regni cælorum beatitudinem peruenire: si uis esse catholicus. Hoc enim eis dare nec pelagiana hæresis ausa est, quæ opinatur paruulos non trahere originale peccatum. Quos tu quānuis sicut catholicus cum peccato nasci fateris: nescio tamen qua peruersioris nouitate opinionis sine baptismate saluari, & ob hoc peccato, cum quo nascuntur, absolui, & in regnū cælorum asseris introduci. Neque consideras in hac cau-

libro. 3. de orig. animæ cap. 9. Aug. To. 7.

fuerat

teneretur?

quam

Act. 9. Io. 13.

lib. 1. de orig. animæ cap. 9. Aug. To. 7.

2

cap. 20. Aug. To 7. Io. 3.

hac causa quantò deterius sapias, quàm Pelagius. Ille quippe dominicam sententiam pertimescēs, qua non baptizati in regnum cælorum non permittuntur intrare, licet eos, quos ab omni peccato liberos credit, non illò audet paruulos mittere. Tuverò sic contemnis quod dictum est: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: ut excepto errore, quo audes à regno Dei paradisum separare quibusdā, quos reos nasci sicut catholicus, credis sine baptismate mortuis: & illius reatus absolutionem, & regnum cælorum non dubites insuper polliceri. Quasi contra Pelagium in originali peccato astruendo tunc esse possis catholicus verus, si contra dominum fueris in destruenda eius de baptismo sententia hæreticus nouus. Nos te, dilectissime, non hic volumus hæreticorum authorem esse, vt error vincat errorem: & quod est peius, maior minorem. Hæc ille. AVCTOR. Collige iam singula, & vide si non sicut Vincentius suum Pelagium, ita Witeleff vincat Vincentium. Territus erat Pelagius dare paruulis non sacramentaliter baptizatis regnum cælorum, cùm tamen eos contrahere non sensit originale peccatum. Audax Vincentius concedit eos trahere primæuum delictum: sed non statim si non sacramentaliter baptizentur, quousque resurrectio compleatur, intraturos in regnum cælorum: medio tamen tempore possidentes paradisum. Superat ipsum Witcleff in eo, ꝙ assignat non renatis sine media requie regnum cælorum, & in eo quòd sensum uerborum Christi ad malignitatem suam peruertit, aquam exponens baptismum de sola aqua lateris Iesu Christi. Hoc nè Pelagius ausus est facere? sed nec iste Vincentius. Pariter autem superant in hoc errore Pelagium, quòd sine sacramentali baptismate concedunt aliis regnum cælorum, quos tamen trahere non dubitant originale peccatum. Deinceps audiamus, quomodo Witcleff exponat dicentem Apostolum: Quicunque baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus: saltem priusquàm istum locum corrumpat. Accedat quod in libro sexto contra Iulianum scribit *cap. 5. AVGVSTIN. Quicunque (inquit) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Hìc sunt paruuli, an non sunt? Si non hic sunt falsum ergo est, quod ait, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. quia non in morte ipsius baptizantur paruuli. Sed quoniam uerum dicit Apostolus, nulli intelliguntur excepti. Nam si de solis maioribus dictum putatis, qui iam *utantur libero arbitrio cùm dicat ille, Quicunque: frustra nos terret dominica illa sententia, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Habetis enim compendium magnum. Asseuerate & hoc de solis maioribus dictum, nequaquàm paruulos ista generalitate concludi. Et quod uobis est de quæstione baptismatis laborare, utrū sit uita æterna præter regnum Dei, an uita æterna priuandi sint innocētes tot imagines Dei, ac per hoc æterna morte plectenda? Si autem hoc dicere non audetis, quoniam vniuersaliter prolata est sententia: Nisi qs renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō potest introire in regnum Dei: eadem vos vniuersitas comprimit, dicente apostolo, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo & paruuli, qui baptizantur in Christo, quoniam in morte ipsius baptizati sunt, peccato moriuntur. Hæc ille. AVCTOR. De baptismo in aqua materiali concepit Augustinus Apostolum, & dicit, quòd frustra terreret nos dominica illa sententia, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. vbi nulli ab illa vniuersa litate Apostoli, siuè maiores, siuè paruuli intelligerentur excepti, cùm dicit, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Nam expone textum Apostoli, Quicunque baptizati sumus aqua mortui corporis eius. Adde quod sequitur: in morte ipsius baptizati sumus. Et nugas facis, quas non fecit Apostolus. Et idem erit, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus in morte ipsius: Et non terreret ista sapiētes plùs illa. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Sed nec illa sententia Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c.

Io 3.

Rom. 6.

Rom. 6.

Io. 3.

Matth. 18. Io. 3.

¶QVOD VERBVM CHRISTI AD Nicodemum intendit aquam sensibilem. Cap. CII.

SVMMA.

1. *Christi uerbum ad Nicodemum, quòd intendat aquam uisibilis sacramenti, Augustini authoritatibus probatur.*
2. *Baptismatis Christi figura, mare rubrum.*
3. *Aquæ elementari nostri baptismatis quomodo cō iunxit Christus uirtutem sui sanguinis, & gratiam spiritus.*
4. *Ambrosius quid dicat super illud Ioānis in canonica, Tres sunt, qui testimoniū dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt.*

EDeirco † fides ecclesiæ exponit illam renascentiam, & asserit ab ore Christi, & apostolorum eius per aquam regenerationis, aquam visibilis sacramenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

*cap.27. Aug.To.7.

cramenti, quemadmodum resumpta sententia Christi ad eundem Nicodemum. lib. 2. de baptismo paruulorum *cap.38. AVGVST. Sacramentum (inquit) baptismi profectò sacramentum regenerationis est. Quocirca sicut homo, qui non vixerit, mori non potest: & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest: ita qui natus non fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci potuisse non natum. Oportet autem, ut si natus fuerit, renascatur. Quia nisi quis natus fuerit denuò, nō potest videre regnum Dei. Oportet igitur vt sacramento regenerationis, ne sine illo malè de hac uita exeat, etiam paruulus imbuatur. Quod non fit nisi in remissione peccatorum. Quod etiam ipso loco Christus ostendit, cùm interrogatus quomodo possint ista fieri? commemorauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. Nu.21. 2 Cùm itaque per baptismi sacramentum morti Christi conformantur infantes, eos à serpentis morsu fatendum est liberari: si à Christianæ fidei regula nolumus aberrare. Hæc ille. AVGT. Attende non hic Augustinum vsum esse reputatione tua: sed totam hanc sententiam sub pondera fidei regulæ Christianæ dictasse. Demùm 3 attendas ordinem. Primò (inquit) renasci non potest, qui natus non est. Deinde cùm renascitur, tunc primò remissionem accipit peccatorū, uirtute mortis Christi, cui conformatur per sacramentum baptismi. Quod sacramentum nulli 4 ante te perfidi, uel fideles sophisticare audebant, ne aliud intelligeretur, quàm in uisibili elemento sacratum. Tu forsan audax es ita æquiuocare nobis sacramentum baptismi, sicut Christo esse renatum æquiuocas, dicens hoc probabiliter in aqua lateris eius, & Spiritu sancto probatè satis intelligi. Sed tunc quid oportet infantem priùs nasci, ex utero, quàm sic renasci? Et priùs renasci, quàm serpentis exaltatione à uenenato morsu serpentis, id est, ab originali crimine liberari uirtute mortis Christi? Quare non posset fœtus hominis rationali spiritu animatus, tot diebus gestatus in utero, priusquàm nascatur in seculo, tingi uirtualiter aqua lateris Christi? Cur non uel iam natus uirtute mortis Christi remissionem capere uetusti delicti priusquàm renascatur ex fonte? Fonte inquio sacramenti scaturientis ex uisceribus ecclesiæ, mystici corporis Iesu Christi, de cuius aqua præcipuè Christus ait. Nisi qs renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. ut exponit super Ioannem tractatu. 12. AVGVST. Ex aqua & spiritu oportet ut * nascamur propter regnum Dei. Si propter hæreditatem patris hominis temporalem nascitur: nascatur ex uisceribus matris carnalis: si propter hæreditatem patris Dei sempiternam, nascatur ex uisceribus

Io.3. Aug.To.9. *nascatur.*

A ecclesiæ. Sequitur Spiritualiter ergo nascimur, & in spiritu nascimur. Verbo, & sacramento ad est spiritus ut nascamur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo aqua ista una cum spiritu, unde oportet ut nascamur propter regnum Dei, in uisceribus ecclesiæ Christi est. Ipsum sacramentum uisibile est ipsum, cui una cum uerbo adest spiritus ut nascamur. An putas ex uerbo sacramentali & aqua lateris Christi in cælo unum fiat ecclesiæ sacramentum? Sed ergo planum est peritis fidelibus, quòd auctor iste nouellus exposuit quod nescinit. Alioquin dicat quare Christus non ibi sanguinem suum ponit, & dicens, Nisi quis renatus fuerit ex sanguine & spiritu &c. cum secūdum omnes scripturas in sanguine agni confirmatum est testamentum æternum, & in sanguine eius redempti sumus. Et huic acce Exo.12. dit, quòd mare rubrum figura baptismatis Chri 1.Cor.10. sti fuit. secundū illud Apostoli. Omnes sub Moy Aug.To.7 se baptizati sunt in nube, & in mari. Et sup Ioā. *homil.11. AVGVSTINVS. Iam mare, & qua re rubrum? significabat mare illud rubrum baptismum Christi. Vnde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine consecratus? Hæc ille. 3 AVCTOR. Sed hoc ergo nouerint omnes, q̄ elementari aquæ nostri baptismatis coniungant Christus (ut Damascenus loquitur) uirtutē sui sanguinis, & gratiam spiritus: ita ut hi tres unū sint in spirituali regeneratione uisibiliter consecrante. Propter quod dicit Ioannes in canonica. Tres sunt, qui testimonium dant in terra 1.Io.5. spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Sicut eximiè exponit in lib. 1. de spiritu sancto *cap.5. AMBROSIVS. Sunt (inquit) pleriq; qui in eo, *q̄ aqua baptizamus, & spiritus: nō putent aquæ, & spiritus distare naturam. Nec aduertunt, quòd in illo aquarū sepelimur elemento, ut renouati per spiritū resurgamus. In aqua enim imago mortis: in spiritu pignus est vitæ: ut per aquam moriatur corpus peccati, quæ qua C si quodam tumulo corpus includit: & per uirtutem spiritus renouemur à morte peccati renati in Deo. Et ideo hi tres unum sunt, sicut Ioannes dixit, Aqua, sanguis, & spiritus. Vnum in mysterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulturæ. Sanguis testis est mortis. Spiritus testis est vitæ. Si qua ergo in aqua gratia, non ex aquæ natura, sed ex præsentia est spiritus sancti. Hæc ille. AVCTOR. Hic uidetur Ambrosius perfidiam tuam refellere, sumens ex ea occasionem loquendi de fide. Sunt (inquit) qui nō putent aquæ & spiritus distare naturam: quia aqua baptizamus, & spiritu, id est, qui nō putent aquam illam à spirituali illa distare, quam Christus in passione effudit. Sed tandem aquam elementarem demonstrat, in qua velut tumulo sepelimur,

pelimur, ut per spiritum resurgamus: & hæc i- A magō mortis est. Augustinus suprà dixit, q̄ in il la conformatur infans morti Christi: trahentes utrique dictum suum ex illo Apostoli, Conse- Ro.6 pulti et per baptismum in morte. Si quam tamen gratiam habet aqua, ex spiritu habet, nō natura. Ita ut ex his tribus simul in unum complexis, aqua, sanguine, & spiritu, cōiungendo aquā, quæ simul fluxit ex latere Christi cum suo sanguine, unum constet Christianis gratiæ sacramētum. Nec est eis plena gratia sanguinis & aquæ Christi, imo nec spiritus consummata ad effectū remissionis criminum: nisi cùm ut Christus Aug.To.7 instituit, & Ambrosius suprà iam dixit, in illo a quarum sepelimur elemento, ut renouati p spiritum resurgamus. Nec hoc sciebant etiam Pelagiani declinare de paruulis. ca. 10. contra Iulianum li. 6. AVGVSTINVS. Aginus (inq̄t) gratias, quia hoc non putatis. Non enim ad regnum Dei natos nisi perfundantur admittitis. Atque B ita perfundi multò melius iudicatis esse, quā nasci. Sequitur. Non autem habere paruulos uitā nisi habeant Christum. Quem proculdubiò habere non possunt, nisi induerint eum eo modo, quo scriptum est, Quotquot in Christo baptizati estis, christum induistis. Hæc ille. AVCT. Ro.6 Ecce subridendo gratiæ agit Augustinus: quia Pelagiani non putant ad regnum Dei natos admitti, nisi perfundantur aqua baptismali, id est, renascantur uel sacramentaliter baptizētur. sed Iulianus malignatione hæretica terminum confundebat ecclesiæ, ut aptius subuerteret uerbi sensum. sicut eodem ca. 10. annotat AVGVSTI Aug. NVS. Non frustra crederes dicere uoluisse qđ renascitur, sed quod perfunditur. Vt quoniā dominum, & diabolum quasi partes inter se fecisse per nostrum sensum demonstrare cupiebas, partem Dei faceres nihil ate uerbi, uiliorem. Potuisti enim dicere quod renascitur. Potuisti postrēmò quod baptizatur. Hoc enim uerbū ex Græco latina consuetudo sic habet, ut non solēt alibi, nisi in sacramento regenerationis intelligi. Nihil horum dicere uoluisti, sed elegisti uerbū, quo fieret contemptibile quod dicebat. Hæc ille. AVCTOR. Ad hoc proficit ecclesiæ Christi contemptus eius hæreticus, ut hoc modo clarificaret nobis Augustinus, q̄ renasci, uel baptizari ex antiqua consuetudine Latinæ ecclesiæ, quā traduxit ex Græco, non solet intelligi, nisi de regeneratione sacramentali. Non ergo probabili 1 ter, sed improbè exponit Witeleff, renasci de a 2 qua lateris Christi, uel infusione spiritus sancti: cùm nisi de sacramento elementi uisibilis antiquo more ecclesiæ posit intelligi. Idcirco si Augustini disputationibus interfuisset, uictus dixisset se contra Christi sententiam capitalem de 4 baptismo sensisse, quando non renatis ex aqua baptismali & spiritu Christo negante, ipse concesit regnum cælorum. Sic enim magister eius in hoc errore Vincentius planè concesserit in uer bis, prout in suprādicto libr. 1.° ad eum recitat *li.3.de Ani. & eius ori. ca. 13. AVGVST. Dicis enim: aut si fortè quispiam re luctetur latronis animæ, uel Ninocratis interim temporariè collatum esse paradisum, nā superesse illis adhuc in resurrectione præmium regni cælorum. Quanquam sententia illa principalis Io.3. obsistat: quia qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum: tamen teneat etiam meum in hac parte nō Al.præsumtiosque. inuidētis assensum: modo misericordiæ præsciētiæque diuinæ & affectum amplificet & est. ctū Hæc uerba tua sunt. Vbi te confiteris consentire dicenti quibusdam nō baptizatis hic temporariè collatum esse paradisum, ut superfit illis in resurrectione præmium regni cælorum: contra fidem principalem, qua cōstitutum est non intraturos in illud regnum, qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Quam senten Io.3. tiam principalem timens uiolare Pelagius: nec illos sine baptismo in regnum cælorum credidit intraturos, quos non credidit reos. Tu autē & originalis peccati reos paruulos confiteris: & tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis, & in paradisum mittis: & postea etiam regnum cælorum intrare permittis. Hæc & huiusmodi alia si forsitan in tuis libris attentior & otiosior inuenire potueris, sine ulla dilatione iā corrige, si & animum catholicum geris. Hæc ille. AVCTO. Ecce corrigi iubetur, quod contra Christi sententiam principalem paruulos peccati reos sine lauacro regenerationis absoluit, & ad cælum finaliter mittit. Quanto magis corrigēdus ē Witeleff, qui totū hoc facit, & amplius errans, sententiam illam principalem sine C sensu lauacri regenerationis extorquet?

QVOD VISIBILI SACRAMENTO baptismi est sanctus homo quilibet abluendus: In quo qui credit, est sine dubitatione salnandus: qui uerò non sic crediderit, condemnandus. Cap. CIII.

SVMMA.

1 *Religio unde dicatur, secundùm Bernardum.*
2 *Hugo quid de fide sacramenti baptismi dicat. Et quam bene eam exponat.*
3 *Baptismi sacramento uisibili quòd etiam sanctus homo quilibet sit abluendus, contra Witeleff. Et quid de hoc dicat Augustinus.*
4 *Baptisma quid ex Gregorio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Baptismalis iustitia q̃ dicatur. Et plura de hoc ibi.*
6 *Ambrosius quid de Petri ablutione dicat.*

Witeleff.

INdifferentiam humanæ salutis per diuina sacramenta iam explicat Witeleff: cum sic concludit in prædicto quarto trialogi.ca.12. Cum iste baptismus sit insensibilis, & tantum nobis incognitus: videtur mihi imprudens præsumptio taliter saluationem hominis, uel damnationem ex baptismate definire: Hæc Witeleff. AVCT. Mira temeritas huius hæretici: quæ si discretè pensetur, multas hæreses superat, transilit in paganos. Sed dico si hæc sit imprudẽs præsumptio saluationem hominis uel damnationem ex baptismate definire: quaris expressius de quo baptismate? Iam enim tria signasti baptismata: flaminis, sanguinis, & fluminis. Baptismus ille insensibilis primus horum est. De secundo non sic præsumimus. De tertio ergo, qui in sacramento fontis expletur, imprudentiam nostræ præ- B sumptionis affirmas, quòd scilicet saluationem hominis ex eius susceptione, uel damnationem ex eius negligentia definimus. Quasi Witeleff iste corpus non habeat, sed purè sit spiritus, sic uisibilis, & corporalia omnia, à fide reijcit Christiana. Et nunquid quia Deus insensibilis fuit in Christo, & satis mũdo incognitus: ideo uidetur tibi imprudẽs præsumptio taliter saluationem hominis, uel damnationem, Christi incarnatione, & passione uisibili definire? Et nõne ideo oportuit exaltare non inuisibilem Deum, sed filium hominis, sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam? Et nonne cuncta hæc corporalia erant, nativitas Christi, passio, mors, & ascensio? & definita fide hoc credimus, q̃ ista non credens, sine dubio peribit? Qualiter non item talia credenda sunt fidelium, quis corporalia, & sensibilia sacramenta? Libro C suo de amore Dei in fine, BERNAR. ad hoc etiam in hac uita corporalium sacramentorum valet religio: quia cùm uix aliquid nisi *corporea & corporaliter intelligamus, quandiu in imagine pertransimus, corporalibus religamur sacramentis, ne à Deo recedamus. Vnde † & à religando religio dicitur. Enimuero fidelis anima talibus erudita, talibus non indigere incipiet, & a 2 corporalibus transire ad spiritualia, ad spiritualiũm corporum conditorem, hoc uerè erit exire a sarcinis. Hæc ille. AVCTOR. Respondet tibi ergo tota fides simul nostræ matris ecclesiæ. Hoc sine dubio credimus, hoc sine ambiguo definimus pro infallibili uero, quod ait infallibilis ueritas, cum iam ascẽsurus esset in cælos. Eũtes in mundum uniuersum, prædicate euange-

Bernardus li. de Natura & dignitate dil. c. 15.
**corpora & corporalia.*
Psal. 38 Religio unde dicatur.
Marc. 16.

A lium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Quis contradicit huic sententiæ? aut quis dubitat esse ueram? Velles nos formare reputationem tuam nouellam circa certissima uerba Christi, sicut ibi subiungis. Reputamus tũ absque dubitatione, q̃ infantes rite baptizati flumine, sunt baptizati tertio baptismate. Procul hinc cum reputationibus tuis hæreticis: quæ uelis nolis, dubijs nalidis sunt subiectæ. Nos iterum & indefessè repetimus, & repetita simpliciter uerba indubiè definimus, Qui credi *Marc. 16.* derit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uerò nõ crediderit, condemnabitur. Nullus ab hac sẽtentia excipiendus est, siue magnus, siue paruus. Quisquis non baptismaliter credit: siue per seipsum, si sit adultus: siue per alium, si sit parulus, ipse damnabitur. In expositione super Marcum ibi, BEDA. Quid hic dicimus de paruulis, qui p *Beda* ætatem credere nõ ualẽt? De maioribus nulla qõ est. Per alios ergo paruuli credunt in ecclesia sicut ex alijs trahunt peccata, quæ illis in baptismo remittuntur. Hæc ille. AVCTOR. An forte generalitatem definitionis nõ accipis, sed uis, ut baptizatos excipiamus à spiritusancto? Non ita. Ipsi.n. credunt, & baptizantur, qui fide media quantum possunt properant ad baptismum *Hugo Mon. li.* & si quandoque exteriùs baptizari non possunt. Vnde lib.2. de sacramen. parte.6. cap.7. HVGO. Qui crediderit (inquit) & baptizatus fuerit, saluus erit. Ecce ergo dubium non est, quin ubi fides est, & baptismus est, salus est. Et quid sequitur? Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Quare ita dicere uoluit? Quare nõ dixit: Qui nõ crediderit, & baptizatus fuerit, condemnabitur, sicut dixit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit? Quare? nisi quia credere uoluntatis est, & quia fides credere uolenti deesse non potest. Et idcirco in eo, qui non credit, semper prauæ uolũtas arguitur, ubi necessitas nulla esse potest, quæ ad excusationem prætendatur. Baptizari autem uolũtate esse potest, etiam quãdo nõ in possibilitate est. Idcirco iustè bona uolũtas cum deuotione fidei suæ, nõ despicitur, q̃ uis ab eo, quod foris est, sacramẽto aquæ percipiẽdo, articulo necessitatis præpediatur. Hæc ille. AVCTOR. Benè † exponit Hugo fidem sacrãmẽti baptismi esse bonam uolũtatem cũ deuotione percipiẽdi baptismatis sacramentum. Quisquis enim rectè credit tantam esse sacramẽti uirtutem, ut ea percepta, remissionẽ omnium peccatorum accipiat, omni mẽtis deuotione ad eam festinat, quæ utique fides, & *deuotio p æquialentiã pro baptismate cõpẽsatur. Q̃ ex eo probari potest, q̃ dominus, & institutor baptismi secũdũ prædicta Augustini, in tali mẽtis

B

1

2

**quis*

Marc. 16.

tis angustia uices supplet, ita ut semper uerũ sit, A & infallibile uerum, q̃ sine baptismi sacramẽto nullus saluabitur: quia sine ipso in se, uel sui iustissimo supplemento, & signato quisque dãnabitur. Valde ergo necessario, & sub salutis detrimẽto regritur, q̃d ẽ cum haberi non põt in se, haberi tñ per supplementum exigitur. Quæ uti *Io.3* que necessitas a tpe illius edicti Christi stabilis perseuerat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & **a.3. Aug. To.3* spiritusancto, non põt introire in regnum Dei. Libro de fide ad Petrum *ca.22. AVGVSTI. Ad regnum diuersis tpibus per sacra, quæ ad fidẽ incarnationis suæ Christus instituit, illi perue nerunt, quos Deus gratis nullo bonæ uoluntatis, uel boni operis merito præcedente, saluauit. *Io.3* Et ex illo tempore, quo saluator noster dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest uidere, uel introire regnum Dei absque sacramento Christi baptismatis, præter eos, qui in ecclesia catholica sine baptismate, p Christo sanguinem fundunt, nec regnum cælorum potest quisquam accipere, nec uitam æter- B **Quis* nam. *Quòd sine in catholica, siue in hæresi quacunque, uel schismate quisquam in nomine patris, & filij, & spiritussancti baptismi sacramentum accepit: integrum sacramẽtum accipit, sed salutem, quæ uirtus est sacramenti, non habebit si extra ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam redire, non ut sacramentum baptismatis iterum accipiat, quod nemo debet in quolibet homine baptizato repetere sed ut in societate catholica uitam æternam accipiat. Hæc ille. AVCTOR. Præfixum est tempus decreti: nullũ restat, amodo priuilegium liberandis a crimine, si non regenerentur aqua àtempore illo (dixit Augustinus) quo saluator noster dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Si adhuc auctoritatem huius li- *Io.3. Matth.28.* bri refugias, confirmauit eam finalis illa promulgatio legis editæ ore Christi ad discipulos, ita in C quientis. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Si omnes gentes, quis tàm spiritusancto replendus erit, ut se putet ab hac uniuersalitate seclusum? *Marc. 16.* At quia promulgata lex solet pœnæ additione firmari: ideo idem dominus ad discipulos iuxta Marcum, ait. Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Qui crediderit, inquam, efficaciam sacramenti in sanguine redemptoris, hic saluus erit. Et qui non crediderit, eam renuens tanquam superfluam, ipse condemnabitur. Quare? quia lex ista generalitate sua præfulgens in se in sui promulgatione, & in conclusione pœnæ omnem lo

3

cum excipientibus adimit, omnem præcludit instantiam. Dat† ergo mihi repletum spiritusancto, da sanctificatum ex utero, sit socius Ieremiæ, parificetur Ioanni: adhuc ut habeat completam gratiam requiritur habere uisibile sacramentum. Alioquin dic mihi, cur uterque horum cùm prius foret repletus spiritusancto ex utero matris suæ, postea tamen, ut susciperet signaculum legis, circuncisionem accepit? quam locum tunc habuisse nostri baptismi, nullus tam imperitus in sacris literis lector, nescit, ut existimat Augustinus contra Iulianum libro *To.6* sexto. Quæ tamen multò inferior erat nostro baptismate in munere gratiæ, quæ nec omniũ peccatorum reatum abstersit, nec aperuit ianuas paradisi. Si ergo tempore isto forent, nõ obstante baptismo illo flaminis, baptizari egerent baptismo sacramenti sensibilis, sicut sanctus Cornelius centurio, aut quantumcunque *Aug. ex* sanctus cathecumenus. Vnde planè scribit Ho- **tractatu* mil. decimatertia super Ioannem AVGVST. *Aug. To.9.* dicens: Adhoc autem uiam præbuit dominus Iesus Christus, ne quis arrogans, quòd habeat abundantiam alicuius gratiæ dedignetur baptizari baptismo Christi. Quantumcunque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat. Non illi dimittitur, nisi cum uenerit ad baptismum. Quo modo non caruit populus Israel populo Aegyptiorum, ni si cùm uenisset ad mare rubrum, hic pressura peccatorum nemo caret, nisi cùm ad fontem baptismi uenerit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quantumcunque cathecumenus proficit, adhuc portat sarcinam iniquitatis suæ, donec ueniat *Witeleff* ad baptismum. Sed fallitur Witeleff in scipso, cùm sic obijcit, Iste baptismus spiritus est insensibilis, alius est baptismus Christi in signo sensibili aquæ, in priori loco Trialogi. Quasi diceret. Primus est Baptismus Spiritussancti. Alius est baptismus in aqua materiali, quasi non etiam Spiritussancti. Dicente tamen *Io.3.* Christo, Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto. Multo felicior Christianus erat Petilianus hæreticus, qui adhuc idem distinguens baptisma per tres gradus, baptismum spiritus deputauit Christo. Libro 2. contra eum responsione. 31. AVGVST. Vnum dixisti ba- *Aug. To.3* ptismum in tribus gradibus consecratum, Aqua, Spiritusancto, & igne, tres personas per singula posuisti, Ioannem ad aquam, Christum ad spiritum, paracletum ad ignem. Et infrà. Dixisti enim, ipseque ignis paracletus crepitantibus flammis ardescens in Apostolos supervenit, quasi alius sit spiri tussanctus, quem dedit insufflando in faciem discipulorum, & alius, qui post eius ascensum in apostolos su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peruenit. Núquid ergo duo sunt Spiritussanctꝰ? Quis hoc nel demetissimus dixerit? Sequitur. Proinde nō Christus Spiritumsanctum dedit, & ignem paracletus, ut quasi compleretur quod dictum erat, in Spiritusancto & igne: sed idem ipse Christus Spiritumsanctum dedit, quem in terra positus, suo flatu, in cælo autem positus, linguis igneis demonstrauit. Hæc ille. AVCTOR. Magis ergo accedit Petilianus Euangelio Christi, qui Christo tribuit baptismum Spiritussancti, quàm Witcleff, qui inter illa distinguens, Christo solum cōcedit baptismum in aqua materiali. Verumtamen si in uno & eodem baptismate Christi baptismum in aqua, diuidat à baptismo Spiritussancti, sciat baptismum Christi nullum esse, qui sit uisibile sacramentum, nisi ꝙ inuisibiliter cōtinet gratiam Spiritussancti. Aqua enim sola lauacrum regenerationis nostræ non est. Accedat uerbum ad elementum, & fit sacramentum, dicit Augustinus. Et non quælibet aqua, sed quæ habet gratiā Christi ex illapsu Spiritussancti, illa sanat. Suprà, dixit Ambrosius. De qua item in Iob dicitur: ꝙ nō confertur tinctis in die coloribus. Super quo. 18. libr. Moralium cap. 27. in fin. cap. GREG. Baptisma, † id est tinctio dicitur ipsa nostra in aquam descensio. Tingimur quippe: & qui prius indecori eramus deformitate uitiorum, accepta fide, reddimur pulchri gratia, & ornamento uirtutū. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo cauillator Witcleff effugiet interpretando inuisibilem suum baptismum, i. baptismum flaminis, ad spiritum in baptismate fluminis: quia sine illo baptismus fluminis nullus est. Quia quamuis in illo fictus nō abluitur ad salutem, nō minus tamen præsēs est per sufficiētiam sacramenti. Etiam in ipso abluto per impressum characterem, causaliter cōtinet sacramentum: gratiam per se, quanuis nō hāc efficiat in suscipiente. Hæc ipsa gratia cōparata gratiæ priori cuilibet, qua repletur baptizādus, terminus est, & perfectio gratiarum. Gratia spiritus baptismalis præcedens quātumcunque sit grādis, sola conceptio gratiarum est, ista natiuitas: ut suprà dixit Augustinus ad Simplicianum. Vide ergo, quàtum prodest concipi sine natiuitate, tātum prodest baptizari baptismo flaminis absque secundo baptismate. Et per baptismum fortè primum efficitur homo aliquantùm iustus: isto autem secundò consequitur omnem iustitiam. Idcirco Ambrosius dicit eam omnem iustitiam ex uerbo Christi ad Ioannem. Sic decet nos adimplere omnem iustitiam. Vnde & Paulus hanc iustitiam intellexit ad Romanos, dicens, Iustitia. n. Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Vbi in expositione HAIMO. Iustitia Dei, id est, iustificatio, qua iustificat in se credentes, in Euāgelio manifestatur, cùm dicitur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, id est, iustus erit. Hæc est iustitia, qua omnes credentes dono patris, ac filij, ac Spiritussancti iustificantur. Quæ idcirco iustitia dicitur Dei, quia eam impertiendo fidelibus, iustos eos reddit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † iustitia baptismalis est euangelica illa iustitia, qua quilibet credens, & ritè baptizatus, saluus erit, id est, iustus, sine qua iustitia reus condemnabitur. Quantumcunque ergo illustretur quis Spiritusancto dei ante baptismum, solùm inchoatiuè est iustus, & per tendentiam uoluntatis in baptismi uisibile sacramentum accipit integrum omnis iustitiæ complementum. Sic Abraham priùs credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam: sed ut impleretur sua iustitia, & etiam in semine suo ad omnes gentes, signaculum circuncisionis accepit iustitiæ fidei. In de baptismo contra Donatistas lib. 4. ca. 23. AVGVSTINVS. Conijcere ueraciter possumus quid ualeat in paruulis baptismi sacramentum ex circuncisione carnis, quam prior populus accepit: quam priusquàm acciperet, iustificatus est Abraham: sicut Cornelius dono etiam Spiritussancti priusquàm baptizaretur, donatus est dicit tamen Apostolus de ipso Abraham, Signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, qui iam corde crediderat, & deputatū illi erat ad iustitiam. Cur ergo ei præceptum est, ut omnem deinceps infantem masculum octauo die circuncideret. qui nōdum poterat corde credere, ut ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per seipsum sacramentum multū ualebat? Quod in filio Moysi per angelum manifestatum est, qui cùm incircuncisus adhuc à matre ferretur, præsenti, & euidēti periculo ut circūcideretur, exactum est, & cùm factū esset, depulsa est pernicies. Sicut ergo in Abrahā præcessit iustitia fidei, accessit circuncisio signaculum iustitiæ fidei, ita in Cornelio præcessit sanctificatio spiritualis in dono Spiritussancti, & accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ natiuitatis die circuncisus est, præcessit signaculum iustitiæ fidei, & quod patris fidem imitatus est, secuta in crescente ipsa iustitia, cuius signaculum in infante præcesserat: Ita in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentum: & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio, cuius mysterium præcesit in corpore. Hæc ille. AVCTOR. Igitur si signaculum iustitiæ baptismalis circuncisio tantum profuit, cùm accessit præcedent. iustitiæ, quid designare dicemus? Et si ipsum per seipsum circuncisionis

Lu. 3

Iob. 28. Gregorius 4

Matth. 3.

Ro. 1

Haymo

Marc. 16.

5

Hom. 8. in fest. Spir. tus S. ante Baptismum effudit sanctificationis Vim post Baptismi effectum. Ro. 4 Gen. 17 Gen. 21 Gen. 15 Act. 10 Ro. 4

Gen. 17.

Exod.

Gen. 21

cap. 84. Aug. To. 4

nis sacramentum, non tam multùm ualebat: nō dubium non euadit periculum, qui putans sibi sufficere, quod accepit Spiritussancti donum, damnationem sibi certam, si sic discesserit, non desinit. Scio dominum sanctificare talem quandoque priùs inuisibiliter: sanctificat & homo post per suam ministerium, non in signo sensibili tantùm, sed item in inuisibili dono Spiritus sancti. Regeneratio enim non fit in aqua tantum, sed in aqua & Spiritusancto: Qui ergo donum primum accepit, ad hoc accepit, ut se præparet ad secundum. Instinctu enim suo secreto tunc spiritus admonet, quàm abundans sit secuturum donum gratiæ, quod succedet. Vnde & Euangelium docet, qualiter discipuli Spiritumsanctum acceperant, cùm sufflaret in eos Christus, & diceret, Accipite Spiritumsanctum &c. Sed quantò excellentius, & quasi inundanter totum gurgitem gratiarum acceperant, quando eundem Spiritum secundò in linguis igneis receperunt? Reuera idem spiritus est, sed longè uberiùs, & ad remissionem efficaciùs secundò sumitur in sacramento. Nec ignoro tamen aliquando profuisse quibusdam sanctificationem illam inuisibilem sine uisibilibus sacramentis, sed non ab institutionis tempore sacramenti, sed nec unquam cum sacramento æqualiter ad delerionem reatus culpæ, & ad introductionem gloriæ. De hac enim re quæstionem agit* cap. 69. in quæstionibus Leuitici, AVGVSTINVS. Quomodo (inquiens) Moyses sanctificat, & dominus? Non enim Moyses pro domino, sed Moyses in uisibilibus sacramentis per ministerium suum: dominus autem inuisibili gratia per Spiritum sanctum, ubi est totus fructus etiam uisibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione inuisibilis gratiæ, uisibilia sacramēta quid prosunt? Merito autem quæritur. utrū etiam ista inuisibilis sanctificatio sine uisibilib. sacramentis, quibus etiam uisibiliter sanctificamur, pariter nihil prosit, quod utique absurdum est. Tolerabilius enim est, ut quis dicat sine illis istam non esse, quàm si fuerit non prodesse cum in ista sit utilitas eorum. Et infrà soluit difficultatem. Proinde colligitur inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse, atque profuisse sine uisibilibus sacramentis: quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, ut alia tunc fuerint alia modo sunt. Visibilem ergo sanctificationem, quæ fieri per uisibilia sacramenta solet, sine ista inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen sacramentum uisibile contemnendum est. Nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest: Hinc est, ꝙ Cornelius, & qui cum illo erant, cum iam uisibiliter infuso Sancto spiritu, sanctificati apparent, baptizati sunt tamen. Nec superflua iudicata est uisibilis sanctificatio, quam inuisibilis iam præcesserat. Hæc ille. AVCTOR. Hoc intelligat iste Witcleff, qui dicit nos imprudenter præsumere, ꝙ saluationem, aut damnationē hominis ex baptismate definimus: cùm baptismus alius sit iam inuisibilis, & nobis incognitus: qua si sic posset operari salutem incognitam nobis sine uisibili baptismate. Audiat Augustinum dicentem, quòd non obstante inuisibili sanctificatione, si adsit, nō est tamen sacramentum uisibile contemnendum: quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Et libro suo de mysterijs AMBR. Ascendisti † de fonte. Memento euangelicæ lectionis. Etenim dominus noster Iesus Christus in Euangelio lauit pedes discipulis suis. Quando uenit ad Simonē Petrum, ait Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Non aduertit mysterium, & ideò misterium recusauit, quòd grauari humiliratem serui crederet, si sibi obsequium domini patiēter admitteret. Cui respondit dominus, Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. Quò audito Petrus, Domine, non tantùm pedes, (inquit) sed manus, & caput. Respondit dominus. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Mundus erat Petrus sed plantam lauare debebat. Habebat enim primi hominis de successione peccatum, quando eum supplantauit serpeus, & persuasit errorē. Ideo planta eius abluitur, ut hæreditaria peccata soluantur. Nostra enim propria per baptismū laxantur. Hæc ille. AVCT. Hic definit Ambrosius Petrum, quanuis iustum, & sanctum, abluendum tamen aqua baptismi ad tergendum originale peccatum, si uelit habere partem cum Christo. Ex hoc ergo, quòd uisibile sacramentum quis contemnit accipere, quòd nec inuisibilem baptismum acceperit, securè possumus definire. Et reuera ipse contemnit non solùm qui oblatum despicit, sed qui nolit accipere, cùm possit, & sic ex hac uita discedit. Vnde in fine libri quarti de baptismo contra Donatistas, AVGVSTINVS. Ostenditur (inquit) aliud esse sacramentum baptismi: aliud conuersionem cordis, sed salutem hominis ex utroque completi. Nec si unum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse, ut & alterum desit, quia illud sine isto potest esse in infante: & hoc sine isto potuit esse in latrone, complente Deo, siue in illo, siue in isto, quod non ex uoluntate defuisset. Cum uero ex uoluntate, alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Et baptismus quidem potest inesse, ubi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse, non percepto baptismo, sed, contempto

Act 10

Amb. To. 4 ca. 6. Io. 13.

Aug. ca. 25 To. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptismo,non potest.Neq; enim ullo modo dicenda est cõuersio cordis ad Deum,cùm Dei sacramentum contemnitur.Hæc ille.AVCTOR. Hoc iã repetit,quod prædixit. Nullo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cùm Dei sacramentum contemnitur.Qualiter autẽ cõtemnitur,parum antè expositum.Cùm ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuoluit.Cui ergo voluntate hominis baptismus nisibilis deest, ipse reatu pœnæ damnationis constringitur:sicut cui defuerit voluntate conuersio cordis per sanctificationem inuisibilẽ spiritus.

¶AD ARGVMENTVM DE MARtyrio,quo quis posset saluari ante baptismum. Cap. CIIII.

SVMMA.

1 *Responsio ad Argumentum Witcleff de martyrio,quo baptismi necessitatem euacuat.*
2 *Martyrium,an matus baptismate.*
3 *Peccatorum remissiones quantæ.*
4 *Baptismi plura genera recensentur ex Gregorio Nazianzeno, & Cassiodoro.*

VIDEATVR interim argumentum, quo baptismi necessitatem euacuat. Certum(inquit)uidetur,quòd homo martyrizatus pro Christo, licèt non irroretur nouiter aqua baptismatis, est saluandus. Ideo uidetur probabile ad illum sensum negatiuam Christi intelligere. Hæc Witcleff. AVCTOR. Hoc non sufficit, nisi etiam affirmatiuam consequenter exponas,quam in declarationem eius Christus assumpsit. Oportet (inquit)nos nasci denuò. Quæ est ergo prima natiuitas? Illa,de qua item subiecit. Quod natum ex carne,caro est. Quæ secunda? Et quod natum est ex spiritu,spiritus est.Quia ista est secunda,necesse est ut prima præcedat.Igitur (dicit AVGVSTINVS.)cum ecclesia q̃ antequã quis sit natus,nemo põt esse renatus. Et quare nõ renatus priusq̃ natus,si hoc est renatum esse, quod est in aqua Christi lateris lotum esse?Nũquid pro oĩbus hominibus ẽt paruulis in utero hæc aqua effusa est,licut & sanguis? Nec hoc tm̃,sed p multos annos portat hõ suum reatũ,si nõ suscipiat suũ baptismũ. Imò quis credat in Christũ,& baiulet crucẽ eius,si nõ sit particeps sensibilis lauacri,Christus nõ credit aquã lateris sui,nec seipsum illi.*Homil.11. sup Ioannẽ in principio,AVGVS.Opportunè occurrit, ut hodiè auditeris ex Euãgelio:quia Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spũsancto, non videbit regnum Dei.Tẽpus est,ut uos exhortemur, qui A estis cathecumeni:qui sic credidistis in Christũ, ut adhuc vestra peccata portetis. Nullus autem regnum cælorũ uidebit oneratus peccatis. Quia nisi,cui dimissa fuerint,non regnabit cum Christo. Dimitti autem non possunt,nisi ei,qui renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto. Hæc ille. AVCTOR. Sed cur hæc dicit ad catechumenos,qui iam credunt in Christum? Cur improperat,quòd peccata sua portent, nec dimittantur? Ex sibi dubio renati sũt ex aqua lateris Christi,& Spiritussancto, de qua intelligitur negatiua Christi.Sed adhuc ibi infrà addit AVGVSTINVS.Si ergo Nicodemus de illis multis erat, qui crediderant in nomine eius,iam in isto Nicodemo attendamus,quare Iesus se non credebat eis.Respondit Iesus,& dixit ei,Amen amen dico tibi,Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,nõ potest videre regnum Dei.Ipsis ergo se credidit Iesus,qui nati fuerunt denuò. Ecce illi crediderant in eum, sed Iesus non se credidit eis,Intendat, & intelligat charitas uestra.Si dixerimus catechumeno,Credis in Christum?respondet,Credo.& signat se, iam crucẽ Christi portans in fronte,& nõ erubescit de cruce domini sui.Ecce* credidit in nomine eius. Hæc ille. AVCTOR. De certo arguit Augustinus catechumenos non esse renatos ex aqua & Spiritu sancto,quia non sunt nati denuò. Et qualiter hoc cognosceret,si renasci foret inuisibiliter nasci ex aqua lateris Christi Iesu? Arguret enim unum ignotum per æquè ignotũ. Quid enim esset iuxta Witcleff,denuò nasci, nisi iam secundò in fide passionis Christi renasci ? Et sic tamen renati sunt,quia credunt:& cruce Christi frontem signant.Et tamen adhuc negatiua illa Christi permanent implicati.Vnde Iesus non se credit eis:quia denuo nati non sunt.Sed necesse erat, ut Pelagij discipulus scripturam Christi turbaret:quam item magister eius corrupit.Pelagius enim ipsam auctoritatem Christi ad hæresim peruertebat per regnum: Witeleff per aquam. Sed iste secundus eo perniciolius,quod cunctis patefecit aditum & uitæ æternæ, & regni cælestis per aquam inuisibilis sanctificationis. Pelagius hoc non audebat,sed non lotis aqua sensibili,paruulis duntaxat, uitam concessit æternam,regnum subtraxit. Vnde de DEI regno errauit:quia extra ipsum vitam cognouit æternam. Iam uideamus quid arguit. Certum uidetur, quòd homo martyrizatus pro Christo, licèt non irroretur nouiter aqua baptismaris, est saluandus.AVCTOR.Hoc confitetur ecclesia,si in fide dicatur ecclesiæ quemadmodũ filius eius dixit,lib.13.de ciuitate Dei ca.7.AVGVST.Nam quicunq; etiam nõ percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione

Fritcleff. Io.3.

*tractatu Augustini. To.9

Ioã3

Matt.x.

Aug.To.

*credit.

Fritcleff.

Aug.To.7.

Ioã.23.

Ioã.23.

Aug.To.

fessione moriuntur: tantum eis ualet ad dimittenda peccata, quantum si ablueretur sacro fonte baptismatis.Qui enim dixit, Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non intrabit in regnum cælorum:alia sententia istos fecit exceptos,ubi non minus generaliter ait, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est. Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.Hæc ille, AVCTOR. Attollat Witcleff oculos suos, & uideat martyres excipiendos ab hac sententia Christi. Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non intrabit in regnum cælorum. cùm intelligantur renasci ex regeneratione actuali, & per aliam sententiã Christi esse saluandos, Qui me confessus fuerit coram hominibus &c. Ab hac tamen excipiendi non essent,si renasci intelligendum esset in aqua effluxa de latere Iesu Christi.Nam qui potius renascuntur ex aqua lateris, quàm qui sanguinem suum fuderunt pro sanguine agni, qui simul manuit cum aqua de latere?Et tamen dicit non in hac sententia comprehendendos martyres, qui renasci non possunt ex aqua, & Spiritusancto. Ex qua aqua?Si effluxa de latere Christi, iã peccastu.Sed necesse est, ut dicas de aqua elementi baptismalis,de qua item re ipsa elementi renasci martyres nequaquam possunt: qui dolẽt etiam, quòd non possunt.Reuera & sic possunt,quod p se non possunt. Possunt quidem per baptismi vi cariam uoluntatem,aut passionem supplentem, sed non possunt per ipsam exteriorem ablutionem.Iterum audiatur quid arguit. Certum(inquit)uidetur,quòd homo martyrizatus q̃ Christo,licet non irroretur nouiter aqua baptismatis,est saluandus. Quid terminos sanctæ authoritatis extraneas?Quid dicis,irroretur,& non accipis Christi uerbum, dicens, nascatur: aut cum Apostolo,regeneretur?Sic Iulianus uerbum,perfundatur,extorsit.Et quidem idem intelligas per uerbum,irroretur, quod Christus in uerbo renascatur,peto probes assumptum, quia tunc assumis,quòd martyrizatus pro Christo, post præsens edictum Christi,licet non regeneretur aqua baptismatis actu,uel habitu,aut affectu, uel effectu,ipse interim est saluandus. Hoc ego renuo, hoc tota fides negat ecclesiæ. Sic enim intelligit ecclesia uerbum Christi. Vnde & beato latroni (dicit AVGVST.) baptismi sacramentum non defuit:quia voluntas adfuit, non potestas.libro. 4.de baptismo,contra Donatistas,cap.* 37.dicens,Quid autem ualeat,& quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio, sine qua tamen latro ille non fuit : quia non eius accipiendæ uoluntas defuit, sed non accipiendæ necessitas affuit.difficile est dicere. Nisi tamen pluri- A mùm ualeret, non seruti baptismum dominus accepisset. Verùm quia per se ipsa considerãda est excepta salute hominis, cui perficiendæ adhibetur, satis indicat,quòd & in malis etiam ipsa integra est cùm illi,nisi corrigantur,salutem habere non possint.Hæc ille.AVCTOR. ponderandum est quod dicit, sine corporali sanctificatione baptismi latro non fuit, qui sine uoluntate habendi non fuit.quanquam hoc non determinate potuit Augustinus dicere. Monit autem eum, quòd legislator promisit ipsi regnum: qui tamẽ non nisi renatis ex aqua & spiritu decreuit à proposito ipsum regnum. Et per hoc supplere docuit habitum animi, ut corpus renatum dici potuit in generali habitu uoluntatis.Libro 83.quæstionum quæstione. 62. AVGVST. Occurrit (inquit)animo latro ille,cui dictum est, Amen dico tibi:hodie mecum eris in paradiso,qui nec ipsum baptismum acceperat. Quanquam Cornelius,& qui cum eo ex gentibus crederant,spiB ritum sanctum,etiam priusquàm baptizarentur, acceperint : non tamen uideo quomodo & ille latro sine spiritusancto dicere potuerit, Memento mei domine, cùm ueneris in regnum tuum. Nemo enim dicit dominum Iesum, dicit Apostolus, nisi in spiritu sancto. Cuius fidei fructum dominus ipse monstrauit,dicens, Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiso.Quomodo ergo ineffabili potestate dominantis Dei, atque iustitia, deputatum est etiam baptismum credenti latroni, & pro accepto habitum in animo libero, quod in corpore crucifixo accipi nõ potest: sic etiam spiritussanctus latenter datur ante domini clarificationem.Post manifestationem autem diuinitatis eius manifestiùs datus est. Et hoc dictum est. spiritus autem nondum erat datus, id est, nondum sic apparuerat, ut eum datum esse omnes faterentur.Hæc ille.AVCTOR. Ecce ineffabili potestate dominantis Dei atque iustitia deputatum est baptismum credenti latroni pro accepto habitu in animo libero,quod in corpore crucifixo accipi non potuit. Non ignoro tamen hic, quod Augustinus retractat de baptismo huius sancti latronis : sed ad rem propero. Formetur igitur argumentum Witcleff de hoc baptismo flaminis in latrone, quod fecit in baptismo sanguinis in martyre. Certum uidetur,quòd homo sanctificatus à spiritusancto, licèt non irroretur nouiter aqua baptismatis, si sic decesserit, est saluandus. Dicit item ecclesia: si non renatus fuerit ex aqua baptismatis in ipso corpore, sed tamen mente, & si non actu, tamen affectu: & si non affectu expresso,tamen habitu libero concepto generaliter in principia fidei, si sic decesserit, est saluandus. Quia tunc excludente necessitate potentiam

Aug.To.4 tr.23. Act.x.

1.Cor.12.

Io.7.

C

Notabile

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam consequendi iuxta decretum Christi, renatus est ex aqua dico sensibili, & Spiritu sancto, vt videre poterit regnum Dei. Si quidem nulla talis uoluntas, affuit, iam contemplit: & quantumcunque sanctificatus, aut martyrizatus pro Christo, nondum ita sanctificatus est: ut à reatu delicti mundetur. Ideò Augustinus cùm probasset latronem habuisse Spiritum sanctum, 3 cùm diceret, Memento mei domine, subunxit tamen eum habuisse animum baptizandi, cùm dominus responderet, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Cùm item tunc non differebat à martyre. Arguis ergo sic: quòd martyrium ad salutem nulli prodest, nisi iam renato in aqua & Spiritu sancto. Confiteor, sed sicut Saluator dixit, ex uoluntate efficaci, uel ipsa re.

Wicleff. Nota Aug. To. 7. *cap. 22.

Tunc enim baptismi uicem supplet martyrium: sicut suprà AVGVSTINVS. exposui libro. 4. contra Donatistas: de baptismo *cap. 36. dicens, Baptismi sanè uicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, non leue documẽtum idem Cyprianus assumit. Quod etiam atque etiam consideranda; inuenio non tantùm passionem pro Christi nomine, id, quod ex baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem conuersionemque cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest: Hæc ille. AVCTOR. Declinauit ergo Witcleff à fide, quando arguit quenquàm per martyrium posse saluari sine respectu baptismi, quia sic necessitatem eius euacuat. Debuit enim dicere: quia martyrium tunc tantùm sine re baptismi proderit ad salutem, quando uices baptismi supplet martyrium. Hoc autem non permittitur, nisi in angustijs temporum negantium potestatem, cùm uoluntas auidè postulat, & dominus baptismi passionem eius uice admittit. Consimilis item ratio in sanctificatione cordis admittitur. simulque & perpendi debet, quòd tunc baptismus aquæ non deest, sed adest, quando in martyrio suo uicario, quàmuis non in seipso præsens est. Hunc modum Christus habuit cùm dixit, Vbicũque duo, uel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Hunc ergo talem martyrem, aut sanctificatum, renatum dico aqua sensibili & spiritu sancto, quanuis non* sint perfusi illo lauacro in seipso. Gerit enim martyrium uices sui maioris. unde non censebitur esse absens. si † quis autem contendat maius esse martyrium sacro baptismo: Dici potest, etsi secũdùm se maius est, secundùm tamen, qp uicariatum gerit sui minoris, omnino minus est. Et iterum fateor: ad perquirendum fastigium præmij altioris, sic maius est baptismo: sed quo ad* dilectionẽ

Matth. 18. *sit perfusus. Martyriũ an maius baptismate. *delectionem.

A delicti, & introductionem regni baptismo laticis sine respectu ad ipsum, ipli par esse non potest. Hoc enim proprium ipsi coniunxit institutor eius, cùm dixit, Nisi ex aqua & spiritu sancto renatus, non intrabit in regnum cælorum. Monstrat item hoc ordo, quem antiqui patres in remissionibus criminum signauerunt. Vnde *li. 2. super Leuiticum ORIGENES. Audi † nunc quantæ sunt remissiones peccatorum in Euangelijs. Est ista prima, quia baptizamur in remissionem peccatorum. secunda remissio est in passionem martyrij. Tertia est, quæ per eleemosynas datur. Dicit enim saluator. Veruntamen date quæ habetis, & ecce omnia munda sunt uobis. Quarta nobis sit remissio peccatorum per hoc, qp nos remittimus peccata fratribus nostris. sic enim ipse dicit dominus, & saluator. Quia si remiseritis fratribus uestris ex corde peccata ipsorũ, & uobis remittet pater uester peccata uestra. Quinta, remissio est peccatorum cùm conuerterit quis peccatorem ab errore uiæ suæ, B & saluat animã eius à morte, & cooperit multitudinem peccatorum. sexta quoque sit remissio p abundantiam charitatis: sicut ipse dominus dicit, Amen dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Est adhuc septima, licèt dura, & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorũ cùm lauat peccator in lachrymis stratum suũ. Et infrà. Tu ergo cùm uenis ad gratiam baptismi, uitulum obtulisti: quia in morte Christi baptizaris. Cùm uerò ad martyrium duceris, hircum obtulisti, qui authorẽ peccati diabolũ iugulasti. Cũ autem eleemosynã feceris &c. altate sacrũ hœdis pinguibus onerasti. Hæc ille. 4 AVCTOR. Item † in libro de secundis Epiphanijs recitatis tribus baptismatibus secũdùm ordinẽ temporum, scilicet Iudaico, Ioannis baptismate, & Christi in lauacro regenerationis, tãdẽ infert GREGORIVS NAZIANZENVS. scio & quartum baptismum, quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur: quo baptismo etiam Christus baptizatus est. Et infrà, scio adhuc & quintũ baptismũ lacrymarũ quod laboriosiùs transigitur, sicut ille, qui lauat per singulas noctes lectũ suum, Hæc ille. AVCTOR. Et libro de origine officiorum cap. 24. CASSIODORVS. Tria, inquit, sunt genera baptismi. Primũ baptismũ, quo sordes peccatorum per regenerationis lauacrũ abluuntur. secundũ baptismũ, quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur: quo baptismo etiam Christus baptizatus est. Sequitur. Itaq; baptisma gemina est figura: unũ, quo generamur ex lauacro: alterum, quo consecramur in sanguine. Est & tertium baptisma lachrymarum, quod laboriosiùs transigitur: sicut ille, qui per singulas noctes stratũ suũ lachrymis rigabat. Hæc ille.

*Hom. 26. Origen. de remissionibus peccatorum. Tert. Lucii. Matthæ. Luc. 6. Cassiodo. Psal. 6.

concordant. le. AVCTOR. Ecce omnes concorditer in ordine remissionum peccatorum. Primam ponũt esse baptismum: & secundam martyrium: & tertium, aut septimum ponunt pœnitentiam. Nec possunt fingere hic ordinem temporis esse seruatum: quia sic in adultis pœnitentia foret prima, & in multis martyrium. Sed est baptismi ad 4 sequentes ad effectum remissionis peccatorum

Rabanus. præferentia naturalis Sic item RABANVS lib. 5. de naturis rerum. cap. 11. obseruat in istis primũ ordinem originis, ut in remissionibus peccatorum. Secundum Euangelium, prima simpliciter est omnium baptismus laticis sacramentalis: secunda post hanc est martyrium. Potest tamen in casu, maioris esse meriti subire martyrium, q̃ expectare baptismum. Vt si defendenda fides statim postulet defensorem: aut inter illos, quo 1 rum vnus baptismum differt ad mortem, alter autem mortem non uolet differre cùm possit, eligens mori pro fide, quàm dilata morte bapti zari in fide. In quo casu stat illud, quod 13. lib. de B

Aug. To. 5 Q. 115. ciuita. Dei, cap. 7. assumit AVGVSTINVS. Prætiosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. Quid enim prætiosius, quàm mors, per quã sic, vt etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augeantur? Neque enim tanti sunt meriti, qui cùm mortem differre non possent, baptizati sunt, deletisque omnibus peccatis, ex hac vita emigrarunt: quanti sunt ij, qui mortem differre cùm possent, ideò non distulerunt, quia maluerunt Christum confitendo finire vitam, quàm eum negando ad eius baptismũ peruenire. Quod utiq; si fecissent, etiam hoc eis in illo lauacro dimitteretur: qp timore mortis negauerant Christum: in quo lauacro & illis facinus tam immane dimissum est, qui occiderant Christum. Hæc ille. AVCT. Ex his tamen absolutè non intendo baptismum præferre martyrio: sed bono martyri suadeo, si non habeat, petere: uel si non poterit, martyrium suum existimare supplementum baptismi.

¶QVOD NVDVM MARTYRIVM sine instinctu Sanctispiritus ad baptismũ, nec aliqua sanctificatio Sanctispiritus baptismum præueniens sine eo non sufficit ad salutem. Cap. CV.

SVMMA.

1 *Martyrium sine baptismo quando non prodesset ad salutem, neque sufficeret. Et quid de hoc dicant Cyprianus & Augustinus.*

2 *Augustini responsio aduersus Pelagianos, arguentes natum ex baptizatis parulum, non*

A *oportere baptizari. Et de multiplici Spiritus sancti sanctificatione, quæ sola sine baptismo nõ sufficiat ad salutem.*

3 *Deus, qui ubique præsens est, & ubique totus, quòd non in omnibus habitet, sed in quibus, ex Augustino ostenditur.*

4 *Regeneratio quæ dicatur à doctoribus.*

NON enim ex nuda receptione Spiritussancti, aut sanctificatione suppositi, arguenda est sufficiens dispositio, vt quis sit domesticus paradili. Multò magis ex nudo martyrio pro nomine Christi, quia (ut dicis) non est nisi lignum ex suppositio ne necessarium antecedens baptismum Spiritus sancti. Non tàm antecedit, quam sequitur. Quia †si sine dilectione Dei, & proximi properetur ad martyrium, quid proderit patienti? Dicente Apostolo, Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mi- 1. Cor. 13. hi prodest. Et in libro de oratione dominica petitione penultima, CYPRIA. Cærerùm discordans, & distidens, & pacem cum fratribus non Cyprianus. habens, secundùm qp beatus Apostolus, & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternæ poterit euadere: quia sic scriptum est, Qui fratrẽ suum odit, homicida est. Nec ad regnum cælo- 1. Io. 3. rum peruenit, aut cum domino viuit homicida. Nõ potest esse cum Christo, qui imitator Iudæ maluit esse, quàm Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest abluì? Quale crimen est, quod nec martyrio potest expiari? Hæc ille. AVCTOR. Ecce iam si non excesserit Witcleff in generalitate sermonis, cum sine exceptione assumpsit pro certo: quòd martyrizatus pro Christo, licèt non baptizatus, est saluandus. Cyprianus supponit in casu, quòd non. Si (inquit) discordans, si dissidens, si pacem nõ habẽs cum fratribus, nec si pro Christi nomine occisus fuerit, est saluandus. Non discordat, qui sacramentum baptismatis, quo cuncti Christiani concordant, aut negligit, aut contemnit? Nonne dissidet? Nonne non habet pacem cum fratribus? Hoc delictum (inquit Cyprianus) quale est, quod nec baptismo sanguinis põt ablui? quod nec martyrio potest expiari? Quomodo ergo sic martyrizatus, si non irroretur sacramẽto baptismatis, est saluandus? Nec ad regnum cælorũ (inquit Cyprianus) talis homicida perueniet. Iam item de spirituali sanctificatione, quæ quãdoq; præcedit baptismũ fluminis, quid aliud? Nunquid ipsam uis esse baptismum flaminis, cuius signum tantùm ex suppositione necessarium esset baptismus fluminis, putà si hæc sanctificatio nondum uenit? Quia †sic Pelagiani quidem

C

2 argue bant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

arguebant, natum ex baptizatis paruulum non oportere baptizari, eo quòd Apostolum audierunt dicentem, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quibus respondet in sermone. 52. primæ partis sermonum, qui est de baptismo paruulorum contra Pelagianos, in fine, AVGVSTIN. Quomodo (inquiens) accipis? Quomodo intelligis, de fidelibus natũ ita sanctum, vt baptizari non debeat? Quomodo libet accipias istam sanctitatem. Multi enim modi sunt sanctitatis, & multi modi sanctificationis. Non enim hoc omne, quod sanctificatur, ad regnum cælorum mittitur. De esca nostra dixit Apostolus, Sanctificatur per verbum Dei, & orationẽ. Nunquid *quòd esca nostra sanctificatur, non scimus quò mitteatur? Disce ergo esse aliquem modum, & quasi umbraculum quoddam sanctificationis, quod nõ sufficiat ad perceptionem salutis. Distat, & quid distet, Deo notũ est. Tamẽ cum filio fidelium curratur ad baptismũ, non sic errent parentes, vt putent eum iam fidelem natum. Natum enim possunt dicere, non renatum. Nã ut noueris quomodo intelligas sanctificatos filios fidelium, vt modò non quæram (quia longum est) modum sanctificationis huius ibi habes, & maritum infidelem, & uxorem fidelem. Sanctificatur (inquit) vir infidelis in uxore: & sanctificatur mulier infidelis in fratre. Nũ quid quia est ibi fortè modus aliquis sanctificationis, ut uir infidelis sanctificetur in uxore fideli: ideò securitatem debet accipere, quòd in regnum cælorum intraturus est, & non baprizandus, non regenerandus, non Christi sanguine redimendus? Quomodo ergo sanctificatur uir infidelis in uxore, & tamen perit nisi baptizetur: sic fidelium filij, & si ad quendam modum sanctificati, pereunt tamen, si non fuerint baptizati. Hæc Augustinus. AVCTOR. Attende lector, quomodo *contingit ut synonyma, non baptizandus, non regenerandus, non Christi sanguine redimendus. Et quid ualet renasci in aqua lateris Christi, nisi quòd non baptizatus baptismo Christi sensibili omnino remanet non renatus: non Christi sanguine uel lateris eius aqua redẽptus? Manifestè quoque arguit sanctus pater hic suprà, sicut & in ultimo libro de baptismo paruulorum, quòd multiplex est sanctificatio Spiritussancti, quæ sic sanctificata non sufficit ad salutem. Imò ante baptismum quælibet sanctificatio eius, qui reatum originalis peccati contraxit, umbraculum quoddã est (ut Augustinus hic loquitur) & modus quidam percipiendæ gratiæ per baptismum. Cathecumeni ergo fore possunt magnam gratiam Dei habentes, credentes, & iustitiam facientes. Non nego eos sanctos, & sanctificatos, & Spiritusancto perfusos. Nondum A tamen obtinent gratiam, quæ sufficiat ad salutẽ. Quam tamen habituri sunt, cùm peruenerint ad baptismum. Credunt Christo, sicut dictum est, sed Christus non se credet eis. Et rationem assignat super Ioannem * Homil. 12. AVGVST. Ecce illi iam credebant in Iesum: & Iesus non se credebat eis. Quare? quia nondum erant renati ex aqua & Spiritusancto. * Vnde hortati sumus, & hortamur fratres nostros catechumenos. Sequitur. Quid faciant, ut se credat eis Iesus? Renascantur ex aqua, & Spiritusancto: proferat ecclesia, * quod parturit. Concepti sunt, * educentur in lucem. Habent ubera, quibus nutriantur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Iesus non se credidit eis, quia nõdum erant renati ex aqua & spiritu. Quare non ex aqua & spiritu, aqua. s. lateris Christi, si iam credãt in Iesum: si cum Cornelio iustitias faciant: si sanctum Spiritum acceperint: si item Deo accepti in orationibus, & eleemosynis? Quid adhuc restat, ut Iesus se credat eis, qui sic B credunt in eum? Augustinus iterum soluit. Renascantur (inquit) ex aqua & spiritu. Quomodo hoc? Quod illorum est fecerunt, ut renascantur ex aqua lateris Christi. Concepti sunt, * educantur in lucem. Ad ecclesiam ergo sunt remissi de latere Christi gratiam percepturi. Adhuc parui non sunt. Concepti sunt per gratiam, non renati in gratiam. Hoc suprà dixit Augustinus ad Simplicianum. Conceptiones gratiarum esse sanctificationes omnes præuias: in baptismi lauacro natiuitates. Quod ergo est sine natiuitate conceptio: hoc est sanctificatio quælibet, aut martyrij deuotio sine baptismo: Obiicis. Sed ubi spiritus domini, ibi libertas. Non ergo habet peccatum ut sit seruus peccati, qui habet gratiam Spiritus sancti. Respondeo ad hoc: gratia Spiritussancti, C sed initians, in baptismo est perficiens. Quomodo Ieremias, aut Ioãnes Baptista, ambo sancti, & sanctificati ex utero, posteà circuncisionis signaculum receperunt, ut amplius soluerentur à primæuo delicto. Tamen descenderunt ad inferos, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Sanctificati sunt ergo, sed sanctificatione conceptionis. Si post decretum factũ essent, eguissent, non dubium, sanctificatione regenerationis. Hanc item sanctificationem uocat AVGVSTINVS. sanctificationem prædestinationis, epistola ad Dardanum, dicens. 3 Deus, † qui ubique præsens est, & ubique totus, non in omnib. habitat, sed in eis tantum, quos efficit templum beatissimum suum, uel beatissima templa sua, eruens eos à potestate tenebrarum, & transferens in regnum filij charitatis suæ, quod incipit à regeneratione. Et infrà. Cornelius quoque antequàm regeneratione incorporaretur huic templo, missum

sum ad se angelum videt, audítque dicentem, q exauditæ sunt orationes eius, & eleemosynæ acceptæ. Agit enim hæc Deus tãquam ubique præsens, vel per sanctos angelos suos. Nam illa priusquàm exiret de vulua sanctificatio Ieremiæ, quanquam nonnulli hoc in typum Saluatoris accipiant, qui regeneratione non eguit: tamen etiam si de ipso propheta accipiatur, potest & secundùm prædestinationem non inconuenienter intelligi. Sicut filios Dei appellat Euangelium nondum regeneratos, ubi Caiphas cùm de domino dixisset, Expedit vobis, ut vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. mox Euangelium sequutum adiunxit. Hoc autem à seipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantùm progente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Filios Dei utique appellauit præter Hebræam gentem in cęteris etiam in omnibus gentibus constitutos, nondum fideles, nondum baptizatos. Quomodo ergo Dei filios nisi per prædestinationem B secundùm quam & Apostolus ait, quòd elegerit nos dominus in Christo, ante mundi constitutionem? Illa verò in unum congregatio factura erat eos filios Dei. Hæc Augusti. AVCTOR. 4 Disce † Witeleff, disce Sophista euangelij Iesu Christi regenerationem famosè dici à doctoribus illam, quæ uisibiliter sit sacramento baptismi, non aliam sophisticatam per te in aqua lateris Christi sine sacramento baptismi. Ideo incorporatione fidelium ab hac regeneratione capit initium. Cornelius accepisse dicitur spiritum sanctum, & eleemosynæ eius Deo acceptæ &c. antequam regeneraretur, non quidem aqua lateris Christi, quia non potuit, nec tunc fuit incorporatus templo Christi: quia ante regenerationem ista gerebantur: quomodo nisi uisibilẽ? qua regeneratione Christus non eguit. Eguit certè regeneratione flaminis, in spiritu sancto, secundùm quòd homo: eguit item fluxu aquæ de latere proprio. Eguit, dico, pro oportuit, sicut ipse dixit, Quia sic oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ante ergo illam regenerationem aquæ, qua Christus non eguit, nulli præter eum, qui non eguit fideles, aut Dei filij dici possunt, nisi per prædestinationẽ, sicut filij Dei dicebantur in euangelio nondum baptizati. Et Ieremias legitur sanctificatus in utero, non 1 ad perfectum, nisi secundùm prædestinationem. Sed quantum distat prædestinatio à prædestinationis termino, qui est gloria, tantum hæc prædestinans gratia à gratia per baptismum adepta. Sed dicis, quid hæc ad Witeleff? Qui item dicit baptismum, & martyrium, baptismum flaminis præcedere tanquàm signa. Quia dicit baptismũ 3 A fluminis nõ nisi ex suppositione necessarium ad salutem: quia dicit salutem hominis ex eo non nisi reputatiuè pendere. Quia dicit paruulum non baptizatum posse saluari: hoc attento secũdùm, * quòd omne possibile est uerum, & Deus nihil potest facere, nisi quod facit, uel faciet: & ita si paruulus sine baptismo saluari potest, ita saluatur, aut de facto saluabitur. Et item quia uidetur sibi probasse per martyrium, aut baptismum flaminis quenquam saluandum sine baptismo aquæ visibilis in aqua lateris Iesu Christi, ecclesia Iesu Chri iam docuit in aqua, & sanguine, & spiritu saluatoris secundùm prædestinationẽ quidem antequàm sint, secundùm conceptionis modum quendam cùm primos flimulos senserint gratiarum, ad effectum autem salutis æternæ non nisi lauacro regenerationis sensibilis renasci posse, uel esse fideles. Scimus quidem paruulos fide bona gestantium affectare baptismũ. Scimus catechumenos, aut competentes multos sanctos iustos orantes differre baptismum. Scimus excellentiorem illis Cornelium, & eos qui cum ipso erant spiritu illustratos eximiè. Scimus Ioannem Baptistam spiritu sancto repletum ex utero matris suæ. Scio Ieremiam prophetam sanctificatum priusquàm exiret ex utero. Da mihi quotlibet tales, iam qui tamen cum infectione decedant uitiatæ propaginis, & quantolibet gradu sanctitatis effulgeant, si non renati fuerint ex aqua uisibili, & spiritu sancto, regnum cælorum adipisci non possunt. Miror ergo solidorum quorundam quæstionem, utrum iustificati recipiant quicquam in baptismo: & hi respondent, quòd societatem fidelium: hi uerò characterem: audaciter dico iam primò eum iustum: quia iustificatum gratis, gratia baptimali. Nec erat ante iustus, nisi secundùm prædestinationem, aut conceptionem iustitiæ modo umbraculi comparati ad lucem: quæ prodesse sibi non poterat ad salutem, si non post nasceretur iustus ex aqua & spiritu per baptismum. C

¶ QVAE CAVSA PRAECIPVA, VT infans moriatur, & pereat ante regenerationem per aquam. Cap. CVI.

SVMMA.

Infans ut moriatur, & pereat ante regenerationem per aquam, quæ sit causa præcipua. 1

Parentes, utrum baptizatis paruulis suis noceãt, cùm eos dæmoniorũ sacrificijs fœdare conãtur: & si non nocent, quomodo eis, profit, cùm baptizantur, fides parentum, quorum, eis non potest obesse perfidia? 2

Parentũ seù aliorum delicta, quomodo noceant frequen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quenter baptizatis paruulis quo ad afflictionem temporalis incommodi, aut retardationem à gratia.

4 *Proles, quòd ex nullo parente tantum trahat delicti, quantum ex primo Adam.*

5 *Fœtus quòd quandoque contrahat fomenta uitiorũ ex traduce, per quæ ad peccandũ, cùm adoleuerit, reddatur etiã proclivior. Et quid de hoc dicat Augustinus.*

6 *Proles, quæ nascitur, utrũ omnibus malis affectibus, & multiplicatis delictis originalibus iplicetur, ut tãto pejus, quanto posterius quisq; nascatur.*

IPSE autem postquàm omnes à iudicando coercuit, malitiam duri euentus torquet in parentes. Et qui uetuit iudicare de paruulo secundum fidẽ, non est ueritus audacter iudicare parentes, tollẽtes Deo suum iudicium contra fidem. In eodem cap. 12. quarti trialogi. Sunt (inquit) aliqua in potestate parentum, licet sint lapsa in præteritum, propter quæ iusto Dei iudicio est necessarium sic uenire. Ideo qui definit, quòd nec parentes, nec populus sic peccarint, ut ita eueniat: supra caput tuæ notitiæ loquitur, sicut Pica. Credimus enim ex fide, quòd nihil euenit homini post primam gratiam, nisi aliqua pars humani generis hoc meruerit, uel demeruerit, sic euenire. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ita necessitatem suam infert, ut Deus sic iudicet paruulos propter peccata hominum. At audiatur quid libro de bono perseuerantiæ* citra medium disputat AVGVST. Neque enim *facto cogitur Deus illis in fantibus subuenire, illis autem non subuenire, cum sit utrisque causa communis. Aut res humanas in paruulis non diuina prouidentia, sed fortuitis agi casibus opinabimur: cum rationales uel damnandæ, uel liberandæ sint animæ: quando quidem nec patiet cadit in terram sine uoluntate patris nostri, qui in cælis est. Aut parentum negligentiæ sic tribuendum est, quòd paruuli sine baptismate moriuntur, ut nihil ibi agant superna iudicia tanquàm ipsi, qui hoc modo malè moriuntur, parentes sibi negligentes uoluntate propria, de quibus nascerentur, elegerint.

Quid dicam, quòd paruulus aliquando antequàm illi per* misterium baptismatis succurri possit, expirat? Plerunque enim festinantibus parentibus, & paratis ministris, ut baptizmus paruulo detur, Deo tamen uolente non datur:* quoniam eum paululum in hac uita non tenuit ut daretur. * Quid est enim, quòd aliquando paruulis infidelium filijs potuit ne irent in perditionem, & filijs fidelium non potuit baptisma te subueniri? Certè ostenditur, quòd personarum apud Deum non sit acceptio. Aliquin cultorum suorum potiùs, quàm inimicorum, filios liberaret. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si parentes, aut populus sic peccarunt, ut malè paruulo sic ueniret, cur filius pagani, & sordidati idololatræ finitur baptizari nẽ pereat: & filius deuoti Christiani, imò in medio deuotissimi populi nõ permittitur priusquã pereat, baptizari? Si negligentiam parentum accusas, suppouit Augustinus parentes properantes alacriter ad baptismum. Si ministros habes infestos. supponit illos esse paratos. Ecce qui dicis nihil euenire homini, nisi aliqua pars humani generis demeruit sic uenire: iam accusa quos Augustinus nescit excusare. Aut quæ pars, rogo, humani generis, nisi pars ipsa delinquens hoc ipsum demeruit, ut prima fœmina primæua seductione periret?

Vide nẽ tu iam suprà caput tuæ notitiæ loquutus fueris, sicut Pica. Sumus in casu Augustini uti cum tuo, quando dicit, quòd neque* facto cogitur Deus illis infantibus subuenire, illis non subuenire, cùm sit utrisque causa communis. Pone utrisque causam communem, quantum est ex parte hominum, & turpem rationem distinctam signes euentuum. Idcirco immediatorem, & priorem causam talis effectus assignat in superiore parte iam dicti libri sui Augustinus. Falsum est igitur secundum ea mortuos iudicari, quæ facturi essent, si ad uiuentes euangelium perueniret. Et si hoc falsum est non erit cur dicatur de infantibus, qui pereunt sine baptismate morientes, hoc in eis eo merito fieri, quia præscit Deus eos, si inuerent, prædicatumque illis esset euangelium, infideliter audituros. Restat igitur ut solo originali peccato teneantur obstricti, & propter hoc solum eãt in damnationem, *quod uidemus aliis eandem habentibus causam non nisi per Dei gratuitam gratiam regenerationem dãnari, & eius occulto, iusto tamen iudicio: quoniam non est iniquitas apud Deum: quosdam ex post baptismum pessimè uiuendo morituros: in hac tamen uita quoùsque pereant detineri: qui non perissent, si eis corporis mors lapsum eorum præueniens subueniret: quoniam nullus mortuus iudicatur ex bonis, seù malis, quæ fuerat, si non moreretur, acturus. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc loco pariens eripitur ab occisione spontanea suæ prolis, quemadmodũ ei Wicleff imponit dicens, aliqua fuisse in potestate parentum, propter quæ est necessarium sic uenire, ut scilicet immatura morte præuenta priusquàm sacramentaliter baptizetur, uita prinetur æterna. Restat (inquit AVGVST.) ut solo originali peccato teneantur obstricti, & propter hoc solum eant in damnationem. Si propter solum peccatũ, quod à primæua trahitur origine, in damnationem eant, immediatorum parentũ non

non stringuntur excessibus, ut s. in damnationẽ sustinent, quanuis aliquo parentum delicto seminaliter possint contrahere, unde difficultatẽ forsan sentiant ad uirtutem, ita, ut cum in adultam ætatem euaserint, clamare cogantur cum apostolo, Nõ quod uolo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Et item uelle mihi adiacet, perficere aũt nequaquam. Si tamẽ ad hoc rẽpus aduersarij tendat subobscura & indigesta sẽtentia, Nouerit tamen tutius dixisse Augustinũ quòd propter solum originale peccatum eant infantes non baptizati in damnationem interminam. Vnde ad clarificationem fidei in hac parte quantum ab orthodoxis scriptoribus datur intelligi, distincta sunt tempora, quibus peccata parentum distinctis item modis possint nocere progenii. Primum tempus ante animationem fœtus: quia tunc infectionem corruptionis caro sentit ex traduce, quã mentem, ut est sibi coniũcta, depranat. Aliud aũt tempus assignat, postquàm prolex animata cœperit habere nitam propriã. Et tunc non commaculant eam hac infectione aliena peccata, quanuis ei subueniant aliena suffragia. Vnde in epistola ad Bonifacium, quæ est in ordine.* 12. AVGVSTINVS. Quæris† (inquit) à me, utrũ parentes baptizatis paruulis suis noceant, cùm eos dæmoniorum sacrificijs sanare conantur. Et si non nocent, quomodo eis prosit, cùm baptizantur, fides parentum, quorũ eis non potest obesse perfidia? Vbi respondeo tãtã illius sacramenti salutaris esse uirtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum carnalem uoluptatem, cùm semel regeneratus fuerit per aliorum spiritualem uoluntatem, deinceps non possit alienæ iniquitates uinculo obstringi, cui nulla sui uolũtate cõsentit. Anima enim patris mea est (inquit) & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Non aũt peccat ipsa, cum parentes ei ominino nescienti, uel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. Sed ideo ex Adam traxit, quã sacramenti illius gratia solueretur, quia nõdum erat anima separatim uiuens, id est altera anima de qua diceretur, Et anima patris mea est, & anima filij mea est. Iam utiq; cùm homo in seipso est alter ab eo, qui genuit, effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia unus erat cũ illo, & in illo, à quo traxit, quando quã traxit,* admissum ẽ. Non. n. traxit alter ab altero, quando sua unoquoq; propria uita uiuente iam est unde dicatur. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Regenerans ergo spiritum in maioribus offerentibus & paruulo oblato, remanet communis. Ideo per hanc societatem unius eiusdem spiritus prodest offerentium uoluntas paruulo oblato.

A Quando autem in paruulum maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis uinculis, non est anima utrorunque communis, ut ẽt culpam possint habere communem. Non. n. sic communicatur culpa per alterius uoluntatem, quemadmodũ communicatur gratia per spirituũsanctũ unitatem. Potest. n. & in hoc, & in illo homine esse unus spiritus sanctus, etiam si inuicem nesciant per quem sit utriusque gratia communis. Non aũt potest spiritus hominis esse, & huius, & illius, per quẽ peccante altero, & altero non peccante, sit tamẽ causa communis. Hæc ille. AVCTOR. Liquidè satis exponit Augustinus de transfusione peccati, distantiax: & quomodo peccata parẽtum paruulis animatis nocere non possunt. Eis autem, qui nondum uita propria uiuunt, nocent ut eisdem nondum suppositis separatis. Traxit (inqt) reatum, quia unus erat cum illo, & in illo, à quo

B traxit. Ergo (inquit Witeleuista) uerum dicitur quòd aliqua sunt in potestate parentum, quamuis iam lapsa in præteritum, propter quæ est necessarium paruulo sic uenire: quia ex eis traxit reatum. Incerta satis propositio, quam assumis: si scilicet paruulis iam animatis, aut nondum, parentes fluant in sui reatum delicti. Et dicit Augustinus, quod eis iam animatis, non noceãt aliena delicta: saltem quantum ad alienationem ab æterna uita, intellige. Nocent† autem adhuc frequenter quo ad afflictionem temporalis incommoditatis retardationem à gratia. Sicut itẽ in casu istius Bonifacij refert se uidisse, in libro suo ad lapsos exhortatorio ad satisfactum, CYPRIA. Præsente (inquit) ipso me,* ac astante, accipite quid euenerit. Parentes fortè fugientes, dum trepidi minus consulunt, sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt. Relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud

C idolum, quò populus confluebat, quia carnem necdum posset comedere per ætatem, panem mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater: sed facinus puella commissum, tam loqui, & iudicare non potuit, quàm nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed puella iam mixta cum sanctis, precis nostræ, & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu fluctuabunda iactari, uelut tortore cogente, quibus poterat indiciis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi uerò solẽnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præsentibus cœpit: & accipientibus cæteris locus eius aduenit, cœpit faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tere:& os labijs obturantibus premere,calicem recusare.Perstitit tamen diaconus:& reluctanti licèt de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus,& uomitus: in corpore atque ore uiolato,eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in domini sanctificatione potus, de pollutis uisceribus erupit. Tanta est potestas domini,tanta est maiestas, secrera tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefelliuntur. Hoc circa infantem: quæ ad eloquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem. Hæc ille. AVCTOR. Hæc igitur insans sentit nocuisse crimina aliena. Sed hic ingerit se latior difficultas de cumulatione originalis delicti in prole ex actuali uitio immediati parentis: attamen† ex nullo parẽte tantum trahit proles delicti, quantum ex primo Adam. Vna est massa damnationis antiquæ, & una mors, quæ secundùm apostolum per unũ hominem intrauit in mundum: sicut per unum Rom.6 Christum hominem una uita. Idco quia mors illa nec maior, nec alia fore potest, quàm quæ Adæ fuit in origine: quia infinitæ, ut dicam, fuit malitiæ, quanuis per imperfectiorem quãdoque ramum traducatur in surculum. Sic nec uita cumulatior, aut quo modocunque aucta, uel alia potest per sanctum ramum in baptismo regenerato concrescere, quàm illa, quæ per unum hominem communiter uenit in mundum. Ideo tutiùs dixerat Augustinus, quòd ex Adam traxit paruulus, quod sacramenti illius gratia soluere tur. Nec† tamen nego quandoque contrahere fœtum sementa uitiorum ex traduce: per quæ ad peccandum, cùm adoleuerit, reddatur etiam procliuior, quod passim contingit in spurijs, & illicito, fœdoque concubitu procreatis, sicut habet libro de quæstionibus noui & uetcris testamenti, qõ. 13. AVGVSTI. Adde (inquit) quia difficile de malis nati, & inter nequissimos educati, uel conuersati, mentem suam temperãt ad disciplinam Dei sequendam. Vide erge ergo si non benè actum est cum filijs perditorum. Hæc ille. AVCTOR. Duo hic dicit satis differẽtia. Primò de ex malis natis. Secundò de inter nequissimos educatis, uel conuersatis. Primi, quãdam necessitatem generatione contrahunt. Secundi imitatione contrahunt. Vtrisque de alieno peccato connascitur difficultas. De primis tamen ad præsens, quomodo tam graui sarcina peccatorum premuntur, Dei tamen gratia succurrente non perennt, libro suo Enchiri. *ca. 28. disputat AVG. Neque dixit in iniquitate, uel in peccato, cùm & hoc uerè dici possit: sed iniquitates, & peccata dicere maluit, quia & in uno illo, quod in omnes homines pertransijt, atque tãm magnum est, ut eo mutãretur, & conuerteretur

Nota de spurijs filijs.

Aug. To. 4

*ca. 46. Idem To. 3 Psal. 50.

Ro. 5.

A in necessitatem mortis humana natura, reperiũ tur, sicut suprà disserui, plura peccata, & alia parentum, quæ & si non ita possunt mutare naturam, reatu tñ obligant filios, nisi gratuita gratia misericordia domini subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum progenitoribus suis q̃sque succedit, non immeritò disceptari potest. Vtrum† omnibus malis actibus, & multiplicatis delictis originalibus, qui nascitur, implicetur, ut tantò peius, quanto posteriùs quisque nascatur? An propter ea deus in tertiam usque & quartam generationem de peccatis parentũ eorum posteris comminetur, qua iram suam quantùm ad progeneratorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis suæ, nẽ illi, qui bus regenerationis gratia non confertur,* ui una sarcina in ipsa sua æterna damnatione premerentur, si cogerentur ab initio generis humani omnium præcedentium patrum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere? An aliquid aliud de re tanta scripturis sanctis dil gentius perscrutatis, atque tractatis, ualeat, uel non ualeat reperiri, temerè affirmare non audeo. Hæc ille. AVCTOR. Magnam difficultatem illam, quam Witeleff innuit, asseuerans commissa parentum paruulos necessitate ut pereant, tam Augustinus affirmare non audet, sed magnitudinem illius primi originalis delicti absolutè ,pronuntiat, dicens eam tantã, ut ea mutaretur, & cõuerteretur in necessitatẽ mortis humana natura. De cuius item magnitudine conse quẽter adiecit AVG. Illud tñ unũ peccatum, qd iam magnũ in loco & habitu tãtæ felicitatis ad misum est, ut in uno homine originaliter, atque (ut ita dixerunt) radicaliter totum genus humanum damnaretur, nõ soluitur, ac diluitur, nisi p unum mediatorẽ Dei & hominum hominẽ Christum Iesum, qui solus potuit ita nasci, ut ei non opus esset renasci. Hæc illeff. AVCT. Hoc mihi uſ, saluo iudicio saniori, esse dicendum, quòd radix illa peccati Adæ tàm excedit crimina singulorum, ut cùm in recenter nato concurrãt, totam rem minoris, uis maioris absorbuit. Et gentes præuaricatrices tunc sunt secundùm illud Esaiæ. Ecce gentes quasi stilla situlæ & quasi momentum statera reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus, & libanus non sufficiet ad succẽdum, & animalia eius nõ sufficiẽs ad holocaustum. Oẽs gẽtes quasi nõ sint, sic sunt corã eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Sic ergo peccatum illud in sua massa ex omnibus humanis peccatis constare uidetur, sicut mors illius peccati, secundum illud, Et per peccatũ mors, omnes mortes cõplectitur. Secundum illud. 13. de ciuitate Dei ca. 12. AVG. Cum ergo requiritur,

Aug. To. 4 cap. 27.

Esa. 40.

Aug. To. 7 ca. 7.

Ro. 5.

ritur, quam mortem Deus primis hominib. fuerat comminatus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, nec obedientiam custodirẽt, utrum animæ, an corporis, an totius hominis, an illa, quæ appellatur secunda? Respondẽdum est omnes. Prima enim constat ex duabus: ex omnibus tota. Sicut enim uniuersa terra ex multis terris, & uniuersa ecclesia ex multis constat ecclesijs, sic uniuersa mors ex omnibus. Hæc ille. AVCTOR. Ita & uniuersale illud peccatum ex omnibus, ex quo mors uniuersalis effluxit, quæ item constat ex omnibus. Non tamen uniformis actualitatis erant omnia peccata cum primo Adæ: sed omnia simul cum illo erant unum in origine. Non enim fiebat aliquod peccatum actuale posteriùs, quod ibi non tunc affuit in penetralibus suæ radicis. Quod non uideo posse dici de aliquo citeriore parente. Non enim proles trahit uniuersa delicta sua primæua ex immediato parente, quanuis per eum traxerit uniuersa, sicut nec fructus ex fronde omnem saporem, & uirturem, sed per illã ex radice participat. Nec cisterna totam aquam hausit ex fistula: sed ex fonte manauit illi per fistulam. Quod autem ex parente propinquo suscipit iniquum, ab eius actuali delicto quoddam habet exordium. Cuius autem reatus, simul ut magnum istud abluitur, in generatione deletur, quanquam pœnalis lex illa membrorum per aliquod amplius in prole supersit. Forsan in tertiam, & quartam generationem, ut Augustinus in non renatis supputat de reatu. Nec satis intelligo quid ipsi uolunt, q tertiam, aut quartam generationem taxatam referunt pro eo, quòd filij, aut nepotes peccãtium patrum, qui eis adesse tantotempore possunt, ex eorum imitatione multentur: cum peccatũ istud (secundum Augustinum) ex contractione, nõ ex imitatione descendat. Alioquin non ex Adã, sed ex diabolo fieret hoc peccatum. Sicut sermone 51. primæ partis, sermonum AVGVST. Propter imitationem dicis: quia primus peccauit Adam? Respondeo, prorsus non primus peccauit Adam: si primum peccatorẽ quæris, diabolum uide. Et libro primo de baptismo paruulorũ. ca. 12. Hoc unius delictum si imitationem attendamus, non erit nisi diaboli. Sed quia manifestum est de Adam, non de diabolo dici, restat intelligenda non imitatio, sed propagatio peccati. Hæc ille. AVCTOR. Non imitatio, tempera negatiuam: non principaliter: non totaliter: sed propagatio ipsa peccati: propter hoc quod dixit iã suprà de malis nati, & internequissimos educati, uel cõuersati.

Aug. To. 7 ca. 7.

Ro. 7.

Resp.

¶ QVOD PRAETERMISSA NECESsitate euangelij pro percipiendo baptismo, Witeleff assignat necessitatem absolutam erroneam omnium futurorum. Cap. CVII.

SVMMA.

1 *Witeleff, qui prætermissa necessitate euangelij pro baptismi perceptione, assignat necessitatem absolutam erroneam omnium futurorum, Augustini auctoritatibus confutatur.*

2 *Necessitatum modi, Et qui fuerunt horum inuẽtores.*

3 *Doctrina Christiana de duplici genere falsi ex Augustino. Et plura alia contra Witeleff necessitatem erroneam, adducuntur.*

4 *Futurum euentum humanæ salutis inter tria uersari, ostenditur. Et multa de præscientia, et prædestinatione ibi.*

A NEcessitatem ergo quandam fatetur ecclesia in suscipiendo baptismate. Et necessitatem istam quanuis ab intentione remoueat, tamen ad hæresim suam confirmandam per nodulosas costas Witeleff extorquet, ut cum ecclesia dicere uideatur, quando contra eam est, in prædicto. 12. cap. 4. trialogi: Non (inquiens) licet fidelibus supponẽ de baptismũ flaminis, baptismum fluminis omnino relinquere. Sed necesse est data opportunitate circunstantiæ ipsum accipere. Et cum oĩa, quæ eueniunt, de necessitate eueniant, dici põt, quod talis homo non potest saluari sine illo baptismate. Hoc tamen cognoscimus solum reputatiuè postquàm baptizatio est completa. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ex† hoc ultimo perpende priora, q̃ scilicet necessitatem baptismi sacramentalis non concludit ex fide, nec ad eam omnes generaliter conatur astringere. Sed hoc (inquit) solum reputatiuè cognoscimus. Quid est, quòd talis homo datus, non potest saluari sine illo baptismate, cum tamen priùs de nullo uno homine, sed de singulis sit loquutus? Quare? Quia omnia, quæ euenient, de necessitate euenient. Ideo cum fuerat per baptismum saluandus, sicut comperimus baptizatione completa, sine baptizatione illa saluari non potuit. Non quia dixit Christus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Aut quia dixit Christus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur &c. Sed quia dixit Witeleff, & non Deus, Omnia quæcunque euenient, de necessitate euenient. Et quia dixit Witeleff, Omne possibile est uerum, & Deus nihil potest facere, nisi quod facit, uel quod facturus

Witeleff.

Io. 3

Marc. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,idcirco non potest talis, aut talis saluari, si non lauacro baptizetur,quamuis alij bene possint. Talis quidem, nè vocari doctor euangelicus qui necessitatum modos,quos signauit euangelium,abijcit:& hos quos Petrus Abelardus, & prophanus Diodorus inuenerunt,assumit. Supra in primo lib.notaui auctorem huius necessitatis hæreticæ fuisse Petrum Abelardū, de quo Bernardus apud Innocentium Papam conqueritur. Comperi tamen illum non esse primum, imò diù ante Petrum uersatilis erat hæc quæstio inter duos dialecticos, Diodorum, & Chrysippum,ut in dialogo suo contra Pelagianos hæreticos citò post principium, scribit HIERON. Inter Diodorum(inquit)& Chrysippum ualentissimos dialecticos ista contentio est. Diodorus id solum fieri posse,dicit,quod aut sit uersi, aut uerum futurum sit,& quicquid futurum sit, id fieri necesse est. Quicquid autem non sit futurum,id fieri non posse. Chrysippus uero,& quæ non sunt futura,posse fieri dicit, ut frangi hoc margaritum, etiam si id nunquàm futurum sit. Hæc ille. AVCTOR. Partem uero catholicā sustinebat iste Chrysippus. Sic,n.docuerunt logicam fidei orthodoxi patres quantumcunq; logici forent subtiles. Vnde & sic distinguit de falso in libro suo de doctrina Christiana.2.ca.35. egregius,& fidelis logicus VGVST. Possumus †(inquit)dinidere,dicentes duo genera esse falsi. Vnum eorum,quæ omnino esse nō possūt. Alterū eorum,quæ nō sunt,quanuis esse possint. Nā qui dicit septem & tres esse undecim, id dicit,qđ omnino esse nō potest. Qui autem dicit Calendis(v.g.)Ianuarij pluisse, tametsi falsum sit,id dicit,quod fieri potuerit.Hæc ille. AVG. Ecce hæc est doctrina christiana de duplici genere falsi. Vnum est impossibile, alterum satis possibile,sed est falsum.Non ergo omne falsum impossibile,aut omne possibile erit uerum. Sic enim nō duo genera,sed unum genus falsi fieret omne falsum.Hæc christianorum est logica,altera paganorum,quam scilicet Witcleff contra Augustinum,& ecclesiam,tenet cum Diodoro. Et in proposito de baptismo, docet Augustinus Christum potuisse facere, quod longè meliori cā dimisit,Potuit scilicet demonstratione mirabili aliquem,uel aliquos in ecclesia designasse, qui soli propter eminentiam sanctitatis accepissent baptizandi cæteros potestate.* lib.6.de baptismo contra Donatistas,cap.11.ubi dicit. Poterat enim si uoluisset dominus Iesus baptismi sui potestatem dare alicui, uel aliquibus præcipuis seruis suis,quos iam fecisset amicos suos: qualibus ait,iam non dicam uos seruos,sed amicos. Vt quemadmodum per uirgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos, ita in eius ecclesia,ubi plura & maiora miracula facta sunt, per aliquod signum demonstrarentur excellentioris sanctitatis ministri, & dispensatores ministeriorum,qui soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret,quamuis eis à domino attributus,tamen ipsorum iam baptismus diceretur,sicut baptismus Ioannis fuit. Hæc ille. AVCT. Ecce Deus potuit tales sibi seruos in eminenti miraculo ad ministrandum eligere: quod tamen Deus non fecit,nec melius sic fecisset. Cum autē glossam suam manualem adduxerit,dicens, quod si uult,potest,satis ostensum est suprà,quòd inuiti liter eam ducit ad præsens,quia casus supponit eum potuisse,quod de facto non uoluit. Et item nihil ita potest Deus,quod si uult potest,secundum AVGVST. in libro retractationum. Et in lib.de natura & gratia,ferè ad principium,recitans quendam errātem. Prius(inquit) distinguit aliud esse quærere an possit aliquid esse, qđ ad solam possibilitatem pertinet, & aliud utrū nè aliud sit. Hanc distinctionem ueram esse *nemo* ambigit. Consequens enim est,ut quod est, esse potuerit:non est autem consequens, ut qđ esse potest,etiam sit. Quia.n.dominus Lazarum suscitauit,sine dubio potuit: quia uero Iudam nō suscitauit,nunquid dicendum est quòd non potuit?Potuit ergo,si uoluisset. Nam si uoluisset, et eadē hac potestate fecisset,qua & filius, quos uult,uiuificat,sed hac distinctione uera, atque manifesta,quò tendat.& quid efficere conetur, aduertite. Nos(inquit)de sola possibilitate tractamus Hæc ille. AVCT. Hic ecce distinctionem quanuis errantis uiri,non tū erroneam,sed ueram esse approbat Augusti.s.inter aliqđ posse esse,& ipsum esse,& ueram esse nemo ambigit,inquit. Et post dicit istam distinctionem ueram esse,atque manifestam: & probat logicè. Quia consequens est,ut quod est,esse potuerit: non autem sic sequitur qp est,si possit esse. Manifestè autem interimit Augustinus illam manualem glossam Witcleff: potuit si uoluit, quia cum dicit, quòd Christus Iudam non suscitauit, statim subijcit, potuit, sed noluit. Non ergo tantum potuit quod uoluit: sed etiam quod noluit potuit, & hoc eadem potestate, qua potuit etiam quod uoluit, scilicet Lazarum suscitare. Stat ergo cum omni indifferentia uolitionis & nolitionis omnino identitas potestatis. Hujus necessitatis positio, sicut est uetus, ita uetustos respirare facit errores, utrum nullus prædestinatus potest a gratia & charitate regni finalis excidere, nec aliquis præscitus eam habere perpetuo. Quilibet autem baptizatus ideo baptizatur, ut perpetuò illam possideat: secundùm illud. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Nullus ergo baptizatus prædestinatus potest post quæcunque,uel quotcunque flagitia à gratia excidere sic suscepta,pro tanto,quia qui saluus erit,non saluus esse non poterit. Circa hanc rem errores quorundam ueterum in lib.21. de ciui. Dei.* c.15.recitat AVGVSTINVS. Sūt(inquit)alij ab æterno supplicio liberationem nec ipsis saltem omnibus hominibus promittētes, sed tātummodo Christi baptismate ablutis, qui participes sunt corporis eius, quomodolibet uitarint,in quacunque hæresi, uel impietate fuerint:propter illud,quod ait Christus Iesus, Hic est panis qui de cælo descendit, ut siquis ex ipso manducauerit,non morietur. Ego sum panis uiuus,qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane,uiuet in æternum. Ab æterna ergo (inquiunt) morte necesse est istos erui: & ad uitam æternam quandocunque perduci. Hæc ille. AVCTOR. Quantum ab istis distet Witeleff, ipse exponat. Isti dicunt,qp omnes abluti Christi baptismate,participesque corporis eius, & mēbra facti,quantuncunque flagitiosi posteafacti,perire non possunt. Nunquid Witeleff cōcedit? Et iterum quod concludit: Ab æterna ergo (inquiunt) morte necesse est istos erui. Nūquid ita docet Witeleff?quia qui saluandi fuerant p baptismum,ab illa gratia dicit nō posse excidere. Sequitur & alius error ponentium istud aliquantò restrictius,non de hæreticis,sed de alijs quantumcunque impijs intra ecclesiam. AVG. Item sunt qui hoc non omnibus habentibus batismatis Christi,eiusque corporis sacrm, sed solis catholicis,quanuis malè uiuentibus, polliceantur, quia non solo sacramento, sed re ipsa manducauerunt carnem Christi,in ipso eiuscorpore constituti.de quo dicit Apostolus. Vnus panis unum corpus multi sumus, ut etiam si posteà in aliquam hæresim,uel etiam in gentilium idololattriam lapsi fuerint, tantùm quia in corpore Christi.i.in catholica ecclesia, sumpserūt baptismum Christi, & manducauerunt corpus Christi,non moriantur in æternum, sed qñque uitam consequantur æternam:atque illa omnis impietas quanto maior fuerit,non eis ualeat ad æternitatem,sed ad diuturnitatem, magnitudinemque pœnarum. Hæc ille. AVCTOR. Hæc omnia fatetur Witeleff esse fidelia: eo qp nullus præscitus potest rem ipsam attingere sacramenti. Res enim utriusque sacramenti est incorporatio talis membri ad salutem æternam. Ideo dicit,ut supra protulimus,nullum præscitum percipere uerum Christi corpus,rem ipsam,sed sacramentum eius extrinsecum: nec item rem sacramenti baptismi,scilicet salutem æternā. Li. de fide ad Petrum.ca.22.AVGVSTINVS. Iō debet ad ecclesiam redire,non ut sacramentū baptismatis iterum accipiat,sed ut in societate catholica uitam æternam accipiat. Hæc ille. AVCTOR. Vita aūt æterna solis prædestinatis aptatur ex gratia,à qua (dicit)non possunt excidere:quia tunc non esset illa,quæ & ipsa sola est rō membrationis ecclesiæ. Ergo percepto baptismo,uel corpore Christi secundum rem ipsam, nullus potest ab illa gratia incorporationis excidere,quia tunc non esset illa. Nec omnis sequēs impietas,aut casus in hæresim,idololatriā, aut labyrinthum quanticunque flagitij,præparat eū ad æternum damnationis interitum: quat alis euentus est ei impossibilis ēt penes Deum. De præscito uerò supponit econtrario, sicut habetur damnata conclusio.247.Infans præscitus,& baptizatus,necessario uiuet diutius,& peccabit in spiritumsanctum,tōne cuius meritur,ut petuò condemnetur:& itanullus ignis potest eū comburere pro hoc tempore,uel instanti. Hæc Witeleff. AVCTOR. Quàm turpis sit hæc dictio contra fidem de omnipotentia Dei,&item de libero arbitro hominis,quis nesciat Christianus?Sed ut opposita iuxta se posita magis appareant:adducatur in medium, quod de hac re in lib.de bono perseuerantiæ.* cap.21. sententiat AVGVSTINVS.Vt(inquiens) non dicā quoniam sit possibile Deo auersas & aduersas in fidem suam conuertere hominum uoluntates, & in eorum cordibus operari,ut nullis aduersitatibus cedant,nec ab illo aliqua tentatione superati discedant,cùm possit & quod ait Apostolus facere,ut non eos permittat tentari supra id qđ possūne. Vt ergo id non dicam,certè poterat illos Deus præsciēs esse lapsuros, antequàm id fieret,auferre de hac uita.Hæc ille. AVCTOR. Ecce tu dicis,qp iste præscit baptizatus,& infans necessariò uiuet diutius,ut peccet ad mortem. Augustinus planè dicit quòd non: quia potuerit Deus(inquit) præsciens ipsum lapsurum esse, antequàm id fieret, auferre de hac uita. Sed dicis, & si sic fieret, non esset præscitus? Fateor in casu illo, sed non sic fiet ideo sustinet Augustinus effectus contingentiam, necessitatem tuam absolutam contemnens. Ex fide enim præscitus potest esse prædestinatus, quanuis sic non sit futurus. At(inquis) prædestinatio Dei ergo est fallibilis. Nequaquam, sed cum certitudine prædestinationis diuinę, stat contingentia in effectu, sicut cum necesse esse creatoris stat uertibilitas creaturæ. Falluntur enim in hoc negotio respicientes ad pauca, & humanæ traditionis principis, quibus semel iuuenes imbuti sunt, pronum semper mergentes aspectum. Attollant † uel semel fidei oculos, & discant hunc futurum euentum & humanę salutis inter tria uersari.

Necessitatum modi. To.1.c 22. Petrus Abelardus.

Hier.To.1

To.3.Aug. Falsum duplex.

Vid.ca.13. Aug.To.7. In 15. Ioan.17.

Aug.To.5. cap.19.

Vbi.c.10.

Aug.To.3.

Nota.

Futurus ex uetus humanæ salutis uersatur inter tria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habet enim prædestinationem diuinã pro principio, futuritionem ipsam secundum liberum arbitrium Dei gratiæ conforme pro termino, & Dei potentiam infinitam agentem, uel deserentem semper illimitatè comitantem vtrunq;. Prædestinationi enim Dei omninò derogat, qui certitudinem eius tollit, aut usquequaque quòd falli possit, admittit, & æquè creaturã à seipsa suspendit, qui contingentiam actuum admittit, & vertibilitatem eius in necessitatem commutat. Potentia uerò creatoris certissima sine præiudicio certæ præscientiæ, potest secundum idipsum, quod in creatura futurum est, aut item nõ futurum, ut sibi placet, efficere. Prædestinationi tamen eius nihil potest surripi: quia omnino fixa est, & secundum eã nullus per.re potest, qui prædestinatur ad gloriam. Et sic intelligi habet illud, quod AVGVST. ait libro de fide ad Petrum. cap. 35, dicens. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnes, quos uasa misericordiæ gratuita bonitate Deus facit ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei, prædestinatos à Deo, neque perire posse aliquem illorum, quos Deus prædestinauit ad regnum cælorum: nec quenquam illorum, quos non prædestinauit ad uitam, illa posse ratione saluari. Prædestinatio enim illa gratuitæ donationis est præparatio, qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Hæc ille. AVCT. Benè dicit non perire posse aliquem illorum, quos Deus prædestinauit ad regnum, secundum id, quod prædestinationem ipsam respiciunt. Attamen secundũ se perire possunt, & ruere, ut idem AVGVST. supponit lib. de prædestinatione sanctorum circa medium, dicens. Cur autem hic tenuerit casurum iustum, quem priusquàm caderet, hinc posset auferre, iustissima ratio: sed iscrutabilia sunt iudicia eius. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Deus priùs potest auferre iustum, quàm cadat: sed inscrutabili iustitia eius non hoc faciens, detinet donec cadat. Si ergo sine detrimẽto iustitiæ suæ Deus iustum detinet in hac uita usque ad iniustitiam, quare sine detrimento prædestinationis suæ fixæ non potest Deus detinere in hac vita adoptionis suæ filium, quousque fit non filius? Inter hæc scilicet omnino fixum, & omnino cõtingens, illimitata semper adest diuina potentia, quæ sicut prædestinatio diuina humanis casibus non ligatur. Idcirco in primo libro dixi longè alijs regulis utendum esse, cùm diuinæ prædestinationis, aut præscientiæ eius casibus conuertamur, quàm in puerorum obligationibus solebamus, propter admixtionem extraneã sumi necessarij, & ultimi contingentis. Ita ut semper in responsionibus post casum inter uerum

Idē To. 3

Eph. 1. Nota

Aug. To. 7

A de facto, & uerum solum possibile admissum in casu, fiat distinctio, ut si de facto sit uerũ solũ futurum, q; Ioannes saluabitur: ponatur tamen q; peccet, & illo peccato discedat. Si proponatur: concedam cum expressa adiectione, q; non concedo hoc simpliciter, sed ratione positi tanquàm uerum possibile tantum, non tũ sic futurum, quia alioquin concessum simpliciter, diuinæ prædestinationi simpliciter repugnaret. Qđ omnino sanæ fidei aduersari, lib. 1. * de natura animæ ad Vincẽtiũ tradidit AVGVSTINVS. Noli (inquiens) dicere, noli credere, noli docere, quos dominus prædestinauit ad baptismum, prædestinationi eius eripi posse, & ante defungi, quàm in eis fuerit, quod omnipotens prædestinauit impletum, si uis esse catholicus. Nescio enim quæ hic potestas contra potestatem Dei, casibus datur, quibus irruentibus, quod ille prædestinauit fieri, non sinatur. Hæc ille. AVCT. Ex hoc percipi potest, q; ars ista obligatoria diebus Augustini in materia de Dei prædestinatione usu coaluit, & per indiscretam obseruantiã regularum cogebantur responsales diuinæ prædestinationi occurrere propter casuum potestatem. Nescio (inquit AVGVSTINVS.) quæ hic potestas contra potestatem Dei casibus tribuatur. Omnis enim potestas diuinæ prædestinationi contraria amputatur, quando unicuiq; propositioni tantum uerè possibili hæc nota commungitur alijs, prout de facto ueræ sunt concessis simpliciter. Nec logicam hanc tanquàm nouam rideant Witcleuistæ, quousque doceãt, quare magister eorum Witeleff etiam inter necessitates suas erroneas coactus sit inter uerum de possibili, & uerum de facto hac uti cautela, & dicere, si Deus uoluerit. Sicut ipse dicit. 3. libro trialogi. capi. 8. Et nunquid magis pertinenter dicitur de Ioannæ prædestinato de facto, quòd in casu posito est decessurus in mortali de possibili posito, quàm si Deus hoc uult? Hoc tamen seruato pro absolutè uero, quod est de facto futurum: quia hoc diuinæ præscientiæ est determinatum obiectum, prout in fine libri cõtra sermonem Arianorum dicit AVGVST. Deum se futurum nunquàm præsciuit: quid est autẽ præscientia, nisi futurorum scientia? Hæc ille. AVCTOR. Illi ergo, qui oppositũ eius, quod Deus præscit, de facto futurum concedunt in casu posito, tanquàm de facto sit futurum, ipsi ad mentem Augustini propter possibile casualiter positum, destruunt Dei præscientiam. Vnde in prædicto loco subdit contra Vincẽtium AVGVST. Tua (inquit) ista sunt uerba. Habendam dicimus (inquit) de infantibus istiusmodi rationem, qui prædestinati baptismo uitæ præsentis antequàm renascantur in Christo, præueniuntur occiduo.

B

C

Vide omnia & uerum lib. 3. de ciuit. Dei. cap. 8.

Idem

Aug. To. 8. Abest quia

Aug. To. 7

occiduo. Ergo nè prædestinati baptismo uitæ præsentis antequàm ad eum perueniant præueniuntur occiduo: & prædestinaret Deus quod futurum non fuisse presciuit? Aut hoc futurum fuissent sciuit ut eius, aut prædestinatio frustraretur, aut præscientia falleretur? Hæc ille. AVCTOR. Ex modo arguendi patet. quòd propositionem de inesse simpliciter intellexit Augustinus: quod in principio dixerat nullos diuinæ prædestinationi eripi posse, id est, non posse cõcedi sic simpliciter. Vnde prædestinationi ereptos quis intelligat? quia sic semper * de post nudè arguit de inesse: ut quanuis sic ponatur in casu, & concedatur uelut possibile absolutè, tamẽ nõ sic dicendum est, quod statim præscito uero opponitur. Vt de præscito infante ad baptismum, quanuis in casu posito præueniri possit occiduo: non tamen hoc concedo futurum, etiam post casum admissum, quia de facto eius oppositum est verum futurum. Concedo tamen illud tanquàm possibile futurum, & hoc Deum simul cum determinato futuro præsciuit. Et in præscientia diuina benè conueniunt, quòd Deus cognouit hoc de facto futurum, & de possibili nõ futurum. Vnde & neutrum illorum futurorum nesciuit Deus in modo suo fore futurum, ut eius prædestinatio frustraretur, aut præscientia falleretur. Certè hæc duo simul futura Deus omnino non præscit, s. hoc esse futurum, & hoc non esse futurum, sed omnino alterum illorũ Deus nescit esse futurum. Et sic in hac uia stant prædicti casus Augustini de prædestinatione sanctorum, quos ipse libenter admittit.

*posteà.

¶ QVOD BAPTISMVS AQVAE tollit omne delictum mortale, & uentale, & omissionis quodcunque, indiuens perfectè nouum hominem, qui secũdùm Deum creatus est. Cap. CVIII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicit, quòd baptismo non remittitur peccatum omissionis, confutatur. Et quomodo in hoc satagit in perfidia superare Pelagium.*

2 *Baptismus quòd det omnium indulgentiam peccatorum, & auferat peccata, non radat.*

3 *Peccatum quid, & quid delictum, & quomodo differant ex Augustino. Et quomodo delictum, quod est omissionis peccatum, etiam in baptismo remittatur. Et quid de hoc dicant Augustinus, Haymo, Beda, &c.*

A PRIMVS affectus sancti baptismatis in magna portione sustollitur, quãdo plena indulgentiam omnium peccatorum ipsi negatur: & sit uis de uenialibus omissionis. Inter conclusiones tertias 208. Baptismus delet omne peccatum originale, vel actuale: mortale aut veniale quod inuenit, sed de ueniali omissionis non oportet. Hæc

1 Witeleff. AVCTOR. Quòd † ergo sacramẽtum est perfecta abolitio neteris hominis, si baptismus sui delicti ruinas non implet? Vbique satagit (sicut prædixi) in perfidia superare Pelagium. Nam Pelagiani hunc articulum pro damnato habebant, quòd non omnia peccata in baptismate tollebantur, sicut scribit in libro. 1. contra duas epistolas Pelagianorum. * cap. 24. AVGVSTINVS. Eos (inquit) qui dicunt etiam baptisma non omnia peccata delere, condemnamus, quia scimus plenam purgationem per ipsa mysteria conferri. Augustinus respondit. Hoc dicimus & nos: sed paruulos quoque per ipsa mysteria primæ natiuitatis, & obnoxiæ successionis uinculis solui, non dicitis uos. Propter quod de ecclesia Christi, quæ hoc antiquitus tenet, oportet ut sicut * alij hæretici segregemini & uos. Hæc ille. AVCTOR. Vide nunc Witcleff Pelagianos illos concedere, dicentes baptisma sanctum non omnia peccata delere, simpliciter condemnatos, quia scimus (inquiunt) plenam purgationem per ipsa mysteria conferri. At Augustinus, hoc (inquit) dicimus & nos. Ergo qui dicitis non plenam purgationem, sed uix semiplenam conferre baptisma, dum uenialia omissionis excipitis, multò magis quàm Pelagiani oportet de ecclesia sitis cum hæreticis segregati. Nolit hoc dictum imputare catholicis, nisi mania Pelagianorum uoluerit annotari. Iulianus enim Eclanensis cum suis sic imposuerunt ecclesiæ, quasi diceret baptismum nõ omnia peccata auferre, sed radere, ita ut radices delictorum teneantur in carne. Quod dicit pro concupiscentia carnis, quæ seminarium uidetur esse sequentium delictorum. At libro primo contra duas epistolas Pelagianorum. * cap. 7. AVGVST. Dicunt etiam (inquit) baptisma non dare omnem indulgentiã peccatorum, nec auferre crimina, sed radere: ut omnium peccatorum, radices in mala carne teneantur. Augusti. respondet. Quis hoc aduersus Pelagianos nisi infidelis affirmet? Dicimus

2 † ergo baptisma dare omnium indulgẽtiam peccatorum, & auferre peccata, non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur quasi rasorum in capite capillorum unde ceesçant, iterum resecanda peccata. Nam & istã similitudinem comperi suæ illos adhibere calũniæ, tanquàm hoc nos sententiamus, atque dicamus.

Vvitleff.

* cap. 12. Idem To. 7

* cæteri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo, uel fallere, cum necesse est, ut etiam baptizatus, & hoc si diligentissimè proficit, & spiritu Dei agitur, pia mente confligat. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo ecclesiæ patres tales abrationes peccatorum admittunt, ablatis maioribus, minora remanerãt. Dicimus (inquit AVGVSTI.) baptisma dare omnium indulgẽtiam peccatorũ & auferre peccata, non radere. Si ergo omnium peccatorum fert baptismus indulgentiam, non potest ibi remanere ueniale omissionis: nè non omnium, sed omnium præter talium fiat in baptismo remissio peccatorum. Nec licet ab illa vniuersali sententia ista excipere, nisi eadem licentia possit alius cum valet mortale omissionis excipere. Sed attendamus scripturam sanctam quid in hac re definiat. Leuiti. 6. scribitur. Sicut in peccato offertur hostia, ita & pro delicto utri usque hostiæ lex vna erit. Si † enim genus locutionis attendimus, peccatum commissionis reatum intimat. Delictum, negligentiæ, vel omissionis culpam notat. Vtriusque tamen lex una erit, quia in nouo testamento gratia Dei in sacramentis simul tollit utrũque, saltem quæ tollit peccatũ, ea lege aufert delictũ. Vnde in libro q̃stionũ Leui.* cap. 15. dissoluẽs prædicti textus ambiguum, sic loquitur AVGVSTINVS. Quæritur inter delictum & peccatum quæ sit differentia: quoniam si nulla esset, nullo modo diceretur: quomodo quod est pro peccato, ita & id, quod pro delicto. Quanuis enim lex eiusq; sacrificium nihil distet, quia lex est una eorum, tamen ipsa duo, quorum unum est sacrificium, id est, peccatum, & delictum si inter se nihil differrent, & si unius rei duo nomina essent, non curaret scriptura tam diligenter commẽdare unum esse utriusque sacrificium. Fortassis ergo peccatum est perpetratio mali: delictum autem derelictio boni: ut quemadmodum in laudabili uita aliud est declinare à malo, & aliud est facere bonum: quod admonemur, dicente scriptura, Declina à malo, & fac bonum: Ita & in damnabili, aliud est declinare à bono, & aliud facere malũ: ut illud delictũ, hoc peccatũ sit. Nã & ipsum uocabulũ si discutiatur, quid aliud sonat delictum, nisi derelictum? & qui deliquit, quid dereliquit nisi bonũ? Et infrà. Potest etiã uideri illud esse delictum, quod imprudenter, id est, ignoranter, peccatum, quod a sciente committitur. Huic differẽtiæ uident testimonia consonare diuina. Delicta quis intelligit? Et illud. Quoniam tu sciti imprudentiã meã. Continuo quippe secutus adiunxit. Et delicta mea à te nõ sunt abscõdita. uelut alio modo repetens eandẽ sniam. Nec abeadẽ ratione discordat Apostoli dictũ. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Hinc enim, quòd præoccupatum dicit, imprudentem lapsum esse significat. Peccatum uerò ad scientẽ pertinere, apostolus Iacobus tanquam definiens ait. Scienti igitur facere bonum, & non facienti, peccatum est illi. Sed siuè ista, siuè illa, siuè alia differentia sit peccati, & delicti, nisi alia esset differentia, non ita loqueretur, ut diceret, Quomodo pro peccato, ita pro delicto lex una est eorum. Indifferenter autem plerunque dicuntur, ut peccatum nomine delicti, & delictũ nomine peccati appelletur. Neque enim cum dicitur in baptismo fieri remissio peccatorũ, non fit etiam delictorum: nec tamen utrunque intelligit. Sic & dominus ait pro multis effundi sanguinem suum in remissionem peccatorum. Nunquid quoniam non ait, & delictorum, ideo quisquam dicere audebit in sanguine ipsius non fieri remissionem delictorum? Item in eo, quod scriptum est apud Apostolum. Nam iudicium quidem in uno in condemnationem, Gratia uero ex multis delictis in iustificationem: quid aliud, quàm nomine delictorum & peccata comprehensa sunt? Hæc ille. AVCTOR. In toto isto passu aliud Augustinus insinuat, nisi peccata omissionis, quæ appellat delicta, eadem legis oblatione deleri, qua peccata commissionis, quæ peccatorum nomine censebantur esse deleta? Et sic in nouo testamento eodem sacramento baptismatis & hostia sanguinis simul nomine peccatorũ omnia tollebantur delicta. Nec facienda est uis de minoribus delictis, quæ uirtute tanti sacramenti* sorbentur in maioribus. Lib. 6. cõtra Iulianum. cap. 11. AVGVSTINVS. Nec nos dicimus quia baptismate delictum omne mundatur, si renascendo quisque mundatur. Quod enim non amittit nisi regeneratio, nõ cessat trahere generatio. Hæc Augustinus. AVCT. Ecce in baptismate omne delictum mundatur. Siue ergo delictum est omissionis piaculum, siue in eo etiam commissum omne peccatũ includitur, sicut uerũ est, & Augustinus supra hoc docuit: omne ueniale omissionis uitium potiùs in magno omisso laxari intelligitur, quàm peccata cõmissa. Peccata enim minora eiusdem generis cõuenientius includantur in suis maioribus, quàm omninò alterius generis tanta peccata. Et iterũ si instet, p minoribus peccatis omissionis Wicleff, quia minora sunt, rogo quomodo signabit unum minus, quàm est ignorantiæ peccatum in paruulo? Vnde & Psalmista. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris domine. Et nunquid sanctitas sacramenti hoc exigit, ut & ipsa purgetur? Libro* primo de baptismo parulorum cap. 44. AVGVSTI. Illam recentium natorum profundissimam ignorantiam uideamus, ex qua ad istam non permansuram balbutientem

balbutientem fatuitatem tanquàm ad scientiam, locutionem que tendentes perficiendi uenerunt. Illas, inquam, consideremus tenebras mentis utique rationalis, in quibus & Deum ignorãt prorsus, cuius sacramentis etiam cum baptizantur, obsistunt. In has quæro unde, & quando submersi sunt? Sequitur. An nullum est ignorantiæ malum, & ideo nec purgandum? Et quid agit illa uox, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas nè memineris? Et si enim dãnabiliora peccata sunt, quæ à scientibus committuntur, tamen si ignorantiæ peccata nulla essent, non hoc legeremus, quod commemorauí, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas nè memineris. Hæc ille. AVCTOR. Magnum igitur est istud ignorantiæ malum, & ideo restat esse purgandum. Nam si ignorantiæ peccata nulla essent, non ad ea tergenda psalmographus sic oraret, Delicta iuuentutis meæ &c. Damnabiliora tamen peccata sunt; quæ à scientibus committuntur, (dicit Augu.) sed non ideo sunt ista nulla, & ideo nec purganda. Quasi diceret, si forent aliqua, purgarentur. Qua hostia? Sicut superior lex docuit eadem, qua tolluntur peccata, quæ à sciẽtibus committuntur. Eadem enim lex est peccati & delicti, commissi & omissi, maioris & minimi: alioquin baptizatus nõ esset perfectè iustus ex baptismo. Quo contrà dicit Apostolus ad Ro. 3. Nunc autem iustitia Dei* manifesta est sine lege, testificata à lege, & prophetis. Dicit, Nunc autem, id est, in nostro tempore, per baptismum. Vnde ibi in expositione HAYMO. Iustitia in Christo est reuelata, & data sine lege, id est, sine obseruatione legali, quia nulli lex secundum mysteria & sacrificia traditur iam obseruanda, sed dicitur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. hoc est, iustus erit. Sequitur. Testificatur à lege, & prophetis. Iustitia baptismatis, qua iustificamur, testificatur per legẽ, dum dicitur. In nouissimis diebus circuncidet dominus cor tuum, id est, auferet peccata tua, & iustificabit te per baptismum. Hæc ille. AVCTOR. Perfectam † ergo iustitiam consequũtur homines per baptismum: perfectè autem iusti non sunt, quibus potest imputari delictum. Nec est per differentias omissionis & commissionis, uenialis aut mortalis exemptio procuranda. Quia sic in baptismate plena sit indulgentia criminum, ut si sic baptizati decedant, transeant ad hanc ecclesiam ubi non est macula, siuè ruga. In expositione sua super illo Iacobi. Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius. tangens prædictum textum Apostoli, BEDA. De hoc testimonio Paulus ad Romanos firmissimè disserit, manifestissimè dicens. Quia tanta est uirtus fidei, ut statim perceptis eius mysterijs, iustum de impio facere possit hominem. Sequitur. Hoc quoque tempore si quis nuper ad fidem ueniens baptismum susceperit, & proponens se toto corde Deo seruire & præceptis eius obedire, moxque de hac luce migrauerit, iustificatus utique fide sine operibus emigrauit: quia tempus operandi, unde fidem probaret, ipso, in quem credidit, Deo disponente, non habuit. Hæc ille. AVCTOR. Et in* de baptismo parulorum, lib. 1. ca. 17. AVGVSTIN. Cæterum quis ignorat, q̃ baptizatus paruulus, si ad rationales annos ueniens non crediderit, nec se ab illicitis concupiscentijs abstinuerit, nihil ei proderit, quod paruus accepit? Veruntamen si percepto baptismate de hac uita emigrauerit, soluto reatu, cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine ueritatis, quod incomutabiliter manens in æternum, iustificatos præsentia creatoris illumi nat. Peccata enim sola separant inter homines & Deum, quæ soluuntur Christi gratia: per quẽ mediatorem reconciliamur, cùm iustificat impium. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est ergo non defecta, non semiplena, sed plena indulgentia criminum, quam quilibet iustificatus ex fide in baptismo consequitur: cum qua scilicet iustus possit sine sorde reputari inter iustificatos illos, quos præsentia creatoris illuminat. Et quia non est peccatum nisi separet à Deo: & sola peccata separant inter homines & Deum: nullum restabit in baptizato peccatũ, quin soluatur Christi gratia, per eum, qui iustificat impium. Sicut æquè dicit ad hunc effectum Apostolus ad Romanos. 3. Iustificati (inquit) gratis per gratiam ipsius, per redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu. Vbi notanter in expositione HAYMO. Gratis dicit, id est, sine ullis præcedentibus meritis. Vbi gratia. Venit quis ad baptismum, nihil boni unquam fecit, baptizatur, statimque iustificatur. Ecce gratis iustificatur per gratiam, id est, per donum Dei, & hoc per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, non in operibus legis. Redẽptio nostra, qua sumus redempti, & per quam iustificamur, passio Christi est. Quæ iuncta baptismo, iustificat hominem per fidem, & postmodum per pœnitentiam. Ità enim mutuò illa duo sunt coniuncta, ut unum sine altero non possit hominem iustificare. Nam neque fides dominicæ passionis sine aqua baptismatis hominem mundat, nisi fortè in martyrio, quod pro baptismate accipitur: neque aqua baptismi sine fide dominicæ passionis purificare hominem ualet. Iungantur ergo simul, sicque præstabunt perfectam redemptionem, perfectamque mundationem. Ita neque Iudæus, neque Gentilis, suis iustificatur operibus, cùm uterque sit præuaricator suæ legis: Iudæus uidelicet naturalis, & scriptæ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptæ:Gentilis autem naturalis: sed redemptione A
qua Christus nos redemit suo sanguine, & fide,
& aqua baptismatis; qua quisque renatus, si sta-
tim obierit, saluabitur in uita. Hæc ille. AVCT.
5 Ecce † quæ suprà distinximus, in uno congrega- 1
ta fasciculo. Gratis iustificamur in baptismo ab
omni delicto. Si ergo remaneret ueniale omis-
sionis, non gratis tollendam per gratiam Dei,
sed nostris operibus, abbreuiata foret in illo gra
tia Dei, & nostra opera gratiæ præferenda. Non
est enim medium, quia aut gratia Dei, aut no-
stra merita per gratiam Dei tollunt delicta. Se-
cundò habes, quòd fides dominicæ passionis,
quæ est per te ex baptismo flaminis, nisi iuncta
fuerit baptismo fluminis, non soluit delicta. Ter
sic tiò item si martyrium ante baptismum mundat
hominem, hoc est, quia supplet locum baptismi
quo quisque sic iustus redditur, sic abluitur, q; si
obierit, ea forma saluabitur.

¶QVOD EST ALIQVIS CHARA B
cter baptismatis, confirmationis, & ordi-
nis, ut docet ecclesia; & ubi hoc fun-
datur. Cap. CIX.

SVMMA.

1 *Character quid.*
2 *Character (seu signaculum Dei sanctũ) quod ex pacto hominis cum Deo detur homini baptiza-
to. Et ad quid. Et de signaculis et characteribus
triplicis sacramenti ex Apostolo.*
3 *Pignus, & Arra in quo differant.*
4 *Character, uel signum quanuis sit gratia spiritus
sancti in baptismo, uel alio sacramẽto percepta
quòd tamen non sit res sacramenti, quæ sumen-
tem faciat Deo gratum.*
5 *Signaculum, seu Character, quòd sit aliud quid à
Spiritu sancto, uel uisibili sacramento, uel effe-
ctu sacramenti, quod est gratia. Et quomodo sit
indelebile ostenditur.*
6 *Character uocabulũ, quod sepissimè in libris pa-
trum reperiatur, et ad illum effectum, ut iam
ponit ecclesia, Augustini authoritatibus demõ
stratur. &c. Et de ratione ponẽdi characterem.*

DOcuit nos semper à primæua fidei in-
stitutione mater ecclesia, quo modo
ex sacramentorum quorundã acce-
ptione relinquitur in Christi mem-
bris signaculum saluatoris, quod expresso nomi
Character. ne uoluerunt appellare characterem. Sed
qui fundamẽta characterum sacramenta in mõ
tibus sanctis non diligit, parũ est, si fundationẽ,
Wiclef. aut fructũ istorũ cõtẽnat. Quarto tria. cap. 15.
Quidã multiplicãt in ordinibus & sacris multis
characteres: sed istorum fundationem, & fructũ
nec in scriptura sacra, nec in ratione considero.
Hæc ille. AVCT. Primò ut innotescat fundatio
huius signaculi, restat fixè determinare, quid sit,
de quo loqui intendimus. Ipsum † enim est san- *Character quid.*
ctitas q̃dam nostris impressa mẽtibus, secundũ
quam adepti baptismatis sacramẽtũ, à non suscí
piẽtibus discernamur: quo fundato, de suis fru-
ctibus differemus. Hæc sanctitas, uel sãctitatis si
gnaculum pp̃ fixã & indelebilẽ eius morã in ani
ma p̃ fortem impressionẽ ab agente causatã, &
expressionem figuræ, q̃ gerit, apto uocabulo, à
patribus appellatur character, quæ est figura p̃
inustionem ferri causata in pecore, ut indelebi-
liter notã exprimat possessoris. Cum aũt p̃ ferro characterizante accipitur, sedã syllaba eius
scribẽda est cum e secunda uocali. Vnde in lib. *Hier. Ex-
positionis fidei
ecclesiasticæ.*
interpretationis suæ triformis. HIERON. Cha-
racter ferrum coloratum, quo notæ pecudibus
inuruntur. Character græcè, forma dicitur lati-
nè. Hæc ille. AVCTOR. Alias dicitur figura, secũ-
dùm dicentes, quòd ubi nos dicimus de Deo fi *Ibidem.*
lio, quod sit figura substantiæ eius, in græco ha-
betur, & character substantiæ. Procedentes igi-
tur ad fundationem eius, legibus canonum nõ
donamur, quibus tamen omni mente subiici-
mur: tantùm nè cedamus locum calumniãti
hæretico, quòd legibus humanitus adinuentis
sacramenta nostra fundantur: & non ex Deo,
sed ex hominibus baptismus noster, & fides to-
ta dependeat. Cùm re uera non ex se, sed ex
Deo, & traditione apostolorum continuata
usque ad tempora sua canones hoc sanxerunt,
dicente sancto Petro in canonica. Non enim uo- 2. Pet. 1.
luntate humana allata est aliquando prophetia,
sed spiritusancto inspirati, locuti sunt sancti
Dei homines. Quod mirum doctor uere sub
tilis non aduertit in hoc, sicut in aliis, nescíens
C (ut dicit) aliam authoritatem scripturæ, uel
antiquitatis adducere, nisi ecclesiæ sic determi
nantis ex nouo. Si beatus Augustinus habuisset
hunc modum probandi unicum baptismum cõ
tra Donatum, aut Dei gratiam contra Pela-
gium, aut unum principium omnium cõtra Ma
nichæum, aut consubstantialitatem filij Dei
contra Arium, quam facile disputasset, sed
quàm difficilè conclusisset hæreticis. Nec tamen
omnes authoritates tam uiuaces, tam claras in-
tulit, ut non aliquis uersutus, & defensor pro-
teruus eas declinare ualuerit. Sed ideo ualue
runt, quia robur acceperunt ab apostolorum
fide primæua. Sed quomodo (inquis) ita pro-
bas tuum characterem? Quia sic uniuersa iam
olim sanxit ecclesia, ideo ab apostolorum tra-
ditione uenisse nos credimus. Sed proba scri-
ptis, inquis. Hoc mirum est, quòd iubeas: cùm

Dama-

Damasceni scripta, uel Dionysij patroipendas, A
& dicis magis credendum ecclesiæ. De moribus
(inquis) Manichæorum, Euangelio non crede-
rem, nisi crederem ecclesiæ. Errore forsan scri-
ptoris contra epistolam fundamenti uolebat di-
xisse. tamen indubiè ita credo. Et eo potiùs, quia 2
ecclesia tam Augustini, quàm Damasceni, Dio-
nysij, & priscorum patrum sensus in sententia
semper tenet. Ita enim ecclesia quantumcunque
grandis uno loco collecta, uel tempore, necesse
habet uti authoritate patrũ, per quos ab aposto
lorũ temporibus fides antiqua ad se usque traji-
ciat, ut non suo modo sensu gloriari uideatur
cum hæreticis: & illius satyrici uoce formari
decreta: Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uolun- *Tunc alle-
gat. cap. 26.
Augustin. Tex.*
tas. Lib. 5. cõtra Donatistas. cap. 27. AVGVST.
Quod autem nos admonet, ut ad fontem recur-
ramus, id est, ad apostolicam traditionem, & in-
de canalem in nostra tempora dirigamus, opti-
mum est, & sine dubitatione faciendum. Hæc il-
le. AVCTOR. Attamen & si nusquam ita re B
periatur scriptum, si scripta patrum omnino
non dissonent, & uniuersa, uel maioris partis ec-
clesiæ consuetudo sic habeat, ab apostolorum
traditione uenisse credatur. Ibi suprà. cap. 24. *Idem. cap. 23.*
AVGVST. Apostoli autem nihil exinde præce-
perunt. sed consuetudo illa, quæ opponebatur
Cypriano, ab eorum traditione exordium susce
pisse credenda est, sicut multa, quæ uniuersa te-
net ecclesia: & ob hoc, ab apostolis benè præce-
pta creduntur: quanquàm scripta non reperian-
tur. Hæc ille. AVCTOR. Magnum ergo ro-
bur habet pro declaranda antiqua fide ecclesiæ
ipsa consuetudo intelligendi, uel fidem traden-
di, ubi scriptorum monimenta uacauerint. Ma-
gis ergo scriptum testimonium roborat, & au-
get fidem, ubi in sanctorum patrum libris sine
ambiguitate prospicitur. Sed ipsa consuetudo
est animata fides ecclesiæ, hæc signata. Ita ergo
iuuante Christo fundamenta scripturarum ape C
riam, ea, quæ pia fides non abnuet, concors san-
ctorum patrum, & ecclesiæ canonum cum con-
sensu fidelium populorũ attestatio roborabit.
Apostolus Paulus de hoc signaculo loquens ad
Ephesios ca. 4. Nolite contristare spiritum san- Eph. 4.
ctum Dei, in quo signati estis in diem redemptio
nis. In quo textu in annotationibus HIERO-
NYMVS. In quo signati estis in diem redem- *Hieronym. Tex.*
ptionis. Symbolũ spiritussancti in die baptismi
accepistis: nouum signaculum habere cœpistis.
Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd litera aposto-
li Pauli ad primæuos credentes signaculum illud
sanctitatis commemorat eos accepisse in die ba
ptismatis. Vnde item in expositione HAYMO. *Haymo.*
In quo signati estis, id est, sigillati, & assignati
estis Deo in die redemptionis. Sequitur. Id est

in die baptismatis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce
item sigillum, quod ante signaculum dictum
erat: & exponens Hieronymus uocat illud sym-
bolum spiritussancti: quod symbolum secundũ *Symbolum quid*
ipsum in libro interpretationis triformis, est pla
citum, siue pactum hominis cum Deo. Ex † pa-
cto ergo hominis cum Deo signaculum Dei san
ctum datur homini baptizato. Et ad quid: nisi ad
aptandum eum gratijs, & reliquis donis spiritus
sancti? ut quasi per arram ad solutionem ueniat
pleniorem, & tunc tandem ad plenissimam, sci-
licet gloriam beatorum: quam item sub nomine
pignoris idem Apostolus exprimit populis. 2.
Corinth. 1. Qui autem confirmat nos uobiscum 2. Cor. 1.
in Christo: & qui unxit nos Deus, & qui signauit
nos Deus, & dedit pignus spiritus in cordibus
nostris. In quo refertissimo Apostoli compilan-
tur signacula, & characteres triplicis sacramen-
ti, quæ dat Deus per se in mente credentium:
quamuis non secundum ordinem, quem modò
tenemus. Vnde super eum textum in expositio- B
ne, HAYMO. Qui unxit nos gratia spiritussan- *Haymo*
cti, id est, qui dedit nobis remissionem peccato-
rum per gratiã spiritussancti. Et subaudis. Deus
uerus est. In ueteri testamento sacerdotes & re-
ges ungebantur oleo. In nouo autem omnes fide
les ungantur: non tantum oleo. uisibili, quantum
inuisibili gratia uidelicet spiritussancti in baptis
mate. Et per manus impositionem fiunt reges
animarum, & sacerdotes populorum, ut sanctifi
cent eos. iuxta quod Petrus ait. Vos autem estis
genus electum, regale sacerdotium. Et qui signa 1 Pet. 2.
uit nos sibi, dando signum suum nobis. DVM
enim dixit Christus: Sicut misit me pater, & ego Io. 6.
mitto uos: signum suum in eis posuit, & dedit di
gnus spiritus in cordibus nostris. Pignus est pro *Pignus quid.*
priè, quod propter rem creditam datur. Sed hic
Apostolus pignus pro arra posuit: quæ ideo da-
tur, ut certus sit de promisso, & quod minus de- *Arra*
est, compleatur. Nos ergo pignus, siue arram ac-
cepimus: gratiã uidelicet spiritussancti in baptis
mate, ut certitudinem, & securitatem de promis
sione æternæ patriæ habeamus. Hæc ille. AV-
CTOR. Is ergo textus Pauli monstrat ad lite-
ram, quomodo in confirmatione, in unctione,
siue baptismatis, siue ordinis signat nos Deus si-
gno illo, quod signaculum, uel symbolum, quã-
dam sanctitatem christianitatis appellant: quidã
characterem, sed ipsa sunt signacula. Thesaurum
signatum hic apostolus uocat pignus, uel meliùs
arram (dicit Haymo) quia arra non repetitur à
tradente, sed semper permanet cum sumente. Pi-
gnus autem repetitur, debito persoluto. Cui itẽ
Hieronymus consonat in commentario. Et pri-
ma parte sermonum, sermone 21. AVGVST. *August. Tex.*
Eandem quipperem interpretes dicere uolue-

runt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt:inter est† tamen aliquid in loquendi usu inter arrā & pignus. Pignus enim quando datur:cū datum fuerit,propter quod pignus datum est, pignus auferetur.Sequitur. De ipso pretio das aliquid,& erit arra,non pignus:quod sit complendum,non quod auferendum.Hæc ille.AVCTOR.

4 Idcirco †item hoc signum,uel character,quamuis sit gratia spiritussancti in baptismo, uel alio sacramento perceptamon tamen est res sacramēti,quæ sumentem faciat Deo gratum.Hæc enim gratia non continuò à sumente tenetur,uel non ab uniuersis Corinthijs tenebatur: quorum multi pseudo apostolis cohærentes,ab eis item spontè baptizati sum:nec gratiam hanc etiam in baptismo certissimè receperūt: Sed nec in chrisma te sancto:quemadmodum tractat illum textum psalmi,Sicut unguentum in capite.libro.2.contra Petilianum,responsione* 105.AVGVSTI. dicens. In hoc unguento sacramentum Chrismatis uult interpretari. Quod quidem in genere visibilium signaculorum sacro sanctum est: sicut ipse baptismus.Sed potest esse in hominibus pessimis,in operibus carnis uitam consummantibus,& regnum cœlorum non possessuris:& ideò nec ad barbam Aaron, nec ad oram uestimenti eius,nec ad ullam contextionem uestis sacerdotalis pertinentibus. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est inquam gratia,quam ut sigillum pignoris dedit dominus in cordibus nostris, siuè pignus ipsum,uel arra ibi sit,siuè nō.Ideo Apostolus post 5 uinctionem subiecit utrunque,primò dicens: qui signauit nos:& deinde subiecit: & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Quanquàm ergo pignus spiritus sit gratia baptismalis in fructu, non tamen sic est signaculum,quò signatur, nec hanc gratiam per uniuersos certificasset Ephesios,quibus Paulus ait.cap.1. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem C acquisitionis. Vnde in expositione epistolarum Pauli AMBROSIVS.Signum(inquit) habētes redemptionis,atque hæreditatis futuræ,spiritum sanctum datum post baptismum. Redempti enim hæredes designati sunt, si in regeneratione perdurent: ut fides præuia ueniam: sancta uerò conuersatio perdurans cum fide coronam mereatur.Hæc ille.AVCTOR.Ecce quomodo credentes signati sunt per spiritum sanctum datum post baptismum, ut puta in sacramento confirmationis, & non tantùm, sed in redemptione sunt hæredes designati: ut si in regeneratione perdurarent,tunc fides præuia ueniam in remissionem peccatorum: sancta quoque cōuersatio, quæ est fructus confirmationis, perdurans cum fide,coronam mereatur. Istæ conditiones non essent dicendæ de gratia gratum faciente: quia illa simpliciter præbet ueniam peccatorum. Est ergo signum illius gratiæ,per spiritum sanctum impressum menti baptizati fidelis, aut etiam cō firmati:quæ utique gratia concipitur quasi in sinu animæ signato charactere ut sigillo. Quemadmodum texum illum Pauli 2. Corinth.1. Et qui unxit nos Deus,& qui signauit nos, exponit HIERONYM. Signauit nos(inquiens)spiritu sancto,uel chrismate. Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris.Illud signatur, quod aliquid intrinsecus continet pretiosum. Pro arra Christi gratiam:omnis autē arra pro magnitudine pretij dari solet. Quantum ergo pretium est, cuius tanta est arra? Hæc ille.AVCTOR. Attende quò expositio ambulet. illud (inquit) signatur, quod aliquid intrinsecus continet pretiosum. Quid est illud quod signatur? Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Corda ergo signantur, quia continent aliquid pretiosum. Pignus B spiritus est illud pretiosum, quod item est arra. Pro arra(inquit) Christi gratiam. Habemus hic prætium contentum Christi gratiam: habemus continens cor hominis, siue mentem: habemus & signaculum continentis. Sunt ergo hæ tria eorum. Habemus etiam signatorem spiritum sanctum. Habemus officium signaturæ limitatum in regeneratione spiritussancti, uel chrismate.Habemus & pretium, quod finaliter respicit signaturam, scilicet gloriam ultimam. His sex numeratis patet, quòd † istud signaculum est aliud quid à spiritusancto, uel uisibili sacramento,uel effectu sacramenti, quod est gratia, quia est signaculum gratiæ, uel sigillum spiritussancti in officio mentis impressum, gratiam inesse dedente gratia nō recedit. Sed tunc locum habeat, quod dæmon territus dixit, Vas uacuum, sed signatum. Quod autem isti dicunt sigillum, AMBROSIVS idem intelligens,dicit transferi ptionem gratiæ, epistola ad Vercellenses citò post principium,dicens. De baptizatis utique dictum liquet. Ipsi enim accipiunt hæreditatē, qui baptizantur in morte Christi,& consepeliuntur cum Christo,ut cum Christo resurgant.Ideò hæredes Dei,cohæredes Christi sunt.Hæredes Dei, quia transcribitur in eos Dei gratia.Cohæredes Christi,quia renouantur in uitam ipsius. Hæc ille.AVCTOR. Ecce propter hæreditatem Dei capiendam per baptismum transcribitur in fideles Dei gratia. Quid aliud est characterizatur? ubi iam est quod quidam clamant non reperiri characterem talem in libris ueterum patrum,aut si inueniatur uocabulum, non tamen ad illum effectum,ut iam ponit ecclesiæ? Sicut in libris contra Donatistas primo & sexto. Audiatur modestè de libro secundo contra Parmenianū

*post

*Ca.13. Aug.To.7. *extraordinē nisi non t monetæ publicis *cogeretur inferri.

6 *post medium,AVGVSTI.dicens. Si† enim aliqui furtim,&* extra ordinem in monetis publicis aurum,uel argentum, ex percutiendo significauerint,cum fuerit deprehensum,nōne illis punitis,aut indulgentia liberatis,cognitū regale signum,thesauris regalibus cogetur?Aut si quisquam.siuè desertor,siuè qui nunquam omnino militauit,nota militari priuatum aliquem signet:nonne ubi deprehensus fuerit, ille signatus pro desertore* punitur,& eo grauius, quo probari potuerit,nunquàm omnino militasse.si mul secum punito,si eum prodiderit, audacissimo signatore?At si fortè illum militiæ charactē rem,& corpore suo nō militans pauidus exhorruerit,& ad clementiam Imperatoris confugerit:ac pace facta,& impetrata uenia, iam militare cœperit,nunquid homine liberato,atque correcto,character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur?An fortè minus haberent sacramenta Christiana quàm corporalis hæc nota?Cum uideamus nec apostatas carere baptismate,quibus utique per pœnitentiam redeunti B bus non restituitur,& ideo amitti non posse iudicatur.Hæc ille. AVCTOR. Aspiciatur intra cutem hæc gemina Augustini figura,an non indelebilis character christianorum exprimitur?Nō (inquis)sed totum hoc de uisibili sacramēto potest intelligi. Transeunter intendunt,qui sic existimat. Attende primum exemplum pro baptismate positum,de signatore monetę.Secundum pro confirmatione,de milite. Ad militiam enim spiritualem roboratur, qui inungitur. At in primo exemplo tria ponuntur in ordine,signator, percussio,& regale signum, ut correspondeant alia tria, scilicet baptizator quanuis perfidus,perfido signatori: baptizatio eius in uisibili sacramento,percussioni æris sensibili. Cui respondet iam tertium,quod est regale signum. Dic rogo si nosti, aut audi iterum Augustinum dicentem quòd iste signator aurum,aut argentum, æs percutiendo signauerit. Aurum uel argentū informe est homo sine baptismo difformis: es factus iam christianus, percussio æris baptizatio illa uisibilis. Si signum ex percussione impressum est etiam sacramentum: binum ergo est ibi baptismi uisibilis sacramentum. Non habes quod rectè, aut rationabiliter dixeris, nisi dixeris signum ex percussione, characterem ex baptizatione impressum. Hic item in exemplo confirmationis est character militis, qui denuò desertori militi post indulgentiam non iteratur, quia imperdibiliter tenebatur, dicit Augustinus. Hæc est ergo ratio ponendi characterem. Si enim sacramentum ex præteritione sua tantum fundaret signum huiusmodi discretiuum, & semper sine amissione tenendum: cur sacramentum altaris non statim uisum à non consecrato pane discernitur? Cur sacramentum 3 matrimonij hanc fœminam statim aspectam non prodit esse uxorem?aut cur utrunque repetitur sacramentum? Habet ergo forte retinaculum in mente characterem omne interabile sacramentum, cuius uigore non amittitur unquàm,& cuius facie,quanuis inuisibili, semper proditur sacramentum. Quod ex superiori dicto Augustini satis elucet,cum dicit. An forte minus hærent sacramenta Christiana, quàm corporalis hæc nota? Inhæsio autem sacramentorum non est præterito tantum, quia si hæret,manet, si præterit, non expectat. Nec est in corpore,sed in mente,qua agente, non iteratur sacramentum,quia non perdebatur,etiam nec per fictionem,nec per hæresim, aut quotcunque graue peccatum. Sic non hæret aliqua gratia gratum faciens. Nec est ergo sensibilis forma sacramenti,uel actus, qui præterit, nec est gratia fructus sacramenti qui sic inhæret, sed forma sic impressa, ut imperdibiliter hæreat hæc sanctitas sacramenti. Sic enim aliàs appellat Augustinus hoc idem signaculum,siue characterem. Item in eodem libro secundo contra Parmenianum, cito post supra dicta uerba.AVGVSTINVS. Consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corrigēdam, sanctitatem autem sacramentorum in nullo esse uiolandam. Constat eam in peruersis,& sceleratis hominibus, siuè in eis, qui intus sunt, siuè in eis, qui foris sunt, impollutam,atque inuiolabilem permanere. Et quòd dicuntur eam mali polluere,quantum in ipsis est dicūtur eam cùm illa impolluta permaneat. Sed in bonis permanet ad præmium: in malis permanet ad iudicium. Hæc ille. AVCTOR.In isto item processu quis non clarè uiderit conditiones huius signaculi? Tam est indelebile semel impressum, ut in ipsis damnatis maneat ad uindictam, in sanctis cæli ad gloriam. Et iterum ipsa sanctitas non polluitur à prophanis. Sed C cum pollui dicitur, quantum in ipsis est, intelligatur, inquit Augustinus. Hæc igitur sanctitas sacramenti, quam sic appellat Augustinus, & quidam citeriores sic dicunt loco characteris, sicut Parisiensis libro de sacramentis. Hæc inquam sanctitas si sit gratia remissionis, quæ est fructus, & res sacramenti, qualiter in damnatis remanet? Si est extrinsecus forma sensibilis, qualiter remanet in beatis, maximè priusquam corpora resumpserint sensibiliter baptizata? Est ergo sanctitas character, 4 quem Deus in baptismo impressit menti hominis,per hominem baptizati.sicut ibidem bene post dicit AVGVSTINVS.Nemo(inquiēs

*Aug. ca.13 in fine.

*Parisiensis forsan Cancellarius.

Psal. 132. Aug.To.7 *cap. 104.

2. Cor.1.

Ambrosius To.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepit sine dante, sed quod attinet ad baptis- A
mi sanctitatem, adest Deus, qui dat, & homo, q
accipiat: siue per seipsum Deo donante, siue p
angelum, siue per hominem. Hæc ille. AVCT.
Huc item accedit, quod idē AVGVSTINVS.
in epistola ad Donatum dicit in ordine epistolarum.* 44. Vos (inquiens) oues estis, oues Chri
sti, characterem dñicum portatis in sacro, quod
accepistis, sed erratis, & peritis. Non ideo uobis
displiceamus, quia reuocamus errantes & quæri
mus perditas. Hæc ille. AVCTOR. Et in ter
tia parte sermonum. sermone. 117. de Petro &
Paulo, qui incipit, Istum nobis diem, idem sic
ait. Attendite fratres mei, Pasce (inquit) ouicu
las meas: pasce agnos meos: pasce oues meas.
Nunquid dixit tuas? Pasce bone serue oues dñi
cas, habētes dominicum characterem. Nūquid
enim Paulus pro nobis crucifixus est? Aut in no
mine Petri aut Pauli baptizati estis? Ergo pasce
oues, ablutas baptismo eius, signatas nomine e
ius, redemptas sanguine eius. Hæc ille. AVCT.
Ecce characterem dominicum oues dominicas B
distinguentem, & ecce iterum signatura sub no
mine domini. Signatas (inquit) nomine eius.
Quid est iste character, qui iam in pereunte co
gnoscitur? Gratia fructus sacramenti? Nō: quia
in pereunte ipsa non est. Si autem sacramentum
utibile est, ipsum tunc exigo sacramentum, in
quo sacramentum istud accipitur, sic enim di
xit, Characterem dominicum portatis in sacro
quod accepistis. Et tunc sacramentum dominicum in seipso sacramento perceperant. Ex his
in pluribus patet euidenter ratio patrum, quam
tenent de charactere. Quem item sic AVGVST.
frequenter appellat. ut in epistola ad Bonifaciū
de correctione Donatistarum. Plus (inquiens)
habet iuris, quòd in eis dominicus character a
gnoscitur: qui in eis, quos suscipimus, nec tamē
rebaptizamus, minimè uiolatur. Sic enim error C
corrigendus est ouis, ut non in ea corrumpatur
signaculum redemptoris. Neque enim si regio
charactere quisquam a signatore desertore si
gnetur, & accipiat indulgentiam, atque ille re
deat ad militiam: ille autem esse in militia, in
qua nondum erat, incipiat, in aliquo eorum cha
racter ille rescinditur, ac potius in ambobus a
gnoscitur, & honore debito, quoniam est re
gius, approbatur. Hæc ille. AVCTOR. Et ibi
dem per modicum ante finem idē. AVGVST.
Quare me (inquit) non baptizas, ut abluas a pec
catis? Respondeo (inquit Augusti) Quia non fa
cio iniuriam Characteri imperatoris, cum erro
rem corrigo desertoris. Hæc ille. AVCT. Et
in lib. 6. contra Donatistas de unico baptismo.
ca. 1. idem ait. Habere, & dare, & accipere bap
tismi sacramentum satis illuxit pastoribus ec- 5

*Aug. To. 2. *204.*

Aug. Codex Veneius nō habet hunc sermo. Io. 21. 1. Cor. 1

Idem To. 2

Idem

Idem. To. 7

clesiæ catholicæ toto orbe diffusæ, per quos po
stea plenaria concilij auctoritate originalis con
suetudo firmata est: etiam ouem, quæ foris erra
bat, & dominicum characterem a fallacibus de
prædatoribus suis foris acceperat uenientem ad
Christianæ unitatis salutem, ab errore corrigi, à
captiuitate liberari, a uulnere sanari, characterē
tamen in ea dominicum agnosci potius, q̄ im
probari. Q̄nquidem ipsum characterem, multi
& lupi & lupis infigunt. Hæc ille. AVCTOR.
Baptismi quidem sacrm exterius, sed nō ultimū
fructū eius gratiam baptismalem, solet Augusti
nus & alij patres ullibi dicere esse infixum, sed
ipsum characterem, uel signaculum baptisma
impressum, uel infixum esse dicunt. Non intelli *Aug.*
gunt ergo characteré eorum alterutrum. Et lib.
2. contra Petilianum in fine AVGVST. Non ue
strum est, quod destruere metuimus, sed Chri
sti, quod & in sacrilegis per se sanctum est. Nā
uenientes à nobis recipere non possumus, nisi
quod uestrum est destruamus. Destruimus enim
perfidiam desertoris, non destruimus characte
rem imperatoris. Hæc ille. AVCT. Ecce quod
etiam in sacrilegis per se sanctum est, nō destru
mus: quia est character imperatoris, non est gra
tia sacramenti, quia illa nō est in sacrilegis. Nec
est extrinsecum sacramentum, quia cum fuerit *traditus. Lib. 7. c. 53.*
de successiuis, iam non per se est: quia nec est. Et
super canonicam primam Ioannis* homi. 4. AV
GVST. Ecce accepit sacramentum natiuitatis
homo baptizatus, sacramentum habet, & ma
gnum sacramentum, diuinum, sanctum ineffabi
le. Considera quale, * & nouum hominem fa- *Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto. ca. 7.*
ciat dimissione omnium peccatorum. Attendi
te tamen in corde si perfectum est ibi, quod fa
ctum est in corpore: uideat si habeat charita
tem ut tunc dicat, natus sum ex Deo, si autē non
habet, characterem quidem impositum habet,
sed desertor uocatur. Hæc ille.

¶ QVIS EST FRVCTVS TALIS CA racteris sacramenti. Cap. CX.

SVMMA.

1 *Characteris sacramenti fructus, quis.*
2 *Signum, quod imprimit baptismus, unctio, & ordo, quod sit aliud, & alterius generis sanctitas, quàm sit illa coniugij, aut item pœnitentiæ.*
3 *Circumcisionis tota ratio describitur ex Damasceno. Et quomodo typus erat nostri baptismatis.*
4 *Characteris alius fructus propter nos. Et de signo Tau plura ex Hieronymo, Anselmo, Isidoro, Cypriano & c referuntur.*
5 *Sacramenta tria sola, scilicet Baptismus, Confirmatio*

matio, & Ordo, quod imprimunt characterem. A
Et quare illa non iterentur.
6 *Baptismum quod non amittat, neque ius dandi, qui ab ecclesia recedit.*

Psal. 1.

Fructus ca ralteris du.

Dionysius.

VAERIT item quis sit fructus huius
signaculi, siue characteris sacramēti.
Quærit hūc fructum iste Witcleff, ne
sciens lignum bene plantatum eē, ita,
2 ut semper det fructum in tempore suo. Dice
mus† fructum eius bipertitum gratia Dei opti
ma, qui est pater luminum. Vnum, qui disponit
nos propter Deū: alium item propter nos. Fru
ctus huius signaculi disponens nos ad Deū est,
quia per modum electionis characterizat, & fi
gurat nos ad gratiosè complenda diuina man
data, & aptat nos ad omnes sanctificationes, &
sacramentales consecrationes in posterum. Vn
de. 2. ca. ecclesiæ uicæ hierarchiæ DIONYSIVS.
Hoc (inquit) est initium uenerandorum manda B
torum sacræ operationis: & ad aliorum sacrorū
sermonum, & sacrorum operum susceptibilem
opportunitatem, formans animales nostras ha
bitudines: (secundùm trāslationem antiquam)
Sanctus uerò Thomas sic, habet (sequens Verce
lensem) Formans, & quasi figurans nostrum in
teriorem hominem ad susceptionem, & habitu
dinem aliarū doctrinarū, & operationū, & sācti
ficationum, & studium, & contemplationem di
uinorum. Sequitur. Baptismus uero, qui in diui
num esse nos regenerat, principium est, & quasi
fundamētum ipsius dilectionis, per quam implē
tur mandata. Hæc ibi. AVCTOR. Baptisma er
go tanq̄ regeneratiuum fideliū, & dans eis præ
mium esse diuinū, format habitudines mētis no
strę: & quod idem est, characterizat: quia secun
dum Hieronymum libro interpretationis trifor
mis, Character græcè, forma dicitur latinè, & fi
gurat hominē nostrū interiorem ad quodlibet C
opus sanctum. Hæc est aptior auctoritas, & à sā
cto Dionysio pro probatione characteris, quā
trūcata, & longè quæsita, nè de prope argueret.
Sic. n. ponitur character impressus effectus sa
cramenti, disponens, & prouocans ad gratiam
sanctitatis: si iam hoc dicatur dici posse de sa
cramento, fm q̄ sic informet, & figuret animā
ad gratiam sanctitatis. Et nonne istud facit Eu
charistia? nonne pœnitentia? secūdum effectum
sacri, disponunt animā ad gratias ampliores. Et
q̄s unq̄ dixit de istis sacris, q̄ ab eis signati su
mus, aut q̄ in die cōicationis, uel unctionis ex
tremæ, nouum signaculum hēre cœpimus? aut
tunc signati simus, aut pignus spiritus sit datum
in cordibus nostris? Q̄n unq̄ dixit Augusti. nos
regis nostri portare characterem pp sacramen
tum Eucharistiæ, siue coniugij? De baptismo di

cit hæc Apostolus: de confirmatione, & ordine, A
q̄ in illis signantur animæ nostræ, & mentes figu
rantur, & accipiunt noua signacula: de cæteris
2 sacramentis non dicit. Aliud† est ergo signum,
quod imprimit baptismus, unctio, siue ordo: &
alterius generis sanctitas, q̄ sit illa coniugij, aut
item pœnitentiæ. Hæc enim amitti ullo mo
do non potest, quia uiolabilis non est: & hoc ex
impressione figuræ, uel signaculi, quod suscepit.
Hanc autem ueritatem uidetur sic intelligere
DAMASCE. dicens. Peccatorum quidem remis- *Damasc. l. 4. fides orthod. ca. x.*
sio omnibus similiter per baptismū datur: Gra
tia aūt Spiritus secundùm proportionem fidei,
& præpurgationis. Igitur nunc quidem per ba
ptismum primitias spiritus accipimus, & princi
pium alterius uitæ, sit nobis regeneratio, & sigil
lum, & custodia, & illuminatio. Hæc ille ca. 13. li.
4. AVCTOR. Hic nobis non dedit Damasce
nus (inquit opponens) q̄ per baptismū fiat no
bis sigillum. Nec etiam dicit Damascenus, quòd
per baptismum sit nobis custodia, uel illumina
tio, & tamen causaliter dicuntur hæc tria. Nō. n.
est baptismus illuminatio fidei per essentiā, nec
ipsa custodia præceptorū identicè, sicut patebat
in Simone Mago, Anania, & Sapphira. Sed bap
tismus causat in nobis lumen fidei, & aptat cu
stodiam mandatorum per gratiam. Cur non itē
causat, uel imprimit baptizato sigillū, cuius asp
5 ctus sit in laudem gloriæ Dei pro acquisitione *Eph. 1.*
istius ad fidem Christi? secundum illud Apostoli ad Ephesios. 1. Credētes signati estis spiritu p
missionis sancto, q̄ est pignus hæreditatis no
stræ in redēptionē acquisitionis, in laudē gloriæ
ipsius. Vbi in expositione AMBROSIVS. Laus *Ambrosius To. 5.*
gloriæ Dei est, cum multi acquirūtur ad fidē, si
cut gloria medici est, si multos curet. Ideoq; ad
gloriā Dei pertinet, q̄a gētes uocauit, ut salutis
suæ medelā cōsequerētur per fidē promissā Iu
dæis, signū habentes redēptionis, atq; hæredita
tis futuræ, Spiritū sanctū datum post baptismū.
Hæc ille. AVCTOR. Ille, qui nouit, quō Spiri
tussanctus est pignus nostræ redēptionis, uel ar
ra, solum cātiuē per gratiam, benè item nouit,
quō baptismus est nobis signum, uel signaculū,
quo signati sumus Christo in laudem gloriæ ip
sius. At est congruentia ualida de signaculo cir
cuncisionis, q̄ fuit nostri baptismatis directa fi
gura. Congruit. n. ut figuræ ad ueritatem, & um
bræ ad corpus sit discreta proportio, non quidē
in effectu ultimo omnino proximo, & sicut de
remissione originalis culpæ, uel huiusmodi, sed
distinctio de effectu ex ea parte, qua sacramen
ta sunt. Iam ex ea parte, qua circuncisio exti
tit sacramentum, non inuenitur conuenire no
stro baptismati, nisi in impressione signaculi.
Illud ergo necesse est inuenire in nostro ba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptiſmate,ut conformis ſit figuræ. Fiebat enim circunciſio in corporis parte puſilla,& uili: Baptiſmus in toto,uel parte potiori. Fiebat item circunciſio cultro petrino,aut rigido ferro: Baptiſmus in fluxibili elemento. In his ergo nulla proportio: ſed circunciſio impreſſit figuram diſcretionem fidelis à perfido: ſignum, inquam, ab ipſo ſacramento,& effecta eius remoto omnino diſtinctum. ſ. cicatricem in carne. Congruũ igitur eſt,ut ẽt baptiſmus imprimat ſignum à ſe diſtinctum relinquendum in mente. Aliàs ſecundum ſe quomodo præcelleret in efficacia baptismum Ioannis? quod utique ſignum erat in baptizatis, ſed ſignaculum non effecit. Vnde ſuper illum textum Actuum, Si Spiritum ſanctum acceperitis credentes. in expoſitione. li. 1. BEDA. Hoc eſt, ſi poſt baptiſma manus impoſitionem, qua Spiritus ſanctus dari ſolet, accepiſtis. Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ. Non hoc baptiſmo, (inquit) remiſſionem peccatorum donare, ſed pœnitentiam tantùm potuit docere. Nã ſicut ſignum circunciſionis ſignaculum in patriarchis fidei, quam gerebant, extiterat: ita & hoc lauacrum populus pœnitens quaſi ſingulare ſignaculum ſuæ deuotionis accepit: quod tamen ipſum figuraliter etiam Chriſti baptiſma, quo remiſſio daretur, oſtenderet. Hæc ille. AVCTOR. Nota, dicit, ſignum circunciſionis fuiſſe ſignaculum fidei: non dicit circunciſionẽ fuiſſe ipſum ſignaculum: quia fuit ſacramentum. Baptiſmum uerò Ioãnis dicit fuiſſe ipſum ſignum deuotionis in populo, & baptiſmatis Chriſtiani. Quia baptiſmus Ioãnis non de ſe fuerat ſacramentum, nec cauſauit characterem ſeparatum. Characterizat ergo baptiſmus Chriſti in mẽte: ſicut & circuncilio characterizauit in carne. Vtrũque ſacramẽtum, ut ſuſceptores ſuos patenter diſtinctos oſtendat, & ea cauſa maximè. In cuius ſignum, quando erant Iudæi cum ſeipſis quadraginta annis in deſerto, nõ circũcidebantur. Reſtat ergo & neceſſe eſt, ut aliquo ſacramento cauſetur per impreſſionem ſignaculi conſimilis nota diſcretionis in populo Ieſu Chriſti. Vnde. 4. libro ſentẽtiarum. cap. de circunciſione, hanc innuit DAMASCE. Circunciſio, †inquit, ante legem data eſt Abrahæ: poſt benedictionis repromiſſionem, diſtinguens inter ipſum,& eos, qui ex ipſo, & qui in domo eius generabatur, à gentibus, cum quibus conuerſabatur. *Et manifeſtum, quoniam quando in eremo quadraginta annis Iſrael ſolus ſecundum ſeipſum conuerſatus eſt, non commixtus alij genti, quotquot in eremo nati ſunt, non circũciſi ſunt. Cum autem Ieſus tranſire fecit eos Iordanem, circunciſi ſunt, & ſecunda lex circunciſionis facta eſt. In Abraham enim data eſt lex circunciſionis, deinde quieuit in eremo quadraginta annis. Rurſus ſecundò dedit dominus Ieſu Naue legem circunciſionis poſt tranſitum Iordanis, ſicut in libro Ieſu Naue ſcriptum eſt. Sequitur. Pro his autem conſtituit filios Iſrael, quos Ieſus circuncidit, propterea, quia geniti incircũciſi fuerant per uiam. Quare ſignum erat circunciſio diſcriminãs Iſrael à gẽtibus, cũ quibus conuerſabãtur. Typus autem baptiſmatis erat. Sicut enim circunciſio nõ membrum abſcidit corporis, ſed ſuperfluitatem inutilem, ita per ſanctum baptiſmum peccatum circũcidimus. Peccatum autem manifeſtum eſt, q̃ ſuperfluitas cõcupiſcẽtiæ eſt, & nõ utilis cõcupiſcẽtia. Impoſſibile eſt nequaquã cõcupiſcere, uel finaliter ſine guſtu uoluptatis eſſe, ſed quod inutile eſt uoluptatis. ſ. inutilis cõcupiſcẽtia, & uoluptas, hoc eſt, peccatum, quod circuncidit ſanctum baptiſma, tribuẽs ſignum, honorabilem crucem in frõte, nõ a gẽtibus diſcriminans nos (omnes enim gentes baptiſmate politæ ſunt, & ſigno crucis ſigillatæ ſunt) ſed in unaquaque gẽte fidelem ab infideli diſtinguẽs. Veritate itaque apparẽte, inutilis eſt typus, & umbra. Quare ſuperfluum eſt nũc circũcidi, & contrarium ſanctu baptiſmati. Hæc ille. AVCT. Ecce tota ratio circunciſionis, ut per figuram ſtigmatis ibi relicti, poſſet Dei ſeruus a Pagano ſecum conuerſante diſcerni. Si cum nullo conuerſetur, nec haberi requiritur. Ita (inquit,) & baptiſmo peccatum circuncidemus, quod eſt effectus eius remotus. Tribuit (inquit) nobis ſignum honorabile. ſ. crucem in fronte, & ille eſt effectus eius propinquus, nec tñ in illa patente corporis parte, quæ oculis prominet, ſed magis in uertice rõnis, nõ diſtinguens nos à gentibus quaſi nationem, & ſeparatam progeniem, ſicut fecit Iſrael, ſed nos infidelem ſeparãs a fideli. Et has conueniẽtias ex eo fundat, q̃ typus baptiſmatis erat circunciſio. Alius †itẽ fructus iſtius characteris eſt propter nos, ut. ſ. in proſpectu huius ſignaculi diuinas ultiones euadamus, & malignorum ſpirituum impetus declinemus, & rurſus omniũ bonorum ſpirituum amicitias, & iuuamina conſequamur. Hoc utique, ne aliquando deſineret, in utroque Teſtamento nouo, & ueteri ſignatũ eſt Ezechielis. 9. Tranſi per mediam ciuitatem medio Hieruſalem, & ſigna Tau ſuper frontes uirorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et dixit illis, audiente me, Tranſite per ciuitatem, ſequentes eum, & percutite, non parcat oculus ueſter. Sequitur. Omnem autem, ſuper quem uideritis Tau, ne occidatis, & a ſanctuario meo incipite. Simile huic, Apocalyp. 7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quo uſque

Act. 19
Beda

Dam. c. 26

* Quæ quidem manifeſtum.

Ioſue

Ezech.

Hier. 3. ſup Ezec. 7 & 6

Iſaiæ.

*pingitur, & ſequẽtes manus tau ſcripturæ ſignatur. *Hæc uerba non ſequuntur impoſitionẽ ſuper uertẽ, ſed poſt pauca quædã alia ponuntur ſignacula. Eſth. 1. Anſelmus.

Exo. 12.

Hilarius.

Pſal. 4.

tiſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorũ. Vnde ſuper prædicto Ezechielis in expoſitione in gloſſa HIER. Tau, litera extrema in antiquis Hebræorum literis, quibus uſque hodie utuntur Samaritani: crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus frequenter figuratur, cuius munitione ſignatur. Senem, adoleſcentulum, & uirginem, paruulum, & mulieres interficite. Omnes iſti pereunt, ſi abſque Chriſti ſignaculo ſe aliquid eſſe credunt. Hæc ille. AVCTOR. Ex quo loco ſcripturæ huius ſignaculi tàm fructus annotatur, quàm neceſſitas nec tàm iſta, q̃ qualitas. Non tantum. n. creditur eſſe talis character in genere, ſed utique ſigura crucis in ſpecie, quã mente gerimus à die baptiſmatis per impreſſionem Sanctiſpiritus: dicente Paulo ad Epheſios, In quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. Vbi in annotationibus ſuis ANSELMVS. Signati (inquit eſtis, id eſt, diuiſi à grege diaboli per Spiritũſanctum, ſigno crucis. Hæc ille. AVCTOR. Hoc. n. ſignum minio agni ſanguinis rubricatum in ædibus animarum noſtrarum proſpectum ab angelo exterminatore ſolos Chriſtianos defendit: ſecundùm illud Exod. 11. Erit autẽ ſanguis uobis in ſignum in ædibus, in quibus eritis, & uidebo ſanguinem, & tranſibo uos, nec erit in uobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram Aegypti. Et bene infrà. Nullus ueſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ uſque mane. Tranſibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cumque uiderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendet oſtium, & non ſinet percuſſorem ingredi domos ueſtras, & lædere. Si autem in figura hoc contingebat illis, quid eſt ueritas, niſi quòd ſi ſigno dominicæ paſſionis liniuntur ſinguli facti in baptiſmate chriſtiani, ut ab angelo uaſtatore, qui uno uitio totum genus trucidauit humanum, inſpecto ſacroſancto charactere, tuti fiant? Sicut in eodem loco in Iſagogis ſuis ISIDORVS. Sanguine agni liniuntur Iſraelitarum poſtes, nè uaſtator angelus audeat inferre perniciem. Signantur ergo ſigno dominicæ paſſionis in frontibus fideles populi ad tutelam ſalutis: ut hi ſoli ab interitu liberentur, qui cruore dominicæ paſſionis, corde, & fronte ſignati ſunt, qui ẽt opere loquuntur, Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Hæc ille. AVCT. Sine tali ſigno nouit Deus qui ſunt eius, non dubium. Sine tali item ſignaculo potuit certificare ſpiritus & rutores, & uindices, ut hos liberarent, hos punirent. Sed tamen propter nos quãdoque corporalibus ſignis, quandoque ſpiritualibus admonendos ſigna conſtituit: ſicut & orare, & ſacrificare, & docere ſenſibiliter, quamuis ipſe corda hominum perluſtrare potuit ſine ſtre-

Exo. 14.

Vvalſingã Carmelita. Cur tãtum tria imprimant charactherem.

pitu corporali. Nemo igitur hoc ſignum dominici characteris paruipendat, qui hoc ſigno ſolo à die mali liberari deſiderat. Tot, n ſcripturæ nos inunt caſſatum ire, quod prædicant, quos fructuosè ſatis producit in huius ſigni fidem cõtra demetrianum uerſus finem, ſanctus præſul CIPRIAN. Succendi, & cremari alienigenas præcinit dominus, id eſt, alienos a diuino genere, & prophanos ſpiritualiter non renatos, nec Dei filios factos. Euadere enim eos ſolos poſſe qui renati, & ſigno Chriſti ſignati fuerint, alio in loco DEVS loquitur, quando ad uaſtationem mundi, & interitũ generis humani angelos ſuos mittens, grauius in ultimo comminator, dicens *Vadite, & cædite, & nolite parcere oculis ueſtris: molite miſereri ſenioribus, neque iuuenis: & uirgines, & mulieres, & paruulos interficite ut deleantur. Omnem autem, ſuper quem ſignum ſcriptum eſt, nè tetigeritis. Quod aũt ſit hoc ſignũ, & qua in parte corporis poſitum, manifeſtat alio in loco dũs dicens, Tranſi per mediam Hieruſalem, & notabis ſignum ſup frontes uirorum, qui ingemũr, & mœrent ob iniquitates, q̃ fiunt in medio ipſorum. Et q̃ ad paſſionem, & ſanguinem Chriſti ptineat hoc ſignũ, & ille ſaluus, atque incolumis ſeruetur quiſquis in hoc ſigno inuenitur, itidem Dei teſtimonio cõprobatur, dicẽtis, Et erit ſanguis in ſignum uobis ſup domos, in q̃bus ibi eritis: & uidebo ſanguinẽ, & protegã uos, & nõ erit in uobis plaga diminutionis, cõ percutiã & coterã terrã Aegypti. Quã aũt occiſo agno præcedit in imagine, impletur in Chriſto, ſecuta poſt modùm ueritate. Vt illic percuſſa Aegypto. Iudaicus populus euadere nõ niſi in ſigno, & ſanguine agni potuit: ita & cùm uaſtari cœperit mundus, & percuti, quiſquis in ſanguine, & ſigno Chriſti inuentus fuerit, ſolus euadet. Hæc ille. AVCTOR. Videtis quãta ſit neceſſitas, non ſolum ſacramenti, ſed & ſignaculi baptiſmalis. Quia ſicut nõ ſuffecit ſanguinẽ agni fundere, niſi ex eo poſtes eſſent liniti: ita nec Chriſti ſanguine per baptiſmum animã dilui, niſi retineat ueſtigium huius ſigni. Nec ita requritur ac ſalutem omnis ſacri character habẽtis characterẽ, quia nec omnino ad ſalutem habẽtis de neceſſitate requiritur ſacrm. Eius enim ſacri ſignum exigitur ad ſalutẽ, ſi & ipſũ ſacrm ſic exigatur adeſſe. Nec tamen oẽ ſacramentum cauſat in ſuſcipiẽte characterẽ, ſed ſolum tale, quod notãter diſtinguit familiã in cõparatione ad dominum: ſicut habet ſuper quartum, Carmelita noſter Wallingham. Sola †inquiens, tria ſacramẽta characterem imprimunt. ſ. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quia triplex diſtinctio ſufficit in exercitu bene ordinato. ſ. diſtinctio totius exercitus ab aliis, diſtinctio militum

Universidad de Deusto
Biblioteca

à peditibus, distinctio ducis à cæteris. Per characterem baptismalem, distinguitur totus exercitus totius ecclesiæ ab exercitu diabuli. Per characterem confirmationis, distinguuntur deputati ad certamen spirituale contrà fidei persecutores à communi populo. Per characterem ordinis, distinguuntur duces à reliquis, quia ordinati ad ministrandum sacramenta, deputantur ut sint duces in populo. Hæc ille. AVCT. Ex his sequitur ratio cur hæc sacramenta non iterãtur, quia manent semper in seipsis: cum manent in effectu suo proximo, scilicet signaculo fidei, qđ est character. Attamen nõ defuerũt, qui dicerent manere baptisma, sed non manere sacerdotium, uel ordinem: quia ius dandi baptisma amitteret. Potuit motiuum placuisse isti Witeleff: quia talis perderet omne ius ad bona Dei, eo q̃ nihil dns põt dare inimico suo capitali. Respondet autem lib. 2. contra Parmenianum* post medium, AVGVSTINVS. Illud, † quod quidam eorum ueritate deuicti dicere *cœperunt: Baptismum quidem non amittit, qui recedit ab ecclesia, ius tamen dandi amittit: multis modis apparet frustra, & inaniter dici. Primò, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui baptismum ipsum amittere non potest ius dandi * potest amittere. Vtrunque enim sacramentum est, & quadam consecratione utrumque homini datur: illud cum baptizatur: istud cum ordinatur; ideoque in catholica * utrunque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte uenientes etiam præposit pro bono pacis correcto schismatis errore, * correcti sunt: & si uisum est opus esse, ut eadem officia gererent, quæ gerebant, non sunt rursum ordinati: sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra: quia in præcisione fuerat uitium, quod unitatis pace est correctum, non in sacramentis: quæ ubicunque sunt, ipsa* sunt. Et cùm expedire hoc *iudicatur ecclesiæ, ut præpositi eorum uenientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos: ideoq; non manus eis in populo imponũtur: ne nõ homini sed ipsi sacramẽto fiat iniuria. Hæc ille.

*cap. 13. Aug. To. 7 *cœperunt. 6

*posit

*Ecclesia

*suscepti sunt.

*sint *uideatur.

A DE SACRAMENTO confirmationis.

¶ Sacramentum Confirmationis, quo modo sit de necessitate salutis, & qualiter regulariter ministratur. Ca. CXI.

SVMMA.

1 *Confirmationis sacramentum quòd sit necessariũ, contra Witeleff ostenditur.*

2 *Spiritussanctus quòd per manus impositionem detur.*

3 *Melchiadis Papæ decretum, contra eos, qui olim in ecclesia arguebãt contra sacramenti Confirmationis exigentiam.*

4 *Vrbani Papæ decretum pro sacramẽto confirmationis. Et de necessitate eius ex Concilio Laodicensi, & Aurelien si. &c.*

B CONFIRMATIONIS uenerabile sacramentum est appropriatè quodammodo Spiritussancti donum: in ipso enim roboratur, qui in Baptismate nascitur. Circa quod igitur iste Witeleff tãtò periculosiùs errat, quantò hoc ipso contra Spiritumsanctum, cuius est signaculum, manifestius uerbum dicit: nec tantùm uerbum, aut unũ uerbum, sed quatuor, sic collecta. 4. Trialogi c. 14. Non (inquit) uideo, quòd generaliter sit hoc sacramentum de necessitate salutis fidelium. Nec quòd prætendentes se confirmare pueros regulariter hoc confiriment. Nec quòd hoc sacramentum sit specialiter Episcopis Cæsareis reseruatum. Et ulterius uidetur mihi, quòd foret plùs religiosum, & conformius modo loquendi scripturæ, negare, q̃ nostri Episcopi dant Spiritumsanctum, uel confirmant ulteriùs Sanctispiritus dationem. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ad primum dirigens oculos, de necessitate huius sacramenti, hoc unum uideo dicendum, quòd in ambiguo uerbi sui generaliter latebras quærit: cùm æstimem eum absolutam illam propositionem sine illa adiectione concedere. Saltem respondeamus, unde ædificemus fideles tàm esse Confirmationem sacramentum necessarium, q̃ est charitatis diffundẽdæ signaculum. In Baptismate enim charitas infunditur: in Confirmatione, & Episcoporum manus impositione, diffunditur. Vnde & hoc sacramentum directè intellexit Apostolus, cum diceret, Charitas Dei diffusa

C

Rom. 5. sa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Hoc enim planè sic intellectum à patribus in tertio libro de unico baptismo, contra Donatistas, cap. 14. dilucidat AVGVSTINVS. dicens, Spiritus † autem sanctus, 2 *qui in sola catholica ecclesia per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores nostri uoluerunt, quod Apostolus ait, quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis. Ipsa est enim charitas quam non habent, qui ab ecclesiæ catholicæ communione præcisi sunt. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Spiritussanctus datus per manus impositionem. Cur tu dicis in 4. magis religiosum fore hoc negare, q̃ Episcopi nostri dant Spiritumsanctum? Si dicas Episcopos nostros non dare, sed dominum per impositionem Episcopi, aliud dicas. Sic ergo intelligenda est regula illa Apostoli iuxta traditionem maiorum nostrorum in ecclesia Christi, quòd regulariter per manus impositionem Episcopi diffusa est charitas Dei in cordibus nostris per Spiritumsanctum. Quare ergo didisti secundò, quòd prætendentes sic facere, regulariter non confirmant? Aut ueritas illa apostolica nõ est ueritas regularis, uel regulariter uera? Ecce si illud sensibile miraculum sequeretur manus impositionem iam, quod olim regulariter sequebatur, sensum necessitate deuictus affirmares regulariter etiam nunc Spiritumsanctum dari. Sed fortior est ratio fidei, quàm sensus. Ergo si fidelis esses, de regulari tali sequela iam non dissideres. In iam prædicto libro AVGVSTINVS. Neque enim (ait) temporalibus, & sensibilibus miraculis attestantibus modò datur Spiritussanctus, sicut anteà dabatur, ad commendationem rudis fidei, & ecclesiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat ut ij, quibus manus ad accipiendum Spiritumsanctum imponitur, repentè incipiant linguis loqui? Sed inuisibiliter, & latenter intelligitur per uinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirati ut possint dicere, Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quanuis sensibilia miracula non iam testentur per impositionem manus spiritumsanctum dari, latenter tamen intelligitur cordibus nostris dari, ita, ut possimus dicere, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Quomodo possemus sic de inuisibili Dei dono præsumere propter manus impositionem, nisi regulariter sequeretur? Nec opponas huic fidei Augustini exceptionem aliquam de contingenti crimine, uel fictione personæ, nisi dixeris, te nescire, quantum distet sẽp, & omnino uerũ, à regulæ eõ uerũ. Sed

Rom. 5.

Aug. 16. in Ioan. Aug. To. 7. *quia

Rom. 5.

C

4

reuertamur ad primum, ut de huius sacri necessitate dicamus. Fuerunt † olim in ecclesia, qui cõtra huius exigentiam arguebant. Aut (inquiunt) non totum Dei donum in regenerationis fonte concepimus: aut confirmatio sequens est inutilis. Quibus satisfecit MELCHIADES Papa præcessor Syluestri decreto suo secundo capite, dicens, Quia diximus, q̃ manus impositio, & confirmatio, ei qui iam regeneratus in Christo est, conferre aliquid possit, fortè cogitet sibi aliquis, Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysterium *confirmantis? Aut quantùm uideo, non totum de fonte suscipimus: si post fontem, adiectione noui generis indigemus. Non ita, dilectissimi, attendat charitas uestra. Sicut exigit militaris ordo, ut cùm Imperator quemcunque in militum receperit numerum, non solùm signet receptum, sed etiam armis cõgruentibus instruat pugnaturum: ita in baptizato, benedictio illa, munitio est. Dedisti militem: B dæi adiumenta militiæ. Nunquid prodest, si q̃s quam parentum magnam paruulo * confert facultatem, nisi prouidere studeat & tutorem? Ita paraclitus, regeneraris in Christo custos, & consolator, & tutor est: ideò dicit sermo diuinus, Nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilant, qui custodiunt eam. Ergo Spiritussanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum præstat ad gratiam: quia in hoc mundo tota ætate uicturis inter inuisibiles hostes, & pericula, gradiendum est. In baptismo regeneramur ad uitam: post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur. post baptismum roboramur. Hæc ille. AVCT. Textus antiqui huius patris apertus est, qui de tuis Episcopis Cæsareis, ut tu blasphemas, eo non est, q̃ dotationẽ Cæsaris unico succedente Syluestro præcesserit. Ideò utrunq; sacramentum est necessarium. baptisma primò, & confirmatio subsequens, ut sequẽs præcepta bona defendat, & roboret. Nõ enim solidus cibus inutilis homini, quia prius lacte suo paruulos bonos artus, & fulcimenta susceptit. Quia solidus cibus ideo necessarior erit, quo simpliciter melius est habere fortia, & robusta, q̃ qualiacunque membra. Inde in antiquiori ecclesia tãta huius sacramẽti putabatur necessitas, ut plenus Christianus nõ cẽseretur, q̃ nondũ manus impositionem accepit: sicut nec pueros teneros plenos hoies, quousq; uires hominũ haberent dicere assolemus. Vñ in decreto suo ca. 7. sanctus ille VRBAN. Papa, magister sãctæ Luciæ, 4 Omnes, † (inquit) fideles per manus impositionem Episcoporum spiritumsanctũ post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur

Melchiades.

*confirmationis.

Nota

*conferat

Psal. 126.

De cõs. d. 5 c. spiritus.

Vrba. Primus vide de conf. d. 5. c. omnes fideles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 2.

niantur. De Spiritusancto accipimus, ut spirituales efficiamur: quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Quia cùm Spiritussanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur. De Spiritusancto accepimus, ut sapiamus inter bonum malumque discernere, iusta diligere, iniusta respuere: ut malitiæ, ac superbiæ repugnemus, ut luxuriæ, ac diuersis illecebris & fœdis, indigniſque cupiditatibus resistamus. De Spiritusancto accipimus, ut amore uitæ & æternæ gloriæ ardore succensi, erigere à terrenis mentem ad superna & diuina ualeamus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce &, iste Papa decimussextus à beato Petro secundum catalogum Augustini, Cæsareus Papa non fuerat, qui pro necessitate huius sacramenti determinat, & limitat hanc manus impositionem Episcopis.

Concilium Laodicense. cap 48.

Item ex concilio Laodicensi uersus finem, dicitur. Oportet eos, qui baptizantur, post lauacrū chrisma cæleste percipere, & regni Christi participes inueniri. Hæc ibi. AVCTOR. Transumpta sunt hæc capitula ex annoso libro decretorum Pontificum, Item ex concilio Aurelienſi. Ve

Concilium Aurelienſe.

ieiuni ad confirmationem ueniant perfectæ ætatis, ut moneantur confessionem facere priùs, ut mundi donum Spiritussancti ualeant accipere. Et quia nunquàm erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrismatus. Hæc ibi. AVCTOR. Benè notat iste canon ut nisi mundus accedat ad hoc sacramentum, spiritum suscepturus paracletum: quia Spiritussanctus effugit omne fictum, nec habitat in corpore subdito peccatis. Ideò adulti omnes confessi procedent etiam post baptismum: & tandem consonanter alijs scribit, quòd nunquàm erit Christianus nisi est plenus Christianus, qui superuiuit, nisi in cōfirmatione episcopali fuerit chrismatus.

Sap. 1.

Hugo.

In lib. 2. de sacramentis parte. 7. cap. 3. HVGO. In gestis pontificalibus legitur, quòd Syluester Papa constituit, ut baptizatum presbyter in uertice chrismate liniat, propter occasionem quidem mortis: nè fortè per absentiam Episcopi, & difficultatem eum consequendi, sine manus impotione baptizatum ab hac uita migrare contingeret. Quod quidem omninò periculosum esset. Quia sicut in baptismo remissio peccatorum accipitur, ita per manus impositionem spiritus paraclitus datur. Illic gratia tribuitur ad peccatorum remissionem: hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodest, si à lapsu erigeris, nisi etiam ad standum confirmeris? Propterea timendum est ijs, qui per negligentiam amittunt Episcopi præsentiam, & non suscipiunt manus impositionem, nè fortè propterea damnentur, quia festinare debuerunt, dum potuerunt. Propter eos enim, qui articulo temporis præueniun

A tur, instituta est illa, qua sacerdos baptizatum statim in uertice linit sacri baptismatis unctio; ut in hoc ipso ostendatur, quantum sacramentum istud ad salutem necessarium sit, cùm tam solicitè uniuersis cauetur, nè fortè sine ipso ab hac uita subtrahantur. Manifestum est autem, quòd primis temporibus omnis unctio chrismatis per solos Pontifices fiebat. Hæc ille. AVCTOR. Quanta est ergo consequendi necessitas sacramenti, quando Sylucstro, & patribus uidebatur adesse damnationis periculum ijs, qui morte preuenti, accipere sacramentum crasla negligentia omiserint? Ideoque quantùm poterant, laxabāt sacerdotibus potestatem ungendi in uertice baptizatos, ut ubi principali non possent, uicaria

B vnctione succurrerent.

¶ QVOD SACRAMENTO CONfirmationis regulariter confertur Spiritussanctus. Cæp. CXII.

SVMMA.

1 *Confirmationis sacramento, quòd regulariter conferatur Spiritussanctus, contra Witeleff.*

Christus unde dictus.

2 *Chrismatis sacrosanctum signaculum, quòd in hominibus possit esse pessimis, in operibus carnis ita tam consumantibus, & regnum cælorum non possessuris.*

NOVATVM enim Nonatianæ hæreſis principem quid aliud à Spiritusancto secluſit, & spiritui subiecit immūdo, niſi abbreuiatus baptiſmus, & euacuatæ confirmationis eclipſis? Vnde in libro ecclesiasticæ historiæ, EVSEBIVS CORNELIVM PAPAM introducit ſcribentem in epiſtola ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum de

Nouat.

Eusebius Cornelius Papa.

C eodem Nouato: & eſt libro. 6. ca. 35. Addit hoc, qp idem ipſe Nouatus in iuuētute ſpiritu immūdo uexatus ſit. Et cùm tempus aliquantùm conſumpſiſſet apud exorciſtas, ægritudinem incurrit grauem, ita, ut deſperaretur, & qp iacens in lecto, pro neceſsitate perfuſus ſit nec reliqua in eo, quæ baptiſmum ſequi ſolent, ſolenniter adimpleta ſint: nec ſigno chriſmatis conſummatus ſit. Vnde nec Spiritumſanctum unquàm potuit promereri. Denique, (inquit) cùm priuata quadam gratia diligeretur ab Epiſcopo, & uellet eum ordinare presbyterum: clerus uerò omnis, & quāplurimi ex laicis prohiberent, dicentes, non licere clericum fieri eum, qui neceſsitate poſitus in lecto, gratiam conſecutus nō ſit. Epiſcopum ab omnibus ſpecialem gratiā poſciſſe, ut ſibi hoc de iſto uno concederetur. Hæc ille. AVCTOR. Illud autem

autem, quod ſecto adiungit, qp, ut dicit, non uideat, qp ptendētes ſe conſti mare pueros regulariter hoc cōfirmet: Quis neſciat eum hoc dicere quia eſt in hac parte plenarius Donatiſta: ut in capite huius libri multis claret capitulis? Et idcirco ſecundū ipſum pōt eſſe duplex obſtaculū ne regulariter ſacramentantem comitetur effectus, ſcilicet ipſius miniſtri prætendentis conferre, aut ſuſceptori malitia, uel fortè præſcientia. Sed breuiter eſt utrunque ſoluendum, quia ab olim utrūque cenſebatur hæreticum. Primum. ſ. ne effectum ſacramenti obtruncaret malitia miniſtrātis, innumera penè patrum dicta condemnant. At Donatiſtas inuentores huius hæreſis & dictis Cypriani ſe tegētes, ex dictis eiuſdem Cypriani, & authoritatibus, quas adduxit li. 5. contra Donatiſtas. *ca. 20. ſic arguit AVGVSTIN vs. Certè Ioannes Apoſtolus apertiſsimè dicit, Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt uſque adhuc. Et iterum. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Cùm ergo tales intus baptizant, quos in maleuola diſſenſione fuiſſe Cyprianus ipſe commemorat: quomodo aquam mundat, & ſanctificat homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ? Si autem Deus adeſt ſacramētis & uerbis ſuis per quales libet miniſtrētur: & ſacramenta Dei ubique recta ſunt: & mali homines, quibus nihil *poſſunt ubique peruerſi ſunt. Sequitur. Cur aūt ad uerba, quæ procedunt ex ore homicidæ, poſſit tamē Deus oleum ſanctificare: & in altari, quod hæretici poſuerūt, nō poſſit, neſcio. Niſi fortè quem cor hominis fallaciter conuerſum intus non intendit: * lignū fallaciter poſitū impedit foris, quo minus ſacramētis ſuis adeſſe dignetur, nullis hominū falſitatibus impeditur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ultimum arguebat, pp quoſdam illorum ponentium quædam ſcelera, pp quæ miniſtris talibus Deus cū ſacramentare prætenderent, non adeſſet. Mitiùs errabant iſti, q Witcleff, qui nullum ſcelus excepit. Cōtra utroſque tamen currit AVGVST. dicens, Si Deus, i. quia adeſt ſacramentis, & uerbis ſuis, p qualeslibet miniſtrētur, & ſacra Dei ubique recta ſunt: ergo tunc regulariter conferuntur. Cōtra hoc (inquiunt) dicit Euangelium. Scimus qa peccatores Deus non exaudit. Hæc ibi Auguſtinus. Si ergo ad hoc ualet, quod dictum eſt in Euangelio, Deus peccatores non audit, ut per peccatorem ſacramēta non celebrētur: quomodo exaudit homicidam deprædantem, uel ſuper aquam baptiſmi, uel ſuper oleum, uel ſuper Eucharistiam, uel ſuper capita eorū, quibus manus imponuntur? Quare tamen omnia, & fiunt, & ualent, etiam per homicidas, id eſt, per eos, qui oderunt fratres. Etiam in ipſa intus eccleſia: cum dare nemo poſsit quod nō habet, quomodo dat

A homicida miniſtrās Spiritumſanctum? Et tamē ēt intus ipſe baptizat. Deus ergo dat ēt ipſo baptizante Spiritumſanctum. Hæc ille. AVCT. Ex † authoritate Cypriani uī concludere tāquā certum, qp Deus dat homicida miniſtrāte, Spiritumſanctum: & ſic exaudit homicidam benedicentē oleū, & manus imponentē, qp ſacra non homicidæ, nec uerba, ſed Dei. Nolit ergo Witeleff negare Deo regulariter effectum ſuum pp miniſtrum prætenſum: ſed & dicat Witeleff, aut aliquis ſectator eius utrum aliquem baptizare, uel ungere poterit. Si non poteſt, ſine cauſa miniſter ſacramentorum Dei eſt. Si poteſt, & tunc nunquid peccator non eſt? Magiſter eius Petilianus ſic ſolebat exprobare catholicos. Oleum (inquit) peccatoris non unget caput meum At contrà, libro 2. contra Petilianum, reſponſione. *104. AVGVSTIN. Sed dic, ſi audes, non ſum ego peccator. Ille quippe ait, Oleū autem peccatoris. Quicquid enim in te, uel leuis peccati fuerit inuentum, unde oſtendis non pertinere ad id, quod dictum eſt, Oleū peccatoris? Quæro enim, utrum ores oratione dominica: ſi non ores ea oratione, qua dominus orare diſcipulos docuit, unde aliam didiciſti pro maioribus meritis tuis excedentem merita Apoſtolorum? Si autem ſic oras, ut ille magiſter orare dignatus eſt: quomodo dicis, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Neque. n. de illis peccatis hoc petimus quæ nobis in baptiſmo dimiſſa ſunt. Ergo iſta uerba orationis, aut non te permittunt eſſe Dei de precatorem, aut aperiunt peccatorem. Eant nūc & oſcu cēur tibi caput, qui abs te baptizati ſunt, quorum capita oleo tuo perierunt. Hæc ille. AVCTOR. Paſim ſunt iſta & contra Witeleff ſine ſolicita declaratione eo lenius audienda, quò conſtat clariùs contra eum ſicut contra Donatiſtam quemlibet militare. Petilianus, enim qui noluit ungi caput ſuum oleo peccatoris, cū tamen ipſe confirmare prætenderet alios; conuincitur eorum capita oleo peccatoris inungere, aut orationem dominicam abiurare. Quoad impedimentum ſacramenti confirmationis pro peccato iniuncti facit argumentum iactabundi Petiliani, quod ſtatim ſubmittit. Vnguētum (in quiens) concordiæ ſic in fratribus laudat Dauid Ecce quàm bonum, & q iucundum habitare fratres in unum, ſicut unguentum in capite &c. At ibi reſponſione. * 105. AVGVSTINVS. Verum dicit. Nam illud ſacerdotium in figura corporis Chriſti habebat unctionem, quod unitatis compage ſit ſaluum. Nam † & ipſe Chriſtus à chriſmate appellatur, id eſt, ab unctione. Hunc Hebræi dicunt Meſsiam: quod uerbum Punicæ linguæ conſonum eſt, ſicut alia Hebræa per

Petilianus

Pſal. 140 Aug. To. 7. *cap. 103.

Matth. 6.

Petilianus

Eſa. 132. *c. 104. Aug. To. 7 Chriſtus.

multa

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa,& penè omnia. Et bene infrà. Et in hoc unguento sacramentum chrismatis uult interpretari:quod quidem in genere uisibilium signaculorum sacrosanctum est,sicut ipse baptismus. Sed potest esse & in hominibus pessimis in operibus carnis uitam consummentibus,& regnum cælorum non possessuris:& ideò nec ad barbam Aaron, nec ad oram uestimenti eius, nec ad ullam contextionem uestis sacerdotalis pertinen-
3 tibus. Hæc ille. AVCTOR. Iam † omni diligentia notetur,quod dixerit Dei seruus. Hoc(inquit)unguentum est sacramentum chrismatis, quod potest esse, & in hominibus pessimis, in operibus carnis ad uitam consummantibus.Ergo in flagitiosis,& mortali peccato detētis. Sed quid amplius?Et regnum cælorum(inquit) non possessuris:& ideò nec ad barbam Aaron,nec ad oram uestimenti eius,nec ad ullam contextionē uestis sacerdotalis pertinētibus potest esse chrismatis sacro sanctū signaculum.Sic.n.suprà expo
B suit in illo sacerdotio caput Christum, barbam fortiter p̄dicātes,oram uestimenti primitiuæ religiosos ecclesia sua oīa dimittētes pro Christo. Sed extra hos,nec ad aliquam cōtextionē uestis sancti sacerdotii p̄tinent,qui tñ sacrum signaculū chrismatis in se habent, qui in regnū cælorū intraturi,nō sunt,dic utrum p̄sciti non sunt. Ergo nec actualis iniustitia,nec ipsa(ut tu dicis) p̄scientis,usquequaq; impediunt, quo minus conferre sacra conantes conferant q̄p intendunt. Ex quibus omnibus uide,si non tā pro nobis,q̄ pro se benè ex præmissis statim ibi cōcludat AVG. Vbi(inquiens)positurus es, quæ apostolus enumerat,manifesta opera carnis?quæ sunt(inquit) fornicationes,immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus &c.Sequitur.& Nulli nè apud uos luxuriosi,nulli auari,nulli pertinaciter inimicitias exercentes,nulli contentiosi,æmuli,animosi,dissensionibus studentes,inuidi,ebriosi,comessatio
C nibus uacantes,pulli nè apud uos tale unguntur & in his intus nori,manifestiq̄ Moriuntur? Si nullus dicis,q̄n studio contentionis apertè mentiris: uide ne de talibus ipse sis. Si autem ab huiuscemodi remotus es, non corporis separatione, sed uitæ dissimilitudine, & tales turbas circum altaria uestra gemens conspicis: quid dicemus, quia oleo sancto uncti sunt, & sicut Apostolus liquida ueritate confirmat, regnum Dei non possidebunt? Nunquid barbæ Aaron, & ore uestimenti eius sacrilega iniuria facienda est, ut ibi eos ponendos arbitremur? Absit. Discerne ergo uisibile sanctum sacra-
1 mentum, quod esse, & in bonis, & in malis potest, illis ad præmium, illis ad iudicium: ab inuisibili unctione charitatis, quæ propria bonorum est, discernere ista, discerne.Hæc Augustinus. AVCTOR. Ecce quot flagitiosi regnum Dei non possessuri, sacro chrismate uncti sunt: nec tantum uncti (sic enim uel à seipsis, uel à quibus uellent, possent accipere) sed sic uncti sunt, sic sacramentaliter confirmati, ut eis uerè corde conuersis posset sufficere ad salutem. Quid ergo obest antistitibus, ne possint confirmare regulariter quod prætendunt, etiam si non finis eueniat expectatus?

Augu. ccliii cap.

¶QVALITER CHRISTVS CHRISmate sit unctus,& fideles ex eo Christiani chrismate uncti. Cap. CXIII.

SVMMA.

1 *Witeleff, qui dicit, quòd Christus non fuit sic chrismate unctus,ut nunc Christiani,& ideo nō sit curandum de huiusmodi unctione, confutatur.*

2 *Christus quod fuerit unctus,& qualiter.Et quomodo ab ipso authoritatem,et rem unctionis sacramentalis assumpsimus.*

3 *Christiani unde dicti.Et unde hoc uocabulum & nomen descenderit.*

4 *Chrismatis consecratio quod a Christo fluxerit, Fabiani Papæ decreto ostenditur, & plura de hoc ibi ex Dionysio,Clemente,Augustino, Ambrosio.&c.*

5 *Vnctionis extremæ uirtus.*

6 *Christianum confirmari,quid secundum Melchiadem.*

7 *Episcopus qualiter confirmare dicatur.*

8 *Discipuli Christi,quòd non dederint spiritumsanctum.*

9 *Impositio manus ad quid fiat.*

VIt Witeleff ad nihilum deducere oēs gentes in unctionibus Christianis: nō in sacramento confirmationis solùm sed baptismi, & ordinis: quia Christus non fuit sic in sua persona chrismatus.Lib. suo. 2. de sermone domini in monte. cap. 13. Christus(inquiens)exemplar totius ecclesiæ, nō fuit in persona sua taliter confirmatus:nec in baptismo suo chrisma huiusmodi, sed aquam simplicem requisiuit:nec sic dedicauit ecclesias: sed episcopi hoc capiunt ex singulari opere Salomonis.Et sic difficultatur ecclesia insideliter propter solennizationem talis consuetudinis introductæ. Hæc Witeleff. AVCTOR. Magna † uis sit eius stat in crine illius exilis aduerbii,sic. Quid si iteratò dicam? Nec fuit Christus sic baptizatus,ut christianus aliquis post eū: quia nos omnes sumus baptizati in remissionem peccatorū nostrorum.Ipse Christus non sic: nec fuit Christus taliter natus ut nos:quia ipse de uirgine,nos de corruptis. Nec Christus erat sic maritatus ut nos. Quid amplius? Ergo ne insideliter difficultatur ecclesia propter consuetudinem baptismi nostri, nativitatis nostræ, desponsationum quoque fidelium coniugum taliter introductarum? An fidelius arguendum est? Caput nostrum Christus unctum est, teste scriptura multiplici, sed unguento superexcellenti spiritussancti:quo nullum attingere potest membrorum. Sed igitur quantum possumus conformemur. Curramus in odore unguetorum eius: & ex parte capiamus in mysteriis, quod nequaquam valeamus ex toto.Hoc multò fidelius dicitur: non enim caret contumacia,qui sic arguit. Christus non sic fuit unctus ut ego,ut acciperet spiritumsanctum:ergo ego istam unctionem contemnā? Christus enim non per prædicationem euangelii fuit inductus ut crederet. Ego ergo per euangelii auditionem induci me uolo ut credam.Sed
2 † Christus unctus erat teste Paulo ad Hebræos primo, ex illo Psal. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Et item teste sancto Petro Actuū. 10. Quomodo unxit eum dominus spiritusancto, & uirtute. Super quo textu in expositione Act.lib.1.BEDA.Alia editio dicit, sicut unxit eū Deus prædicauit ergo Ioannes Iesum sicut unxit eum Deus spiritusancto. Tunc utique cùm dicebat.Ipse uos baptizabit in spiritusancto. Et iterum.Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam super eum. Hæc ille. AVCTOR.Et deinceps describens horā unctionis Christi primæuam transumit sibi sententiam Augustin.15. de trinitate. * cap.28. ubi dicit AVGVSTINVS. Manifestius de illo scriptum est in actibus Apostolorum,quoniam unxit eum Deus spiritusancto. Non utique oleo uisibili, sed dono gratiæ:quod uisibili significatur unguento, quo baptizatos ungit ecclesia. Nec sanè tunc unctus est Christus spiritusancto,quando super eum baptizatum uelut columba descendit. Tunc enim corpus suum, i. ecclesiam suam præfigurare dignatus est:in qua præcipuè baptizati accipiunt spiritumsanctum. Sed ista mystica, & inuisibili unctione tunc intelligendus est unctus, quando uerbum Dei caro factum est,i. quando humana natura sine ullis præcedentibus bonorum operum meritis,Deo verbo est in utero uirginis copulata,ita ut cum illo fieret una persona.Ob hoc enim confitemur natum de spiritusancto & uirgine Maria. Absurdissimum est enim, ut credamus eum, cum iam triginta annorum esset (eius enim ætatis a Ioanne baptizatus est)accepisse spiritumsanctum: sed uenisse ad illud baptisma sicut sine ullo omnino peccato, ita non sine spiritusancto. Sic enim de famulo eius, & præcursore ipso Ioanne scriptum est, Spiritusancto replebitur iam inde ab utero matris suæ:quoniam quanuis seminatus à patre, tamen spiritumsanctum in utero formatus accepit:quid de homine Christo intelligendum est,uel credendum,cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit?Hæc ille. AVCTOR.Intendit Augustinus manifestum efficere,quòd Christus non tunc primò unctus domini fuit:unde Christus dici possit quasi chrismate unctus: quando spiritussanctus in corporali columbæ specie,cum baptizaretur, descendit, ne sine spiritusancto totis.30. annis mansisset: sed cum fomento, & opere inuisibili spiritussancti carnis indumentum assumpsit. Ipse ergo Christus nunquàm sine unctione permānsit: re ipsa & dono perfecto unctionis nostræ. Propter hoc enim ab ipso Christo authoritatem & rem unctionis sacramentalis assumpsimus, sicut in figuram huius discipulos post cœnam factam in monte olivarum legitur eduxisse. Vnde lib.6.super Lucam. cap.6. BEDA. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem olivarum:secuti sunt autē eum & discipuli. Sequitur. Et pulchrè sui corporis & sanguinis mysterijs imbutos in montem olivarum discipulos educitur omnes in morte sua baptizatos, altissimo sancti spiritus chrismate confirmandos esse designet:qui dicere possint cum Psalmista, Signatum est super nos lumen vultus tui domine:dedisti lætitiam in corde meo.Et de quibus apertè subiungitur.A tempore frumenti, uini, & olei sui multiplicati sunt.Hæc ille.AVCTOR. Christus igitur author legis,quāuis ipse uisibili chrismate peruunctus non legitur, omnes tamen Christianitatis suæ cultores postquàm baptizati sua
C morte fuerint,altissimo sancti spiritus chrismate confirmandos instituit.Et signans locum Beda,Psalmistam adiungit dicentem: quòd signatum est super nos lumen uultus tui domine. Nō rectè ergo colligunt, dicentes in confirmatione non fuisse oleum unctionis,uel chrismatis in primitiua ecclesia, sed ad acceptionem spiritussancti fuisse tantum manus impositas. Iam enim uideri poterit:quòd ab institutione Christi,unctio chrismatis ortum habet. Nec tantum propter hanc figuram,quam diximus:sed ex re ipsa conitante figuram.Vnde in exhortationious suis. sermone.17.qui incipit, Vt ego peccator. Cæsarius. Christum(inquit)unctum,interpretari,sapientium fidelium nullus ignorat:unctos non nisi sanctos uiros,& Deo satis dignos semper fuisse manifestum est: nec alios, quàm prophetas, aut sacerdotes,aut reges. Et tàm magnū fuit ipsius unctionis mysterium,ut in Iudaico populo non omnes illud,sed satis pauci de plurimis mererenten-

Ioannes. Baptista. Luc.1.

Christus.

Beda. Matth. 26

Psal.4.

Psal.9.

Cæsarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerentur accipere: & hoc usque ad aduentum do A tur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce apostoli ipsi in-
mini nostri Iesu christi. Ex quo tempore creden spirati ad hoc à Deo uocauerunt hoc sacramen-
Christiani. tes illi, & illius baptismatis sanctificatione purga tum unguenti perfectionem. Nemo igitur dicat,
ti, non aliquanti, sicut sub lege priùs fuerant, sed qui uult esse fidelis, quòd sacramentum confir-
omnes in prophetas, & sacerdotes, & reges un- mationis fiebat sine unctione per solam manus
guntur. Cuius vnctionis, quales esse debemus, impositionem à Christo & apostolis. Non enim
admonemur exemplo, ut in quibus tàm sancta minus manus imponit, qui ungendo impo-
est vnctio, sit non minus sancta conuersatio. nit. Et item hoc consequenter affirmat ibidem
3 Ex † sacramento enim unctionis huius, & Chri- FABIANVS, Ista à sanctis Apostolis, & suc- *Fabi.*
sti, & christianorum omnium. i. in Christo credē cessoribus eorum accepimus, uobisque tenenda
tium, uocabulum descendit, & nomen. Hæc ille. mandamus. Hæc sancta Romana ecclesia, &
AVCTOR. Ecce à tempore Christi credentes Antiochena, à tempore apostolorum custodit.
in Christum, non aliquanti, sed omnes Christia- Hæc Hierosolymorum, & Ephesiorum tenet
ni sunt vncti: & ex hoc unctionis sacramento uo ecclesia. In quibus Apostoli residentes hæc do-
cabulum christianorum fluxit, & nomen. Adhuc cuerunt: & uetus chrisma incendi, & non am-
Chrismatis consecratio. Fabianus. 4 † secretiora pandamus, non tantum huius chris pliùs, quàm uno anno uti permiserunt: atque de
matis vnctio, sed & consecratio fluxit à Chri- inceps nouo frui & non ueteri, iubentes docue-
**Epistola secunda* sto. Vnde in decreto secundo FABIANI Papę runt. Si quis ergo his obuiare tentauerit, om-
& martyris.* cap. vnico, dicitur. In die illa, quan- nem sibi per *nos, & per omnes rectè intelligen *sibi
do dominus Iesus postquàm cœnauit cum disci- B tes indulgentiæ aditum intelligat obseratum.
pulis suis, & lauit pedes eorum, (sicut à sanctis Hæc ille. AVCTOR. Non ergo poterit esse
apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobis recens obseruantia, quam omnes istæ ecclesiæ
que reliquerunt) chrisma conficere docuit. Ipsa apostolicæ ab apostolis acceperunt, & retinent.
eni m ablutio pedum, nostrum significat baptis- Non facilè reperies aliquem de antiquis in hac
**quando* ma, * quod sancti chrismatis vnctione perfici- re scribentem, nisi huiusmodi statum recolat
tur, atque confirmatur. Nam sicut ipsius dei so unctionis. Vnde & successor Petri in epistola *Clemens Papa*
lennitas per singulos annos est celebranda: ita tertia ad uniuersos, CLEMENS. Accedat
sancti chrismatis confectio per singulos annos qui uult ad sacerdotem suum: & *ipse det no-
est agenda: & de anno in annum renouanda: & men suum, atque ab eo audiat mysteria re-
fidelibus tradenda. Quod quidem sacramentum gni cælorum: iciunijs frequentibus operam im-
est per singulos annos in iam dicta die innouan pendat: ac semetipsum in omnibus probet: ut
dum, & uetus in sanctis ecclesijs cremandum. tribus mensibus iam *consummatus, in die festo *Augustus*
Hæc ille. AVCTOR. Ille est Fabianus, quę unà posit baptizari: Baptizatur autem unusquis-
cum Sebastiano solennizat ecclesia: ad quem que in aquis perennibus, nomine trinæ beati-
item, ut refert Hieronymus, excusatoriam epi- tudinis inuocato super se, perunctus primò oleo
stolam pro se scripserat Origines. Et hic dicit per orationem sanctificato, ut ita demum per
prædecessores suos ab apostolis accepisse, quòd hæc consecratus, possit recipere locum cum san
sacramentum chrismatis in die sanctæ cœnæ C ctis. Hæc ille. AVCTOR. Nota quòd di-
Christus instituit. Et quo ad illam traditionem cit baptizatum perunctum primò oleo per ora-
Dionysius. ab apostolis conuenit cum Fabiano DIONY- tionem sanctificato: ita quòd ipsa confectio
SIVS. 4. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ secun- chrismatis, sicut dixit Fabianus, ab ipsa primæ-
dùm translationem Ioannis Saraceni, vbi dicit. ua origine ecclesiæ ortum habet. Cur autem in
Vnde sicut opinor secùdũ intellectũ hierarchicũ canone noui testamenti expresè non ponitur?
ut est à Deo traditum diuini nostræ hierarchiæ quæ causa? nisi, ut de aliis pluribus mysterijs si-
duces uenerandissimam istam sanctificationem dei dicendum est, non omnia ibi exprimi potuis
vnguenti perfectionem ex perfecta realiter no se: & de non scriptis traditionibus hanc esse
minat. AVCTOR. Diuinos duces intendit apo unam. Quòd si arguas ideo non tunc fuisse
Idem stolos. vnde secundum translationem Vercellen oleum chrismatis in sacramento confirmatio-
sis Thomæ scribit. Vnde apostoli secundùm nis, sed tantum manus impositionem, quia ista
diuinam inspirationem hoc sacramentum ex re pasim legitur, de unctione siletur, sic iterum ar-
perfecta realiter uocant unguenti perfectionē: gui posset, quòd nec regularis erat tunc primò
tanquam hac uocatione laudantes eam Dei per impositio manuum: quia ipsi. 120. homines
fectionem alterutro intellectu, scilicet, actiuē, rem ipsam (scilicet, spiritumsanctum) acceperãt *Augustinus*
& passiuè. Est enim Christi perfectio, & secun- sacramenti. Lib. 2. contra Parmenianum * uer- *Aug. To. 9.*
dùm, quòd homo est, sanctificari: & secundum, sus finem AVGVSTINVS. Ideo dixit, de meo
Ꝙ Deus est, sanctificare, & placere, quæ perficiũ accipiet. Exemplo suo Ioannes ipse testatur, &

tot

Io. 16. Act. 1. tot sancti antequàm Dei filius homo fieret, & A ctis uisa est patribus pretiosa: quamquàm insi-
postquam surrexit, & ascendit in cælum, cen- pidis hæreticis penè pareat otiosa: quia si solo *Extremæ unctionis uirtus.*
tum uiginti homines, qui simul congregati fue baptismo quisquis statim emigret, saluabitur,
Act. 2. rant, quos nullo hominе in terra manum impo- audeo tamen dicere, quod multo tutiùs ab in-
nente de cælo ueniens spiritussanctus impleuit. cursione inuisibilium hostium, multoque gra-
Et constituto iam ordine ecclesiæ Cornelium tius exiret hinc, se obuium faciens beatis spiri-
Centurionem ante ipsum baptismum, ante im- tibus, si frontem panderet insignitam in liquo-
positionem manus, cum eis, qui cum eo erant, re chrismatis, signaculo uitæ crucis. Et pro-
eodem spiritu repletum, Petrus ipse miratus est. cul omne dubium, si superuiueret, hoc senti-
Nemo ergo accipit sine dante: sed quod perti- ret. Inde non inutiliter monuit Christianos ca-
neat ad baptismi sanctitatem, adest Deus, qui pit. 2. sui decreti Papa MELCHIADES, di- *Melchiades.*
det, & homo, qui accipiat: siue per seipsum cens. At si continuò transituris sufficiunt rege-
Deo donante, siue per angelum, siue per ho- nerationis beneficia: uicturis tamen necessa-
minem, siue per Petrum, siue per hominem ini ria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio
quum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce in tot si- per se saluat mox in pacem beati seculi recipien-
mul homines uenit gratia spiritussancti sine im- dos. Confirmatio armat, & instruit ad agones
positione manus mortalis, & rem confirmatio- mundi huius, & *prælia reseruandos. Qui autem *pericula.*
nis sacramentalis induerant. Cornelius quo- post baptismum cum acquisita innocẽtia imma
que instituto iam ordine ecclesiæ eodem modo culatus peruenit ad mortem, confirmatur morte
ante omne sacramentum susceptt effectum: sed B quia iam non potest peccare post mortem. Hæc
ne iam constitutum ordinem contemnere uide- 6 ille. AVCTOR. Valde † autem notandum cen
retur, subiit sacrameta. Nec id tantum, sed seo, quod iste Papa nunc dixit iam baptizatum
ut eundem spiritum, quem quasi gustare iam cæ confirmatum morte: qui iam non potest peccare
pit, plenius in baptismo, & fortiùs in confirma post mortem. Declarat planè quid est confirma
tione sentiret. Quemadmodum dulci quo- ri Christianum, institui, scilicet, spiritualibus ar-
Ambr. l. de sa. mob. To. 4. dam tenore uerbi nuper baptizatum alloquitur mis, ut firmatus in Christo, non peccet. Infru-
* in sermonte primo de sacramentis, sacer AM ctuosus ergo Witeleff in uerbis, qui uerbum
BROSIVS. d. cens. Venimus ad fontem: in- confirmationis impingit: quasi episcopi cona
gressus es. Considera quos uideris: quid locu- rentur confirmare spiritumsanctum. Vide-
tus sis considera: repete diligenter. Occurrit ti- tur mihi (inquit) plùs religiosum, & conformiùs *Witeleff.*
bi leuita: occurrit tibi presbyter. Vnctus es qua modo loquendi scripturæ, negare ꝙ nostri epi-
si athleta Christi: quasi luctam huius seculi lu- scopi dant spiritumsanctum, uel confirmant ul-
ctaturus. Professus es luctaminis tui certamina. teriùs sancti spiritus dationẽ. Hæc ille. c. 14. Avc.
Qui luctatur, habet quod speret: ubi certamen, Sic intelligas & tu totam ecclesiam dicere. Ver
ibi corona: luctaris * cum sæculo, sed corona- bum autem illud, quod in tuæ pseustis dolo didi
ris à Christo. Hæc ille. AVCTOR. Et de ceras, tuum est, aut illius. Nos autem dicimus ho
sacramento Chrismatis, libro de mysteriis circa minem confirmari per sancti spiritus sacramen-
Ambr. To. 4. medium, idem AMBROSIVS. Ascendisti tum, & hominis mysterium, ut in percepto dono
(inquit) ad sacerdotem, considera quid * secu 7 roboretur, aut maneat. Episcopus † uerò se con-
lum sit. Nonne illud, quod ait Dauid: Sicut un firmare dicatur, hoc sit simul cum spiritusancto,
guentum in capite, quod descendit in barbam, sicut instrumentum cum principali agente: homi
barbam Aaron? Hoc est unguentum, de quo Sa C nem firmare sic dicitur, sicut alias dicebatur sa-
lomon ait, Vnguentum exinanitum nomen cramenta conficere, uel alia consecrare. Sicut
tuum: propterea adolescentulæ dilexerunt te, etiam dixit supra Melchiades mortem homi-
& attraxerunt te. Quantæ hodie renouatæ ani nem confirmare: cur non sic cum spiritusancto
mæ dilexerunt te domine Iesu Christe? dicen- posset episcopus? Dare autem eum spiritumsan-
tes, attrahe nos post te: in odore uestimento- ctum, uel eius dationẽ roborare, pseustis tua di-
rum tuorum curimus, ut odorem resurrectio- xit insipiens. Nam si uis audire loquentem eccle-
nis * hauriant. Quare hoc fiat, intellige: quia siam, ipse tibi dicet. lib. 15. de trinitate. * cap. 28. *26.
oculi sapientis in capite eius. Ideo in barbam 8 AVGVSTINVS. Neque † enim aliquis disci- *Aug. To. 3. Act. 8.*
defluit: hoc est, in gratiam iuuentutis in bar- pulorum dedit spiritumsanctum. Orabant quip
bam Aaron: ut fias electum genus sacerdotale pe, ut ueniret in eos, quibus manus impone-
pretiosum. Omnes enim in regnum Dei, & bant, non ipsi eum dabant. Quem morem in
sacerdotium ungimur, gratia spirituali. Hæc suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Deni-
5 ille. AVCTOR. Ex † quibus liquere po- que & Simon magus offerens apostolis pecuniã,
test uirtus sanctissimæ unctionis, quantum san non ait, Dare & mihi hanc potestatem, ut dem

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritumsanctum:sed cuicunque(inquit)impo- A
fuero manus,accipiat spiritumsanctum. Quia
neque scriptura superius dixerat:Videns autem 3
Simon,quòd apostoli darent spiritumsanctum:
sed dixerat,Videns autem Simon, quòd per im
positionem manuum apostolorum daretur spi- 4
ritussanctus.Propter hoc & dñs ipse Iesus spiri-
tumsanctũ non solùm dedit vt Deus, sed etiam 5
accepit ut homo.Et benè infra.In eo etiã,quod
de illo scriptum est,q̃ acceperit à patre promis
sionem spiritussancti,& effuderit,utraque natu-
Act.2. ra monstrata est,& humana.s.& diuina.Accepit 6
quippe ut homo,effudit ut Deus. Nos autem
accipere quidem hoc donum possumus pro
modulo nostro,effundere autem super alios nõ
utique possumus:sed ut hoc fiat,Deum sup eos,
à quo id efficitur,inuocamus.Hæc ille. AVCT.
Ecce peritior erat Simõ magus iste,quàm Wit
cleff se exhibet de fide catholica. Ipse nulla via
secundùm Augustinum putauit apostolos dedis- B
se spiritumsanctum,nec ideo sua pecunia hoc
comparare proposuit:sed tantum,ut quibus ip-
se manus imponeret,acciperent spiritumsanctũ
& hæc erat recta fides.Nec usquequaquè increpatur in eo.Vnde lib.de naturis rerum. 5.c. 11.
Rabanus. 9 RABANVS. Impositio † manus ideo fit, ut
per manus benedictionem aduocatus spiritussã
ctus inuitetur. Tunc enim ille paracletus post
mundata benedicta corporalia libens a patre de
scendit,& quasi super baptismi aquam tãquam
super pristinam sedem recognoscens requie-
scit.Nam legitur, q̃ in principio aquis superfe-
Gen.1. rebatur spiritussanctus.Hæc ille. AVCT. Hic
benè dicit impositionem manus ideo fieri, ut p̃
benedictionem sanctus spiritus inuitetur,nõ im
periosè donetur.Et accipit hoc Rabanus ab illo
quod in lib.interpretationis suæ triformis ait
Hieronymus.Manus impositio ideo fit, ut per
benedictionem,aduocatus inuitetur spiritussan C
ctus.Hæc ille.

¶QVOD SOLIS EPISCOPIS LICET chrismate ungere baptizatos sacramento cõfirmationis,& ibi qualiter errauerit Armacanus. Cap.CXIIII.

SVMMA.

1 *Armeniorum errores circa baptismum recensentur.Et quomodo ungant chrismate baptizatum confirmationis tamen sacramentum expresè renuunt.*

2 *Armacani error circa sacramentum confirmationis, dicentis baptizantem non episcopum posse confirmare. Et quomodo Dionysius,*

quem ducit in testem, sit contra eum, ostenditur.

Episcopis solis quòd liceat ungere chrismate baptizatos sacramento confirmationis,multorum auctoritatibus comprobatur.

Philippus quòd non confirmauerit Samaritas, quos baptizauerit.Et quare.

Innocentij decretum,quòd solis episcopis liceat uel consignare,uel spiritumsanctum tradere a Beda inferitur.Et plura ibi contra Witcleff ad ducuntur.

Spiritumsanctum quatenus det homo.Et quid ibi dicant Ambrosius,& Isidorus.

DEinceps autem contentionem soluendam puto,quam Witcleff contra antistitum potestatem instaurat,quia ipsis solis facultas adiacet confirmandi sacramento tenus fideles.prædicto ca.14.quarti trialogi.ubi ex parte pseustis arguendo* inuexerat.Si(inquit)præcisè ex textu isto conuincitur,scilicet,quia Ioannes & Petrus imponebãt manus super illos,& acceperunt spiritumsanctũ confirmationem esse appropriandam episcopisoportet quòd si ipsi imponant super confirmatos suos manus,spiritumsanctum acciperẽt, sed ista spiritussancti acceptio nec docetur in signo sensibili,nec etiam ratione.Et tunc respondet in phrenesi.Nec(inquit)uideo, q̃ hoc sacramentum sit specialiter episcopis Cæsareis reseruatum.Hæc Witcleff. AVCT. Hinc deuotus frater & magister Guilelmus in libro suo contra trialogum edito:dicit eum hunc errorem sicut & multos alios ab Armacano emunxisse Richardo, libro suo. 11.de quæstionibus Armeniorum.ca.4.ubi eum sustinere uidetur quãtum est ad euangelica,& apostolica dicta,inquit.Quali ter autem dicant Romana decreta,non quærit. C Mirum autem uidetur,q̃ Romana decreta,quo modo in apostolicis scripturis fundantur, non quærit:& Armenienſium hæresim ad scripturas sanctas,quomodo concordant,satagit inuenire.in eodem ca.Habet etiam hoc tota ecclesia, (inquit)Græcorum,& Armeniorum,quòd omnis conferens baptismum statim confirmat. Et sic erat in primitiua ecclesia post tempora Apostolorum:sicut tradit beatus Dionysius in de ecclesiastica hierarchia. Hæc ille. AVCT. Ordine suo respondeamus ad ista.Primò quantum ad Armenios congrue satis facit. Nam ubi nisi inter hæreticos fundaret errorem? Verumtamen† quantum reperi,Armenij chrismate ungunt in baptismo,sicut nos, sed confirmationis sacrm plane negant. Vnde & computatur error Armeniorum. 10.secundum q̃ scribit in libro suo de hæresibus dominus Guido Carmelita.Vicesimus

mus error(inquit)q̃ ad uerum baptismum ultra A
formam debitam uerborum requiritur,quòd baptizatus inungatur chrismate: & sumat corpus
Christi. Et ideo non baptizant paruulos suos
ante octo dies. Et tunc liquefaciunt accidentia sacramenti in aqua, & uino, & ponunt intra
os paruuli. Vicesimusprimus error, quòd uariè baptizant, quidam in aqua, quidam in uino,
quidam in lacte: nec formam uerborum generaliter obseruant, sed aliquis dicit euangeliũ.
Venit Iesus ad Ioannem.Alius dicit. Vox domini super aquas.& aliter prout uoluerint. Negant Philippum diaconum baptizasse. Negant
sacramenta confirmationis, & extremæ unctionis. Alius celebrat cum duobus calicibus, alius cum uno: ut placet. AVCTOR. Non
igitur Armenij in baptismo confirmant: quanuis chrismate ungant, qui sacramentum con-
firmationis expresè renuunt. Si ergo Græci B
hoc faciunt, errori eorum imputari potest:
quia consuetudinem, quam in principio exigente necessitate conceperant, non deponunt. 3
In primordijs enim ecclesiæ cunctis fidelibus
penè singula licuerunt. Vnde in expositione
super illo Pauli ad Ephesios. Ipse dedit quosdã
apostolos.AMBRO. Non (inquit) per omnia
conueniunt scripta apostoli ordinationi, quæ
nunc est in ecclesia:quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta.Sequitur. Denique apud Aegyptum presbyteri consignant, si præsens episcopus non est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce de
quæstionibus noui & ueteris testamenti capi.
101.AVGVSTINVS. Nunquid & diaconos,
& ministros nostros dicit episcopos ? non utique: quia multò inferiores sunt. Et infra. Nam
in Alexandriam, & per totam Aegyptum si defit episcopus, consignat presbyter. Hæc ille. Av
CTOR. Adhuc autem facto suo uidentur isti C
Græci,quanuis errent,fateri apud episcopos esse prærogatiuam signandi perunctos, quos signare non audent præsente episcopo, cum baptizare possint, & eucharistiam celebrare. Fateor si licitè ungerent, præsente antistite consignarent. Cum† autem dicit Armacanus,quòd 2
omnis conferens baptismum statim confirmauit, & hoc in primitiua ecclesia post tempora
apostolorum: Hoc adhuc restat probandum,
si baptizans esset sacerdos,non episcopus. Qđ
autem Dionysium ducit in testem, contra eum
est. Non enim supponit in toto illo capitulo
baptizare quenquam,nisi Hierarcham, hoc est
episcopum. Vnde in capite illius capituli,Dionysius. Postea unguentum Hierarcha sumens,superponit diuino altari circumuelatum. 12.aliis sanctis clamantibus cunctis sanctissima uoce sanctam inspirationis Deo acceptorũ

Rabanus. 9

Gen.1.

Magister Guilielmus.

Richardus.

Dionysius.

Act.2.

Thomas.

Thomas.

Thomas. Forsan hoc dicit Thomas in ex po.

Ambro. To 4 ca.6. 3 prin.

in fine libri ca.7

Firmianus

Mar. 1

prophetarum melodiam.Et super ipsum sanctã
orationem adimplens, sanctissimis sanctificandorum perfectionibus ipso utitur ad omnem ferè Hierarchicæ perfectionis operationẽ. Hæc ille. AVCT. Hoc dicit pro sanctificatione chrismatis,quo semper utitur episcopus in omni penè episcopali operatione. THOMAS. Chrismate episcopus utitur penè ad omnem Hierarchicam operationem.Et in fine capituli Ioãnis Saraceni. Vnde,sicut reor,& mundatiuo baptisterio unguento in cruciformibus missionibus
superfundens Hierarcha sub uisum agit contemplatiuis oculis usque & ad ipsam mortẽ per
crucem Iesum pro nostra regeneratione descendentem. THOMAS. Episcopus in fonte baptismi
superfundens chrisma in forma crucis,commemorat spiritualibus oculis dominum Iesum usque ad mortem per crucem se demersisse,p̃ nostra regeneratione.Sequitur. Sed & ipsi baptizato unctio sancti chrismatis gratiam donat p
aduentum spiritussancti.Hæc ille.AVCTOR.
Igitur † ita in principio,q̃ in fine pater eũ semper assumere episcopum in opus baptismi, qui
sanctificet primò chrisma,ac demum utatur eo
in sanctificatione fontis, & postea ad baptizatum ungendũ,ac penè in omni cooperatione episcopi, ut sicut dicit ibi, in sanctificandis altaribus.&c. Ita quoque libro suo secundo de sacramentis,supponit AMBR. dicens. Nunc disputemus,quid sit,quod dicitur baptisma. Veni
sti ad fontẽ,descendisti in eũ. Attendisti summũ
sacerdotem,leuitas,presbyteros in fonte uidisti
Et tandem in* fine. Ergo mersisti. Venisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit?Deus(inquit)pater
omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritusancto, concesitque tibi peccata tua, ipse
te ungat in uitam æternam. Vide ubi unctus es:
in uitam(inquit)æternam. Hæc ille.AVCT.
Sine ista sit unctio baptismalis, siue alia sacramẽtalis:attende quem sacerdotem assignet ungentem. Attendisti (inquit) summum sacerdotem,leuitas, & presbyteros: alium ergo innuit
summum sacerdotem ab illis presbyteris. Et
in epistola ad Cyprianum, Firmianus. Quando omnis potestas & gratia in ecclesia sit constituta, ubi præsident maiores natu: qui, &
baptizandi, & manem imponendi, & ordinandi possident potestatem, hæreticum sicut ordinare non licet, nec manum imponere, ita
nec baptizare. Hæc ille. AVCTOR. Hieronymus item in Ioanne & in Christo figuratiue exponit baptismum, & chrismatis unctionem, baptismum attribuens sacerdoti minori in persona Ioannis, & unctionem episcopo, uice Christi. In commentario Marci, textu. Et prædicans baptismum pœnitentiæ in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hie. To.9

remissionem peccatorum,ubi dicit. Quod consummatur per sponsum,initiatur per paranymphum. Vnde catechumeni,hoc est instructi, incipiunt per sacerdotes,& chrismantur per episcopum. Hæc ille. AVCTOR. Aliud est ergo sacramentum inchoationis gratiæ:quod pōt ineū bere sacerdoti : aliud sacramentum consummationis,& confirmationis in gratia, quod tanq̄ fortiori,& firmiori incubuit episcopo. Deinceps descendit Armacanus ad Philippum diaconum,unum ex septem,& ibi inuenit eum baptizasse Samaritanos,sed nullatenus confirmasse. Quod quia ecclesiasticæ & catholicæ causæ,proficit,molitur occasiones inuenire nè faciat. Ex causa(inquit)Samaritanos noluit confirmare: quia antequàm poterat eos cōfirmare, monitus est, ut obuiam iret eunucho:sicut sequitur ibi statim. Hæc ille. AVCTOR. Ista fuga mendax est,& uana:quia non ràm repentè prædicauit,& baptizauit tantam gentem:fecitque tot miracula per dies plurimos,paralyticos curans, & claudos:ita ut gaudium magnum fieret in illa ciuitate: simulque cum tantus populus baptizatus esset,quem ante dementasset Simon magus,tūc & ipse Simon baptizatus erat,& adhæsit Philippo. Ex toto hoc tempore quare non potuit in sine baptismi,sicut mos erat cunctis(ut dicis)tūc temporis saltem aliquos confirmasse? Non.n. fuit illo raptu sic præuentus, quin multos, & post multos Simonem potuit baptizare:& post baptismum socialem cum Simone ducere comitatum,sic enim dicit textus. Cum baptizatus esset,adhærebat Philippo. Et uidens signa,& uirtutes magnas fieri,stupens admirabatur. Maxime cum confirmationis officium sit inter omnia sacramenta bréuissimum. Cum hoc item,secundùm ordinem textus antequam raperetur Philippus,uenerunt Apostoli confirmare gentem Samariæ. Et tunc demum sequitur: quomodo angelus domini locutus est ad Philippū. &c. Ideo aliter respondet. Aut, (inquit) quia opus suum in illa ciuitate magna Samariæ uoluit per apostolos consummari per actum confirmationis. AVCT. Ita dicimus,sic uoluit:& eo magis uoluit,quòd oportuit,quia ipse confirmare non potuit. AVT si potuit,quanuis hoc noluit, cur ipse solus inter omnes baptistas illius temporis hoc officium apostolis reseruauit? Ipsa fides scripturæ hunc intellectum fudit in patribus, quanquam isti Witcleff uideatur esse fundamētum satis leue. Vnde in expositione sua super illud actuum, Miserunt ad illos Petrum & Ioannem. BEDA. Pulchre hoc Arator exponit.

Act.8 Armacan.

Act.8.

Act 8. Beda

Sæpe sibi socium Petrus facit esse Ioannem,
Ecclesiæ quia uirgo placet.

A Notandum autem,quòd Philippus,qui Samariæ euangelizabat,unus de septem fuerit. Si enim apostolus esset, ipse utique manum imponere potuisset,ut acciperent spiritum sanctum. Hoc enim solis pontificibus debetur. Nam presbyteris siue extra episcopum, siue præsente episcopo cum baptizant,chrismate baptizatos ungere licet,sed quod ab episcopo fuerit consecratum non tamen fronte ex eodem oleo signare,quod solis debetur episcopis,cum tradunt spiritū paracletum baptizatis. Hæc ille. AVCTOR. Hæc sanctior est expositio,hæc fides sanior, & pulchrior,textui correspondens. Ideo† non confirmauit Philippus Samaritas,quos baptizauerat, quia ipsi non licuit iam existenti diacono ptāstē usurpare maioribus reseruatam. Simulque notandum,q̄ Beda hic inseruit decretum Innocentij illius magni,de quo tam festiuè loquitur Augustinus,q̄ damnasset Pelagium, cùm diceret,

Innocent. Primus.

B Nam presbyteris,seu extra episcopum &c. Et est capite.3.decreti ipsius primi ex decretis pōtificum. ubi dicit. De† consignandis uero infantibus manifestum est,non ab alio,quàm episcopo fieri licere. Nā presbyteri licet sint sacerdotes,pontificatus tñ apicem non hēt. Hoc autem pontificibus solis deberi,ut uel consignent, uel paracletum sanctum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demōstrat,uerū illa lectio

Act.8.

ACTuum apostolorum,quæ asserit Petrū & Ioānem esse directos,qui* non baptizatis traderent spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra epm,seu presente epo cum baptizant,chrismate baptizatos ungere licet,sed quod ab epo fuerit consecratū, non tamen frontē eodem oleo signare,quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritū sanctū paracletū. Hæc ille. AVCT. Iste sanctus Papa non confirmat hic propositum ex Romano decreto, sed nec ex sola consuetudine an olim traducta,sed in illa serie scripturæ ACTuū,quā nostri moderni umbram tenere quærentes,non intelligunt,quia cōceptus patrū dedignantur uidere,uel negligunt. Deridenter obiicit Witcleff in eodem.14.quarti trialo. Videtur.n.inquiens,si textus iste adeo ponderatur, quòd oportet ad confirmationem Papam loco Petri accedere, & plus speculatiuum prælatum loco Ioannis. Nec debent dedignari de isto officio, plus quam Petrus dedignabatur, quòd à cæteris apostolis fuit missus. Hæc Witcleff. AVCTOR. Nec dedignatio impedit,nec necessitas urget Papam cuncta facere per se,quæ cum aliis habet cōmunia, sed equus arbiter unicuique,quod suum est, & potestatis tribuit,& honoris. Aut nunquid dedignabatur Petrus baptizare Cornelium & domum eius, quia cùm præsens esset, non ipse uoluit baptizare,

*Act.8. *ioā.*

2 C

Wiclef.

Act.8.

zare,sed iussit fieri per ministros? Actuum.10. Respondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest,ut non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Ecce iussit eos baptizari,non baptizauit eos per se,imōnec dedignabatur surripere ministris suum officium exponente sic locum illum in expositione sua super epistolam primam ad Corinth.textu. Nō enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. AMBROSIVS. Denique apostolus Petrus credentem Cornelium cum suis iussit baptizari:nec dignatus est ministris astātibus hoc opus facere. Si enim defuissent,ipse hoc ageret: necessitate compulsus. Quantò ergo melior his sit, quos illi uenerabantur, ostendit: & non tamen hoc suo nomini decerni permisit. Hæc ille AVCTOR. Ecce duplicem rationem quare Petrus non dignatus est ministraliter baptizare. Primò,ut deferret ministris suum exercitium. Secundo,ut ostenderet his extraneis si dei suam eminentiam ad saluatoris honorem: & quantò melior, & dignior esset his, quibus iu

1.Cor.1. Amb.Tra

B bere potuit: quos tamen illi ad uenerationem habebant. Non ergo dedignanter Papa dimittit episcopis suis officium unctionis,sed dignatur non facere eis astantibus,qui habent hoc officium cum Papa commune. Et quanto melior eis sit,iubendo illis,quos cæteri uenerantur,nō arroganter ostendit:quia non hoc suo nomini, sed Iesu Christi,cuius uice præsidet,decerni permittit. Et correspondenter ad hoc primum super eodem textu, Non enim misit me Christus baptizare,sed euangelizare. in libro annotationum epistolarum Pauli HIERONYMVS.

.Cor.7.9.

Non usurpauit minora facere,qui poterat officia implere maiora: sicut hodie episcopus, &

C suum si uoluerit, & diaconi potest implere ministerium. Hæc ille. AVCTOR. Potest ergo Papa baptizationis ut unctionis agere sacramentum,sed non usurpat istud munus, qui potest implere maiora. Et in prædictum textum Non enim misit me baptizare.&c.in expositione sua HAIMO. Paulus supplè maximè prædicationi insistebat, sicut alii apostoli: discipuli uerò eius baptizabant. Sic legimus quòd Petrò ueniente ad domum Cornelij,postquam cecidit spiritus sanctus super omnem domum eius præcepit eos Petrus à suis discipulis baptizari. In primordio etenim fidei omnes fideles baptizabant: & non solùm uiri, sed etiam & mulieres, si quando necessitas imminebat: Hæc ille. AVCT. Sed mouere posset, quod Innocentius,hic suprà scribit, episcopos tradere spiritum paracletum baptizatis,contra dixit Augustinus iam suprà,quòd nullus apostolorum dare potuit spiritumsanctum. Sed† quanuis non ita regulariter habeat mos scripturæ,interdum tamen, quod homo tanquam instrumentum agendi Deo coagit,etiam facere dicitur: secundum illud Christi de miraculorum operatione ad discipulos. Et maiora horum facietis. Bonum igitur censes secundùm modum, quem habet ecclesia, castè pro ferre,& ratiò,quod homo det uel tradat spiritumsanctum,tunc maxime, cùm sonare poterit ad dationem per potestatem,uel impertium,quod sonat in blasphemiam, quanuis interdum sic dici possit,ut sonat tantum obsequium,aut instrumentalem concursum: In libro primo de spiritusancto *cap.6. Ambrosius Deus dat spiritumsanctum. Non enim humanum hoc opus,neque ab homine datur, sed inuocatur à sacerdote,ut à Deo tradatur, in quo Dei munus ministerium sacerdotis est: Nam si Paulus apostolus *indicauit, q̄ donare spiritumsanctum ipse sua authoritate non posset, & intantum se huic officio imparem credidit, ut à Deo nos spiritusancto optaret impleri, quis tantus est, qui huius traditionem* numinis sibi audent arrogare?Itaque Apostolus uotum precatione detulit, non ius authoritate aliqua uendicauit, nec imperare præsumpsit. Hæc ille. AVCTOR. Benè declarat sacer Ambrosius huius dationis, uel traditionis ambiguum,dicens,quod à Deo traditur, Dei munus est,ministerium sacerdotis. Et Apostolus uotum precatione detulit, non imperare præsumpsit. Hoc modo tradere dicit Innocentius, sicut etiam assumit ipse nomine tenus lib. 2. de origine officiorum *ca. ultimo ISIDORVS, dicens. Cum audissent autem,qui erant Hierosolymis Apostoli, quia recepisset Samaria uerbū Dei,miserunt ad illos Petrum, & Ioannem. Qui cum uentissent, orauerunt pro eis, ut acciperent spiritumsanctum. Nondum enim in ullum eorum descenderat, tantum uerò baptizati erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum. Spiritum autem sanctum accipere possumus dare autem non possumus,sed ut detur,dominum inuocamus. Hoc autem, quod post baptismum fit, quemadmodum sanctus Papa Innocentius scripsit,subiiciā: Dicit enim nō ab alio,q̄ ab episcopo fieri licere. Nāpresbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem solis pontificibus deberi,ut confirment, uel ut paracletum spiritumsanctum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat: uerum etiam superior illa lectio ACTuum apostolorum, quæ asserit, Petrum, & Ioannem esse directos qui iam baptizatis traderent spiritumsanctum.

Te.14 Spiritum cū illum quare non det hō.

**ca.7 Amb.To.2*

**indicauit.*

**muneris.*

**cap.26. Isidorus*

ea signet.

Act.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum. *Nam presbyteri, siue extra episcopos, si ue præsentibus episcopis baptizẽt, chrismate baptizatos ungere licet: sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem eo eodem oleo signare: quod solis debetur episcopis, cùm tradunt spiritum paraclitum. Hæc ille. AVCT. Quàm gaudenter uterque magnus doctor decretum Innocentii magni complectitur, Isidorus, atque Beda? Et uterque cum Innocentio authoritatem confirmationis ministerialis appropriat solis episcopis, fundatam in illa lectione scripturæ, in qua Witcleff, & Armacanus appropriationem illam fundare nesciunt, sicut scribũt. Et quod dicit Armacanus, non ibi dici apostolos Hierosolymis misisse Petrum, & Ioannem, ut eos confirmarent, planè dicit INNOCENTIVS. q̃ sic. Illa (inquit) lectio Actuum apostolorum asserit Petrum & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum.

*hæc quæ sequuntur nõ habentur in cod. Vat.

Armacan.

Innocent.

¶AD ARMACANI ARGVMENtum de Anania, q̃ non contulit Paulo spiritumsanctum confirmando per primam impositionem manuum suarum, C. CXV.

SVMMA.

1 *Armacanus, qui dicit Ananiam per manus impositionem confirmasse, Paulum, & ob id arguit inferiores episcopos posse confirmare, confutatur.*
2 *Manus impositio correctis fieri solita, ab Augustino notatur.*
3 *Paulus quare, & ad quid ad Ananiam missus.*
4 *Paulus, quod per primam manuum Ananiæ impositionem, ante lauacri susceptionem non receperit spiritum sanctum.*
5 *Discipuli septuaginta duo, quòd per manuum impositionem non tradiderint spiritum sanctum, sed soli Apostoli, & eorum successores, ex decreto Ioannis Papæ, sancti Gregorij præcessoris, ostenditur.*
6 *Manus impositio, quæ confirmatio uocatur, quod solis episcopis apostolorum uicarijs debetur.*
7 *Confirmationis sacramentum olim maius baptismo dictum. Et quare. Et quid de hoc dicit Melchiades Papa.*
8 *Witcleff quod sit Donatista, & plusquàm Donatista conuincitur.*

Armacan. Act. 9.

1 ARGVIT † item de Anania, qui nõ erat institutus episcopus, q̃ ipse imposuerit manus conferentes sacramentum confirmationis: quia imposuit (inquit) manus Paulo, ut reciperet spiritumsanctum. Si uerò quisquam dixerit, hanc impositionem manuum Ananiæ super Paulum, non fuisse sacramentum confirmationis cum per illã fuerit repletus spiritusancto, ut ibi dicitur: dici poterit, q̃ nec alii, quibus apostoli leguntur manus imposuisse, hoc sacramentum acceperant. Hæc ille. AVCT. Et ex hoc currit ad uidendum, si tunc recepit sacerdotium. Parcit iste doctor ordini scripturæ, nescienS, q̃ posset aliquis dicere, nec propter confirmationem, nec ordinem recepit manuum impositionem pro tũc, sed potius propter sanitatem: de qua ait Christus in Marco, Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Aut propter pœnitentiam agendam. Primò, quia dominus apparuit in uisu Ananiæ. Vidit, inquit, uirum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manus, ut uisum recipiat. Ex quo patet, non hanc impositionem manuum, quæ est confirmatio sacramentalis, ab Anania recepisse primariam: sed illam, quæ fuit propter doctrinam fidei consequendam iure catechumenorum, & competentium, & demum propter sanitatem habendam. Vnde & sequitur. Saule frater, dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in uia, ut uideas. Et tunc ex post. Et implearis spiritusancto, ut puta per baptismum. Et ceciderunt (inquit) ab eius oculis tanquam squamæ, & uisum recepit. Non dicitur hic aliqua ex parte: & impletus est spiritusancto, saltem si res aliter habeat, aliter oportet ut probet. Prosecuta impositionem manuum ad pœnitentiã scribit. lib. 5. de unico baptismo contra Donatistas *cap. 24. quomodo manus imponebantur correctis uenientibus ab hæresi, AVGVSTINVS dicens, Manus autem impositio si non adhibetur ab hæresi uenienti, tanquam extra omnem culpam esse iudicaretur. Propter † charitatis autem copulationem, quod est maximum donum spiritussancti sine quo non ualent ad salutẽ quæcunque alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur. Hæc ille. AVCT. Hæc autem manus impositio, quæ fiebat correctis, fuit tantum pœnitentialis: quia confirmationis, siuè ordinis sacramenta iterare non licet, sicut nec baptismum, ut habetur supra de charactere. Quod autem ille doctor dicit inconueniens magnum, susceptisse Paulum, tunc sacerdotium ante baptismum, uerum dicit. Et ita inconuenienter dixit ipsum susceptisse tunc spiritum sanctum per confirmationem. Quod autem inuit formidando, Ananiam illum laicum esse, non alicuius ordinis clericum, eo q̃ simpliciter discipulus dicitur: nescio quid iuuat eum. Videtur tamen in sacerdotio ecclesiæ eum fuisse, ex illo AVGVSTI. in quæstionibus Lu

*2. q. 1. can. Ait Ioel.

2

3

cæ. quæstione quadragesima secunda de decem leprosis: ubi dicit. Denique & Paulus uoce domini audita, Quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. ad † Ananiam tamen missus est, ut illo sacerdotio, quod in ecclesia cõstitutum est, sacramentum doctrinæ fideique perciperet. Hæc ille. AVCT. Ecce dicit Paulum missum ad Ananiam: ut illo sacerdotio, q̃ in ecclesia constitutum est, perciperet sacramentũ. Quomodo hoc, si esset laicus, nec sacerdos? Quod si item esset episcopus: quia tunc temporis inter ascensionem domini, & prædicationẽ Pauli rari erant sacerdotes, nisi forent episcopi. De sacramento confirmationis Armacani briga suspenditur: quanuis non definiam sacramentum confirmationis debere præire baptismum, saltem in Paulo, sed sacramentum ab eo percepit in sacerdotio ecclesiæ constitutio. Nec ualet si Cornelium, & suos duxerit ad exemplum: quia hoc tunc priuilegium erat gentibus, quod nunquam reperietur euenisse Iudæis, prout asserit in expositione Actuum libro primo, textu Cecidit spiritussanctus super eos, qui audiebant uerbum Dei. BEDA, dicens. Nè baptisma gentibus tradere dubitetur, spiritussancti testimonio confirmat ipsas lauacri aquas, quas sanctificare solet, nouo ordine præcurrẽtis. Quod semel in testimonium fidei gentium, nunquam uerò in Iudæis euenisse reperitur. Hæc ille. AVCT.

Act. 9.

Act. 9. Beda

4 Non ergo recepit spiritumsanctum Paulus per primam impositionem manuum Ananiæ, ante susceptionem lauacri baptismalis: quia hoc tãtum semel factum est in testimonium fidei gentium, in Iudæis uerò nunquam: quia de eorum uocatione ad fidem non erat dubium. Iudæus autem erat Paulus. Quanta uerò dubitatio, & admiratio flagrauit inter discipulos pro hac uocatione Cornelij, in tantum, ut cogeretur Petrus declarare se per illapsum spiritussancti, testatur litera sequens. Actuum undecimo. Et assumit Augustinus decimoquinto, de trinitate, capite uigesimo. Ex quibus liquet adhuc nec Ananiam, uel alium citra episcopos in illis ecclesiæ initiis imposuisse manus quibuscunque ad sacramenta liter confirmandum. Si autem licuisset omnibus presbyteris, aut diaconis, dicat nobis uel Armacanus, uel Witcleff, cur nulli licuit de septuaginta duobus discipulis quos Christus omniscius elegit, quem non fallebat electio? Quòd si ex eis alicui hoc licuit, probent ab operis executione licentiam. Contra autem Ioannes Papa præcessor sancti Gregorii in principio decreti sui, ex libro decretorum pontificum. Ioannes † episcopus uniuersis episcopis per Germaniæ & Galliæ prouincias constitutis in domino salutem. Sequitur. Perlatum est ad sedem apostolicam

Act. 11

Extra. De consecr. dist. 5. Nihil.

5

C

A emersisse, & denuò reuiuiscere prohibitum, & funditus extirpatum tam à sancto Damaso, q̃ à sancto Leone uiris apostolicis, atque uniuersis synodali auctoritate episcopis, reprehensibilem, atque oppido inolitum usum eo q̃ quidam coepiscopi ultra modum suum progredientes donum sancti spiritus per impositionem manuum tradant, & alia quæ solis pontificibus debentur, contra fas peragant: præsertim cùm nullum ex septuagintaduobus discipulis, quorum speciem in ecclesia gerunt, legatur donum sancti spiritus per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis, eorumque successoribus proprii sit officij tradere spiritumsanctum, liber Actuum Apostolorum docet. Et bene infrà. Cùm audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria uerbum Dei, miserunt ad illos Petrum & Ioannem. Qui cum uenissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritumsanctum. Nondum enim in quenquam illorum uenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritumsanctum. Non igitur (ut iam dictum est) aliquem ex septuaginta, licet pauci essent apostoli, ad hoc opus perficiendum direxerunt: sed Petrum, & Ioannem apostolos *ad manus impositionem miserunt: quorum uicem episcopi in ecclesia gerunt & nõ Coepiscopi qui septuaginta discipulorum formam, ante prohibitionẽ eorũ gerebant. Q̃d illi non fecerunt nos facere nolite: ne dissimiles eis, & indigni eorum successione, & eorum ministerio esse uideamini. Hæc ille. AVCTOR. Si huius decreti authoritatem nec Armacanus, nec Witcleff credere ducat dignum: saltem rationi cedant decreti, aut aliter eam soluant. Proponit decretum. 72. non sacramentaliter confirmasse. Proponit eos speciem presbyterorum sub episcopis gessisse maiorum: non autem diaconorũ tantum, ut dicit solus Witcleff. Quod illi non fecerunt, nolint facere qui non sunt episcopi. Et sic stat ritus ecclesiæ solis præsulibus semper saluus: prout lib. 2. de sacramentis. *parte 7. colligit HVGO. Manus † inquiens, impositio, quæ usitato nomine confirmatio uocatur, qua Christianus unctione chrismatis per impositionem manus in fronte signatur solis episcopis apostolorum uicariis debetur, ut Christianum consignent, & spiritum paraclitum tradant: sicut in primitiua ecclesia spiritumsanctum per impositionem manuum dandi soli apostoli potestatẽ habuisse leguntur. Hæc ille. AVCTOR. Congruẽtia uero facti est, quia inuenem instituere, potest pertinere ad iuniorem. Iam uero uirum factum, ad robustum statum prouehere, non est opus alterius, q̃ potẽtis. Baptizãdi cathecumeni

*alias core piscop. nã uarios uocat Rab. li. de inst. clericorũ. c. 5

Act. 8.

*per manus impositionẽ tradere spiritumsanctũ miserunt.

*parte 7. c. 2. Hugo.

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac iam nouellæ fidei, sunt paruuli in Christo secundum Apostolorum. Ipsos ergo formare in paruulos per baptismum posset minor sacerdos: in uirorum autem speciem robustorum quis proueheret nisi maior, siue de baptismo ad confirmationem, siue, quod plùs est, de iam uitris factis, patres plebis statuere sacerdotes? Propter
7 † hoc igitur inoleuit antiquitus mos dicendi sacramentum confirmationis maius esse baptismo: quia à maiori potestate præstatur maioribus: prout habet in decreto cap. 2. MELCHIADES PAPA. De his verò, super quibus rogastis uos informari, utrum maius esset sacramentum manus impositio episcoporum, an baptismus: scitote utrunque magnum esse sacramentum. Et sicut unũ à maioribus fit, * & à summis pontificibus, quod à minoribus perfici non potest: ita maiori uenerationi uenerandum & tenẽdum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta: ut ab inuicem, nisi morte præueniente, B non possint segregari, & unum sine altero ritè perfici nõ potest. Nam unum, præueniente morte, saluare sine altero potest: aliud autem nõ potest. Vnde scriptum est. In diebus illis, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertamus * diuitias summæ bonitatis. Quod in confirmandis Neophytis, manus impositio tribuit singulis, hoc tunc spiritussancti descensio in credentium populos, donauit uniuersis. Hæc ille ex lib. decretorum pontificum.

Melchiades Papa.

*Idest

Iotel. 2.
** Summas diuitias bonitatis dei.*

AVCTOR. Iste, ut dixi, posset probare aliquid penes Witeleff: si personas non acceperit: eo quòd erat ultimus de pontificibus nõ dotatis. Et Christus dicit, ꝙ sacramentum nostræ confirmationis à solis maioribus, scilicet episcopis, fit: quod à minoribus perfici non potest. Quando ergo parcet blasphemiis suis Witeleff, ne dicat ultra solennitatem istam motione diaboli in trodyctam, ut populus in fide ecclesiæ illudatur, & episcoporum solennitas atque necessitas plùs credatur? Parcat istis blasphemiis, cedat opprobriis. Et rationes eius uento citiùs disperdentur. Omnes enim sunt Donatistæ: quas semper eadem forma & uno ore cuculino per nubila intonat sine fine, opere epistolari, sermone scilicet. Si episcopus in confirmatione, & cæteris suis sacramentis, quæ sine fundatione scripturæ sibi appropriat, confert gratiam: quare non simplex sacerdos, qui in merito maior fuerit apud Deum, ex maiori merito sacramenta conferens digniora? Item quilibet simplex Christianus, quantumcunque laicus, potest mereri alteri, quantumcunque nobili, quo ad mundum suam primam gratiam: sicut potest eundem debite baptizare. Quare ergo non confert illam gratiam, quæ ad spiritussancti infusionem, A & fidelis ministrationem consequitur? Hæc ille.

AVCTOR. Ecce † Donatistæ, & plusquam Donatista hic. Donatus enim hominum meritis baptismum assignat: sed non passim omnibus laicis, quanuis maioris meriti hominibus. Nec audit iste Witeleff unquam fidem Christi, quomodo centies per os insonet AVGVSTINI dicentis. Cùm enim tantum ualet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per apostolum datus: ita nec illius, nec illius, sed esse cognoscitur Christi. Hæc ille. lib. 5. contrà Donatistas. cap. 12. AVCTOR. Iam arguas quoúsque Christo Iesu sua tuleris sacramenta. Si enim sacramenta sequerẽtur hominum merita, non essent sic Christi, quin etiam hominum sacramẽta: sicut prædicatio uirtuosa Ioannis, aut oratio deuota Mariæ, quas Dei gratia, & suis meritis faciunt esse suas. Sed quis unquam dixit fidelis baptismum suum, citra Christum? aut confirmationem suam, etiam secundum aliquam partem? Hæc ergo ratione nec simplex sacerdos, nec deuotus laicus, potest, quanuis meritis suis maior, conferre gratiam confirmando, quæ episcopis reseruatur. Sed si iste textus Actuum (inquit Witeleff) adeò ponderatur, uidetur quòd oportet ad confirmationem Papam loco Petri accedere, & plus speculatiuum prælatum loco Ioannis. ibi in trialogo. AVCTOR. Quasi dicere consequenter: nullus hæreticorum Witeleffitarum poterit esse Christi traditor, nisi summus sacerdos illorum Witeleff, sicut Iudas apostolus. Sed hæ trufæ cõsequuntur eos, qui fidem sacramentalium administrationum humanis meritis, & non Christi gratiæ comparant ministrorum. Vnde lib. de mysteriis citò post principium, AMBROSIVS, Non (inquit) merita personarum considerares, sed officia sacerdotum. Et si merita expectes, sicut Eliam consideras, Petri merita expectato, uel Pauli, qui acceptum à domino Iesu hoc nobis mysterium tradiderunt. Ignis illis uisibilis mittebatur ut crederent: nobis inuisibilis operatur, qui credimus. Illud ad figuram, nobis ad * communionem. Crede ergo adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait, Vbi fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi & ego sum. Quantò magis ubi est ecclesia, ubi mysteria sua sunt ubi suam dignatur præsentiam impertiri? Hæc ille. AVCTOR. Attende Christiane, & fidelis anima, sacram fidem, quam exponit Ambrosius. Crede (inquit) adesse dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum: & ubi mysteria sua sunt, ibi crede dignatur suam præsentiam impertiri. Fuge ergo procul: ne audias Witeleff, cùm ululat uelut lupus, & dicit, quod implicatur blasphemiæ, quoscunque episcopos taliter

Ambros. Tom.

** communionem. Matth. 18.*

taliter confirmantes ex pactione Dei spiritumsanctum dare. in illo quarto trialogi. AVCT. Blasphemando mentiris: sed dicimus ministros eos esse, cum ex pactione Dei per quoscunque episcopos fideliter confirmantes, spiritussanctus datur. Et ad hoc firmandum dixit Ambrosius. Crede adesse dominum Iesum &c. Non, inquit, sed per boni meriti homines. Contra te exordium suum fecit Ambrosius, dicens. Non meritum personarum consideres, sed officia sacerdotum. Ergo si ministrorum consideranda sunt officia, non merita, cur non per quoscunque episcopos taliter confirmantes, spiritussanctus datur? Quo ad ritus in confirmatione de peplo ponendo, & tollendo per sacerdotes, quos deliramẽta dicit in præfato sermone, & infundabiles in scriptura: Cur ad tantum furit impietas hominis, ut etsi fiãt, fieri non possint ob reuerentiam sacramenti, aut cõgruẽ tiam qualitatum contingentium sacramento? ut si propter aquam baptismi postea ablutus sciripiat uestem candidam: quid dissonat post unctuositatem sancti chrismatis, quod unctus alliget sibi peplum, & post statutos dies sacerdos unctis manibus illud resoluat? Et rationem assumat Christianus sic fidelis, quam fidelis assignat. 2. lib. de sacramentis parte. 7. capi. finali, HVGO. Solent, inquiens, quidã quærere, quamto tempore debeant unctionem chrismatis obseruare in capite, ut scilicet capita non lauent, qui accipiunt manus impositionem absque tempore baptisterii? Quibus responderi potest, cõueniens esse, ut tanto tempore aduentus spiritussancti, apud unumquenque qui eum accipit, celebretur: quanto tempore generaliter ab ecclesia celebratur aduentus spiritussancti super apostolos, hoc est, septem diebus. Et meritò. Quia sunt septem dona spiritussancti, & in septem comitibus ad hospitem suum spiritussanctus uenit: dignum est, ut habeat unusquisque diem suum, & unicuique in die suo conuiuium præparetur. Alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, aliũ timor. Talia conuiuia Christus apud suos hospites exercet. Talia & spiritussanctus. Hæc Hugo.

Magr.

¶DE SACRAMENTO Ordinis.

¶DE SACRAMENTO Ordinis quinque periti: & quòd à primæuis ecclesiæ fuerunt plures duobus ordinibus Christi ecclesiæ designati.

CAP. CXVI.

SVMMA.

Ordo quid.
Ordines ecclesiæ ab origene presbytero assignantur.
Witeleff mendacium circa ordines ab auctore detegitur: & quòd fuerint plures duobus Christi ecclesiæ designati, ostenditur.
Diaconi quòd non subito eruperint ex laicis, sed prius functi lectoratus ordine fuerint.
Subdiaconos fuisse in primæua ecclesia ex Clemẽtis, & Anastasii Pontificum dictis palam fit.
Psalmistæ, qui & Lectores dicuntur. Et quomodo Christus lectoris officio functus fuerit.
Subdiaconi Nathinei dicti, qui & apud Græcos Hypodiacones uocantur. Et quod sit eorum officium.
Sacerdotum ordines duo, summorum, & inferiorum, ex ueteri lege notantur.
Prædicandi ratio.
Acolytatus ordo, quod tempore sancti Pauli fuerit in Oneſimo.

C

1 ORDO est sacramenta ministrantium habitudo legitima cuique ministerii sui ratione conueniens. Et hoc modo non intelligitur nomen ordinis, quod usu sanctorum etiam suppositis in religione degentibus, sicut & altaris ministris ab antiquo fuit, & est usque nunc generaliter applicatum, sicut scribit Homil. 2. super librum Numerorum uetus presbyter ORIGENES. dicens. Putas † nè, qui sacerdotio funguntur, & in sacerdotali ordine gloriantur, secundum ordinem suum incedant, & agant omnia, quæ in illo ordine * dignum est? Similiter autem & diaconi putas secundum ordinem ministerii sui incedunt? Et inde est, quod sæpe audimus blasphemare

Ordo quid

Orig. To. 1

** signa tũ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

phemare homines,& dicere, Ecce qualis epi- 3
scopus,aut qualis presbyter, uel qualis diaco- A
nus?Nonne hæc dicuntur, ubi uel sacerdos, uel
minister Dei uisus fuerit in aliquo contra ordi-
nem suum uiuere, & aliquid contra sacerdota-
lem,uel leuiticum ordinem gerere?Quid autem
de uirginibus dicam,aut de continentibus, uel
omnibus, qui in professione religionis uiden-
tur?Nonne si quid inuerecundum,uel petulans,
si quid proteruum gesserint, arguit eos conti-
nuo Moyses,& dicit?Homo secundum ordinem
suum incedat. Agnoscat ergo unusquisque ordi
nem suum, & quid sit dignum eo ordine, quem
suscepit,intelligat.Et ita libret actus suos: ita &
sermonem suum:incessum quoque ipsum, & ha
bitum moderetur,ut cum ordinis sui professio-
ne conueniat, ne audiat dici ad se a domino.
Quia propter uos nomen meum blasphematur
Ro.2 inter gentes. Hæc Origenes AVCTOR. Hic
B
asignat ordines ecclesiæ presbyter Origenes,
uocans ordines eorum, qui ad altaris minister-
ium secundum officiorum genera consecran-
tur,ordines item continentium, ordines uirgi-
num,ordines itẽ in religione omnium profes-
sorum:nec tamẽ cum istis annumerat ordinem
imperialem & militarem, quos dicis melius his
omnibus esse fundatos. Omnes hi pleno nomi-
ne ordines sunt: & secundum ordinem loqui,
orare,ministrare, uestiri, & singula agere con-
stringuntur.Omnes enim hi usque ad admira-
tionem reginæ Saba regem ambiunt. Salomo-
3.Reg.x. nem.Sed ordo primus ministrorum altaris, quo
Mat.12. rum est ordinatio sacramentorum, tractatum
Lu.11. suum per se exigit in præsenti: maximè ut de
manus exactoris soluatur. Qui sint ordines reli
giosorum,mẽdosè blasphemat Witcleff,q̃ non
usque post trecentos annos post ascensionem
Christi fuerat institutum:cum iste Origenes qui
eos ore patulo ordines approbat, centenarium C
domini uixerit secundum. Itaque mendacium
eius circa istos ordines detegamus.Primò,q̃ ab
Witcleff institutione Christi, & apostolorum suorũ eos
effecit alienos:in lib.de Papa cap.11. Modò ser
natur ut euangelium,q̃ sint 5.ordines celebra-
ti.In tempore autem apostoli nõ erant nisi duo
ordines ad ordinationem ecclesiæ, scilicet dia-
conus,& sacerdos,ut patet legẽti epistolas Pau
li. Ex ueteri uero testamento & nouo debent es
se septem ordines. Ideo electio quinarii medii
uidetur figurare fidelibus,q̃ primus numerus su
perbus,scilicet quinarius,facit uestros præposi-
tos taliter uariare.Et ex trialogi,cap.13. Vnum
audacter assero,q̃ in tempore Pauli in primitiu
ua ecclesia, sufficerunt duo ordines clericorum
scilicet,sacerdos,atque diaconus.Hæc ille. Av-
CTOR. Inter ista duo quædam est loquendi di
stantia.Quod† primò dicit in tempore apostoli
non fuisse nisi duos ordines ad ordinationem ec
clesiæ, falsum est,mendosum est. Quod dicit se
cundi in tempore Pauli in primitiua ecclesia suf
fecerunt duo ordines clericorum: uerbum eius
est dubium. Si enim tempus primum Pauli desi
gner,& primitiuæ ecclesiæ primæua initia, for-
san non ab re dicit: quia hoc item in canone cõ
ceptum est distinct.60.cap. Nullus in episcopũ.
Sed adhuc non diu supererat Paulus, quo non af-
fluentius prouidetur,nec prolixo tractu tempo-
ris sub hac penuria ministrorum sudat ecclesia.
Scimus omnes ex ipsis primæuis ecclesiæ nec fuis
se diaconos, sed ad ministrandum mensis esse cõ
ductos. Omnia enim in ipso principio promi-
scuè agebantur à singulis: & sicut ecclesiæ erant
Ephe.4. sine distinctione cõtusæ, sic ordinatio ministro
Ambr.Tol rum ambigua. Declarat hæc omnia in expositio
ne sua præclara super epistolam ad Ephe. super
hunc textum. Et ipse dedit quosdam apostolo
Act.6.8 los &c.magnus pater AMBROSIVS.dicens. Post
quam omnibus locis ecclesiæ sunt constitutæ,
& officia ordinata,aliter composita res est, quã
cœperat.Primum enim omnes docebant, & om-
Act.8.10. nes baptizabant,quibuscunque diebus,uel tem-
poribus fuisset occasio. Nec enim Philippus tẽ-
pus quæsiuit,aut diem,quo Eunuchus baptizare
tur:neque ieiunium interposuit. Neque Paulus
& Silas tempus distulerunt, quo custodem car-
ceris aperti baptizant cum omnibus suis. Act.16
Act.16 Neque Petrus clericos habuit, aut diem quæsi-
uit,quando Cornelium cum omni domo eius
baptizauit. Nec ipse,sed iussit fratribus, qui cũ
ipso ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc eũ
præter septem diaconos nullus fuerat ordina-
tus. Vt ergo creseeret plebs & multiplicaretur,
omnibus inter initia concessum est & euangeli
zare,& baptizare, & scripturas in ecclesia expla-
nare. At ubi omnia loca circumplexa est eccle-
sia,conuenticula constituta sunt, & rectores, &
cætera officia ecclesiis sunt ordinata: ut nullus
de clero auderet,qui ordinatus non esset, præsu
mere officium, quod sciret non sibi creditum,
uel concessum. Et cœpit ratio ordine prouiden-
tia gubernari ecclesiastica. Quia si omnes ea-
dem possent,irrationabile esset, & uulgaris res,
& uilissima uideretur.Hinc ergo est, unde nunc
neque diaconi in populo prædicant,neque cleri
ci,uel laici baptizant, neque die quocunque cre
dentes unguntur nisi ægri. Ideo non per omnia
conueniunt scripta apostoli, ordinationi, quæ
nunc est in ecclesia: quia hæc inter ipsa primor
dia sunt scripta.Hæc Ambrosius. AVCT. Sic
uale dicamus dictioni Witcleff, quod in tem-
pore Apostoli non erant nisi duo ordines: imò
in tempore apostoli Petri nisi unus ordo. S sa-
cerdotum

cerdotum.Diaconi enim postmodum ordinati A
sunt in subsidium sacerdotum. Sed hæc inter ip
sa primordia sunt confusa: postea sunt redacta
ad ordinem, & per officia distincta. Et hoc ho-
nestius erat, ut sicut mundus abesse confuso
pulchrificatus,distinctus est in species: ita eccle
siastici officii inhonesta confusio, decorem acci
pit in distinctione ordinum,& pudorem redimit
utilitatis.Sic enim dicit Ambrosius.Si omnes ea-
dem possent, irrationabile esset, & uulgaris res,
& uilissima uideretur. Nam & ipsi Witeleff
obiiciet orthodoxus. Nunquid non Deo,(cum
Deus uerbo hunc creauit mundum)sufficerunt
duo homines ad cultum huius mundi? Quid er-
go uoluit super seipsum extendere generis hu-
mani propaginem postea usque in infinitum?Et
nunquid in tempore Christi, sufficerunt aposto
li, & discipuli? Vt quid ergo uolebant apostoli
supra institutionem Christi augmentare diaco-
nos ad onus ecclesiæ? Aegra sunt hæc motiua, B
& rudis populi laicatum olencia. Diceret nan-
que uir doctus,quòd quicquid facit Deus in na-
tura creata,facit reducendo imperfecto ad per-
fectum.Sic enim mundum fecit: sic facit eccle-
siam:sic secundùm ætates diuersas mores homi-
num recompensat.Vnde super Actus apostolo-
Act.17. rum textu. Deus qui mundum fecit. BEDA.
Beda. Paulatim enim(inquit)fides crescit, ut cùm su-
pra hominem fuisse uideretur Deus esse credere
tur.Quid enim interest quo quisque credat or-
dine?Non in principijs perfecta quæruntur, sed
de initiis ad ea,quæ perfecta sunt, peruenitur.
Hæc ille. AVCTOR. Ecce qui dicis, quòd in
tempore Pauli sufficerunt duo ordines. Quid er
go? Et item forsan sufficerunt quinquaginta or
dinati pro toto seculo Christianis. Et nunquid
modò sufficerent? Sed,quod amplius est, * nũc
erant principia, in quibus perfecta non haben-
tur:sed ab illis ad ea,quæ perfecta sunt,peruenit- C
tur. In cuius signum hoc ipsum, quod defuit à 5
perfecto,in ipso tempore apostolorum est perfe
ctum. Nec ipse apostolus Paulus priùs ab hac
uita migrauit. In tempore enim eius erat ordi-
num paucitas: & in tempore eius ordinum est in
stituta pluralitas. In tempore eius ministrantiũ
erat inordinata congeries:& in tempore eius pul
cherrimè uernabatur ecclesia per series ministro
xiij.d.4 rum. At † ubi ex textu literæ accipis diaconos
instituros Actuum.6,noli putare,quòd in diaco-
nos subitò eruperũt ex laicis: sed scito eos priùs
functos esse ordine lectoratus: sicut exponit lo-
cum illũ in libro Retractationum super Actus,
textu. Hos statuerunt ante conspectum aposto-
lorum,& orantes imposuerunt eis manus,Vene-
rabilis BEDA. Non illi,qui statuerunt eos: sed
apostoli imposuerunt eis manus. Et enim com-
munis quidem dispensatio exigebat, ut ministri
pro uiduis eligerentur uiri. Verùm ubi inuenti
sunt, qui digni adhuc mysterium esse uiderentur,crescente gradatim(ut solet)prouidentia cõ
cilii salutaris,placuit eosdem lectores ipsos alta-
ris quoque sacri ac dominici sanguinis, sicut &
refectionis, mensæque communis multitudini
credentium ministros ordinari. Hæc ille. Av-
CTOR. Ita ergo priùs erant isti septem iam dia
coni instituti in ordine lectoratus. Et probat hoc
consequenter ibi in textu dicente, quòd orantes
imposuerunt eis manus. Quia hoc non fit, nisi
priùs absolutis, & electis de communi cœtu fide
lium: dicens. Quod probatum est uerbo, quod
dictum est, quòd orantes imposuerunt eis ma-
nus.Hoc etenim proprium est eorum, qui de cõ-
muni fidelium numero ad sacrosancti altaris
promouentur officium. Hæc ille. AVCTOR.
Si ergo autè ad aliquod officium altaris promo-
ti non essent: statim nec manus impositionem
diaconi suscipere potuissent. Quæ ratio Bedæ Beda.
non ualeret:nisi tunc in ipso Apostolorum tem-
pore fuisset hæc ecclesiæ regula. Nec enim sub-
diaconus,ut qui quam eo inferior manus acci-
pit impositionem episcopi, secundùm Isidorum,
& Hugonem: sed ex subdiacono in diaconum
promouendus est.Et lib.de institutis clericorum
capite octauo.RABANVS.Hi(inquit)cùm or- Rabanus.
dinantur, non suscipiunt manus impositionem,
sicut sacerdotes, & leuitæ: sed patenam tantùm,
& calicem de manu episcopi: & ab archidiaco-
no scyphum aquæ cum aqua, manile, & manu-
tergium.Hæc ille.AVCTOR. At inter lectores
quia cõfusè omnia agebantur,potuit latere sub-
diaconus, tanquam lectorum eximius. Vnde &
Clemens Papa successor Petri, & comes, & ip-
so superstite per eum institutus est Papa:& ideo
adhuc & Paulus* superfluit.Ipse ibi de subdiaco *Superfuit Clemens.
nis facit memoriam, epistola sua tertia ad uni-
uersos. Si † (inquiens) nobis episcopis non obe
dierint omnes, presbyteri,diaconi,ac subdiaco-
ni, ac reliqui clerici cuncti, omnesque princi-
pes,tàm maioris ordinis,quàm & inferioris, at-
que reliqui populi, tribus,& linguæ non obtem
peranerint, non solùm infames, sed extorres à
regno Dei,& consortio omnium fidelium, ac li
minibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. Hæc
ille. AVCTOR. Item successor eius decreti
sui primi, capite secundo, ANACLETVS. Anacletus.
Episcopus Deo sacrificans,testes secum habeat, De cons.d
& plures quàm alius sacerdos. Sicut enim ma- c.1.Episcopus.Deo sacrificans.
ioris honoris gradu fruitur,sic maioris testimo-
nii incremento indiget.In solennioribus quippe
diebus,aut septem,aut quinque, aut tres diaco-
nos,qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos,at-
que reliquos ministros secum habeat, qui sacris
induti

Universidad de Deusto
Biblioteca

induti uestimentis, à fronte,& à tergo, & presby
teri è regione dextra læuaque contrito corde,&
humiliato spiritu, ac prono stent uultu, custo-
dientes eum à maleuolis hominibus, & consen-
sum eius præbeant sacrificio. Hæc ille,ex anti-
quo libro decretorum pontificum AVCTOR.
Si superbia Cæsarea hos gradus inuenit iuxta ca
lumniam superbissimi Witeleff, dicat Anacle-
to,dicat Clementi,dicat Apostolis Petro,& Pau
lo,ut enarrent quando,& quomodo super his or
dinibus statuendis,dedit eis uerum concilium:
& interpretetur ipse nobis Cæsaream ipsam su-
perbiam,quam mentitur episcopis. Nunquid di
xisset aptius,quod gratia Dei exemplaris in ue-
teri testamento suggesit eis formam inueniен-
di hos ordines? Non(inquit)in dicto de gradi-
bus cleri ecclesiæ militantis. Quia non claret fi-
delibus,quòd in lege aliqua fuerunt de clero alij
ordines,quàm diaconi, atque sacerdotes. Hæc
Witeleff. AVCTOR. Vbi ergo sunt cantores, B
& Psalmistæ, quos sub tanto uno numero Re-
gum,Paralipomenonque uolumina nominatim
exponunt à * Dauid in templi ministerium in-
stitutos? Vbi Nathinnei, qui & subdiaconi no-
stri modò, quos Esdras cum sacerdotibus & le-
uiticis annumerat?primo Esdræ,capite septimo.
Vobis notum facimus de uniuersis sacerdoti-
bus,& leuitis, cantoribus, ianitoribus, nathin-
neis,& ministris domus Dei huius: ut uectigal,
& tributum, & annonas non habeatis potesta-
tem imponendi super eos. Si autem hæc laica of
ficia computes: cur cum gradibus cleri inter mi
nistros domini recitantur, & non sicut Paulus 6
scenefactor omittitur, dimittuntur? Cùm cœ-
mentarii, lignarii, & focarii, de quibus pòst fit
sermo,his prioribus coniungûtur, qui ad mini-
sterium templi quotidie seruierunt: disce, cùm
nescias,cantorum,& psalmistarum ministerium
templi fuisse,non populi. De quibus Ecclesiasti- C
cus dicit. In Dauid stare fecit cantores contra
altare:& in sono eorum dulces fecit * modulos:
& dedit in celebrationibus decus. Vbi in cele-
brationibus officium eorum est,non est vulga-
re, sed sanctum,& separatum. De quibus in pri-
mo prologo super psalterium. HIERONY-
MVS. Dauid filius Iesse cùm esset in regno, qua
tuor elegit,qui psalmos facerẽt:scilicet, Asaph,
& Eman, Ethan, & Ydithun. Octoginta octo
ergo dicebant psalmos: & ducenti suppsalma,
et citharam percutiebat Abiud, cùm Dauid re-
duxisset arcam in Hierusalem post annos ui-
ginti. Sequitur. De tribu autem Leui. 278.
mille uiros. Ex quibus quatuor principes præ
esse cautionibus instituit, Asaph, Eman, Et-
han, Ydithun: unicuique eorum diuidens se-
ptuaginta duos uiros suclamentes laudem do-

3.Reg.10. Paralip 6. Et 2 par.8 2.Esd.7.

Eccl.47.

*modos

Hier.To.2

mino cantionum. Et unus quidem eorum fe-
riebat cymbalum, alius citharam: alius tuba
cornea exultans. In medio autem eorum sta-
bat, tenens ipse psalterium. Area autem ante-
cedebat septem choris, & sacrificium uitulus.
Populus autem uniuersus sequebatur post ar-
cam. Hæc ille. AVCTOR. Ecce isti ministri
templi seorsum à populo statuti, & electi: nisi
quòd in medio eorum continebatur psalmista
rex. Vnde & ipsi dicebantur uulgò prophetæ re-
gis,sicut in secundo Paralipomenon. Porro can
tores filij Asaph legitur. Stabant in ordine suo
iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Eman, &
Ydithun prophetarum regis. Vbi in Hebraicis
quæstionibus HIERONYMVS. Ideo, inquit,
prophetæ regis uocabantur: quia cùm Dauid re
ge canebant. Hæc ille. AVCTOR. Veruntа
men hunc ordinem etiam psalmistæ nostri sup-
plent in ecclesia: sicut in libro secundo de offi-
ciis,capite duodecimo,ISIDORVS.* psalmo-
rum primò canticorum principes, uel authores,
Dauid,siue Asaph extiterût. Isti enim post Moy
sen psalmos primi composuerunt, & cantauе-
runt. Mortuo autem Asaph,filii eius in hunc or-
dinem subrogati sunt à Dauid. Erantque Psalmi
stæ per successionem generis, sicut & ordo sacer
dotalis. Ipsique soli continuis diebus in templo
canebant:candidis induti stolis, ad uocem unius
respondente choro. Ex hoc ueteri more,& eccle
sia sumpsit exemplum nutriendi psalmistas,quo
rum cantibus ad affectum Dei mentes audien-
tium excitantur. Hæc ille AVCTOR. Isti † psal
mistæ lectores item sunt (vt reor) ordinis dig-
nitate,& officio:qui nec tunc uacabant,aut negle
ctui ducebantur:ita, ut ad tempora Christi hic
ordo permansit in templo. Quo item ordine, &
officio functus est Christus propter originẽ Le
uitarum, quam duxit ex matre. Tunc, scilicet,
cùm quodam die sabbati intrauit secundùm con
suetudinem in synagogam,& surrexit legere. Et
traditus est ei liber Esaiæ. Et vt reuoluit librum,
inuenit locum,vbi scriptum erat. Spiritus domi-
ni super me, propter quod vnxit me: euangeli-
zare pauperibus misit me, prædicare captiuis re
missionem. Lucæ.4. In quem locum libro pri-
mo de baptismo paruulorum,cap. 32. AVGV-
STINVS. Attende (inquit) illud eiusdem pro-
phetæ, quod de se completum, lectoris etiam
functus officio in synagoga ipse recitat, Spiri-
tus domini super me. propter quod vnxit me:
euangelizare humilibus misit me. Hæc Augu-
stinus. AVCTOR. Vide tu, quòd Christus
tunc est functus lectoris officio: quod pastim
sibi tunc sub cultu iudaici templi licere non pu-
tuit: nec libellum quasi ad hoc assuetus ob-
latum sibi sponte cœpisset, nisi aptitudine ge-

neris intellecta, ex sacerdotum institutione pol A
leret: hoc ordine. Non enim cunctis Iudæis hoc
in templo suo,uel synagoga publica adhuc ĩ cap-
tiuitate permittitur. Et est ista deductio Lin-
colniensis in libro imputato ipsi,quem transtu-
lit,qui dictus est,Suidas. Huic item dicto Augu-
stini concorditer scribit in sermone pro syno-
do. ISIDORVS. Auribus,& cordi consulere debet
lector. Hoc officium dominus in propria perso
na ostendit,quando in medio seniorum,librum
Esaiæ prophetæ aperiens,distinctè ad intelligen
dum legit,Spiritus domini super me: ad euange
lizandum pauperibus misit me,& cætera, quæ
in eodem sequuntur capitulo. Hæc ille. AVCT.
7 Subdiaconi† quoque nostri,sicut dixi, ministri
erant in tempore Nathinnei dicti: de quibus
ibidem ISIDORVS & sequitur eum Hugo.
Subdiacones (inquit Isidorus) qui apud Græcos
Hypodiacones uocantur, in Esdra inueniuntur
appellanturque ibi Nathinnei,id est,humilitate
domino seruientes. Ex eorum ordine fuit ille
Nathanael,qui in euangelio Ioannis diuina pro
ditione commonitus Saluatorem meruit confi- B
teri. Sequitur. Denique isti, oblationes in tẽplo
domini suscipiunt à populis. Isti obediunt offi-
cijs leuitarum. Isti quoque uasa corporis & san
guinis Christi diaconibus ad altare offerût. De
quibus quidẽ placuit patribus,ut qui sacra my-
steria sumunt,ab omni carnali immunditia sint
liberi: iuxta quod illius propheta dicente, iube
tur. Mundamini, qui fertis uasa domini. Hæc
ille. AVCTOR. Ecce isti ordinis dicti sunt iu
xta Isidorum etiam in lege ueteri, nec hucusque
ministerij,aut ordinis dignitatem amittunt. Sic 9
enim dicit de psalmistis,siue lectoribus. Filii e-
ius in hunc ordinem subrogati sunt à Dauid. Et
de subdiaconibus consequenter. Ex eorum,
(inquit)ordine fuit ille Nathanael. Cur ergo
non erant hi ordines in lege utraque? Vnde pri
mo Esdræ undecimo sic ordinè scribuntur. Ha-
bitauit autem unusquisque in possessione sua in
urbibus suis Israel: sacerdotes, leuitæ,Nathin-
nei. Et infrà. Præceptum quippe regis super
eos erat, & ordo in cantoribus per dies singu-
los. Et in capite decimotertio. Ecce ibi erant
ante eum reponentes munera,& thus,& uasa,&
decimam frumenti,& uini,& olei, & partes le-
uitarum, & cantorum, & ianitorum, & primi
tias sacerdotales. Omnes ergo hi tunc, sicut &
nunc ponebant numerum in ordine cum sacer-
dotibus & leuitis:tàm quò ad ministerium, quã
8 quo ad uictum. Notandum † dixi item in le-
ge ueteri bipertitum ordinem sacerdotum:sum
morum,scilicet,& inferiorum, quorum primi
describuntur in Ezechiele seruasse excubias in
custodiis templi:secundi in ministerium altaris

Suidas. Ysidorus.

Ysidorus.

Ysa.52

Exod. 12.

Ezech.40.

Gregor. 22.

ante faciem templi. Quem locum literaliter
scrutans ultima Homilia super Ezechielẽ, GRE
GOR. Prius(inquit)nobis quærendum est, qui
sunt maioris ordinis sacerdotes. Vtrum ii, qui
in custodiis excubant templi,an ii, qui in mini-
sterio altaris. Sed quia paulo post subditur: Al-
tare erat ante faciem templi:apertè ostenditur,
illos esse maioris ordinis sacerdotes, qui in cu
stodiis templi excubabant:quia profectò in al-
tari,quod est interius, ministrant. Hi autem,
qui ad altare,quod ante faciem templi est, excu
bant,tanto interiores sunt,quanto in exterio-
ribus ministrant. Hæc ille. AVCT. Ecce non unũ
sed duos ordines sacerdotum in lege antiqua:
quos benè distinxit secundùm officiorum ratio
nes ad literam: quia summi sacerdotes,ministra
bant interius: hi uerò inferiores ad altare ante
faciem templi. Et hi etiam ab Apostolorum
temporibus & institutione, hactenus in eccle-
sia perseuerant:quamuis ambiguitas nominum
fefellit Witeleff, nè hoc sciret. Qualiter clare
patet exponente nobis AMBROSIO textum Epi.A°
illum Pauli ad Ephesios. Et ipse dedit quosdam
apostolos quidem, quosdam prophetas, alios
uero euangelistas, quosdam uero pastores, &
doctores &c. Vbi dicit. Apostoli episcopi sunt.
Prophetæ uero explanatores sunt scripturarum Ambrosius
quamuis inter ipsa primordia fuerint prophetæ: To.5.
sicut Agabus, & quatuor uirgines prophetan-
tes: sicut continetur in Actibus apostolorum; Act.7. &
sed propter rudimenta fidei commendanda. 21.
Nunc autem interpretes prophetæ dicuntur. Eu-
angelistæ diaconi sunt, sicut Philippus. Quan
quàm † non sint sacerdotes, euangelizare tamẽ Prædican
possunt sine cathedra: quemadmodum & Ste- di ratio.
phanus, & Philippus memoratus. Pastores
possunt esse lectores, qui lectione saginent po
pulum audientem: quia non pane tantùm ui-
uit homo, sed in omni uerbo Dei. Magistri Matth. 4.
uero exorcistæ sunt: quia in ecclesia Christi
compescunt,& uerberant inquietos:siuè hi, qui
lectionibus incumbentes, infantes solebant im
buere: sicut mos Iudæorum est, quorum tra-
ditio ad nos transitum fecit, qui per negligen-
tiam obsoleuit. Inter istos post episcopum plùs
esse intelligitur, qui propter referatum occul-
tum scripturarum sensum prophetare dicitur, *quia.
præsertim * cùm futuræ spei uerba depromit:
qui ordo potest esse presbyteri. Hæc ille. AV-
CTOR. Nititur Ambrosius sanctos ordines
fundare in officiis approbatis orientis eccle-
siæ. Et quanuis per anticipationem episcopos
enumeret, non tamen in eorum subrogat lo-
ca, sed ipsos dicit eosdem forma dignitatis ec-
clesiasticæ, & ordinis potestate: puta episco-
pos nostros, apostolos: presbyteros nostros;

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetas: diacones, euangeliſtas: lectores noſtros, paſtores: Magiſtros ſcholarum, exorciſtas. Nec his enumeratis euacuabuntur alij, ſed in his poſſunt intelligi cæteri non expreſſi. Qua
Ariſtyn. 10 liter ſordo acolytatus tẽpore ſancti Pauli fuſſit in Oneſimo: ſicut uetiores codices habent in
2. & 2. ad Theſſ. Argumẽtũ argumentis procemialibus ſuper primam epiſtolam ad Theſſalonicenſes, & ſecundam: ubi dicitur, Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab Athenis per Titum, & Oneſimum acolytum. Et 1
argumentum in epiſtolam ſecundam. Scribit hanc epiſtolam ab Athenis per Tychicum, & Oneſimum acolytum. AVCTOR. Similiter in ca
Canon apoſtolorum. Diſt. 35. c. Epiſcop. aut presbyter. nonibus Apoſtolorum eſt capitulum. 42. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ, atque ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certè damnetur. Et cap. 43. Subdiaconus, aut lector, autcã tor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione priuetur. Hæc ibi. AVCTOR. Nec dedignentur Witeleuiſtæ iſti hunc librum ſanctorum canonum in hanc auctoritatem uetuſtatis B
aſſumere: quem ſanctus Ioannes Chryſoſtomus inter auctentica deputat, appendens magna ueneratione ſententiam quandam eius, de libro o-
Criſ. To. 2. ctauo canonum, ut legere potes librum eius ſuper Matthæum operis imperfecti. Hom. 53. De prauantibus autem hæreticis ſanctos canones decreto eccleſiæ in epiſtola Pelagij liber cenſe tur apocriphus: his quinquaginta capitulis, ut ſerioſe ponuntur in libro decretorum Pōtificum
Witcleff. duntaxat exceptis. Tandem, ac finaliter quid dicemus ad Witcleff? Quia ſcribit in dicto de gradibus militantis eccleſiæ. Videtur (inquit) irrationabile, & infundabile, quòd eccleſia militans ſit cum tribus ordinibus onerata. Quid, inquam, dicemus præter hoc? ad uoluntatẽ ſponſi, neceſſe eſt ut miniſtri numerentur eccleſiæ. Si enim pauciores eſſe iuſſerit, frequentia eſt tollenda. Si uerò tot eſſe præceperit, quis eſt Witcleff, qui contra patremfamilias murmuret de miniſtris, cui per nouem ordinum choros millia millium miniſtrant in gloria, & decies centena millia coaſiſtunt? Conſulo, ſi non uis nouem ordines clericorum in eccleſia quouſque ſumus angelis coæquales, ſponſæ Chriſti miniſtrare uelle cum Rabano: ſaltem dum in hoc mũ
do ſeptemplici tpe uoluimur, pro ſeptẽplici gratia Sãcti ſpiritus amplexãda, ſeptẽ ordines cleri
Iſidorus. corum adinitte cũ Iſidoro: maximè ſi tubi dicat Chriſtum ſponſum eccleſiæ ſic mandaſſe. in ſermone illo magno de Synodo, qui intitulatur, de excellentia ſacerdotum ordinum. ubi, Hæc (inquit) officia ſeptem gradibus ſunt diſtincta: quia ſancta eccleſia ſeptiformis gratiæ eſt munere decorata. Hæc officia in propria perſona dominus noſter oſtendit, & eccleſiæ ſuæ exhibenda reli- 1

A quit: ut forma, quæ præceſſit in capite, repræſentaretur in corpore. Hæc ille.

¶ QVOD TEMPORE APOSTOLI diſtinctio fuit epiſcopi à ſimplici ſacerdote. Cap. CXVII.

SVMMA.

Aeriam hæretici unde dicti. Et quomodo hoſequitur Witcleff, non diſtinguens Epiſcopum à ſimplici ſacerdote.

Epiſcopi à ſimplici ſacerdote diſtinctio, q̃ fuerit à tempore Apoſtoli contra Witcleff, oſtenditur. Et quid de hoc dicant Hieronymus, Ambroſius. & Auguſtinus ibi.

VT probet paucitatem ordinũ eccleſiæ quam intendit, aſſumit Witcleff contra ſacros antiſtites argumentum. Dico (inquiens) quod in tempore Apoſto
B li fuit idem presbyter, atque Epiſcopus. patet 2. ad Timotheum 3. & ad Titum primo. Et idẽ teſtatur ille profundus Theologus Hieronimus. ut patet 59. diſt. ca. Olim quarto Trialog. Witcleff, ca. 15. AVCTOR. Dixi ad iſta ſuperius libro ſecundo. Quia autem totiens in opuſculorum ſuorum angulis ad mala maria ingerendã dem replicat, & complicat uernaculum argumentum: cordis uenas incipit aperire, ut aliquãtẽ ſpondeamus blaſphemijs frequentatis. Inceptimus ibi dicere, q̃ hæreſis eſſet olim cuiuſdã Aerij ſic docentis, nullam eſſe diſtantiam presbyteri ab epiſcopo, ut ſcribit Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus. Hoc autem percepto, circuit, ac quærit Witcleff ſoluere ſe ab aliis uinculis. Sed malè fila præripiens, ſe fortius implicat. ca. 11. de Papa, in fine. Abſit (inquit) logicum credere dictum illud Auguſtini repugnare decreto Hie
C ronymi, quod olim idem fuit epiſcopus, & ſacerdos. Olim enim erant pauci epiſcopi, atque idonei: qui ſecluſi à ſeculo, non propter mundũ, ſed propter Deum, & amorem eccleſiæ, curam paſtoralis officij perfecerunt Et ſic error eſſet hodie negare presbyterum ab epiſcopo nulla differentia diſcerni: cùm multi presbyteri inſtructi in lege domini, uiuant ſanctè: & multi epiſcopi ignari legis Dei, uiuant contrariè. Ideo neceſſe eſt eſſe differentiam ſacerdotum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce propter minus credentes qualiter uertit dicta ſanctorum: quibus truſis quærit euadere: ſapiens ſibi uiſus. ſi ſtultus dicere uideatur. Sacerdos (inquit) à ſacerdote diſcernitur: quia laſciuus à continente: ab ignaro ſcientia lus, ab idiota idoneus: & ſic neceſſe eſt eſſe diffe
1 rentiam ſacerdotum. quaſi diceret, Ideoſ *Aerius*

Aerius ille hæreticus: quia dixit nullam eſſe differentiam inter ſacerdotes in moribus. Quis unquam pro hac hæreſi damnabatur? Quis tàm demens unquàm hoc dixerit? Ad ſtylum AVGVSTINI te uerte, & uide ſi hoc ſapiat, qđ ſinxiſti: cùm dicit, Aeriani ab Aerio quodam dicti ſunt: qui cùm eſſet presbyter, doluiſſe fertur, quòd epiſcopus non potuerit ordinari: & in Atianorum hæreſim lapſus, propria quoq; dogmata addidiſſe nonnulla. Sequitur. Dicebat em presbyterum ab epiſcopo nulla differentia debere diſcerni. Hæc ille. AVCTOR. Hic non imputat Auguſtinus dixiſſe Aerium presbyterũ ab epiſcopo, ſcilicet presbyterum à presbytero in nullo debere differre: ſed presbyterum ab epiſcopo nulla differentia debere diſcerni. Debita eſt ergo differentia presbyter ab epiſcopo diſcernendus. Et nunquid per bonos mores, & malos mores? Et nunquid debitum eſt epiſco
B po eſſe ignarum legis Dei: ut uiuat contrariè inſtructis presbyteris? Nunquid talis debet eſſe differentia ſacerdotum, quàm quia non ponebat Aerius, cenſetur hæreticus? Et nunquid item doluit ipſe, quòd talis non potuit ordinari epiſcopus. id eſt, ignarus ſacerdos? Presbyter enim erat, ſicut Auguſtinus dicit. Cur ergo doluit, q̃ ulteriùs ordinari non potuit? Aut quis alius ſacerdos eſſe per ordinationem uoluit, quem ipſe facere ſemetipſum non potuit? Vidiſtis iam ſatuitatem eius mendacem. Sed abſit (inquit) logicum credere dictum illud Auguſtini repugnare decreto Hieronymi. Et ego dico: abſit Criſtianum credere dictum illud Hieronymi concorditer dicere hæreſi infamis Aerij in libro hæreſum Auguſtini. Et iterum abſit credere Hieronymum hoc ſenſiſſe cum Witcleff, contra totam eccleſiam, & ſeipſum. Ipſe enim diſcernere docet inter epiſcopum, & ſacerdotem, ſicut inter Aaron, & filios eius.* epiſtola. 35. ad Nepotianum de uita clericorum, dicens, Quod
2 † Aaron, & filios: hoc eſſe epiſcopum, & presbyteros nouerimus: unus dominus, unum templum, unum etiam miniſterium, Et ſuprà habuit Eſto ſubiectus Pontifici tuo, & quaſi animæ parentem ſuſpicẽ: Hæc ille. AVCTOR. Require Exodi, Leuiticique codices, ut meditari poſſitãtã, aut forſan nõ minorẽ diſtãtiã inter Aaron ſummum Pōtificem, & filios eius ſacerdotes minores, ſecũdùm claſſes uicis ſuæ diſtinctos, quãtam nunc inter epiſcopum, & alios inferiores presbyteros uidere non ſuſtines. Monſtrare uolebat Hieronymus argumento legis hoc Heliodoro fuiſſe debitum, quod ſuaſit, ſcilicet, eſſe ſubiectum ſuo Pontifici. Ad quod firmandum. Quod Aaron (inquit) & filios eius hoc eſſe epiſcopum, & presbyterum nouerimus. i. ſic præ-

Aug. To. 6 ep. 53.

Aerius.

Aug. To. 6

Witcleff. To. 1

Hieron. To. 1

A minere eſſe ſubijci ſacerdotes: ſcilicet nõ tanquam ſeruos domino, ſed quaſi filios patri: & miniſtrationis ſuæ præpoſito Hæc ecce tradidit nobis Hieronymus. Ipſe docet epiſcopum uenerandum a populo iuxta præceptum Apoſtoli, quanuis item dyſcolus ſit, & proterat pedibus gregem Chriſti. In commentario ſuper Michæ lib. 2. textu, Nolite credere amicis neq; ſperare in ducibus. HIERON. Duces populi mei me ne ſcierunt, filij ſtulti ſunt & non intelligentes. Sapientes ſunt, ut faciant mala: bene autem facere neſcierunt Duces quidem (ait) mei uocabantur, & duces populi mei ſed quia neſcierunt me, & opere uocabulum: deſtruxerunt, propterea filij ſtulti ſunt, & non intelligentes prudentiam. Ob hoc tantum ſcientiam habent, ut ſubiiciant ſibi ſimplicem gregem, & proterant pedibus ſuis: bene autẽ facere, & regere neſciẽrũt populũ. Nolite credere in ducibus: nõ in epiſcopo, non in presbitero, non in diacono, nõ in qualibet hominum dignitate. Nec hoc dico, qđ in iſtiuſmodi gradibus in eccleſia nõ debeat eſſe ſubiecti. Quicunq; enim maledixerit patri, aut matri, morte moriatur. Et Apoſtolus docet præpoſitis in eccleſia obediẽdum. Sed quod aliud ſit honorare duces, aliud ſpem, habere in ducibus, honoremus epiſcopum, Presbytero honorem deferamus, aſſurgamus diacono: & tamen non ſperemus in eis: quia una & certa ſpes eſt in domino. Hæc IlliA. AVCTOR. Ecce gradus diſtinguit Hieronymus: docet diſtantias, epiſcopi, ſcilicet, a ſimplici ſacerdote & item à diacono & modos ponderat honorandi ſub interminatione geminatæ ſententiæ ueteris & nouæ legis. Excipit tamen iuſta formam ſcripturæ, ne ſpem habeamus in ducibus, epiſcopis ſcilicet, presbyteris, aut qualibet hominum dignitate. Et per hoc reducit nos ad originalem cauſam diſtinguendi, & præficiendi epiſcopum multis presbyteris. Quam autem
C cauſam, ipſe aperit in cap. Olim in commentario ſuper epiſtolam ad Titum, textu, Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe. ubi dicit, Idem eſt ergo presbyter, qui epiſcopus. Et antequàm diaboli inſtinctu ſtudia fierent in religione, & dicerẽtur in populis. ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ: communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam autem unuſquiſque eos, quos baptizauerat, putabat ſuos non Chriſti: in toto orbe decretum eſt, ut unus ex presbyteris electus ſuperponeretur cæteris: ad quem omnis cura eccleſiæ pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Hæc Hieronymus. AVCTOR. Diſtingue cauſas rerum, & tempora. Ipſa primæua confuſio ſacerdotum peperit ſchiſma-

Hier. To. 9. Ad Tit. 1.

1. Cor. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatschismata blasphemias contra Christum. Sequitur distincta ordinatio sacerdotum, & eradicatur schismata. In Christi nomine resonat omnis lingua. Primum tempus ante studia schismatum. Secundum tempus uniuersalis confessionis, & laudis nominis Iesu Christi per orbem: p præferentiam super multos presbyteros unius antistitis. Quid præfers tempus tempori, uetus nouo, periculis grauidum, liberato? Et primum dicis Apostoli: quasi non ita esset secundum. O librator temporum inæqualis. Bonum erat cum Apostolo sentire. Sed cur tibi schismata placēt, & hæreses, quæ Apostolo non placebant? Prote, & tui similibus Poeta dixit.

Laudamus, ueteres, sed nostris utimur annis.

Flaccus. Quid ergo peperit primum tempus, in quo sacerdotum erat confusio? Nunquid dicit Hieronymus, quòd tunc peperit instinctu diaboli, studia schismatū? Et super illud primæ Corinthiorum. Ego plantaui, Apollo rigauit. in expositione AMBR. Tanta (inquit) discordia in populo erat, ut multa essent studia diuersarū partium. Hæc ille. AVCT. Et hoc, quia spem ponebant in homine: sicut suprà dixit Hieronymus. Et super Psalm. 75. uersu, Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. AVGVSTINVS. Fratres (inquit) hoc dictum est, nè quisquam uestrum uelit spem suam ponere in homine. Sequitur.* Qui uero sic accesserit ad Deum, ut in illo habitet Deus: displicent illi omnes, qui in illo non ponunt spem suam. Propterea datum est quoddam exemplum, cùm ipsos Apostolos sibi diuiserunt: & in schismata ierunt. Quid dicebant? Ego Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, id est, Petri. Hos plangit Apostolus, & dicit eis: diuisus est Christus. Et se elegit quem apud ipsos contemneret. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ecce tempus est, quod laudas, tempus calumniæ fidei, tempus surreptionis gloriæ Iesu Christi, & penè ad gentilitatem usque retrogradum: quemadmodum latè in expositione super illud. 1. Corinthio. Nam cùm æmulatio in uobis & contentiones sint, nonne carnales estis? AMBR. Indignitatis, inquit, causam ostendit: quia de homine, qui sperat auxilium, carnalis est. Qui autem spreta humanitate de Deo sperat, spiritualis est, quia Deus spiritus est. Cùm enim quis dicat, Ego sum Pauli; alios autem, Ego Apollo, nonne homines estis? Sicut enim gloriantes in Deo, & de ipso gratiā sperantes, dij dicuntur, Deo adoptati, ita & in homine gloriantes, & homines, & carnales dicūtur sententia Dei conclusi, qui ait, Ego dixi, dij estis, Vos autem sicut homines moriemini. A sua ergo persona incipit, nè fortè putaretur per inuidiam magis personas illorum destruere, ostendens magnum errorem, & ad Dei contumeliam pertinere, quando Deo prædicato, gloria datur hominibus. Quid ergo minus est a gentilitate, dum adhuc aliquid de hominibus speratur? Quid igitur est Apollo? Quid uerò Paulus? Ministri eius, cui credidistis. Hæc ille. AVCTOR. Vide, quòd penè gentilitatis idolatriam induxit hæc præsumptio sacerdotum cum non episcopum inter se maiorem agnosceret, & quilibet ad partem suam populi desipientis gloriam laudis attraxit. Idcirco (dicit Hieronymus) in toto orbe decretum est, ut unus ex presbyteris electis superponeretur cæteris, ad quem omnis cura ecclesiæ pertineret: & schismatum semina tollerentur. Nec hic intelligendum existiment Witcleuistæ, quòd ante tempus illud non fuerit episcopus a presbytero segregatus gradu, & officio. Alioquin dicat Witcleff, cur quærit HIERON. quomodo prætermisso presbytero, de episcopo ad diaconem instruendum præteruolauit Apostolus, primæ ad Timotheum tertio: in annotationibus textu, Diaconos similiter pudicos. dicens, Similiter irreprehensibiles, ut episcopi eligantur. Quæritur, cur de presbyteris nullam fecerit mentionem. Sed etiam ipsos in episcoporum nomine comprehendit, quia secundus, imo penè est unus gradus. Sicut ad Philippenses episcopos, & diaconos scribit: cum una ciuitas plures episcopos habere non possit. Et in Actibus apostolorum presbyteros ipse iturus Hierosolymam congregauit, quibus inter cætera, Videte, (inquit) gregem, in quo uos Spiritus sanctus episcopos ordinauit. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc loco uidetur docere Hieronymus, quòd tēpore sancti Pauli fuit distinctio episcopi à presbytero minori: quia in una ciuitate non tunc poterant esse multi episcopi, sed in una ciuitate Ephesi poterant esse multi presbyteri. Etenim quia presbyter secundus ab episcopo gradus est, aut quamis penè, non tamen plenè idem gradus existit. Sed quia in episcopi nomine propter uicinitatem ordinis frequenter intelligitur, ideo pluries uicissim alternant uocabula. Quod nunquam facit diaconus propter remotam sui distantiam ab altero ordine. Qualiter in libro de quæstionibus noui & ueteris testamenti. cap. 101. AVGVSTINVS. Non enim, (inquit) qualiscunque honor est antistiti Dei seruire in ecclesia duntaxat. Et sacerdos totius honoris ecclesiastici dignus habetur Maior enim ordo intra se, & apud se habet & minorem. Presbyter, & diaconi agit officium, & Exorcistæ, & lectoris. Presbyterum autem intelligi episcopum probat apostolus Paulus, quando Timotheum, quem ordinauit presbyterum, instruit qualem debeat creare episcopum. Quid est enim episcopus, nisi primus presbyter hoc est, summus sacerdos? Nunquid & ministros diaconos nostros dicit episcopos? non utique, quia multo inferiores sunt. Hæc ille. AVCT. Maior ergo ordo, quia intra se minorem continet, officium eius habet, & explet: sed non econtrario. Episcopus autem presbyterum continet ipsa re. Presbyter non re ipsa totū episcopum, sed ordinis nomine. Et in expositione epistolæ ad Ephesios concordat AMBR. dicens. In episcopo omnes ordines sunt: quia primus sacerdos est. Hic est princeps sacerdotum, & propheta, & euangelista, & cætera adimplenda officia ecclesiæ in ministerio fidelium. Hæc ille. AVCTOR. Tangens uerò prædictam difficultatem Hieronymi, quomodo Paulus omittens presbyteros de episcopo transit ad diaconū cùm instituit Timotheum: concordat omnino Hieronymo in expositione sua eiusdem epistolæ, AMBR. dicens, Post episcopum tamen diaconatus ordinem subijcit. Quare? nisi quia episcopi, & presbyteri una ordinatio est? Vterque enim sacerdos est, sed episcopus primus est: ut omnis episcopus sit presbyter, non tamen omnis presbyter episcopus. Hic. n. eps est, qui inter presbyteros primus est. Denique Timotheum presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat, episcopus erat: Vnde & quemadmodum episcopum ordinet, ostēdit. Neque enim fas erat, aut licebat, ut inferior ordinet maiorem. Nemo enim tribuit, quod nō accepit. Hæc ille. AVCT. In toto isto progressu docet Ambrosius, quomodo olim erat idem Episcopus, & sacerdos, quod ait Hieronymus & tamen qualiter eodem tempore maior erat Episcopus sacerdote: Ideo idem Ephiscopus & sacerdos, quia ordination e idem. Quia epi & presbyteri (inquit) una ordinatio est. Sed ideo alius gradus & maior episcopi, quam presbyteri: quia primus inter presbyteros tunc erat episcopus. Augustinus dixit. Quid est Episcopus, nisi primus presbyter, hoc est, summus sacerdos? Sicut Timotheus eo erat episcopus, quòd nullus ante eum erat sacerdos. Aliter (inquit) non poterat episcopum ordinasse ad mandatum Apostoli, Et ratio Ambrosii. Quia non erat fas tunc, nec licebat, ut maiorem tunc ordinaret inferior. Erat ergo tunc episcopus maior, & reliquus omnis sacerdos inferior, Et iterum, Nemo tribuit quod non accepit. Quid ex hoc nult, nisi, quòd inferior sacerdos non potest creare episcopum: quia nunquam accepit episcopatum Non ergo sic idem tunc episcopus & sacerdos, quòd eo episcopus, quò sacerdos: sicut Witcleff aberrat. Sed quid mutatum erat circa ordinatio

nem episcopi in sequēti tempore: quod notat Hieronymus, cùm dicit, Postquàm unusquisque eos, quos baptizauerat, etiam decretum est, ut unus ex presbyteris electus superponeretur. Et eum declarat in expositione sua super epistolam ad Ephesios, textu, Ipse dedit quosdam apostolos. Ambrosius. Timotheum presbyterum à se creatum Paulus episcopum uocat: quia primi presbyteri episcopi appellantur, ut recedente eo, sequens ei succederet. Sequitur. Sed quia sequentes presbyteri inceperunt indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio prospiciente Concilio: ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum multorum sacerdotum iudicio constitutum, nè indignus temerè usurparet, & esset multis scandalum. Hæc ille. AVCT. Iam uidetis hoc esse, quod Hieronymus dixit postmodum decretum esse, ut unus a presbyteris electus superponeretur cæteris. Et quod prior consuetudo secundùm quam non meritum, sed ordo antiquitatis creauit episcopum, ut recedē te priore, statim sequens foret episcopus, ita ut tunc idem foret esse primum sacerdotem & episcopum, quia ordinatio alia non accesit, fuit multis populis scandali ratio, tam propter indignitatem, quàm temeritatem usurpantis. Nec enim modicum scandalum plebium, nec pusilla remeritas, ut docerent homines dicere, Ego Pauli, Ego Apollo, Quod, ut præhabitū est, ab institutione illa, & identitate episcopi, & sacerdotis Inualuit tunc, & inualescit item nunc, ubi inter hæreticos dogmatis illius forma surrexit: sicut inter Aerios Witcleuistas, dicentes inter episcopos & sacerdotes nullam debere discretionē esse: dicentes sicut item in hæresi Nouati erratum est, & notat Euseb. lib. 6. ecclesiasti cæ historiæ. c. 33. sub authoritate CORNELII in epistola ad Fabianum Anthiochenum. ubi dicit. Cum fratribus semper iurare solitus sit Nouatus, episcopatum se omnino non cupere, subitò ex improuiso, uelut nouū plasma, episcopus apparuit, scilicet, qui disciplinam, & instituta ecclesiastica uindicabat, episcopatum, quem non à Deo acceperat, præsumebat. Tribus nanque episcopis simplicissimis hominibus, & omnium ignaris de remota parte Italiæ adhibitis, immo potius subtili ab eo circumuentione deceptis, imaginariam magis, quàm legitimam ab eis extorquet manus impositionem. Ex quibus tamē unus continuo ad ecclesiam rediit, confessus peccatum suum: & in communionem laicam populo etiam pro hoc interueniente susceptus est. In loco uero reliquorum duorum, qui Nouatò manus imposuerant, ordinati sunt alij episcopi, & missi. Is ergo, qui Euangelium uindicabat: nesciebat in ecclesia catholica unum episco

Universidad de Deusto
Biblioteca

pum esse debere, ubi nidebat ipse presbyteros quadraginta, & sex diaconos, & septem subdiaconos, septem acolytos, quadraginta & duos exorcistas, & lectores cum ostiariis quinquaginta & duos, uiduas cum indigentibus mille quingentas quos omnes Deus alit in ecclesia sua. Hæc ille. AVCTOR. Totum recitaui ab integro, ne uolē tibus scire principium, & progressum episcopationis huius Nouatti, quanuis imaginariè, quiequam deesset, & consequentiùs tunc sciretur, cur intulit, q̄ is, qui sic euangelium uindicabat, nesciebat in ecclesia catholica unum episcopum esse debere. Quasi dicat: huius rei nescienta, uel forsan incuria laxauit ipsi frænum erroribus.

Quò contrà, quanuis episcopus esset, unum tamen sciuit in ecclesia debere esse episcopum, in
1. Tim. 3. expositione sua super epistolam primam ad Timotheum, textu, Vt scias, quem admodum oportet te in domo Dei conuersari, pius, & pacatus
Amb. To. 5 AMBROSIVS. Scribo tibi, ut scias, quomodo ec B clesiam ordines, quæ est domus Dei: ut cum totus mundus Dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus. Hæc ille

¶ QVOD NON FVIT QVIS EO in gradu & ordine ecclesiastico altior, quo humilior, & ecclesiæ seruitiuior: sed ab electione, & institutione primæua ecclesiæ erat differentia graduum, & honorum. Cap. CXVIII.

S V M M A.

1 *Graduum distinctio in primitiua ecclesia, contra Witcleff, ostenditur.*
2 *Petrus inter Apostolos primus, & caput.*
3 *Paulus quāuis solicitus, operosus, & humilis plus cæteris fuerit, q̄ tamen alijs non præferatur apostolis, contra Witcleff, qui dicebat, q̄ qui foret humilior, & ecclesiæ seruitiuior, gradum habebat altiorem. Et plura de hoc ibi.*
4 *Cæsarum priscorum imperia. & quantum distent ab Antistitibus.*
5 *Episcopi quod ordinentur per manus impositionem a prædecessoribus Dei sacerdotibus ex anti qua institutione.*
6 *Episcopi unde acceperint in consecratione unctionem suam.*
7 *Vnctionis sanctæ forma, quod non tam corporis, quam animæ sit fomentum, & à longo æuo nostris usibus repromissa.*

CONFVSIONIS auctor cur iam non confunditur dicere in tempore Apostolorum nulla fuisse distincta, non Episcopum a presbytero, non pa

pam in mundo ad distinctionem eius, Cardinalium quoque, ac Patriarcharum, Episcoporum? & similia in prædicto. 15. capite quarti Trialogi.

Sed certum ipsi uidetur, quòd superbia Cæsarea
1 hos gradus adimenit. O† bone Iesu, quid Paulum distinxit à Tito in gradu? Quid Titum à Luca, uel Apollo, quando misit illos probare Corinthios. 2. Corinthiorum 8. ubi dixit Titum sociū suum, quia erat Episcopus: Lucam uerò ministrum Titi, & Apollo, fratres suos. Misimus (inquit,) cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis solicitum esse: nunc uerò multò solicitior est confidentia multa in uos: siue pro Tito, qui est socius meus, & in uobis adiutor: siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. Vbi in expositione AMBROSIVS Titum ideò socium suum uocat, quia & ipse Episcopus erat, cui ministerium dedit notum in omnibus ecclesiis ipsius prouinciæ. Quibus addit & C tertium fratrem probatum in multis bonis operibus, atque solicitum. Hæc ille. AVCTOR. Hunc ministrum Titi uocat Lucam euangelistam in illo loco: in libro annotationum HIERONIMVS. Missus autem cum illo est frater, cuius laus est in Euangelio, per omnes ecclesias. Hoc de Luca, intelligitur, qui laudem in Euangelio conscribendo habere uidetur præ cæteris; qui etiam Actus Apostolorum præter Euangelium scripsit. Hæc ille. AVCTOR Ecce distinctio graduum in ecclesia primitiua. Lucas est Euāgelista præcipuus: sed quia non Episcopus, minister ordinatus Episcopi, putà Titi. Titus item quis Eps, non tū eps summus, sed habet capitalem Episcopum Paulum Apostolorum. Et AMBROSIVS. ministerium istorum exprimens libro secundo de officiis. *cap. 12. Quid† inquit) Eliam, atque Eliseū
C loquamur? Licèt non expresiè Eliseum * minorem scriptura significauerit: aduertimus tamen: & colligimus * minorem fuisse. In Actibus enim Apostolorum Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silam, Timotheum, & Titum. Sed illis superioribus uidemus diuisa officia: ut seniores consilio fualerent, iuniores Plerumq; ēt uiretutibus pares, dispares ætatibus sui delectantur copula: sicut delectabantur Petrus & Ioannes. Nam adolescentem legimus in Euangelio Ioannem & sua uoce: licet meritis, & sapientia nulli fuit seniorum, secundus. Hæc ille. AVCT. Biformes copulas seniorum ad iuuenes informat Ambrosius. Secundùm officia quidem primam distinguit ita ut seniores mandent, & consulant: iuniores ipsi ministrent. Sic autem assignat copulam Patriarcharum nostrorum Carmelitarum Eliæ senioris iubentis, & Eliśei discipuli ministrantis. Sic item in Actibus Apostolorum: Paulus assumpsit Silam: Paulusquoque Timotheum, & Titum

Apo-

Apostolus Episcopos, senior pater, filios & ministros. Secunda copula Petri & Ioannis fuit potestate æqualium, ætate tamen imparium. Quotquot ergo tunc erant Episcopi: Capitales Epi-
1. Cor. 12. Aug. To. 5 scopos habebant Apostolos primos Christi: secundùm illud primæ ad Corinthios 12. Quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primū Apostolos. Vbi in expositione. AMBROSIVS. Caput itaque in ecclesia Apostolos posuit, qui legati Christi sunt: sicut dicit idem Apostolus. Pro
2. Cor. 5. Aug. 1. quo legatione fungimur. Ipsi sunt Episcopi: firmante istud Petro, & dicente inter cætera de Iuda. Et episcopatum eius accipiat aliter. Hæc ille. AVCTOR. Veniat blasphemus noster, & dicat, & criminetur gradus istos, quos in summo diluculo orientis ecclesiæ iam fundauimus. Lucas est in ministri gradu ad Titum Episcopum, quanuis summus Euangelista, & comes peregrinationis Pauli per ecclesias ordinatus. Titus enim subiectus Paulo, & Apostolis tanquam capitalibus
Tertul. To. 2 Adu. Iud. c. 5. Episcopis. Inter† Apostolos primus extitit, & caput Petrus, ut suprà alias est probatum. Quomodo ergo in temporibus Apostolorum non fuit B aduenuta distinctio Papæ, aut Patriarcharum, Episcoporumque, uel similium? Si certus sis, q̄ superbia Cæsarea hos gradus adimenit in istis, fundent te scripturæ dicta tua patrum dicta corroborent, ac fanius maledicta tam crebra compescant. Scio glossam tuam: habes præ manibus, vt dicas, Hæc distinctio graduum non fuit maioritatis mundanæ secundùm modernorum ambitū prælatorum: sed quicunque foret humilior, & ecclesiæ seruitiuior, ipse gradum altiorem habebat. Falsè meretricantis hypocrisis, frons picea & depicta: ut laude uirtutum ministros uirtutis exterminet ad comparandum sanctos sanctis, Apostolos apostolis, si ausi simus, nos prouocas.

Nos autem non tracti filo, tàm cito sequimur irritantem: sed sine præiudicio principum fidei de
3 sanctorum splendoribus conferamus. Quis† inter Apostolos humilior illo, qui dixit, Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. &, Vt minus sapiens dico. &, In insipientia dico. Et dū loqueretur de Christi apparitionibus, Visus est (inquit) Cephæ, & post hoc undecim: deinde plus quam quingentis fratribus simul: deinde Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est & mihi.

Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus. Vnde in sermone 39. tertiæ partis AVGVSTINVS. Audi Paulum. Ego sum (inquit) minimus Apostolorum. Et alio loco. Ego nouissimus Apostolorum, & minimus, & nouissimus tanquam simbria de uestimento domini. Qui tàm exiguum, tàm nouissimum, quàm simbria? Hæc tamen tacta mu-

A lier a fluxu sanguinis sanata est. Immo dico, iste erat magnus in minimo grandis habitabat, & tā to minus a se magnum excludebat, quantò magis minor erat. Audi istum dicentem, Super quē requiescet spiritus meus? super humilem, & quietem, & trementem uerba mea. Ideo altus habitat Esa. 64. Aug. in humili, ut humilem exaltet. Hæc ille. AVCT. Quis item inter Apostolos operosior, uel (ut tecum non tàm prudēter, quàm militariter loquar) seruitiuior? Sicut Augustinus locatur cū Diosco
Aug. To. 2 ro in epistola ad eundem. Vt militariter loquar, literiores libenter sufflant, inquit. Quis, inquam, seruitiuior, aut (in termino Apostoli) quis solicitior eo, qui cùm dixisset se minimum, & abortiuum, statim subiunxit, Sed abundantius illis omnibus laboraui. Et alibi. Nihil minus feci ab iis, 1. Cor. 15. qui sunt supra modum Apostoli: Vnde Homi. 3. AVGVSTINVS. Quasi enim in uniuersum mundum ipse girans sic pertubabatur, sic curre- August. de Paulo. bat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, meditando, timorando: pro ipsis, cum ipsisque supplicando: & terrendo dæmones: & corruptores animarum fugando: ali quando epistola, aliquando præsentia, nunc sermone, nunc rebus: per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labentes, stantes uero firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribiliter: hostes uiuaciter intueri, more optimi cuiusdam ducis, & medici, artis suæ instrumenta gestātis. Protector ipse bellantium. Ipse sedulus ægrotorum minister: & unus omnium officiorum personas exercitu ubique custodiens. Nec in spiritualibus solum, sed in carnalibus, quoque plurima solicitudinis, ac prouidentiæ suæ documenta præstabat. Hæc ille. AVCT.
C Is, inquam, tam solicitus, tam operosus in ecclesia Christi, qualiter non argumento tuo est omnibus Apostolis altior, cùm sit solicitior in labore, & non minus in omni humilitate deiectior? Nihil minus feci (inquit) ab iis, qui supra modū sunt Apostoli, tametsi nihil sum. Non potuit pro humilitate de se mētiri Apostolus. Nemo id pie cogitet. Minimus ergo Apostolorum erat Paulus: & in comparatione Pauli, alij erant supra modum Apostoli: cùm tamen plus omnibus laborauit. Et nemo illorum ad tantum deiectus ut Paulus, qui tanquam nihil est factus. Sed reuera hoc solum arguens ex principiis hostis nostri sicut omnes Apostolos Paulo non præferimus, quorum se dixit minimum, quia uocatione posterum, uel tempore: rita Petrum, & omnes Apostolos Paulo non postponimus, quanuis Paulus Petro deiectior, & plus omnibus laborauit. Vnde in 2. Cor. 12. Amb. To. 5 expositione sua super eundem locum. 2. ad Corint. 12. Sōpra modum apostoli. AMBROSIVS

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc erant (inquit) quod & apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, q̃ minor non est Paulus, neque in prædicatione, neque in signis faciendis, Apostolis præcessoribus suis: non dignitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribendum putetur, ante cœpit Ioannes prædicare, quam Christus. Et non Christus Ioannem, sed Ioānes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat Deus. Denique prior secutus est Andreas Saluatorem, q̃ Petrus, & non tamen primatum accepit Andreas sed Petrus. Hæc ille AVCTOR. Hoc planè mõstrat eos scripturarum ignaros, qui tollunt inter Apostolos omnem primatum Petro: nisi forsitan uocationis, aut temporis, cùm constet Andream Petro suo germano uocatione priorem: & tamẽ non primatum accepit Andreas, sed Petrus, dicit Ambrosius. Ergo uelint, nolint, Petrus primitatem dignitatis accepit: nec tantùm uirtutis primatum, ut dicit Witcleff: quia humilior, aut aliis seruitiuior. Quia ad probandum indubiè ipsi deficit fundamentum, cùm inter omnes Apostolos Andreas laudetur ut summè mitis: Paulus ut summè laboriosus. Et tamen ultra utrunque est Petrus primas. Est ergo alia prioritas dignitatis, quæ tamen non est, ut Witcleff garrit, maioritas mundialis, aut quam superbia adinuenit Cæsarea. Nec etiam secundum mensuram eximiæ humilitatis imposita, uel iugem pensam laboris, secundum quam Petrus supra mitem Andream dilectum Ioannem, animosum Thomam, cognatum Christi Iacobum, & plus omnibus laborantem Paulum primatum accepit, sed secundum Causam Christo cognitam ad bonum suorum fidelium. Ipse enim hos gradus inuenit, quando Petro primatum dedit super Apostolos, & omnes Apostolos prætulit Timotheo, & Tito, & Apollo deuotis epis. Ipsiq; iam factis Episcopis, subiecit Lucam, & Marcum, Stephanum, Nicolaum, Philippum, & alios diaconos comministros. Miranda ergo proteruia malignantis hæretici, quòd hos gradus non posset prospicere pro institutione distincta graduum prædictorum, sed currit ad gradus Cæsareos, quos nec nouit edicere. Nihil † enim simile inter Cæsares quo ad institutionem eorum (dico istis gradibus) adinuenit. Cæsares seipsos intruserunt in regna: sicut primus Iulius in senatum. Antistites eliguntur, Cæsares ceruices cruẽtant ut regnent: isti unguntur ut seruiant, Cæsares manus uiolentas in hominem iaciunt: Præsules sacras, & pacatissimas manus impositas eis pro benedictione suscipiunt. Quæ omnia, & similia ab antiqua sacrorum patrum, & Christi forma in sua institutione, non a Cæsarum præsumptione sequũtur. Sic enim de manuum impositione in consecratione Eiscopi 2. lib. de origine officiorum. c. 5. scribens ISIDORVS. Episcopum (inquit) latinè superintendentem possumus dicere: ut intelligat non se Episcopum, qui non prodesse, sed præcesse dilexerit. Quòd † uero per manus impositionem a prædecessoribus Dei sacerdotibus Episcopi ordinantur, antiqua est institutio. Isaac eũ patriarcha sanctus, ponens manum suam super caput Iacob, benedixit ei. Similiter & Iacob filiis suis. Sed & Moyses super caput Iosue manum suam imponens, dedit ei spiritum uirtutis, & ductus in populo Israel. Sic & superimpletor legis & prophetarum dominus noster Iesus Christus: per manus impositionem Apostolis benedixit: sicut in Euangelio Lucæ scriptum est. Et perduxit eos trans Bethaniam, & eleuauit manus suas, & benedixit eos: factumq; est cùm benedixit illis, discessit ab eis. Et ipsi reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Et in actibus Apostolorum ex præcepto Spiritussancti, Paulo & Barnabæ apostolis manus impositæ sunt ad euangelizandum. Hæc ille. AVCTOR. Ab his initiis ecclesia formam sumpsit manus imponendi Præsulibus consecratis: nusquam a Cæsare. Iesus enim Christus dominus & magister noster sic in sua persona consecrauit Apostolos suos Episcopos. Vnde in libro de quæstionibus noui & ueteris testamenti, ca. 97. AVGVST. Nemo (inquit) ignorat Episcopos Saluatorem ecclesijs instituisse. Ipse.n. priusquam in cælos ascenderet, imponens manum apostolis, ordinauit eos E piscopos. Hoc apostolus Sanctospiritu deputat, cùm dicit, ATTENDITE VOBIS, & omni gregi, in quo uos Spiritussanctus posuit E piscopos, regere ecclesiam domini Iesu. Hæc ille. AVCTOR. Vnctionem † quoque suam E pIscopi i consecratione, non a Cæsare, sed a sanctis patribus, & apostolorum tpibus acceperunt. Vnde i epistola tertia ad uniuersos, Clemens. Primus Pontifex AAron chrismate compositionis perunctus princeps populi fuit, & tanquam res primitias, & tributum per capita accepit a populo, & iudicandi plebem sorte susceptam, de mundis, & & immundis iudicabat. Sed & si alius ex ipso unguento perunctus est, uirtute inde concepta, ẽt ipse rex, aut Propheta, aut Põtifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita tãtum ualuit: intelligite iam quantum sit illud unguentum, quod a domino de uirgulto uitæ prolatum est: cùm hoc, quod ab hominibus factum est tam eximias inter homines conferat dignitates? Quid enim in præsenti seculo Propheta gloriosius? Pontifice clarius? Rege sublimius? Omnis enim Pontifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sacris eruditus, charus, & pretiosus hominibus oppido

Ysidorus.

Matt. 28. post. Gen. 48. Deut. 34.

Luc. 24.

Aug. Tom.

Clemens non long. a prin.

pido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent, eique seruire, & obœdientes ad salutem suam fideliter existere: scientes, quòd sinè honor, sinè iniuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, & a Christo in Deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem uitæ à presbyteris inquirere, à diaconibus uerò ordinem disciplinæ. Hæc ille. AVCTOR. A quibus ecce exemplaribus episcoporum unctio noluit, uides: quæ & dignitatem eis tribuit, & in summo gradu supra mediocres presbyteros collocauit. Adhuc agebantur hæc Apostolorum temporibus. Superstite enim Petro, & per hoc Paulo, pontificatum adeptus est Clemens. Quia si ritum istum tranxisset à Cæsare, & gentilibus: quantò citiùs restituisset ei Paulus in faciem, quàm Petro propter circumcisionis ritum, quem detulit à Iudæis? Hæc † enim sanctæ unctionis forma non tàm corporis est fomentum, quàm animæ, & a longo æuo nostris usibus repromissa. secundum illud Ieremiæ. 31. Confluent ad bona domini super frumento, & uino, & oleo. In quem locum lib. 6. sui commentarij, HIERONYMVS. Laudabunt liberatorem suũ in monte Sion, hoc est, in ecclesia: & confluent ad bona domini, rerum omnium abundantiam: quæ non frugibus, & cibis carnis istius, sed in uirtutum uarietate sentitur. Super frumento (inquit) & uino, & oleo de quo conficitur panis domini, & sanguis eius: impletur typus, & benedictio sanctificationis ostenditur: dicente scriptura, Vnxit te Deus Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Vt autem sciamus benedictiones has nequaquàm ad corpus, sed ad animam pertinere, sequitur. Eritque anima eorum quasi hortus irriguus. Hæc ille AVCTOR. Eucharistiam, & unctionem in hoc loco docet Hieronymus figuraliter repromissam. In oleo, inquit, in quo benedictio sanctificationis ostenditur, non tàm consignationis episcopi iã nouiter baptizati, quàm unctionis presbiteri, & consecrationis episcopi, & omnis usus, quem in oleo sancto frequentant ecclesiæ. Omnis enim hæc unctio non ad corpus, ut olim, sed ad spiritum pertinet irrigandum. Simulque & Witcleff animaduertere potest, quòd non intendit Hieronymus panem Eucharistiæ, panem materialem, cùm dicat panem domini ex frumento confectum: quia suprà dixit, quòd hæc promisio domini nõ in frugibus, & cibis carnis istius, sed in uirtutum uarietate sentitur. Et posteriùs probat ex textu ista benedictiones nequaquàm ad corpus, sed ad animam pertinere, per hoc, quod dicit, Erit anima eorum quasi hortus irriguus. Hoc modo ergo Apostoli distinctos gradus in ecclesia statuerunt: inter quos episcopos, & ungi, & manus impositione consecrari docebant.

Dist. 25. ca. Audiens. Apostolorum.

Gal. 2.

Ieremi. 31.

Hieronym. 1. 6.

Ps. 44

¶ QVOD GRADVALIS DISTANtia Episcoporum inter se, & aliorum sacerdotum, & ordinum ab Apostolorum temporibus sit inuenta. Cap. CXIX.

SVMMA.

Episcoporum gradualis distantia inter se, & aliorum sacerdotum, & ordinum, quòd ab Apostolorum temporibus sit inuenta. 1

Graduum distinctiones temporibus Apostolorum, & eorũ prouidentia, tàm inter Episcopos, quàm inferiores ordines, quòd sint comperta, ex Apostolorum canone ostenditur. Et plura de hoc ibi. 2

Diaconatus ordinem in nouo testamento ab Apostolis sumpsisse exordium, probatur. 3

INTER † hos item quosdam statuerunt cæteris altiores: sicut Petrus eminebat Apostolis: & cæteri Apostoli mediocribus eminebant episcopis. Cuius rei formam in decreto suo. cap. 2. exprimens ANICETVS. Nulli Archiepiscopi (inquit) primates uocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates: quarum episcopos Apostoli, & successores eorum regulariter Patriarchas & primates esse instituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur: cui necesse sit propter multitudinem episcoporum primatem constitui. Reliqui uerò, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed Metropolitani nominentur. Hæc ille. AVCTOR. Vide iàm utrum iste Anicetus erat Papa Cæsareus, qui erat nonus à beato Petro secundùm Augustinum: & an Apostoli erant Cæsarei, qui distinctos gradus episcoporum, Patriarchas scilicet, primates, & metropolitanos per ciuitates, & urbes uariè statuerunt, uel fecerũt institui: secundùm illud Pauli ad Titum. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui: non quidem presbyteros inferiores, sed summos, id est, episcopos, de quibus subdit statim. Oportet episcopum sine crimine esse. Et omissis presbyteris minoribus, transit ad diaconos, sicut exponunt, Hieronymus, Chrysostomus, & Ambrosius, ut suprà dictum est. Hoc modo statuerunt Apostoli Iacobum Hierosolymorum episcopũ. Sicut enim scribit libro de temporibus. BEDA. Anno decimo octauo imperij Tiberij dominus sua passione mundum redimit. Et prædicaturi per Iudææ regiones Apostoli, Iacobum fratrem domi-

Anicetus. Dist. 99. ca. Nulli Archiep.

Ad Tit. 1.

Beda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini Hierosolymis ordinant episcopum. Ordinant & septem diaconos: sed lapidato Stephano, ecclesia per regiones Iudææ & Samariæ dispergitur. Hæc ille. AVCTOR. Dicat Witeleff, an tunc Apostoli ordinauerunt Iacobum coapostolum suum simplicem sacerdotem, uel fateatur cum ecclesia, etiam ab institutione apostolorum, alium esse episcopum, alium presbyterum mediocrem. De † hac item Apostolorum institutione testatur liber canonum apostolorum, quem Chrysostomus uenerabilem habet, ut dixi. ubi, cap. 14. dicitur, Episcopo non licere alienam parochiam propria relicta, peruadere: licèt cogatur à plurimis. Nisi forte quis eum rationabili causa compellat, tanquàm qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profecto prospicere. Et hoc non à semetipso pertentet, sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat. Et cap. 15. Siquis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam, pergit ad alienam, & omninò demi grans præter episcopi sui conscientiam in aliena parochia commoratur, hunc ulteriùs ministrare non patimur: præcipuè si uocatus ab episcopo redire contempserit. Hæc ibi. AVCTOR. Temporibus igitur Apostolorum, & eorum prouidentia distinctiones graduum, tàm inter episcopos, quàm inferiores ordines sunt compertæ. Et quantumcunque reluctentur hæretici, uel frendant Witeleuistæ, tàm saluberrimum institutum crebris suis mendacijs non quassabunt. Aut dicant ad hoc, quod prodistinctione gradus episcopalis à minori sacerdotio usitatissimè probat ecclesia, quòd episcopi succedunt in uicem Apostolorū. Minores autem presbyteri in uicem septuaginta duorum discipulorum Christi. Quod uidetur conuincere contra Witeleff, episcopatum, & inferiorem presbytieratum in prima radice, & in fundatione distinctos. Sed hic uagi currunt, & discurrunt lymphatici Witeleuistæ: & tandem post multa somniant sibi authoritate propria suam glossam, quòd apostoli fuerant loco sacerdotū, & septuaginta duo discipuli loco diaconorum. At Princeps regni cœpit obijcere satis catholicè, quòd Christus non ordinasset diaconos. Et ipse denuò solitis suis blasphemijs principem pium aggrediens tractatu suo de quatuor sectis nouellis. Princeps (inquit) quidam ex consuetudine antiqui mendacij non erubescit falsum assumere, cùm dicit, Status diaconi non est in Euāgelio expressatus. Nam probabiliter creditur, quòd septuaginta duo discipuli, de quibus Lucæ. 10. erant diaconi sub apostolis deligati. Hæc Witeleff. Et dicto de gradibus cleri. Videtur,

Canones apostolorū. 2

Episcopi succedunt in uicem Apostolorū Minores uerò Presbyteri, in uicem Septuag.

Princeps.

Witeleff.

Luc. 10. Witeleff.

A quòd septuaginta duo discipuli Christi, de quibus Lucæ. 10. erant diaconi: & duodecim principales discipuli erant sacerdotes, atque episcopi de quibus Matth. 10. Cùm ergo Spiritusanctus non deficit suæ ecclesiæ in lege gratiæ, & tantùm hos duos gradus de ordinibus cleri specificat, uideur fidelibus, quòd iste numerus sufficit. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ita ut quamuis dicat episcopos, non alios tamen intendit, quàm presbyteros qualescunque: quia de duobus tantùm uult contentare ecclesiam. Sed pro parte principis illius catholici quis non stupeat, audiens superbum hæreticum eum criminari mendacij, quòd tàm publicam dixerat ueritatem, & ipse in confessionem partis ueræ, solum hoc habebat authoritatis, quòd partem suam dixit esse probabile. At pro parte principis quis nescit accurrere patres ecclesiæ? Vnde in sermone in Synodo de excellentia sacrorum ordinum, ISIDORVS. B Hic † (inquit) ordo in nouo testamento ab apostolis initium sumpsit: quando, sicut legitur in 3 Actibus apostolorum, septem uiros boni testimonij, plenos Spiritusancto, ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa, manus ei imposuerunt. Exinde instituerunt apostoli & eorum successores, ut in omni matrici ecclesia septem diacones: circa aram Christi sublimiori grada, tanquàm columnæ altaris assisterent, non sine aliquo septenarij mysterio. In quo significatur, ut septiformis gratiæ spiritu præfulgentes, simili sint corpore, & spiritu. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo in nouo testamento ordo diaconatus ab apostolis post ascēsum Christi sumpsit initium, quomodo Christus eum tàm instituit, quàm septuaginta duos discipulos fuisse tales diaconos in Euāgelijs suis expressit? Itē in libro de origine officiorum, ca. 8. Diaconorum ordo à Leui tribu accepit exordium. Et infrà. In Euangelio primordia eorum in Actibus apostolorum ita leguntur. Conuocantes duodecim apostoli multitudinem discipulorum. Non placet, inquiunt, nos relinquere uerbum Dei, & ministrare mensis. Quid ergo fratres? Considerate ex uobis ipsis uiros boni testimonij septem plenos Spiritusancto, & sapientia, quos constituamus in hanc rem. Nos uerò erimus orationi, & ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum &c. Hi steterunt ante apostolos: & cum orassent, imposuerunt illis manus. Verbum que Dei crescebat, & multiplicabatur numerus credentium. Et hinc deerenerunt iam apostoli, uel successores eorum per omnes ecclesias septem diaconos, qui sublimiori gradu essent ceteris circa aram Christi, quasi columnæ altaris assisterent, & non sine aliquo septenarij numeri mysterio. Hæc ille. AVCTOR. Conuenit cum prædictis item in uerbis: & continuè probat Diaconatus ordinem ab Apostolis in nouo testamento in Actibus Apostolorum sumpsisse primordium. Quomodo ergo nō septem, sed septuaginta duo Christi discipuli ante eos erant diaconi, non ab Apostolis, sed à Christi primitùs instituti, & in Euangelio Lucæ expressi? Cū item penè totus numerus septuaginta duorum prædictorum tempore illo superfuit, cur nullus eorum est tunc dictus diaconus, sed tantum septem, quos ordinarant apostoli? Quare concorditer cum Isidoro in lib. de institutis clericorū. cap. 7. RABANVS. Leuitæ (inquit) in nomine authoris uocati de nomine Leui Leuitæ exorti sunt. Infrà. In nouo autem testamento apostoli septem diacones, propter sacramentum eiusdem numeri ordinauerunt ad ministerium sācrum, & ad officium altaris. Hæc ille. AVCTOR. Nec iste potuit in nouo testamento B diaconos inuenire statutos, quoùsque prospexisset apostolos. Cur ergo es ausus ò infelix hæretice, tàm procaci uultu principem calumniari catholicum: quia dixit cum Euangelio, quòd status diaconi non est in Euangelio expressatus? At tu nihil probas, sed probabile esse credis septuaginta duos fuisse diaconos. Hoc est tuum probabile non probatum, nec item æquiparans quadraturam circuli: quod dicit Aristoteles scibile, & non scitum. Nos autem cum hoc principe tibi dicimus: non tantùm probabile, sed probatissimum creditur apostolos nostros primum ordinasse diaconos, & Apostolos cum Christo fuisse episcopos: septuaginta uerò duos inferiores designasse presbyteros. Istud approbant omnes sancti: istud certificè credit ecclesia. Vnde ut habetur in decretis sub authoritate Hieronymi ad Euandrum, distin: 93. cap. Legimus. HIERONYMVS. Sciant diaconi quare constituti sunt: legant Actus apostolorum, recordentur conditionis suæ presbiteri & episcopi: alterum ætatis, alterum dignitatis est nomen. Hæc ille. Et capitulo sequente, sub authoritate CYPRIANI. Meminisse autem diaconi debent: quoniam apostolos, id est, episcopos, & præpositos dominus elegit: Diaconos autem post ascensum domini in cælum Apostoli sibi constituerunt, episcopatus sui ecclesiæ ministros. Hæc ille. AVCTOR. Ecce uterque doctor remittit diaconos pro eorum institutione ad Actus apostolorum: sed episcopos, & præpositos, id est presbiteros, dominus ipse sibi elegit; hos apostolos, illos septuaginta duos discipulos. Vnde lib. 2. de sacramentis. parte. 3. ca. 11. HVGO. Presbyteri successores uicarij sunt septuaginta discipulorum, qui præcedebant dominum Iesum in omnem locum, in

A quem erat ipse uenturus. Ita quippe presbiteri, qui adiutores sunt episcoporum, rudes populos catechizando initiant, baptizando unitati ecclesiæ incorporant, & in omnibus sacramentis ut que ad manus impositionem populo Dei ministrant. Episcopi uerò successores sunt apostolorum: qui ex necessitate adiutorium, & supplementum sui officij in tanta multitudine populorum regendorum ministerium sibi expetunt sacerdotum, sicut Moyses in eremo septuagin- *Exo. 18.* ta uiros elegit prudentes, quorum consilio, & auxilio multitudinem tantam facilius gubernaret. Hæc ille. AVCTOR. Ecce mi Witeleff. Le- *Psal. 120.* ua oculos tuos in montes, in istos patres ecclesiæ, quos nobiscum ad tuendam partem nostri principis, quòd non mentiebatur, adduximus. Isti non dicunt probabile esse, quòd Christus Iesus ante ascensionem in uno quatuor Euangelio rum diaconos instituebat expresè: aut apostolos simpliciter sacerdorum loco stetisse, & septuaginta duos loco diaconorum: ita ò probant episcopos secundùm gradum sublimitatis apostolis subrogari, & minores presbyteros septuaginta. Sic probant, sic asserunt episcopos nostros Paulo copulari, Petrum subsequi: sicut officio, sic & loco. Vnde super Psalm. 126. AVGVSTINVS. Quomodo ecclesia habet labo *Augusti. To. 8.* rantes, ut ædificetur: sic habet & custodientes. Nam ad custodiendā pertinet, quod ait Apostolus, Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & uestræ mentes corrumpantur à casti- *1. Cor. 11.* tate, quæ est in Christo. Custodiebat, custos erat: uigilabat quantùm poterat super eos, quibus prærat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideò altior locus positus est episcopus, ut ipsi superintendant, & tanquam custodiant populū. Nam & Græcè quod dicitur episcopus, hoc Latinè superintentor interpretatur, quia superintendit, quia desuper uidet. Quomodo enim ui nitori altior fit locus ad custodiendam uineam, sic & episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus uestris simus, & pro uobis oremus, ut qui nouit mentes uestras, ipse custodiat. Hæc Augustinus. AVCTOR. Modò Augustinus probat, quod fecit Paulus, custodiendo, uigilando, docendo: hoc & ipsi faciunt (inquit) At qui? episcopi. Num quid simplices quilibet sacerdotes? A loci sublimitate eos designat. Ideò (inquit) altior locus positus est episcopis, ut sic discerni possint à loco qui sunt episcopi, & quòd summi, non infimi sacerdotes

¶ AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶AD CALVMNIAS WITCLEFFA in prælatos, & clericos, quos uocat Cæsareos, à Cæsare Constantino, quòdq; ipse, & eius sequaces sũt multò magis Cæsarei à Cæsare Iuliano. Cap. CXX.

SVMMA.

1 *Responsio ad calumnias Witeleff in prælatos, & clericos, quos uocat Cæsareos a Cæsare Constantino.*

2 *Hæretici, quomodo ut Witcleff contra principes fideles & Christi milites sæuire consueuerunt, ostendit Augustinus.*

3 *Iulianus, & Constantinus Cæsares. Et quid de his dicat Augustinus. Et plura de hoc ibi.*

4 *Iulianus, quod fuerit primus, qui post dotem spoliauerit clericos, & loca sacra possessionibus, & thesauris. Et quid illi ob id acciderit.*

5 *Platonis error.*

6 *Ambrosius quid de Constantini sanctitate dicat.*

7 *Constantini fides ex quibus.*

8 *Antonius primus eremita, ad quem Constãtinus literas miserit, ut pro se, ac liberis suis domino supplicare. Et de eius fine ex Eusebio.*

SImul ét scio, q̃ isti Witeleff in ultimis uerbis Augustinus displicuit, q̃ s. sum mitatẽ eorum probat, & fundat: q̃ altum locũ, uñ prospiciãt suũ populũ eis asfignat. Hanc ipse maioritatem seculi diceret. Hanc superbiam Cæsaream blasphemaret. Nescit enim pomposus hæreticus omni detractioni deseruiens in bonum exponere, sed ad deterius retorquere, q̃ proficit ad uirtutem. Sed mõ prælatos Cæsareos, modò sine Christo & apostolis q̃ superbiam Cæsaream introductos, totiens nuncupat, quotiens mendaces *gerrulas calumnijs Cæsareis maritat. Cæsareis, inquam, calumniis, quibus eos notat, ut didicit à Iudæis sic opinione nominis opprimere, & ad partem suam redigere diffamatos. Vnde & in sermone cõtra Iudæos, & Paganos, qui incipit, Inter pressuras. AVGVSTINVS. Quantum laborastis, ut iudicem à uestro scelere manus lauantem calumniis Cæsareis nomine oppositio opprimeretis, & ut impleretur quod fieri uolebatis. Hæc ille.

1 AVCT. Calumniis † ecce Cæsareis oppositio nomine Iudæi oppresserunt Pilatum, ut sic manus lauaret, & iudicium daret iniustum. Ita Witcleff cum suis satellitibus conformiter iudaizat calumniis Cæsareis nomen clerici tingens, uel episcopi: quasi statim essent nominato Cæsare ab ipsa nominis communione prophani, & ut ipso horrore calumniæ cum Pilato catholicum clericatum *dilucrent, & hæreticis traderent illudendum. Sed non sic prævalet Witeleff in clerũ Christi: appellet, ut assolet, prælatos Cæsareos: Constantinũ uocet Imperatorum fatuum. Et qa piissima manu principis dotauit ecclesiã: legibus & *patribus instaurauit, hæreticos impugnauit, fidẽ seruauit: dicat impium: dicat blasphemè fecisse cõtra Christũ. Quid Christi cleris, qui hoc Christi Cæsarib. Christianis? Sic † agunt hæretici cõtra principes fideles: sic cõtra Christi milites sæuiũt. Petilianus hæreticus Donatista, sic oẽs reges dicit fuisse inuidos Christi legi: sic itẽ catholicos appellauit Macharianos à quodã Machario comite fideli: sicut Witeleff nunc uocat Cæsareos. Lib. 2. contra Petilianum, *cap. 7. AVGVSTINVS. Proinde ut dicere, cœperam, ex illis duobus fecerno Macharium. Cum enim duos proposuissem, ipsum, & Vrsatium, repetisti nomen Vrsatij, ut nobis ostenderes, quã mortẽ meruerit, & dixisti, Vrsatium, nanq; Barbarica pugna prostratũ, sæuis unguibus alites, canumque auidi dẽtes morsibus discerpserunt. Vñ satis apparet cũ de Macharios maiorẽ inuidam facere solertis: ita ut nos Macharianos, non Vrsatianos appelletis: mul tò maximè de illo te fuisse dictorum, si de morte aliquid tale dicere potuisses. Hæc ille. AVCT. Ab antiquitate ergo cognitio sibi passu trahunt hæretici, ut catholicorũ principum nomina huc uel illuc trahant ad inuidiã, cum illos tantum appellemus à nomine suprincipis Witeleuistas, non autem nomina magnatũ in eorum hæresi maculemus. Scimus iussum apostolis esse. Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit. Et Christus dominus nunquã de nomine Cæsaris fecit inuidiam, aut sacerdotes, aut ministros Cæsareos appellauit: sed magis se humilians, potestatem promouit. Reddite (inquiens) quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed magister istius Witeleff, Petilianus, infestus non tàm in Cæsares, quã in oẽs reges, ut suprà dicere cœperam, hoc eum edocuit libro illo. 2. responsione. 92. ubi sic ait, Quid uobis est cum regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Et infrà. Sed ut uetera taceam, in nostris exemplis aduertite Imperatores quamplures, ac iudices nostros persecutionem uobis faciendo periisse: ut relinquam Neronem, qui primus persecutus est Chistianos: Domitianum sequentem Neronis maximam partem. Traianum, *Getam, Decium, Valerianum, Diocletianum perijt etiam Maximianus &c. quousque ueniat ad prædictum Vrsatium, qui solus de Christianis persequentibus eos periit. & respondet infrà AVGVST. Vobis, † qui sic nos arguitis, quòd cum rege pagano, & quòd est grauis) apostata,

A statæ, & Christiani nominis hoste Iuliano, aquo uobis basilicas quasi uestras reddi deprecantes, hoc in eius laude posuistis, q̃ apud eum sola iustitia locum haberet? Quibus uerbis (credo eũ uos latinè intelligere) & idololatria Iuliani, & apostasia iustitia est appellata. Tenetur petitio, quam uestri maiores dederunt: *constitutio, q̃ impetrauerunt: gesta, ubi allegauerunt. Euigilate, & attendite inimico Christi apostatæ, aduersario Christianorum, seruo dæmoniorum. Tali bus uerbis ille, uester ille Pontius supplicauit. Ite nunc, & nobis dicite: quid uobis est cum regibus seculi? Et paulò post. Profectò reges quosdam bonos, quosdam autem malos, & alios sanctorum amicos, alios inimicos, sine ulla difficultate recoleres. Et infrà. Deinde, cur ut pauloan te commemorauí, Iuliano nec Christianitatis inuido supplicastis? cur ab eo basilicas petistis? B cur ab eo basilicas petistis? cur apud eum *solum iustitiam locum habere dixistis? Sed Christiani tatis inuidus hæc audit, quid sunt, à quibus hæc audit? At uerò Constantinus nequaquàm Christiani nominis inuidus, sed planè Christiano no mine gloriosus, memor spei, quam gerebat in Christo, pro eius unitate iustissime iudicans acceptari a uobis, nec ad se appellantibus meruit, ambo iam Christianis temporibus, sed non fuerunt ambo Christiani. Quòd si ambo Christianitatis inuidi, cur ad unum eorum sic appellastis, alteri eorum sic supplicastis? Petentibus enim maioribus uestris, episcopale iudicium decerat Constantinus, & apud Romam, & apud Arelatum. Quorum primum apud eum accusastis Ab altero ad eum appellastis. Si *autem, quod uerum est, unus eorum in Christum crediderat, alter a Christo apostatauerat: cur Christianus consulens unitati contemnitur, & apostata fauens diuisioni laudatur? Constantinus uobis basilicas iussit auferri: Iulianus restituí. Quid horum christianæ parti conueniat, uultis nosse? C Illud fecit, qui crediderat in Christum: hoc fecit qui dimiserat Christum. Hæc ille. AVCTO. Ecce Cæsar Constantinus, de quo calumniaris, omne sacerdotium, & clerum catholicum esse cæsareum. Quod quanuis in scripturis non legerim, legi tamen post regale sacerdotiũ: & mo dicum ego iudico distare, quò ad calumniã uocis: quod quis sit sacerdos cæsareus, aut regalis. Sed hic uocauit Augustinus duos: duos Cæsares duos reges, unum seruum Christi fidelem, & Christianitatis patronum: alterum Christi traditorem, & apostatam refugam. Primus, quia catholicorum semper princeps est, & defensor assiduus, ex ipso nos Cæsareos appellatis. Alter Cæsar apostata, pluribus tuis mi Witeleff Donatistis hæreticis, quorum sectaris in sacramentorum administratione doctrinam, sicut in capite huius libri monstrauit. Ipse (inquã) perfidus Iulianus, supplex fuit nobis indultor, & princeps propitius. Cur ergo ingrati non item estis ab eo Cæsarei? Ipse uobis basilicas tradidit, quas Constantinus eripuit. Ipse Pontium uestrum contra catholicos omnes supplicantem audiuit. Ipse solus apud se (sicut prædicastis) iustitiam *solam seruauit. Quomodo ergo uultis catholicos clericos fore suo Cæsari gratiores, ut nec nomen diuidant, neque fidem: uos autem uestri Cæsaris laudata perfidia, nomen sine causa diffamatis in nocuum? In hoc autem ipso, q̃ nos sic appellas Cæsareos, sed a Constantino catholico, teipsum, & tuos Cæsareos esse, facto conuincis: sed ab apostata Iuliano, qui solus inter principes sic obliquauit nomen Christianorum in Christi in iurriam: qui in Galilæa conceptus est, & totus, Galilæos appellans. Quam incongruè, docet in historiæ tripertitæ lib. 6. cap. 44. Casiodorus, diCassiod. cens. Post Parthicum bellum pugnam Galilæis inferre properabat. Sic enim uocabat Christianos: contumeliam nominis se eis inferre putans cum magis debuisset eorum considerare uirtutem. Non enim Socrates licèt Critias fuerit appellatus, & Pythagoras Phalaris, ex mutatione nominis qualibet sunt pane participati: neq; Nireus Thersites uocatus, naturalem pulchritudinem, quam gerebat, amisit. Hæc ille. AVCTOR. Et tu itaque contra morem librorum diuinorũ, seu proborum philosophorum, sic catholicos uiros appellasti Cæsareos: quia forsan Cæsarẽ illi Dei dono fecere catholicum. Aut ut tecum concordem: quia ipse clericis ampla dedit uitæ stipendia, & primitiis dotis honorauit ecclesiã. Ergo sacerdotes ueteris legis dici debuerant a Salomone, qui tot, & tantis diuitiarum gazis ditauit eos in templo, sicut Regum, & Paralipome 3. Reg. 6. non uolumina nuntiant, Salomonei: aut à Ioas 2. Paral. 3 rege Ioasei: & ab Ezechia Ezechiani: de quorum opibus, & auxiliis ita instaurati sunt, ut Babyloniorum reges auri cupidos prouocaret ad spolia. Veni ad nouum testamentum, & pauperes sancti Hierosolymis degentes in templo per manus Pauli & Barnabæ: apud Macedones, Achaitas, Corinthios: immo sic totius orbis tàm pingui ministerio fouebantur secundùm Hieronymum, ut, scriptura teste, nullus esset egens apud eos: nec dici debuerunt a ministris suis Pauliani, aut Barnabei, aut a donatoribus, Achaitæ, Macedoniani, uel Corinthii, Sed quia ab institutione, & disciplinæ, quam quis sequitur, ritè quis trahit uocabulum nominis, sicut ab Abraham Hebræi: a Iuda Iudæi, a Christo Christiani, & in liberalibus a Platone Platonici: & in sectis peruersis, ab Ario Ariani: a Pau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo Pauliani:à Witcleff Witeleuiſlæ:rectè ab Iuliano Cæſare,cuius inſtituriones,& mores ad tã tum ſectamini,uclitis,nolitis,eſtis Cæſarei, ſiue obhoc,q; (ut tam dixi)ipſe primus perſecutorũ nomen fidelium obliquauit, nuncupans Galilæos,ſicut tu clericos cunctos orthodoxos pri-
4 mus appellaſti Cæſareos.Ipſe ſ primus poſt dotem ſpoliauit clericos,& loca ſacra poſſeſſionibus,& theſauris. Vnde li.6. hiſtoriæ tripertitæ. ca.4.Caſſiodorus. Omnes uerò poſſeſſiones,atque pecunias Cæſarienſium eccleſiarum cũ uberibus exquirens,ad medium iuſſit adferri. Moxque ex eis trecentas auri librasin ærario publico collocauit. Hæc ille. AVCT. Cæſarienſes eccleſias dicit illius ciuitatis,quæ erat Cæſarea Cappadociæ.Et tu ſecundùm hanc ſcholam dicis,& doces reges,& principes non tantũ poſſe,ſed debere ſub obtentu præmij cæleſtis auferre uiris eccleſiaſticis poſſeſſiones,& opes, Iulianus iubet militibus ſpolia facere de uaſis ſacris B in eccleſijs.Eodem libro,ca.32. Caſſiodorus. Interea iubentur uaſa eccleſiarum ſacra,fiſci ærario deputari:ſublatisque ianuis eccleſiæ maioris,ſit cunctis accesſibile ſanctuarium.Ingrediẽte ſiquidem Iuliano præfecto orientis eccleſiã, Felix præpoſitus regalium theſaurorum pariter introuit,& ſimul Helpidius comes rerum priuatarum. Aiunt enim & Felicem, & Helpidiũ primitus Chriſtianos tunc à pietate receſſiſſe, impio principi parere cupientes. Iulianus itaque præfectus impudenter contra ſacrum altare minxit. Quem dum Euzoius prohibere tentaret,ille eum percuſit in capite. Fertur autem dixiſſe,quòd religio Chriſtiana eſſet diuina ſolicitudine deſolata. Porro Felix uidens uaſorum ornamenta,quæ Conſtantinus, & conſtantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus(inquit) uaſis Mariæ filio miniſtratur. Sed pro his impietatibus,ueſaniſque præſumptionibus nõpoſt multum pœnas exacti ſunt. Nam repente Iulianus ſæua infirmitate detentus, uiſceribus putrefactis, interiit: & * finium non per meatus digeſtibiles,ſed ſceleſtum os, quod blaſphemijs miniſtrauerat, organum huius egeſtionis eſt factum. Aiunt enim eius uxorem fide fuiſſe clariſsimam,eamq; dixiſſe, Decet te marite laudare Saluatorem Chriſtum: quoniam tibi per hanc correptionem magnitudinem ſuæ uirtutis oſtendit.Sequitur. His ergo uerbis, &
5 paſsionibus immi nentibus, cauſam languoris agnoſcens, rogabat Imperatorem, ut in eccleſiam quæcunque fuerint ſublata,redderentur. Sed nec illum flexit:& ille terminum uitæ ſuſcepit. Porro Felix & ille repente flagellum diuina uirtute ſuſcipiens, ſanguinem tota die,ſimul & nocte,& ore fuſo, & uenis corporis undique A uacuatis,omniq; uirtute ſimul expenſa, & ipſe celeriter eſt extinctus, æternæq; morti contraditus. Hæc ille. AVCTOR. Totum me cum reporto ſimul: ut uideat præſentibus oculis ſuis Witcleff, quòd diuinæ ultionis iudicium in rerum ſacrarum raptores addictum eſt. Et quantum ſectatores eius milites quidam moderni, per ſuam praxim incenſi apoſtatæ Iuliano, & ſatellitibus eius conueniant,quando dicunt ut ſolent . Noſter debet eſſe theſaurus uaſorum eccleſiæ. Quid illæ gemmæ & lapides pretioſi in tumulis mortuorum ſeruantur ? Milites regios fouere debent aureæ conchæ, eandę labra aurea , & aurata monilia , Hic chorus, hæc eccleſia noſtras familias quaſi palatia teneant. Hoc capitulum ſolatia generoſa cognoſcat.Plerunque cùm hæc audirem,& mecum ita citus cogitarem, ubi tale facinus, quòd Witcleuiſtæ uariè minabantur,poſſet habere fundamẽtum rapinæ, uenit in mentem diues illud ærarium innumerabilibus plenum pecuniis in templo Hieroſolymis,quod quia Heliodorus ſpoliare parabat,multis plagis, & flagris uix eſſugit afflictus:2.Machab. 3. Et fugatus Antiochus , corpore colliſus à curru , uermibus ſcaturiuit. Accedant iam dicti ſacellites Iuliani, conſules Witcleff , Helpidius , & Felix , & ſimul coram magiſtris ſuis exponant,ſi ſit Chriſto placita rapina uaſorum , & utenſilium ſanctorum eccleſiæ , ſimul & poſſeſſionum diſtractio, uiolent . Quidam autem honeſtatem rapinæ ſuæ prætendunt pro defenſione regnorum ab æmulis, ut ſic committant ſpoliis conſecrata. Id tamen ſub hoc fuco confiçere plus deceret ydololatras : ſicut prophanus Abimelech conduxit ſibi uiros inopes , & uagos ex ſeptuaginta
C argenti ponderibus , quæ ſibi dederant Sichemitæ tollentes à fano Baal Berith, Iudicum.6. Et impius rex Achax auxilium ſibi redemit regis Aſſyriorum muneribus ſublatis auri & argenti omnis,quod inueniri potuit in domo domini.4.Reg.16. Occurrit item nobis philoſophia Iuliani,quam Witcleff gaudenter ſectatur contra totam eccleſiam,q; homo totus eſt ſpiritus immortalis,qui poteſt ſucceſſiuè corporibus uniri diuerſis , ſicut ponit Witcleff caſum de compoſitione hominis,cap. ultimo , ut habitum eſt in primo. Hoc ſ modo deliravit & Plato,ponens reuerſiones animarum in corpora peregrina. Hoc item modo Iulianus inſanuit apoſtata:de quo ubi ſupra cap. ulti, Caſſiodorus. Putabat(inquit)ſecundum Pythagoreũ, Platoniſque ſententiam ex mutatione corporum Alexandri animam poſſidere, aut eſſe pontius in altero corpore alius Alexander. Ob hanc itaque cauſam Perſarum regis noluit preces admitte-

mittere.Hæc ille. AVCTOR.Cum ergo tam A præclarus princeps Donatiſtarum, & Witeleuiſtarum hæreticorum eſt refuga Iulianus,ut ipſe uobis tot,& tanta donaret contra eccleſiam, in tot,& multò plura eius uos flagitia conſentitis, & ſuſtinetis errores:cur non eſtis eius amplexu cæſarei:ſi uultis nos ex donatiuis Conſtantini ſore cæſareos:qui tũ noſtra inſtitutione i fide fuit uerus catholicus:uos autem conformati ueſtro Iuliano, eſtis hæretici?His oſtenſis , non impo- 7 no tibi Witcleff coactè ſi nolis eſſe cæſareus.Ecceleſiæ filius ſum,cui non licet inſiſtere , ut malũ malo rependam.Sufficit.n. ſi reſpondero exprobrantibus nobis uerbum.Similiter,ſcio, poſſeſſiones ſacras ambitis:ſimiliter uaſa ſacra , loca, & perſonas diripere cupitis,ſimiliter natatis in philoſophiæ,& aliquantæ magicæ artis erroribus.In his coniuncti eſtis,ut uidebatur ẽt Auguſtino.Quid uerò diſiungit ignoro. Sed quid contra noſtrum Conſtantinum inſtauras blaſphemias,quia contra uos fidem armauit:& dicis(ut B ſuprà recitaui)li.4.Quia non credimus eum canonizandum,uel eſſe eum ſanctum in cælo.Poſtea uerò in maiori libro tuo de Papa.c.12. Poſtquam uideris Ceſtrenſem dicere eum haberi ,p ſancto in orientali eccleſia,retorquens remum fingens tibi tres cauſas cur non canonizatur in Roma:Quia(inquis ,p cauſa tertia)hoc ideò nõ euenit,q; tantùm onerando eccleſiam cum temporalibus,ſtultè tantum damnificauerat ſe, & clerum.Hæc Witcleff.AVCTOR.Magne Deus, cur non pœnituit eum ſtulti facti , cùm potens eſſet,& princeps longæuus?Aut cur tanta damnatione perſpecta , laudauit eum ſeuerus pater AMBROSIVS,& aſſeruit eſſe beatum,&cũ Deo regnantem . libro ſuo de obitu Theodoſij poſt medium.ubi dicit.Nunc ſ ſe auguſtæ memoriæ 6 Theodoſius regnare cognoſcit, quando in regno eſt domini Ieſu,& conſiderat tẽplum eius. Nunc ſibi rex eſt,quando recipit ẽt filium Gratianum,& pulcherrima,ac dulciſſima ſibi pigno C ra,quos hic amiſerat:quando* & Flactilia adhæret fidelis anima Deo:quando redditum ſibi patrem gratulatur:quando Conſtantino adhæret: cui licèt baptiſmatis gratia in ultimis conſtituto omnia peccata dimiſerit,tamẽ q; primus Imperatorum credidit,& poſt ſe hæreditatem fidei principibus dereliquit,magni meriti locum reperit:cuius temporibus completum eſt proſeticum illud.In illo die erit , quod ſuper frænum equi eſt,ſanctum domino omnipotenti.&c. Qſi illa ſanctæ memoriæ Helena mater eius infuſo ſibi Dei ſpiritu reuelauit. Beatus Conſtantinus tali parente,quæ Imperatori filio diuini muneris quæſiuit auxilium,quo inter prælia quoq; tutius aſsiſteret,& periculum non timeret . Hæc A Ambroſius.AVCTOR.Iam non dĩ fatuus Imperator,non damnificans Conſtantinus, ſed cõſtantinus beatus pia matre,& Theodoſius ſibi regnans in cælis,quando Conſtantino adhæret .
Ad aliquid læſit Ambroſius Conſtantinum pro tanta dilatione baptiſmi,ſed q; primus rex credidit,q; fidei principes dereliquit hæredes, prædicat eum egregij meriti. Et q; tantum damniſicauit eccleſiam per dotem,inter culpas non cõputat.Sed ſ nec Anglica,aut Gallica fides de tali graria Cæſarem docuerat pœnitere, ubi tamẽ re- *Conſtantini fides exquiſita.*
ligionem Chriſti participauerat Conſtantinus, *Caſſiod.*
ſicut primo libro hiſtoriæ tripertitæ,ca.6. tradit Caſſiodorus.Propter contentionem(inquit)cõtra Maxentium habitam degebat in Italia tunc, & Romana reſpublica turbabatur:& non erat facilè,ut Britanni , & Galli conuenirent cum illis tunc,apud quos conſtat chriſtiana Conſtantinum religione participatum,niſi dũ contra Maxentium caſtrametaretur,& tranſiret d Romã. & poſt ca.9.Gratiaſque referens (ſupple Conſtantinus)non ſibi arrogans,adiecit in lege, dicens, quia miniſtrum opportunum eum habere dignatus fuerit Deus ſui conſilii, ut à Britannico mari uſque ad loca orientis adduxerit eum, quatenus augeretur Chriſtiana religio : & qui propter culturam durabiliter permanſerunt in confeſſione martyrij , clariores eius honoribus apparerent.Hæc ille. AVCTOR. Talis ergo fides erant antiquæ Britanniæ in primis primi millenarii Ieſu Chriſti:unde diſceret Cæſar Cõſtantinus Anglicæ eccleſiæ filius referre Deogratias,lege ſcripta,q; a Britannico mari eum uocare dignaretur,ut augeretur religio Chriſtiana non autem ut pœniteret,quod per ſuam dotem damnificaretur eccleſia.Et in hac fide & religione Britannica longa felicitate protaxit imperiũ, quod i ueſtra perfidia ueſter Cæſar apoſtata ſyncopauit:Prædicto li.2.contra Petilianum,reſpõſione.93. c.6.AVGVSTINVS.An forte quiſ *Aug.To.7*
quis uos perſequitur,niſi in hac terra fuerat immortalis,quando mortuus fuerit propter uos, mortuus exiſtimabitur? Quid ſi non in tam longo imperio conſtantinus,& tàm longa felicitate unxiſſet,qui primus aduerſus ueſtrum errorẽ multa conſtituit?Et quid ſi non Iulianus tam citò abreptus eſſet a uita , qui uobis baſilicas dedit?Hæc ille.AVCTOR.Si in tanta damnificatione tandiù Conſtantinus protelaſſet impium nec longum eius imperium Auguſtinus efferret , nec longa felicitate ipſum uixiſſe probaret. Sed longam tamen felicitatem dixit Auguſtinus,quæ uſque ad regnum Chriſti beatum Conſtantinum perduxit , ut affirmauit Ambroſius. Et libro.10.eccleſiaſticæ hiſtoriæ ca. 8.tranſeunter notat Euſebius. Interea Conſtan *Euſebius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinus pietate fretus, Sarmatas, Gothos, aliasque barbaras nationes, uisi quæ amicitiis, uel deditione sui pacem præuenerant, in solo proprio armis edomuit, Et quantò religiosius, & humiliùs Deo se subiecerat, tantò ampliùs ei Deus
3 subdebat. Ad † Antonium quoque primum eremi habitatorem uelut ad unum ex prophetis, literas simpliciter mittit: ut pro se, ac liberis suis suis domino supplicaret. Ita non solùm meritis suis, ac religione matris, sed & intercessione sanctorum commendabilem fieri gestiebat. Hæc ille. AVCTOR. Talia proferte semel pro uestro apostata Cæsare, qualibus spectabilis pater Eusebius penes Deum magnificat Constantinum, dicens, quòd tot feras gentes edomuit, ꝙ Deus tantò ei uniuersa subdebat libentiùs, quantò se Deo subiecit humilius: quòd meritis piæ matris, quæ Christi crucem inuenit, & intercessionibus Antonii, & aliorum sanctorum se cõ
B mendabilem Deo fieri gestiebat. Et tandem quo fine longam felicitatem concluſit? Sequitur, ibi cap. 13. Interea dum hæc apud Alexandriam fruſtrà agitantur, uenerabilis Augustus Constantinus in suburbana uilla Nicomediæ. 30. & primo imperij sui anno defunctus est, liberis de successione Romæ urbis testamento hæredibus scriptis. AVCTOR. Hoc imperium Constantini, talem finem adeptum laudat hic Eusebius. Ambrosius dixit esse beatum. Augustinus prædicat felicitatem longæuam. Nullus de pessima dotatione cleri contra uoluntatem Christi per fatuitatem Cæsaris, aut uenenũ per eius factum effusum in ecclesiam improperat Constantino: solus Deo, & sanctis eius odibilis Witcleff post Iulianum apostatam, & clientes eius factum sanctum exasperat, aut si quempiam uel orthodoxum sciant, uel hæreticum in expro
C bratione dotis de Christi millenario sibi consocium, peto ducatur in medium: nè semper ĩ nos garriat sine teste. Hæc autem in gloriam Cæsaris Constantini contra blasphemum Christi Wicleff, & sanctorum eius adduximus, occasione tracti calumniæ, qua nos catholicos decolorare conatur nomine Cæsaris, dicens episcopos omnes rõne status, quem continet super infimos, sacerdotes esse Cæsareos: & omnes gradus cleri præter sacerdotium suum, & diaconatum per superbiam Cæsaream introductos: quia tempore apostolorum (inquit) omnis sacerdos fuit episcopus, & duo ordines suffecerunt. Iam supra protulimus ex Hieronymo, ꝙ institutio, quæ modo tenetur epi, ab ipsis apostolis instituebatur in remedium schismatis, ut. s. unus electus, superponeretur cæteris. Quo facto, cessauit studium illud in religione: quo unus & alter dixit. Ego sum Pauli, ego Cephæ, ego Apollo. Sicut

Antonius primus Eremita.

Eusebius

A patet ex ipso textu epistolæ. 2. ad Corinth. ex uerbis Pauli dicentis, In consolatione uestra magis magisque gauisi sumus super gaudio Titi, quia requieuit spiritus eius in omnibus uobis. AMBROSIVS. Correptos per primam epistolam audiens seuelle corrigere, consolatione accepit. A Tito autem addiscens quia dolorem paterentur erroris sui, auctus est in consolatione gaudio repletus: quia uoluntas eorum in opere cœperat probari, Tito hoc idoneo teste, cùm lætitia animi referente. Hæc ille. AVCTOR. Ecce gaudio replebatur Apostolus, quia (ut didicit a Tito) Corinthii pleno corde cœperunt corrigi ex iis erroribus, quos torsit in eos in prima epistola. Constat aũt, ꝙ schisma prædictum fuit primus error, in quo notauit eos, & maximus: cuius remedium moderna eporum institutio ꝓuisa est. Ergo in tempore Apostoli sicut erat scismatis occasio, ita & schismatis ordinata prouisio. Quòd si epi, & sacerdoti identitas (uti dicis) scidit pacem christianam tempore Apostoli epi item supra sacerdotem prouisa sublimitas pacem peperit Christianam tempore eiusdem Apostoli, fatuè nimis ergo optat iste confusionẽ episcopi cum simplici sacerdote, quia sic fuit tempore apostoli, nisi eodem toto uelit optare ecclesiæ idololaticum illud schisma, quod itẽ fuit tempore eiusdem Apostoli.

1.Cor.1. 2.Cor.2.

Aug.Ep.

Iero.

¶CONTRA WITCLEFF DICENTEM, quòd multitudo cleri est onerosa, & non fundata in lege Christi, ideo minuenda esset, & ab eo purganda ecclesia.

Cap. CXXI.

SVMMA.

Witcleff, qui dicit, quòd multitudo clericorum onerosa, & infundata in lege Christi. & confutatur. 1

Christi lex non scripta per homines transmissa quantum uatores obliget. 2

Hæretici præcipui peccatores. Et quid de his dicat Hieronymus. 3

Saregallorum error tertius circa ordines religiosorum prælatorũ, sacerdotum, diaconorum subdiaconorum. &c. 4

Witcleff, alter Pharaon. 5

EXcandescit † adhuc furor Witcleff cõtra multitudinem ordinũ, & ministrorum ecclesiæ Iesu Christi, qui secerſum electi à populo lauerunt stolas suas in sanguine agni. Et arguit in prædicto. 4. trialogi ca. 15. ꝙ si fuissent necessarii ecclesiæ Christi, & ab eius apostoli, non in expressione eorum, & delectione

1 *Witcleff.*

Witcleff.

1.Tim.5.

Aug.Ep.5

ctione eorum officij reticerent: sicut blasphemant illi, qui papalia iurat magnificant ultra Christum: Officium aũt istorum clericorum ea pere debet catholicus ex fide scripturæ, in epistolis ad Timotheum, & Titum nec adinuẽtiones nouas cæsareas sub pœna peccati grauis debet admittere. Hæc Witcleff. AVCTOR. Attẽdat uir catholicus, quid is assumit, quidque concludit. Assumit enim principium sibi generale politicum, quo utitur in omni pene flexura contra sanctos ecclesiæ, contra episcopos: ꝙ non sunt necessarii ecclesiæ, quia Christus eos non expressit: contra, religiosos, monachos, canonicos, atque fratres, ꝙ Christus eos non expressit: fundauit, qui fuit omniscieus. Ideo tanq̃ præter missi à Christo, non sunt necessarij ecclesiæ. Etiam contra ordinatos ordines hoc assumit. Concludit autem, ꝙ adinuentiones ullas, quas uocat cæsareas: si sint præter epistolas ad Timotheum, & Titum, sub pœna peccati grauis nullus debet admittere. Hoc accipit, hoc concludit. Accipit, ꝙ non sunt aliqua necessaria nisi in scripturis expressa, & officius detectat: concludit nihil nouum admittendum, sub grauis peccati pœna. Sed Christum dñm nostrum contra hanc sẽtentiam proferemus, & apostolum eius Paulum. Nam prima epistola ad Corinthios ca. 7. loquẽs apostolus matrimonio iunctis nẽ discedãt. Hoc (inquit) præcipio non ego, sed dñs. Loquens autem coniunctis infidelibus. Cæteris (inquit) ego dico, non dominus. Iam scrutatione dignum est, quid non præcepit Paulus, sed dñs: & quid post hoc Paulus dixit, non dominus. Hæreticus noster gaudens se inuenisse phaleras gloriæ suæ currenti pro pane materiali in sacramento altaris non principaliter, sed corpore principaliter solo tropo, copulat sibi locum istum apostoli. 4. trialogi. cap. 21. dicens apostolũ dicere, nõ se
C principaliter, sed dñm: & sic debere nostros Pharisæos declarare Ambrosium doctorem apocryphum, ꝙ non sit ibi principaliter panis cõsecratione peracta. Quomodo autẽ intelligatur Apostolus. 2. loco dicens. Cæteris ego dico, non dominus: nihil dicit. Heus bone expositor, tene stylum: si expositio ista sit apta, secundum eam texe sequentem: ubi. s. Paulus dicit, & non dñs. si ideo non præcepit ipse, sed dominus, quia non principaliter ipse, sed dñs: ergo cæteris dicẽs nõ dominus principaliter ipse dixit, non dominus & ubi iam est, Si quis loquitur, quasi sermones Dei &c. Sed tutiorem expositorẽ audiamus sup eodem loco in expositione Apostoli, AMBR. dicentem. Nã cæteris ego dico, non dñs. Hoc dixit, ut ostendat, quid proprio ore dñs iusserit, & quid huius auctoritati concesserit: quia & p istũ dñs loquitur. Ait enim. An experimentum eius

A quæritis, qui in me loquitur Christus? Hæc ille. AVCTOR. Et in eundem textum Pauli ẽt in expositione eius. Haymo. Præcipio non ego ex mea sententia: sed dominus in euangelio. Sequitur. Quare dicit, Ego dico non dominus? Nunquid non dñs loquebatur per eum? Vtique. Sed ideo dixit se dicere, & non dominum, quia hoc præceptum non continetur in euãgelio dictum a domino: sicut illud superius, quòd non debeat uir dimittere uxorem suam excepta causa fornicationis. Hæc ille. AVCTOR. Attende Witeleff, quia cum istis magis expositio tuæ principalitatis locum non accipit. Sed alter exponit, quid ore proprio dominus iusserit, quid hominis auctoritati concesserit. Alter penè similiter, quòd hoc dominus in euangelio dixit: ideo non mea est sententia. Hoc non sic in euangelio continetur expressum: quod ideo ego dico
B non dominus. In quam etiam Witeleff in eodem cap. 21. omissa sua principalitate, consentit dicens, Patet ex serie uerborum apostoli, ꝙ intendit se in euangelio suo superaddere expressè sententiam, quam dominus in prædicto euangelio non expressit. Hæc Witeleff. AVCT. Iam benè dicis: iam ergo testibus doctoribus: & teste Witeleff lex Pauli de cohabitatione coniugum conditione disparium est necessaria ecclesiæ: quam tamen Christus non expressit. Et cur ergo non est gradus episcoporum nostrorum, ꝙ tu dicis in euangelio non expressum, sicut & ordo diaconorum, quem tu in eodem euangelio expresse fundare non poteris, licitus, & necessarius ecclesiæ ex authoritate concessa apostolo: sicut ex eadem sine expressione Christi est necessaria lex prædicta? Sufficit autem nobis, quòd assumptum eius primum de necessaria expressione Christi, & detectione ordinum, repugnant legi. Pauli, cohabitationis imparium à Christo non expressæ secundum ipsum. Curant ut uolunt eius discipuli: reuera hæreticus malitia inflammatus, quid dixerit non perpendit. Nam quanuis pluries assumptum istud recolligit, tamen idipsum penè per tota loca diuellit. Nam libro suo de Papa. cap. 11. Conceditur (inquit) quòd obseruanda est laudabilis consuetudo ecclesiæ: licèt non sit explicita, sed implicita in scriptura, quia nimis diffusa, & onerosa esset lex Christi, si omnes tales ritus, usus, uel consuetudines forent in ea expressæ. Ideo credendum est, quòd spiritussanctus necessaria expressit ecclesiæ, & leuiora sub quodam confuso inuolucro simul texit. In prima Corinth. 14. dixit spiritussanctus per suum apostolum. Omnia honestè, & secundùm ordinem fiant. In quo includuntur omnes usus ecclesiæ in dicendo seruitiũ, oẽs ritus ordinum priuato-

Haymo.

Matt.5.

Witcleff.

1.Cor.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Witcleff. rum:& breuiter omnis cõsuetudo clericalis vel laicalis laudabilis. Hæc Witcleff. Item sic sermone. 28. sermonum epistolicorum, fundat istam ueritatem geometricam in euangelio implicitè. Omnis triangulus habet tres æquales duobus rectis cum sibi similibus: ibi, scilicet omnia per ipsum facta sunt. Et sermone 6. ibidem dicit cõfessionem uocalem ualde nociuam ecclesiæ. Videtur tamen mihi (inquit) q̃ subditus debet obedienter parere traditioni prædictæ, seruata tamẽ semper libertate, quam Christus dedit ecclesiæ. Hæc Witcleff. AVCTOR. Sic dicunt catholici, sic senioribus suis auscultantes aures accommodãt ut quod scripturæ expresse non asserunt, per patres animatam fidem percipere mereantur. Tan

Nota de lege non scripta. 2 tum † enim obligat uiatores lex Christi non scripta trãsmissa per homines, quantum lex scripta & atramento diffusa per chartas. Aliter non dixisset Sapiens Eccle. 8. Non te prætereat narra- *Eccle. 8.* B tio seniorum: & ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. Non incendas carbones peccatorum, arguens eos. Et nè incẽdaris flamma ignis peccatorum illorum.

Hæretici precipui peccatores. 3 Peccatores † hic antonomaticè uocat hæreticos qui carbones desolatorios, quibus Babyloniorum fornacem incẽdunt: & stupa, & pice, & rhesina rationum, & colorum, urentium flammas hæresum nutriunt: unde uirum ignarum doli subuertant: & si possint, deuorent sanctos Dei. Quapropter dixit Ecclesiasticus: nè incendaris flamma ignis peccatorum. Sed qualiter flammam illam uitabimus? Iam suprà commonuit. Non te prætereat narratio seniorũ. Præteriit enim Witcleff, cùm solam euangelij expresionem hic requirit, & ibi, & idcirco in tempore necessitatis certum non potuit dare responsum: sed uarium sibiipsi cõtrariũ. Sic. n. oportet doctorẽ facere doctrinas peregrinas, & uarias seminantem. Apud C

Ose. 9. Oseam autem prophetatum est uagum esse à *abijciet* Deo abiectum. * Abiecit (inquit) eos Deus meus quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Super quo li. 2. in commentario HIERONYMVS. Hæreticos fructus non posse facere uirtutum, quia Deum perdiderunt. * Super quo *Hieronym.* *Inquo* iuxta Apostolum radicati esse debuerant, & fundati, nemo dubitat. Sequitur. Isti abiicientur: immo abiecti sunt à Deo, quia non audierunt eũ 5 dicentem. Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui: & idcirco uagi errant in nationibus, nunc ad has, nunc ad illas sententias transeuntes, dum non eis placet, quod semel repererint: sed semper uetera mutant nouis, & ethnicorum imitantur errores. Hæc ille AVCTOR. Hæc sententia Hieronymi bene istum Witcleff inuoluit, qui tam celeriter currit de sen- *Deut. 19.*

tentia una in eius oppositam: nec ei placet, quod semel repererit, sed uetera mutat nouis quandoque dicens ordines clericorum, & claustralium obseruandos: quandoque non, quia expressionem non habet in euangelio Iesu Christi. Quis doctor ANTICEIMENON græce, id est, contrapositorum latinè, si Witcleff iste nõ sit, qui de contrario tàm ueloci penna uolat in cõtrarium? Sed hæc, quòd non sint ecclesiæ necessarij, iàm quòd sint ab ecclesia clerici minuendi, Witcleff prosequitur in libro speculi militantis *Witcleff.* ecclesiæ, cap. 17. Diminuta (inquit) multitudine cleri cæsarei, & augmentata sua uirtute, uel potiùs conuersa in clerum Christi, ecclesia foret ab apostematibus superfluis expurgata. Hæc Witcleff. AVCTOR. Item † fuit tertius error Sa- 4 regallorum, de quo in lib. hæresum, CVIDO. Di- *Guido.* cunt quod ordines religiosorum, prælatorum, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, sunt in fidei detrimentum. Hæc ibi. AVCTOR. Et *Witcleff.* de ecclesia, & mẽbris eius, cap. 5. Witcleff. Christus uoluit duas arias partes ecclesiæ, non cum multitudine clericorum onerari. Sed religiones istæ nouellæ laborant omnino ad partes istas improportionabiliter onerandum. Nam in. 12. tribubus Israel quando onus fuit longè grauius, quàm est modò, suffecerunt Hebræis tribus letti. Sed modò tàm in numero, quàm in possessionibus partem duodecimam ecclesiæ antecellunt. Hæc Witcleff. AVCTOR. Mendacium, quod iste iam fabricauit, quòd clerus ecclesiæ cũ claustralibus totam militiam & populum superarũt in nnmero, quis non conuincit, qui ecclesiarum ministros in ciuitatibus, in uillis: & religiosa supposita in uillis, aut circa, ad totam populi multitudinem comparabit? Breuiter autem nihil in hac re tam pœnitendum de numero, quàm est de numero perdito Lollardorum: quem ipse C non genuit, sed generat. Prohdolor cur tam fœcunda est hæresis? Cur eis tamnumerosa proles? *Philip. Harvengo. Oso.* secundùm psal. Oues eorum fœtosæ. Super quo tex. in minori breuiario HIERONYMVS. Multos (inquit) habent filios: multus. n. numerus hæreticorũ est. Vnde dicitur in Osee, Domine da illis. Quid dabis illis? Vuluam sterilem, & ubera arẽtia. Hoc dicitur de hæreticorũ magistris, qui sibi in numero discipulorũ applaudunt. Hæc ille. *Exod.* AVCTOR. Alter † Pharao mihi uidetur esse Witcleff. qui iubet breuiare populum Dei in masculis, & fœminas reseruari. Fideles animæ, quæ fortes sunt per prudentiã, & alijs præsunt per officium, quid aliud, quàm uiri sunt? & ecclesiæ populi cui præsunt, quid aliud, quam fœmellæ? Ita enim præpositi regũt ecclesias, sicut uiri coniuges suas, & filias: Qui ergo fortem cleri in ecclesia, & robustum cœtum claustralium festinant minuere,

minuere, ut carnalis populi portio supra modũ excrescat, quid aliud, quàm mares iubet interfici ut solæ fœminæ reseruentur.

¶QVOD SENSIBILI VOCATIONE, & manus impositione, promoueri debent ordinati. Cap. CXXII.

SVMMA.

1 *Ordinati, quòd debeant sensibili uocatione promoueri ostenditur contra Witcleff.*
2 *Gradualis distantia pontificatus, & communis sacerdotij, in persona Christi ostenditur ex Chrysostomo, & Ambrosio. Et de sensibili uocatione Christi &c.*
3 *Sacerdos catholicus, quòd nullus esse possit, nisi à Deo uocetur ad sacerdotium per electionem sensibilem, & humanam.*
4 *Witcleuistarum error de laicis, circa sacramentorum ministrationem. Et quomodo sit contra Apostolum.*
5 *Prædicatoris excellentia. Et quòd sit eminentius prædicare, quàm baptizare, quinque rationibus ostenditur.*
6 *Baptizare quod non sit opus laicale, quanuis baptizaret laicus, contra Witcleff.*
7 *Ordinem alium esse sacerdotij maioris, & alium minoris, ex Gregorio. Et quomodo Paulus de maiori fuerit &c.*

QValiter ordinandi sunt presbyteri, aut ministri ecclesiæ iuxta Witcleff, post iam dicta scrutemur. In hoc enim ualde toti sanctorum ecclesiæ repugnare uidetur. secundo de sermone domini in monte. ca. 69. Magis (inquit) est operibus presbyteri attendendum, quàm scripto episcopi or- C dinantis. Sequitur. Tertiò infertur, quòd siue Papa, siuè episcopus alius in uita iusta defuerit, Dei est non exigente peccato ecclesiæ, errorem talis prælati supplere. Deus enim potest sine tali instrumento digno, uel indigno, personam in tali statu constituere: nec est probabilior euidẽtia, quàm ex uita. Ideò habita sancta uita, & doctrina catholica, satis est ecclesiæ militanti. Hæc Witcleff AVCTOR. Hæc summa huius hæresis, quam duxi notare, quomodo iam in hac militante ecclesia non requiritur de necessitate ordinis manus impositio episcopi, uel sensibile sacramentum: sed Deo insensibiliter ordinante, fit quis ritè sacerdos, uel clericus, si asit ipsi sancta uita, & doctrina catholica. Nec excusare potest hæreticum, quod dicit, Deus potest: tum quia per * eum, Deus nihil potest facere, nisi quod facit, uel faciet. Tùm quia quod postea dicit: his habitis satis est: potentiam illam fatetur non distare an actu. Simul quod prædixit: deficiente episcopo iustæ uitæ, Dei est &c. Et conclusio ter damnata. 95. Deficientibus prælatis ut ceteris Antichristi, Christus ordinat quemcunque quomodocunque, & quandocunque uoluerit. Sequatur igitur in moribus: & securè potest de ipso confidere: quòd deficiente prælato Cæsareo, sit à Christo legitimè ordinatus. Hæc Witcleff, AVCTOR. Videamus † fontem scripturæ ueritatis pro hac hæresi abluenda. Non moremur, curramus ad Apostolum, interrogemus eũ, si hæc ratio regularis erat pro ordinandis Christi ministris suis temporibus. Ipse enim de pontificatu Christi, & sacerdotio eius agens, ad He- *Heb. 5.* bræos quinto. Omnis (inquit) pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum. Sequitur. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo tan- B quàm Aaron, quemadmodum scriptum est. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Omnis ergo pontifex iuxta hanc scripturam, est ex hominibus assumendus, & pro hominibus constituendus. Quo constituẽte. Nunquid seipso? Sic uidetur Witcleff dicere. Sequatur (inquit) Christum in moribus, & securè potest confidere, quod deficiente prælato tali, sit à Christo legitime ordinatus. Ipse ergo sui iudex est signatus: ipse sui arbiter constitutus. Quo contrà, dixit Apostolus. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo: non qualitercunque, sed quemadmodum Aaron, protestatione sensibili. Quòd si nec quisquam, ergo nec Christus. Quod item grandi labore Apostolus ostendit ibidem. Audiamus tamen sanctos patres exponentes locum istum. Homil. enim octaua super epistolam ad Hebræos, CHRYSO. C Non ita (inquit) spiritualia imbecilliores induce- *Chri. To. 4* bãt corporalia. Hunc totũ cõmoue sermonem: & considera prudentiam. A sacerdote primum facit principium, & continuò eum pontificem nocat, & ab ipso primo ostendit differentiam. Propterea determinat primum quid est sacerdos: & ostendit, si quædam habet sacerdotis: & si quidem haber, symbola, id est, notæ fiant sacerdotum. Obuiabat autem ei quoniam, neque notus erat, neque ex tribu erat sacerdotali, neque *quomodo.* in terra sacerdos. * qua igitur sacerdos au? 2 Hæc ille. AVCTOR. Patet † ex hoc processu distantia etiam gradualis pontificatus, & communis sacerdotij in persona Christi: quia dicit: Apostolus ostendit utrunque de Christo: & primo de sacerdotio Christi, quid est, & si potuit sensibiliter cognosci fuisse sacerdos per signa euidentia ordinis. Obuiat autem apostolo (inquiés) q̃ Christus nõ erat sit notus, nec de tribu sacerdotali

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotali, sed Iudæ: nec uidetur fuisse presbytee temporalis. Sed ista soluit Apostolus, ostendens per signa suum sacerdotum. Vnde CHRISOSTOMVS. Aliud supple signum ponit Apostolus. Ab alio (inquit) sit, & nō ipse insilit, & hoc sibi & alijs communem: & non sibipsi quis accipit honorem, sed qui uocatur à Deo sicut Aaron.

Hic aliud quid: ursus curat ostendere, quoniam à Deo missus est. Qđ sursum & deorsum Iudæis disputando dicebat. Qui misit me, maior me est: & à me ipso non ueni. Hic mihi uidetur & Iudæorum* insinuare sacerdores: qui insiliebant, & legem sacerdotij corrumpebant. Ita & Christus non seipsum glorificauit fieri pontificem.

Vbi igitur inthronizatus est ait? Aaron enim inthronizatus est multotiēs, ut cùm floruit uirga: & quando ignis descendit, & disperire facit eos, qui insilire sacerdotio uolunt. Vnde ergo à prophetia hoc ostendit, nihil habet sensibile, nihil uisibile: propterea à prophetia: à futuris firmat. Sed qui locutus est ad eum, Filius meus est tu, ego hodie genui te. Quid igitur ad filium? hoc utique aliquis ait: præconstructione, quoniā a Deo inthronizatus est: sicut in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Ad quē autem dixit hoc? aut quid est secundùm ordinem Melchisedec? Nullus a Christo alius. Omnes enim sub lege erant: omnes sabbatizabant: omnes circuncidebantur. Nullum utique habet, quis alium ostenderent? Hæc ille. AVCTOR. Planè detexit Chrysostomus mentem Apostoli, in dicendo signa sacerdotii Iesu Christi. Et primum signum ponit, quòd non assumpsit sibi honorem sacerdotalem: & hoc est commune debitum omnibus sacerdotibus: sed uocatus à Deo non insensibiliter, sed utique sensibiliter, ut sacerdotium suum constare posit hominibus. Sicut Aaron, qui non sic erat uocatus a Deo, quin constitueretur per hominem. Et Dei uocatio fuit hominibus pro eo sensibiliter & pluries intimata: sicut uirga cùm florebat: & quando ignis descendit, & seditiosos exusit. Sic probat apostolus Christum fuisse a Deo patre uocatum ad sacerdotium sensibili uoce in baptismo, cùm diceret. Hic est filius meus dilectus. Et iterum in Psal. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. quod de solo Christo posset intelligi. Cæteri enim sacerdotes legis, erant secundùm ordinem Aaron. Et sacerdotes noui testamenti non sunt sacerdotes in æternum: Christus ergo solus sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. Hanc expositionem planè consequitur in sua expositione super eodem loco textus, AMBROSIVS. Disputare (inquit) aggreditur, quomodo quis ad sacerdotium accedere

Ie. 8. exaure.

Nu 16. & 17.

Psal. 2.

Psal. 109.

Matt. 17. Psal. 109.

Amb. To. 5.

A debeat. Nec quisquam (ait) sumit sibi honorem sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Hic etiā percutit sacerdotes honoris cupidos, & sacerdotii auidos: non pro salute populi sed propter ambitionem seculi. Igitur Aaron uocatus est à Deo signo florentis uirgæ & demonstratus est sacerdos à Deo esse electus, etiam & incendio eorū, qui eius pontificatui inuidere uoluerunt. * Sicut ipse Christus non semetipsum clarificauit ut pōtifex fieret: sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Hoc est, quod in euangelio ipse ait, Non enim à meipso ueni: sed ille me misit. Et iterum. Si ergo glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est enim pater qui glorificat me. Notandum est, quod glorificare, & honorare, & clarificare: tria quidem uerba sunt, sed una res est, quod Græcè dicitur * DOXAZEIN. Sed interpretum uarietate, aliter, atque aliter positum est in Latino. Quod in

B euangelio dictum est, glorifico, hic apostolus nommat clarificationem. Clarificatus est ergo filius a patre, quando super baptizatum uox patris audita est de cælis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hæc ille. AVCTOR. Totus, & simul currit cum Chrysostomo, exponens semper cum eo, quomodo à patre etiam sensibiliter promotus est ad honorem sacerdotii. Et qualiter Apostolus in prædicto uerbo percutit sacerdotes legales, ingerentes se, & insilientes (secundum Chrysostomum) antequam uocarentur. Et quomodo Christus in oppositum huius erroris non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret. i. non seipsum honorauit: sed ille, qui locutus est ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Est ergo sacerdos Caiphas, uel Annas, qui seipsum proprio intrudit animo ad honorem, non autem secundùm ordinem Aaron, uel Melchisedec: quia seipsum malè

C ingerit non uocatus. Dicis: immo uocatus insensibiliter à Deo. Vnde libro de papa cap. 2. Patet cùm Deus communicat creaturæ, non refert sue in signo sensibili, siue inspiratione interna Deus potestatem talem communicauerit creaturæ, quia oportet omnino, ꝙ insensibiliter communicet, siue sacramentum sensibile affuerit, siuè non. Vnde uana est contentio, quādo, & quomodo apostoli facti fuerant sacerdotes. Hæc Witcleff. Quàm expresè fortificat hæresim Nathaniæ usurpationis sacerdotii, per inspirationem priuatam? Non refert (inquit) siue in signo sensibili, siuè inspiratione interna, Deus potestatem talem communicauerit creaturæ. Non ligatur lege ista apostolis: ꝙ nemo sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron: cui non suffecit communicatio potestatis per inspirationem internam ut fieret sacerdos legalis, ni si uo-

Matt. 17. Mar. 9. Luc. 9.

Hebr. 5.

Nu. 17. si uocetur item à Deo in sensibili signo florentis uirgæ. Numer. 17. Sed nec saluator noster Christus nisi in sensibili, & audibili multis uiris uoce paterna. Quem seipsum facit? Deum transcendit, & homines. Profectò sacerdos iste, uel pontifex Witcleuista, nullius ordinis sacerdos est, nec Aaron, nec Melchisedec, sed superstitio sæ potius ambitionis Iuliani apostatæ. de quo 6. lib. historiæ tripertitæ. cap. 1. scribit CASIODORVS. Huic igitur figmentum Christianitatis, quod habebat abiecit, & dum circumiret diuersas urbes, aperiens templa idolis offerebat, & semetipsum paganorum pontificem nominabat. Hæc ille. AVCTOR. Iste ecce Deo Cæsar odibilis, iste author, & fautor uester o Witcleuistæ, primò uos docuit ambire pontificium, sacerdotium usurpare: qui seipsum paganorum pontificem nominabat. Et mos iste inter hæreticos inoleuit: uelut lib. suo contra hæreticos, qui incipit, Cum moueat dominus CIPRIAN. ait. Hi sunt, qui se uterò apud temerarios conuenas sine diuina dispositione præficiunt: qui se

B præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt: qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt: quos designat in psalmis spiritussanctus: sedentes in pestilentiæ cathedris pestes, & lues fidei, serpentes ore fallētes, & corrumpendæ ueritatis artifices, uenena lethalia linguis pestiferis euomentes, quorum sermo ut cācer serpit: quorum * tractatus pectoribus, & cordibus singulorum mortale uirus infundit. Hæc ille. AVCTOR. Certum ꝛ est ergo, quòd catholicus sacerdos nullus esse potest, nisi à deo uocetur ad sacerdotium per electionem sensibilem, & humanam. Vnde in glossa sua super illud uerbum, Qui uocatus est à Deo tanquam Aaron, ANSELMVS. Qui rectè eligitur, a Deo uocatur. Hæc ille. AVCTOR. Et hæc uocatur prophetia, iuxta Paulum. 1. ad Timotheum. 3. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi C per prophetiam. Vbi AMBROSIVS. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Hæc ille. AVCTOR. Et item hæc pars probationis est episcopalis sicut idem Paulus de diaconis ibi ait. Et hi autem probentur primum & sic ministrent. Vbi in libro annotationum, HIERONYMVS. Non solum episcopi, sed & hi ante ordinationem probari debent. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo primum oportet per ordinantes eligi ordinatos: & quasi prophetatos esse pro bonis & probis uiris priusquā ministrēt, nè assumant sibi honorem non uocati, tanquàm Aaron: quis tam audax contradictor esse potest apostolicæ huius legis. ut per uitam suam, quam somniat esse sanctam putet se à Deo ad hoc officium inspiratum, & ultra Christum Iesum in-

Aliàs uer bis.

Matt. 7.

Witcleuistarum error de Laic.

1. Tim. 4.

Isidorus.

1. Tim. 4. 161. ca. 3.

*1. Cor. 1. Aug. To. 7 * 55.*

sensibiliter ordinatum? Non audio glossare * uolentes magistrum suum Witeleff, quòd sic, uel sic intelligat, & quòd dixerit libro de Papa. quòd nullus temere debet confidere in insensibili ordinatione Dei. Scio sicut solito dixi dicta sua & scripta semper in ambiguis esse, sicut antiquorum uatum, & Deorum, oracula, ut sic intelligatur a suis, & sic possit fugere coram nostris. Audio magis Christum monentem fideles suos de his lupis cauere. A fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. Ita denique interpretandus est Witcleff quid sentit in uerbis, sicut practicatum esse cernimus penes discipulos, Apud eos † (ut fertur) non refert, suè clericus ministret sacramenta, suè laicus: immo siuè uir, siuè fœmina. Ipse enim scripsit, ipse dixit: sequatur Christum in moribus, & securè posset confidere, quòd deficiente prælato, sit a Christo legitimè ordinatus. Ipse dixit, ipse scripsit de officio pastorali, capite uigesimo, quòd sacramentorum ministratio est opus laicale in signis iudaicis. O quid de hoc uiro dixisset Paulus, qui tantam instituit in sacerdotis ordinatione cautelam: & in ordinantis expectatione censuram. Manus (inquiēs) citò nemini imposueris. Et cur non citò, cum quis ordinetur? si saltem sit bonæ uitæ nō refert. Exponit hunc locum secundo libro de officiis, capite quinto. ISIDO. Iam uerò quòd seculares uiri nequaquam ad ministerium ecclesiæ assumantur, eadem authoritas apostolica monet, & dicit. Manus citò nemini imposueris. Et iterum. Non Neophytum, ne in superbiam elatus, putet se, non tam ad ministerium humilitatis, quàm ad ministrationem secularis potestatis adeptū: & condemnatione superbiæ, sicut diabolus, per iactantiam deiiciatur Quomodo enim ualebit secularis homo sacerdotis magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinam agnouit? Aut quid dicere poterit, cum ipse non didicit, Hæc ille. AVCT. Quòd si nec uir secularis, iuxta hanc legem apostoli, ordinari permittitur ut ministret: quis tantum audeat blasphemare cum Witeleff, utopius non iam seculare, sed penitus laicale ministrationem sanctorum sacramentorum esse pronuntiet? Audiuerim eñ interim comparationem fieri inter sacramenti alicuius administrationem, puta baptismi, & euāgelii prædicationē, & hanc secundam primæ p. terri, authoritate apostoli Pauli: quem non misit Christus baptizare sed euangelizare. Vnde. li. 3 cōtra Petilianum. ca. * 53. AVGVSTINVS. Videte quid de ipso Paulo sentiatis, qui dixit. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Huc accedit, quia incipit esse potior, Apollo, qui baptizando riguit, quam Paulus, q euangelizando plantauit: cùm sibi officium patris

Universidad de Deusto
Biblioteca

tris erga Corinthios ob hoc uendicet, nec eis, qui post illum ad eos uenerant, hoc nomen concedat. Ait enim. Si decem millia pædagogos habeatis, sed non multos patres. In Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Quibus alio loco dicit. Gratias ago Deo, quòd neminem uestrũ baptizaui, nisi Crispum, & Caium, & Stephanæ domum. Genuerat itaque illos, non per se, sed per euangelium: qui etiam si sua quæreret, non quæ Iesu Christi, & inuitus hoc faceret sine sua mercede, tamen pecuniam dominicam dispensaret: quam licet malus, non malam, nec in utilem benè accipientibus faceret. Sequitur. Forma sacramenti datur per baptismum: forma iustitiæ per euangelium. Alterum sine altero non perducit ad regnum cælorum. Verumtamen perfectè 6 baptizare etiam minus docti possunt: perfectè etiam euangelizare multò difficilioris, & rarioris est operis. Ideò doctor gentium plurimis excellentior, euangelizare missus est, non baptizare: quoniam hoc per multos fieri poterat: illud per paucos, inter quos eminebat. Hæc ille. AVCTOR. His † quinque rationibus benè probat Augustinus eminentius esse prædicare, quàm baptizare. Primò, quia Paulus cùm erat eminentior cæteris, fuit missus euangelizare, aliis relictis baptizandi ministerio. Secundò, quia per euangelium fiebat Paulus pater Corinthiis, cæteri prædagogi. Tertiò, quia per euangelium da 7 tur iustitiæ forma: per baptismum forma sacramenti. Quartò, quia baptizare possunt minus docti, prædicare, non nisi periti. Quintò, quia prædicare paucorum est, & uirtus rara, baptizare complurium. Hic tamen non est dictum sacramenti huius administrationem esse opus laicale: nec Apollo laicus, qui baptizando rigauit, quos Paulus prædicando plantauit. Et in expositione eiusdem epistolæ in eodem loco, HAYMO. Magis electus est Apostolus ut euangelizaret, quàm baptizaret: quia plùs est euangelizare, quàm baptizare. Omnis enim, qui euangelizat, potest & baptizare: sed non omnis, qui baptizat, idoneus est euangelizare. In episcopo omnium ordinum dignitas est. Caput enim est cæterorum membrorum, Et apostolus, qui pontifex erat, omnes gradus ecclesiasticos in se habebat: ideoque baptizare, & euangelizare poterat: sed maximè prædicationi insistebat, sicut alii apostoli: discipuli verò eius baptizabant. Hæc ille. AVCTOR. Ecce non omnis, qui baptizat, idoneus est euangelizare: & ideo plùs est euangelizatio secundum quartam causam Augustini, & quintam. Sed quia dicis sacramentum esse opus laicale: tantum de baptismo legi, quòd fuit commune opus laicorum: sed in primitiuis ecclesiæ. Vnde consequenter subiicit ibi HAYMO. In primordio etenim fidei omnis fideles baptizabant: & non solum uiri, sed etiam mulieres, si quando necessitas imminebat. Sed ne tantum ministerium uilesceret, aut non rectè à simplicioribus impleretur, crescente numero fidelium per uniuersas ciuitates, & uillas, decretum est à sanctis patribus, ut tantum episcopus, & presbyter baptizent: & si necessitas fuerit, diaconi. Hæc ille. AVCTOR. Hic habes ecce baptismum opus saltem operatum à laicis: & habes statim propter causas per patres presbyteris reseruatum. Nec tamen diceres, si rectè proferres, opus laicale fuisse: sicut nec religiosè religiosus quisquã faceret, si tecum erraret. Ipsum enim errare, non est opus religiosum, quamuis religiosus aberret. Sic † disce mi Witcleff, rectiùs loqui: & dic baptizare non esse opus laicale, quamuis laicus baptizaret. Potest item haberi predicatio comparata ad ministrationem sacramentorum, sicut B actus sacerdotii potioris ad sacerdotium eò inferiùs. De quibus in Ezechiele figuraliter legitur. Et dixit ad me: Gazophylacium, quod respicit uiam meridianam, sacerdotum est, qui excubant in custodiis templi: porrò gazophylacium, quod respicit ad uiam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. In quem locum homil. ultima super Ezechielẽ, GREGORIVS. Priùs † nobis quærendum 7 est, qui sunt maioris ordinis sacerdos. Vtrum ii, qui in custodiis excubant templi: an ii, qui in ministerio altaris? Sed quia paulopost subditur: Altare erat ante faciem templi: apertè ostẽditur, illos esse maioris ordinis sacerdotes, qui in custodiis templi excubant: quia profectò in altari, quod est interius, ministrant. Hi autem, qui ad altare, quod ante faciem templi est, excubant, tantò inferiores sunt quantò in exterioribus ministrant. Quærendum ergo iam nobis est, qui sacerdotes sunt, qui templum custodiunt, & qui ad ministerium altaris excubare perhibentur. Magister gentium fidelibus scribens ait. Templum Dei Sanctum est quòd estis uos. Qui itaque sacerdotes sunt, qui templum Dei custodiunt, nisi ii, qui orando, prædicando, spiritualibus actibus inuigilando, sanctam ecclesiam à malignorum spirituum immissionibus, à prauorum suasionibus, ab hæreticorum erroribus defendunt? An non custos fuerat templi, qui laboris sui passiones enumerans, dicit, In labore, & ærumna, in uigiliis multis, in fame, & siti, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate? Et infrà. Sunt autem minoris ordinis sacerdotes, qui ad ministerium altaris excubant: qui uidelicet adiutorium peccata dilinquentium subtiliter inuestigant, & uitam carnalium corrigunt, atque adhoc usque perducunt, ut per lamenta pœnitentiæ quasi incendant

cendant carnem in sacrificio, quàm prius uiuere A ergo non ex fide, uel ratione potest deduci, qđ permiserant in peccato. Hæc ille AVCT. In hoc loco expositionis Gregorii, potes intelligere, quòd ab Ezechielis textu elicichat ad literã aliũ ordinem sacerdotii maioris, & alium minoris. Et de maiori ordine fuisse Paulum, qui templi custodiis excubabat: & cæteros hucusq; sacros antistites, qui orationibus & prædicationi plebis insistunt: de minori uerò cæteros sacerdotes 2 qui altari, exterius ante faciem templi deseruiũt & plebis reformationi per pœnitentiæ sacramẽtum, & per apertas correptiones, ut res petit, seipsos exercent. Videat nunc Witcleff utrum hoc ultimum sit opus laicale in signis iudaicis.

¶CONTRA WITCLEFF, IMPROBANTEM ORDINATIONES CLERICORUM PER EPOS. uolẽtemque, q interna spiratione Dei, clerici insensibiliter ordinentur. Cap. CXXIII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui ualidè molitur contra fidem sacramenti ordinis propter culpam ordinantis, confutatur.*

2 *Witcleff, quòd participet duplicem hæresim, Massilianorum uidelicet, & Achaicorum.*

3 *Apostoli quod formã sensibilis ordinationis à magistro suo Christo acceperant. Et quomodo Paulus instruat Timotheum, & plenam det ordinẽ ei regulam.*

4 *Sacerdotes omnes orthodoxi, quòd sint Christi, non episcopi eos ordinantis. Et qũo episcopalem gratiam det Deus per hominem quamuis prauum & simoniacum.*

5 *Forma apostolica pro sacerdotum ordinationibus.* 3

6 *Insufflatio domini in discipulos post dies paucos* C *suæ resurrectionis. Et quid per eam intelligatur secundum Augustinum.*

7 *Christus quod expresserit horam, uel formã qua suos Apostolos instituerit sacerdotes, contra Witcleff ostenditur. Et plura de hoc ibi.*

1 MOlitur † fortiter contra fidem sacramenti ordinis propter culpam præsulis ordinantis: tractatu de ordine christiano capite tertio. Hinc (inquiens) supponitur, q episcopi instituẽdo presbyteros, & fingendo, q dantur eis spiritum sanctum, non dicunt in hoc ueritatem euangelicam, siue fidẽ. Item secundo libro de sermone domini in monte. cap. 2. Error in homine ordinante posset esse tantus, q Deus non cooperaretur cum illo, dando ordines, quos sic fingit. Sequitur in fine. Cũ

Witcleff ostenditur.

Damascen.

1. Cor. 1. Haymo.

facium

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum est quodam tempore, quando exurrexit Donatus, & *Nouatus hæretici: qui quoscunq; poterant, ab ecclesia expellebant, & rebaptizabant, & dicebant, suos esse illos, & illi gaudebãt se appellari Donatistas, & Nouatianos. Hæc ille. AVCTOR. Vides unde Witcleuistarum hæresis de laudãdo sacramẽtũ, si susciperetur à melioribus, habet originẽ? Ab istis enim Achaicis primò fluxerat in Donatũ, & Nouatum: demũm p Nouatum serpsit in Witcleff. Quem fontẽ amarum per immissionem salis terræ, repurgat in uno riuulo Donatistarum. lib. 5. de unico baptismo contra Donatistas. ca. 20. AVGVST. dicẽs. Quomodo exaudit Deus homicidam deprecantẽ, uel super aquam baptismi, super oleum, uel super capita eorũ, quibus manus imponitur? Quæ tamen omnia fiunt, & ualẽt, etiã per homicidas? id est, per eos, qui oderunt fratres, & baptizant intus in ecclesia ipsa. Cùm dare nemo possit quod non habet, quomodo dat homicida spiritũsanctum, & tamen intus etiã ipse baptizat? Deus ergo dat ipso baptizante, spiritum sanctũ? Hæc Augustinus. AVCTOR. Hæc planè conterunt professionem Witcleff, hæc asserunt exaudire Deũ homicidã deprecantem super capita eorum, quibus manus imponitur: & per homicidã huiusmodi, dat Deus (inquit) spiritum sanctum. Nunquid sine fide, & sine ratione Augustini. hoc dixit? Et iterum tractatu. 5. super Ioannẽ AVGVST. Non exhorreat columba ministerium malorũ. Respiciat domini potestatem. Quid facit tibi minister malus, ubi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus præco, ubi beneuolus est iudex? Hæc ille. AVCTOR. Sed dic mi Witcleff, si non sit ex fide credendum, quòd Deus concurrit regulariter cũ prælato ordinare conante, & dare spiritum sanctum ordinatis, cur forma traditur manus impositionis, & nõ precibus mysticis? Si ista sit forma sufficiens, cur non habebit effectum? Et hoc cõsequenter declinat prædicto loco de sermone dñi in monte. Catholici (inqt) credũt, q propterea Christus horam, & formã, qua suos apostolos ordinauit episcopos, non expressit. ca. 2. de Papa. Videtur mihi uanum nimis discutere, quando apostoli baptizabantur, ordinabanẽ sacerdotes, uel sacramenta alia ministrauerant, siuè receperant, ultra quod est in euangelio *expressatum. Sciuit. n. Christus, q infideles christiani signa quærentes, ad sacramenta sensibilia, dimissa re sacramenti, nimis attenderent, iõ de ministerio sacramentorum huiusmodi fecit modicam mentionẽ. Sed (ut ego credo) insensibiliter sine sacramento sensibili, tanquàm primus magister, ordinauit suos apostolos sacerdotes. Hæc Witcleff. AVCTOR. Videtis quomodo contra sensibilem ordinationem arietat, & infideles

*Nouatiani.

Augustin. To. 7.

De Conf. d. 4. c. Quoma de Dom.

Augustin. To. 9.

Wicleff.

*expressum.

A signa quærentes, quę in eis *credunt, Christianos appellat. Sed † pro ordinatione cur apostoli formam sensibilis ordinationis inuenerant, si non à magistro suo Christo ipsam acceperant? Paulus & Barnabas manus impositionem sub prece mystica tunc suscepérant, cũ fiebant apostoli. Septẽ item diaconis cum ordinarentur, orantes apostoli manus imponunt. Apostolus item Paulus super hac re instruens Timotheum, dat ipsi regulam plenã cum dicit, Noli negligere gratiã, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cũ impositione manuũ * presbyteri. Quam exponens super eadem epistolę parte AMBRO. ait. Intentũ vult hunc esse, & deditum exercitio lectionis, ut omni cura, diligentiaq; hoc enitatur, ut exhortetur, & doceat. Et infrã. *Nõ enim poterit facere, q nec docere dignatur. Gratiam tamẽ dari ordinato per prophetiam & manuum impositionem. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Manus impositionis uerò uerba sunt mystica: quibus cõfirmatis ad hoc opus electus, accipiens auctoritatem, teste conscientia sua, ut audeat uice domini Iesu sacrificium Deo offerre. Hæc Ambrosius. AVCTOR. Perpẽde singula ut scribuntur. Monet apostolus Timotheum, ut exhortetur, & doceat: quia nõ potest facere, q nec dignetur docere, dicit Ambrosius. & subiungit. Gratiam tamen ordinato dari per prophetiam, id est, probationem, aptitudinis ꝑ futuro, & manuum impositionem cum precibus institutis, Nota q dicit, gratiam tamen dari ordinato. Quid refert tamen? hoc quod statim præ dixit, & si ordinans non dignetur docere. Si trãsgressor fuerit episcopalis officij, si negligens, si torpens, & præuaricator existens sponsionis factæ, tamen *per gratiam traditur ordinatis, quia Dei est ordinatio, non hominis ordinantis, sicut dixerunt Achaici de baptismis, Ego sum illius, aut eius. Nec dicit quisquàm catholicus, Ego sum presbyter Ioanninus, aut Petrinus, quia à Ioanne ordinatus, uel Petro. Sed omnes presbyteri Witcleff, dicuntur propter hæresim Witcleuistæ. Orthodoxi † oẽs sacerdotes sunt Christi, quia quocunque ordinante, siuè bono, siuè malo, ordinatis Christus infundit gratiam per seipsum. *Et in suo pastorali, quod est de obseruantijs episcoporum *, uersus finem AMBROSIVS, Semel adijciens fratrem perquiro episcopum, nè quid à probamentis ueridicis prætermissum esse uideamur. Quis dat episcopalem gratiam? Deus, an homo? Respõdes sine dubio, Deus, sed per hominem tamen dat Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dextram, & Deus benedicit potenti dextera. Episcopus initiat ordinẽ, & Deus tribuit dignitatẽ. O iustitia, ò æquitas? Si hoi pecunia

1. Tim. 1.

Hieron. Ad Ocean.

1. Tom. 1. Idem.

Ad Rusticum Narbonen. ep.

Ambros. To. 4. cap. 5.

datur, qui nihil in ordine ampliùs operatur, nisi A solum seruitium, quod ei creditur: cur Deo totum negatur, qui per ipsum, ordinem tibi largitur? Iustum ne tibi uidetur, ut seruus honoretur, & dominus inuidiam patiatur? Et iniustè accipiat sacerdos pecuniam, & Deus patiatur ab homine iniuriam? Hæc ille. AVCTOR. Hic ecce supponit Ambrosius episcopũ simoniacũ, & qui pro ordinando accipiat iniustè pecuniam hoc non obstante, dicit, quòd per ipsum Deus largitur & odorem: & satis perspicuè de certo, quid facit ibi episcopus, & quid tribuit Deus. Signa item quod Paulus dixit, Timotheum accipisse gratiam ordinationis per probationem suam, & impositionem manuum. Ergo paulus ordinauit episcopum cum sensibilibus signis, & uerbis. Quod item signauit infrà dicens, secundæ ad Timotheum primo. Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, scilicet, ad episcopatum, dicit HIERONYMVS. Et hanc formam consecrandi presbyterum, uel episcopum tradidit Timotheo: ponderans semper probationem ordinandi, & impositionem manuum suarum. 1. ad Timotheum. 5. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Vbi in annotationibus suis Hieronymus: Manus citò nemini imposueris, nisi talem inueneris, qualem dixi: neque communicaueris peccatis alienis, ut non probatus, fuerit ordinatus. Hæc ille. AVCTOR. Et in expositione eiusdem epistolæ super illum locum AMBROSIVS. Sub testatione ergo ea, quæ ad ordinationem ecclesiæ mandat custodiri, præcipit nihil fieri sine præiudicio: nè facile aliquis accipiat ecclesiasticam dignitatem, ni si prius de uita eius, & moribus fuerit disputatum, ut dignus approbetur minister, aut sacerdos constituatur. Vt non postea, si reprehensibilis uideatur, pœniteat fortè principem populi non ad liquidum præiudicasse quid mereretur quem improbabiliter ordinauit. Nec illum cuius peccata ad suspitionem ueniunt, ordinandũ, nè cõmaculetur ordinator uitijs, & delictis eius. Si ergo omnino latentia sunt delicta, immunis erit rector, quia cõscientia eius libera est. Suspicio enim trepidum facit. Peccat enim si non probat, & sic ordinat. Hæc ille. AVCTOR. Hæc † est forma apostolica pro ordinationibus sacerdotum, probare, & deinceps manuum impositione ordinationis gratiam ministrare. Hanc custodiendam Timotheo commendat: non simpliciter, sed sub testatione. Testor (inquiens) coram Deo, & Christo Iesu, & electis angelis, ut hæc custodias, sine præiudicio nihil faciens in aliam declinando partẽ. Attende molẽ cẽsuræ, pondus auctoritatis adiectæ, ut hæc Timotheus non uariet instituta. Hæc, inquam, quę statim infert. Manus cito nemini imposueris. Sic suprà dicit Ambrosius. Subtestatione ea, q ad ordinationem ecclesiæ mandat, præcipit custodiri. Non est ergo leuis iniuria, hanc apostolicam legem de ordinando contemnere. Ad manus ergo impositionem episcopi necesse est ueniat ordinandus, ad mentem Pauli, sic miungentis episcopo, Manus cito nemini imposueris. Aliter si uita sancta, & iusta, & sequi Christũ in moribus per insensibilem ordinationem Christi, quàm quisque sibi finget, secure efficit sacerdotem: quid monet Paulus episcopũ, ne citò manus imponat? quid iubet probare primùm ordinandos, & tunc ministrare permittere? Quomodo certificare potuerit Timotheum, quòd habuerit gratiam ordinationis episcopi per prophetiam, id est, per probationem suam, q̃ esset bonus pastor futurus: & per impositionem manuum suarum? Vincitur ergo planè, uincitur hostis ecclesiæ Wircleff, quia iuxta regulam istam apostoli, nemo ordinatur episcopus, uel sacerdos, aut item diaconus quantumcunq; sublimatus, & idoneus insensibiliter reputatus à Christo: nisi sensibiliter institutus ab episcopo, & impositione manuum eius ordinationis gratiam sensibiliter cõsecutus. Quæ item gratia regulariter ministratur, quia alioquin exceptionẽ eius apostolus intimasset. Maximè cùm sit tàm regulare, & publicum sacramentum, quod sine exceptione Christus instituit: ut cùm secundùm legem suam quis regulariter ordinatur, gratiam ordinationis regulariter consequatur. Vnde lib. de quæstionibus noui & ueteris testamenti. cap. 93 AVGVSTINVS. Illud † autem, quòd insufflasse in discipulos dominus legitur post dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse, Accipite spiritum sanctum: ecclesiastica potestas intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione dominica per spiritum sanctum aguntur: idcirco cùm regula eis & forma traditur huiusmodi disciplinæ, dicitur eis, Accipite spiritum sanctum. Et quia uerè ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens *, Cuius remiseritis peccata, tenebuntur. Si cuius remiseritis peccata, remittuntur eis. Inspiratio ergo hæc quædam gratia est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Vnde apostolus dicit ad Timotheum. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, ut de cætero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse crederetur. Sicut enim in saluatore forma data est uisibiliter, ut post baptismum spiritus sanctus credentibus de cætero inuisi-

Aug. To. 4. Io. 20.

1. Tim. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

biliter dari non ambigeretur: ita & in supradicta causa forma data est in principio, ut ex eo traditioni ecclesiasticæ spiritussanctus infusus credatur. Hæc ille. AVCTOR. Gloria tibi trinitas: quæ sic inspirasti tuum seruulum Augustinum, ut sub eius calamo plenè stemus instructi qualiter uera fides sacramenti contra patrē mēdacij, iu filiolo eius Witcleff, pleno robore perseueret. † Vbi iam mendacium Witeleff, q̄ dixit Christum non expressisse horam uel formā, qua suos apostolos instituit sacerdotes? Augustinus planè signat horam, & formam. Horam, quando post paucos dies resurrectionis peractę insufflauit discipulis. Formam, quando insufflādo dedit eis gratiam spiritussanctī, dicens. Cuius tenueritis peccata &c. Et ideo (inquit) adhuc cum ab episcopis regula & forma traditur ordinatis, dicitur eis, Accipite spiritum sanctum, q̄ omnia in traditione domini per spiritum sanctū agnntur. Et hæc inspiratio est gratia quædam, non quidem gratum Deo faciens, sed ut commendatiores habeantur, inquit Augustinus: secundum illud, Noli negligere gratiam &c. Hanc item gratiam semel datam dicit: ut de cætero semper ut ordinatione dari non ambigeretur, seu dubitaretur. Et probat hoc de utroque sacramento confirmationis, & ordinis, dicens. Forma data est in principio: ut ex eo traditioni ecclesiasticæ spiritussanctus infusus credatur. Necessario ergo perfidus est, apud quem non tantum non creditur, sed negatur: non tantum datio gratiæ, sed & forma dandi: quam etiam uisi biliter dedisse, & sic sensibiliter saluatorem affirmat, sic per insensibilem dationem suam, & precationem priuatam sui Massilii Witcleff nobis unum suæ ordinationis ignarum consecret sacerdotem: sicut subtili schemate simul ridet eos, & arguit, exponens illum textum Esaiæ 58. Si abstuleris de medio tui catenam, in commentario lib. 16. HIERON. inquiens. Plerique nostrorum ad ordinationem hoc referunt clericorum, quæ non solùm ad imprecationem uocis, sed ad impositionem impletur manus, nè, scilicet (ut in quibusdam risimus) uocis imprecatio clandestina clericos ordinet nescientes. Qui sic intelligunt, assumant testimonium Pauli scribentis ad Timotheum. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Non est enim peccatum leue mittere margaritas ante porcos, & sanctum dare canibus, & ordinationem clericatus nequaquam sanctis, & in lege Dei doctissimis, sed assectis suis tribuere, & uilium officiorum ministris, quodq; his dedecorosius est, mulierculārum precibus. Hæc ille. AVCTOR. Hic habes, quòd non ad imprecationem uocis solam, sed etiam ad impositionem manus sacramentum ordinis adimpletur: & sic omnino per sensibile signum. Et se risisse dicit, q̄ uocis imprecatio clandestina, clericos ordinet nescientes. Quanto magis insensibilis motio arbitrata esse per eum tantum, qui se ingereret esse spiritussanctī? Quis nisi puer insensatus talia diceret? Qui enim inter homines sensibiliter ministrabit: necesse est propter homines sensibiliter ordinetur. Ita enim dominus Iesus instituit: ita apostoli omnes ordinationis formam tenebant, & Paulus regulam a postolicam tradidit Timotheo. Et ita quoque discipulis eius DIONYSIVS in 5. capi. Ecclesiasticæ hierarchiæ describit ordinationem seorsum episcopi, aliorsum presbyteri, dicens. Hierarcha ad hierarchica ductus, ambos pedes inclinans ante diuinum altare, super caput habet tradita a Deo diuina eloquia, & hierarchicam manum. Et hoc modo a perficiente ipsum hierarcha sāctissimo inclinationibus perficitur. Sacerdos autem ambos pedes inclinans ante altare, super caput habet hierarchicam dextram, & hoc modo a perficiente ipsum hierarcha sanctificis inuocationibus sanctificatur. Minister uero unum pedem inclinans ante altare, super caput habet perficientis ipsum hierarchæ sinistram. Vnicuique ipsorum autem cruciformis signatio fit a perficiente hierarcha, & secundum unumquenque precatio fit, & perfectiuum oleum oculante omni sacerdotali uiro præsente, & perficiente hierarcha eum, qui ad aliquem doctorum sacerdotalium ordinum erit perfectus. Hæc ille. AVCTOR. Quæ ideirco iam adducta sunt, ut sciri posset, apostolica forma traditionis ordinum esse in signis sensibilibus: ubi etiam planè patet à tempore apostolorum semper fuisse distinctos gradus episcopi, & sacerdotis, simul & correspondisse eis formas in consideratione distinctas. Quid autem unumquodque signum denuntiet, ipse Dionysius exponit, maximè de manus impositione quid significet, dicens. Hierarchæ autem manus impositio simul quidem manifestat perficientis principalem protectionem, sub qua sicut pueri sancti circunsepiuntur. THOMAS. Impositio uerò manuum episcopi significat, quòd Christus eos, quos perficit, principaliter protegit tanquam pueros, & custodit paternè, ipsis impartiens habitum, & uirtutem sacerdotalem, & conterens contrarias uirtutes. Hæc ille.

Augustin. Laus

Esa. 58.
Hier. To. 5

1. Tim. 5.

Matt. 7.

¶ DE PRAELATIS PRAESCITIS perpetuò suspensis ab officio ordinandi, iuxta Witcleff qualiter sentiendum, & loquendum. Cap. CXXIIII.

SVMMA.

1 *Sentiendum qualiter sit, & loquendum de prælatis præscitis perpetuo ab officio ordinandi suspensis iuxta Witcleff, & quid super hoc dicāt Augustinus, & Bernardus.*

2 *Author quid dicat de sophistico casu Witcleff de præscito, quod in illo casu ponitur, in quo non potest beatitudinem promereri. Et quomodo hoc sit secuius, quam quod Pelagius intulerit.*

EST alterum secretum, quod Witcleuistæ sibi cōseruant, ut illuc fugiant, tanquam ad arcem in necessitate turistissimam, præscientia ipsa Dei. Inter sermones epistolares, sermone 6. Secunda conclusio. Prælatos præscitos Deus suspēdit perpetuo, tam ab officio, q̄ a beneficio, quod occupant in ecclesia militante. patet sic. Quicunque tales p̄lati, iniustè faciunt extra gratiam prædestinationis quicquid fecerint: sed Deus suspendit de iure suo quemcūque in illo casu positum, quo nō posit beatitudinem promereri: ergo conclusio uera. AVCTOR. Hæc est spes illorū, hanc rationem erroneam ab eorum cordibus nemo tollit. Si quis assumptas propositiones repellat, confirmant ex hoc, quod sequitur. Nam constat ex fide, quòd quilibet præscitus in illo casu poni tur, in quo ex Dei absoluta potentia non posset beatitudinem promereri: quia aliter foret possibile præscitum esse beatum. Hæc Witcleff. AVCTOR. Indubiē hoc non tantum constat ex catholica fide, quantū constat ex sophisinate. Nec tantum ex sensu euangelico, quantum pēdet ex sensu composito. Quia ut puer didici, si sic concluderes, aliter præscitum aliquem posibile foret esse beatū, concederent hoc fideles. Sed soluamus logicam, & festinemus ad fidem. Soluitur enim, si propositio sancti Ioannis in medium cō feratur. 1. Ioannis. 3. Omnis qui natus est ex deo non facit peccatum, quia semen eius in ipso manet: & non potest peccare, quia ex Deo natus ē. Proni essent Witcleuistæ exponere semen illud de gratia prædestinationis diuinæ, & natiuitatē de amore Dei actuali cum beneplacita uoluntate, ut sic confici posset, quòd nullus prædestinatus ad uitam, posset peccare ad mortem. Sed absit sensibus nostris hæc hæresis. Primo, quia si q libet non potest peccare natus ex Deo, quomodo idem Ioannes hic dicit, si dixerimus q̄ peccatum non habemus, ipsinos seducimus? Peccatum ergo habet, qui non potest peccare. Qui nō potest peccare natu, peccatum habet in actu. Sic prædestinatus, qui ex hoc habet, ne peccare possit finaliter, potest peccare finaliter. Qualiter præscitus ex malo suo est decessurus in crimine: potest tamen, si uelit, auxiliante Deo, non sic decedere. discutiens autem hoc dictum sancti Ioannis *homilia. 5. super illam canonicam, AVGVS. Est (inquit) non parua quæstio, quomodo dicat in ista epistola. Qui natus est ex Deo, non peccat. Et quomodo in eadem epistola superius dixerit. Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quid facturus est, quem utrumque sermo ex eadem epistola in medio coarctauit? Et bene post, soluit dubium. Fortasis (inquit) secundum quoddam peccatum dixit, non peccat non secundum omne peccatum, ut quod ait, Qui natus est ex Deo non peccat, certum quod dam peccatum intelligas, quod non potest admittere homo, qui ex Deo natus est. Sequitur. Quod est hoc peccatum? facere contra mandatum. Quod est mandatum? Mandatum nouum do uobis, ut uos diligatis inuicem. Hæc ille. AVCTOR. Hæc expositio ualet ad fidem. Quantum autem ad logicam, & uersutiam refellendam: ut modo paulò prædiximus in lib. de natura & gratia cito post principium, idem AVGVS. Illud, inquit, quod dictum est, non potest peccare, pro eo dictum esse, ac si diceretur, non debet peccare, non improbāda mihi uidetur huius assertio. Hæc ille. AVCTOR. Sic super prædictam canonicam Homilia. 4. exponens hunc textum. Omnis qui manet in ipso, non peccat. AVGVSTINVS. Inquantum (inquit) in ipso manet, intantum non peccat. Hæc ille. AVCTOR. Et in sermone de septuagesima, qui incipit. Magna mihi consolatio. BERNARDVS. Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, id est non permanet in peccato, conseruat illum, ut peccare non possit ea, quæ falli nō potest, generatio cælestis. Sequitur. Sed generationē illā quis enarrabit? Qui pōt dicere, Ego de electis sū, ego de prædestinatis ad uitā æternā? Et infra. Propterea data sunt signa quædam, & indicia manifesta salutis, ut indubitabile sit eum esse de numero electorū, in quo ea signa permanserint. Hæc ille. AVCT: Ecce Bernardus dicit, nō peccat, id est, non permanet in ipso peccato. Et quānis exponat illam generationem cælestem de prædestinatione, quæ conseruat hominem, ne peccare possit, hoc dicit tamen sub conditione prædictæ permanētiæ, quæ indubitabiliter respicit patriam. Sic enim concludit, indubitabilem cum esse de numero

Pelag.

Witcleff.

Witcleff.

1. Io. 3.

Augustin. tract. 4.

Augustin.

Bernardus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mero electorum, in quo ea signa permanserunt, id est, quandiu permanserint. Non absolute pronuntiat eum peccare nunc, aut hoc finaliter esse impossibile, sed non sic, id est; permanenter usque in finem posse peccare, in quo ea signa permanserint. Et sub alijs item terminis eándem auctoritatem Ioannis exponit similiter dicens, Non peccare in spe, & respectu filiationis Dei futuræ quãuis peccet iam, & filius seculi sit in re. Et. 2. li. de *baptismo paruulorũ. ca. 8. AVG. In cæteris uero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filii Dei. Re autem ipsa: quia nondum salui, ideò nondùm plenè innouati, nõ dum etiam filij Dei, sed filii seculi. Proficimus ergo in renouationem, iustamque uitam. Per quod filii Dei sumus, per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur, etiam illud, per quod adhuc filii seculi sumus. Per hoc enim & peccare adhuc possumus. Ita fit, ut & qui natus est ex Deo, non peccet, & si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & ueritas non sit in nobis. Consumetur ergo quod filij carnis, & seculi sumus: & perficietur quod filii Dei, & spiritu renouati sumus. Hæc ille. AVCTOR. Benè conuenit expositioni eius priori. Inquantum in Christo manet, intantum non peccat: quia intantum filius Dei est. Nec tamen excusat eum a toto, quia inquantum filius seculi est, peccat, & peccare potest. Quòd si hoc etiam potest prædestinatus ad uitam, non obstante salutionis instantia, cur non sic dicam, præscitum meritoriũ quicquam posse facere, quanuis sit præscitus ad pœnam? Non tamen propter logicos dicam sic absolutè facturum in finem stante præscientiæ suę nota, sed quòd sic absolutè possit mereri, etiam usque in finem, opitulante Dei gratia. Horrendum nimis conseo, imputare quocunque modo clementissimo domino nomen implicans causã æternam damnationis humanæ. Idem quoque uidetur dicere. Iste homo saluari non põt: nec quicquam operari meritorium uitæ æternæ propter notam præscientiæ, quam contrahit ex Deo uero. Sicut quod Manichæus erranter dicit, omnem hominem secundùm carnem originem ducere de diabolo: cum non sic faciat, nisi imitatione, secundùm illud Ioannis, Qui facit peccatum ex diabolo est. ubi BEDA. Qui facit peccatum, ex diabolo est, non carnis originem ducẽ do ex diabolo, sicut Manichæus impiissimè de cunctis credit hominibus, sed imitationem, uel suggestionem peccandi sumendo ab illo. Hæc ille. AVCTOR. Hæc † dico pro sophistico casu Witeleff de præscito, quòd in illo casu ponitur, in quo non potest beatitudinem promereri. Certum est in eo casu, ut suprà, inquãtum est permansurus ad mortem, & ut est filius seculi, & non filius Dei: & tamen in eo casu ponitur, inquo potest beatitudinem promereri, quia est liberi arbitrii, & potest mereri gratiam Dei: quia præscientia ipsa (ut suprà dixi in primo libro) non plus necessitat eum, siue causat ad demerendum finaliter, quàm mea memoria, uel meus intuitus. Vnde tertio libro de libero arbitrio ca. 3. AVG. Non (inquit) quia Dei præscientia est, necesse est fieri quæ præscierit: sed tantummodo quia præscientia est: quæ si nõ certa prænoscit, utique nulla est. Quia (nisi fallor) non continuò tu peccare cogeres, quem peccaturum esse præscires, neque ipsa præscientia tua peccare eum cogeres, quanuis sine dubio peccaturus esset. Hæc ille. AVCTOR. Præter hos enim errores, quos sustinet error item uerbi Witeleff, & modus diræ locutionis in hac re est simplicibus ultra modum sæuus, & pijs indomitus, ut patere potest uidenti quinque errores loquentium in materia de præscientia, & prædestinatione, quos in libro de bono perseuerantiæ uersus finem rectificat Augustinus. Quando. n. dicit omnem præscitum esse in illo statu, in quo ex dei potentia absoluta non potest mereri beatitudinem: quid sequitur, nisi quicquid fecerit, siue bonum, siue malum, saluus esse non poterit? Hoc autem sæuius est, quàm quod intulit Pelagianus quisquam, dicens siue talis currat, siue dormiat, quod eum præsciuit, qui falli non pot, hoc erit. Currit, intelligit forma dicentis Apostoli. Sic currite, ut comprehendatis. At AVGVS. Redargui (inquit) uidetur præsciẽtia dei, quam certe negare non possunt, si dicatur hominibus, siue curratis, siue dormiatis, quod uos præsciuit qui falli nõ potest, hoc eritis. Doloſi autem, uel imperiti medici est, etiam utile medicamẽtum sic alligare, ut aut non prosit, aut obsit. Sed dicẽ dum est, sic currite ut comprehendatis, atque ut ipso cursu nestro ita uos esse præcognitos noueritis, ut hominis segnitia repellatur. Hæc ille. AVCT. Magis durum est uerbum Witeleff, dicentis, etiam de potentia Dei absoluta saluus esse non poterit, quam quod Deus præsciuit, hoc erit. Hoc enim secundum quanuis durum est, tamen uerum est. Primum autem non tã sæuum est, quam hæreticum: ideo nec dicendum: non tantum, ut hominis segnitia repellatur, sed etiam, ne fides catholica dispendium patiatur.

*de peccatorum meritis. & remiss. ad marcel. Aug. To. 7

1. Io. 3.

2

¶QVOD GRATIA PRAEDESTINationis non est dicenda de ecclesiastico more: sed non prædestinati uerè conficiunt, & uera sacramenta ministrant. Cap. CXXV

SVM-

SVMMA.

1 *Gratia prædestinationis quod non sit dicenda de ecclesiastico more.*
2 *Gratiæ, & prædestinationis differentia ex Augustino. Et quomodo separet unum ab altero.*
3 *Vocatio, iustificatio, glorificatio, quod fiant in nobis, prædestinatio autem nostra in Deo.*
4 *Responsio ad dictum Witeleff, prælatos præscitos Deus suspẽdit perpetuo tam ab officio quã a beneficio. Et quomodo sit falsum, Augustini authoritatibus ostenditur.*

Aug. To. 7

Witeleff

SED transeamus ad primum, ubi dicit, ꝙ prælatos præscitos Deus suspendit perpetuo, tam ab officio, quàm a beneficio. Probat hoc, quia quicũque tales præleti, iniustè faciunt extra gratiam prædestinationis quicquid fecerint. Primo sciendũ esset, quid gratiam ipsam prædestinationis esse
1 uelit. Ecclesiasticæ locutionis formam non sapit, gratiam prædestinationis prædestinationẽ describere, cum gratia potius sit prædestinationem consequens ut effectus. Certificat nos circa medium primi libri sui de prædestinatione sanctorum melior theologus AVG. Quod dixi salutem religionis huius nulli unquàm defuisse, qui dignus fuit: & dignum non fuisse cui defuit, si discutiatur, & quæratur unde quisque sit dignus, non desunt qui dicant, uoluntate humana. Nos autem dicimus, gratia, uel prædestinatione diuina. Inter † gratiam porro, & prædestinationem, hoc tantum interest, quòd prædestinatio est gratiæ præparatio. Gratia uerò, iam ipsa donatio. Quod itaque ait Apostolus. Non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipsius. n. sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis gratia est. Quod autem sequitur. Quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus. prædestinatio est, quæ sine præscientia non potest esse Potest autem sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus. Vnde dictum est. Fecit quæ futura sunt. Præscire autem potens est etiã, quæ ipse nõ facit, quæcũque peccata. Sequitur. Quo circa prædinatio Dei, quæ in bono est gratiæ, ẽ, ut dixi, præparatio. Gratia uero, est ipsius prædestinationis effectus. Hæc ille. AVCTOR. Planè separat prædestinationem à gratia, tanquàm causam ab effectu. Ignarus ergo Witeleff probatur huius fidei almæ prædestinatonis diuinæ quando uocat eam gratiam, cùm non sit gratia, 3 nisi data. Quanquam dicat supra in sermone. 5. ꝙ inter gratias, gratia prædestinationis est potior, cum Deus quemcunque prædestinatum sẽper æquè diligit, licèt sit uarietas in dilecto, & ab illa gratia nemo potest excidere, sicut nemo põt desinere esse prædestinatus à Deo, licèt ex infinitate libertatis diuinæ multi, qui de facto sunt prædestinati, possunt esse non prædestinati. & posit. & sic est duplex gratia. Vna subiectiuè in Deo, quæ est Deum creaturam rõnalem gratis diligere, & illa est æterna. Alia est autem subiectiuè in creatura rõnali, quæ est illam esse gratam Deo, & omnem talem gratiam oportet incipere, & a priori gratia mensurari. & sic quidam intelligũt illud Ioannis primo. De cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Hæc Witeleff. AVCT. Istam locutionem pro parte fustineo, si pacisceris in modo loquendi cum ecclesia, si conueneris Augustino. Ipse. n. Augustinus hac utitur logica, ut nolit uitam æternã, uel aliud quicquam dici gratiam, nisi ei, cui datur. Vt ergo est in Deo tãtummodo subiectiuè, qualiter erit gratia? Et ideo utranque gratiam exponit in creatura subiectam, ubi dicitur gratiã pro gratia. libro de gratia & libero arbitrio, * bene ante medium. AVGVST. Itaque charissimi uita bona nostra nihil aliud est, quàm Dei gratia. Sine dubio & uita æterna, quæ bonę uitæ reddi-
tur, Dei gratia est. & ipsa enim gratis datur, quæ gratis data est illi, cui datur. Sed illa, cui datur, tantummodo gratia est, hęc autem, quæ illi datur quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tanquàm merces pro iustitia, ut uerũ sit, quoniam uerum est, quòd reddet unicuiq; Deus secundum opera eius. Vtrum autem legerimus in libris sanctis gratiam pro gratia, forsitan quæritis: sed habetis euangelium secundum Ioãnem tanta luce clarissimum, ubi Ioannes Baptista de Domino Christo dicit: Nos autem ex plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Ex eius itaque plenitudine accipimus pro modulo nostro tanquàm particulas nostras ut benè uiuamus, sicut Deus partitus est mensuram fidei: quia unusquisque propriũ donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic, & ipsa est gratia. AVCTOR. Attende quid dicat, ideo (inquit) est gratia, quia gratis datur, cui illa datur, & illa, cui datur, tantummodo gratia est, & ex plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia, quia proprium donum habet, unusquisque: & ipsa est gratia. Cum ergo sit tantum illi gratia, cui datur, quomodo erit gratia illa prædestinatio, quam subiectiuè ponis in Deo? Et re uera non in nobis, sed in Deo est occulta. Iuxta quod idem AVGVST. habet super psal. 150. in tractatu ubi dicit. Prædestinatio † nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius præscientia. Tria uero reliqua in nobis fiunt: uocatio, iustificatio, glorificatio. Vocamur prædicatione pœnitentiæ. Sic enim cœpit dominus

1

B

*ca. 8

Aug. To. 7

Apo. 22. ca 9

Io. 1.

Eph. 2.

C

Aug. To. 8

† Alias ꝓ sententia.

 euangelizare

Universidad de Deusto
Biblioteca

euangelizare. Agite pœnitentiam, appropinqua
Lu.3. bit enim regnum cælorum. Iustificamur in opere misericordiæ, & timore iudicij. Sequitur. Glorificati transimus in uitam æternam. Hæc ille.
AVCTOR. Eccetria ultima in nobis fiunt, prædestinatio sola in Deo. Non est autem gratia nisi in uobis, iuxta præcedens, non est ergo p̃ destinationis gratia ut est in Deo solo, imò bene distinguitur ab omni gratia, sicut ab effectu ut primò diximus omnium. Cõsonat autem Au
Io.8. Chri.To.3 gustino tractans hunc textum Ioannis. Nullius potest uenire ad me, nisi fuerit ei datũ desuper à patre meo. CHRISO. Non turbant me, neq; stuporem inferunt, qui non credunt. Noui hoc desuper antequam factum esset, noui quibus dedit pater. Cùm autem audieris quoniam dedit, non prædestinationem simpliciter existima, sed illud crede, quoniam qui tribuit seipsum dignũ ut accipiat, ille susscepit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce datum patris non uult Chrysostomus existimare prædestinationem. Omnis enim gratia datur, secundùm prædicta Augustini. Illa ergo, quæ est secundum te subiectiuè in Deo, non est gratia prædestinationis. Illa autem, quæ est subiectiuè in creatura data ipsi, non est prædestinatio, quia non datur, secundùm utrunque doctorem. Falsa ergo est distinctio per te data de duplici prædestinatione, data, & non data. Dignitas ergo huiusmodi prælati quò ad Deum, & religionis suæ salutem aptius attendatur, sicut distinguit Augustinus, penès gratiam, ut prædestinationem diuinam, quàm penès prædestinationis gratiam. Et quid infert? Quod prælatos præ
Wicleff. scitos Deus suspendit perpetuo, tàm ab officio, quàm à beneficio. Cur hoc? Quia iniustè facit quicquid facit extra gratiam prædestinationis. Supponatur ita esse. Sed nunquid si faciat, factũ C est quod prætendit? Aliud est enim non facere, aliud non benefacere, quod facit tamen. Mouet hoc dubium in posteris, & respondet. Ex isto
Wicleff. musitant, quidam, tàm de seipsis, quàm prælatis aliis, si uerè conficiunt, uel sacramenta aliqua administrant. Ad quod solebam dicere, quòd sicut fidelis non debet de talibus nimium musitare, sic non debet partem affirmatiuam talium ut fidem accipere, sed circa fidem ex bonis operibus, uel malis partem sequentem tanquam probabilem reputare. Quia certus ſum, quòd nec authoritas, nec ratio, subducta reuelatione, necessitat ad unam partem disiunctiuæ, uel aliam. Hæc Witeleff. AVCTOR. Sub obscuris terminis, quantum uidetur, abscondit Donatum. Ecce dubium est istud. Si musitantes isti, cæterique prælati uere sacramenta conficiunt, uel ministrant. Respondet, aut non respondet, quando sicut musitare prohibet ita partem affirmati

A uam, quòd scilicet uerè conficiunt, uel at accipere tanquàm fidem. Ratio, quia ipsorum prædestinatio non est de fide, si sint prescīti cum sint suspensi, nihil faciunt. Quid ergo? ex bonis operibus (inquit) uel malis debet partem sequentem tanquàm probabilem reputare. Quam partem? q̃ scilicet sacramentum conficiunt, siue non. Iam prodiit Donatista, tam uenit à tenebris, quòd ex uita sua bona, uel mala sacerdotes Christi faciunt sacramenta. Et redit hæresis Corinthiorum, ut unusquisque dicat ordinatus ab isto uel illo, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, & hoc est eucharistia mea, illa mea, quoniam uita
4 hominis est in causa. ¶ Adhuc † ordiamur à primo, unde in hanc uoraginem lapsi sumus, & ordinate ueniamus ad ista. Prælatos (inquit) præscitos Deus suspendit perpetuo tam ab officio, quàm a beneficio. Quare? quia iniustè facit B quid facit prælatus extra gratiam prædestinationis. Toleremus ista: petenies interea, si Cain nõ genuerit filios, & filias, ut scriptura Geneſis asseuerat? Aut ipsi non erant uere filij hominum, quos genuit Enoch filius eius Arad, & Irad, & reliqua generationis eius sequela Malael, Lamech & Tubalcain principe, fabrorum in ære & ferro? Nunquid istum inter præscitos suspendit Deus perpetuo, tàm a propagando officio, quàm a beneficio succedendi? Et quia iniustè fecit Cain quicquid fecit extra gratiam prædestinationis, idèo penitus nihil fecit, non ædificauit primas ciuitatem, non obtulit domino fructus terræ, & cætera, quæ scriptura commemorat? Sic Esau non est in benedictione paterna a fratre præuentus: non luctabatur in utero, non regnauit in Edom in montibus Seir, non cõstituit duces mul
Gen.36 tigenas imperante in terra Seir, priusquam reC ges haberet filij Israel, quia præscitus erat à domino? Esau enim dominus odio habuit, Iacob dilexit. Si dicat nos extraneare materiam, quia sensibiliter eum infringimus: placeat, ut per spiritualia procedamus. Primoque dicat utrum di
Mal.1. Rom.9 uinus Balaam uerã edidit prophetiam de Christo, dicens. Orietur stella ex Iacob, & consurget uirga de Israel, & cum quinquies prophetauit in Israel, quamuis iniustè fecit quicquid fecit extra gratiam prædestinationis. Et Caiphas nonne uere exercuit pontificatus officium prophetando de morte domini saluatoris? Et die mihi cur non uere sacrificauit, secundum officium, si cur ueraciter prophetauit? Quia si hoc concesseris sacerdotibus ueteris testamenti præscitis, quod non nihil faciunt, immo quòd uerè sacrificant extra gratiam prædestinationis, iniuriarum restat nobis actio, si nostris negaueris. Ideo. 4. de baptismo contra Donatistas. ca. 18. AVGVSTIN. Nunc ergo quæritur, quomodo potuerũt homi-
Aug.To.4

Eph.5. homines ex parte diaboli pertinere ad ecclesiã non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, de qua etiam dictum est, Vna est co
Cant.1. lumba mea &c. Qd̃ si nõ p̃sit, manifestũ est inter alienos gemere, & intrinsecus insidiãtes, & extrinsecus obiurantes. Tales tñ et intus & accipiunt baptismũ, & hũt, & tradunt, sanctum per seipsum, nec uila ex parte illorum malignitate uiolatum: in qua in finem usque perdurant. Hæc ille.
AVCTOR. Notetur quod dicit, tales & accipiunt baptismum, & tradunt, nulla malignitate sua uiolatum, in qua in finem usque perdurãt, propter quam tunc impœnitentes facti, damnati recedunt. Hi ergo præscīti erant, & tamen sacramentum uerum etiam intra ecclesiam & habebant & dabant, ipsa præscientia non obstante. Aut nunquid Iudas uerum euangelium prædi
Io.13. Lu.22. cauit, & de loculis Christi Iesu distribuebat egẽ tibus, uerum censum, uerumque, & non fictum B baptismum cum cæteris dedit apostolis? Vnde super illud Psalm. 10. Iustus autem quid fecit?
Psal.10. Aug.To.8. AVGVSTINVS. Christus quid nobis fecit, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominabat, qui ante traditionem domini nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cælorum misit, ut demonstraret Dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit per quem accipiunt qualis Iuda fuit. Hæc ille. 1
AVCT. Quid plantus contra Witcleff dici potest? Ecce Iudas præscitus, & quamuis alius quisquam talis ut Iudas traditor Christi, ut Iudas, diabolus, ut Iudas, præscitus, ut Iudas, ad mini- 2
strandum sacramenta, uel prædicandum mitta- C
tur, non minus dona Dei per eum ad eos perue- 3
nient, qui cum fide accipiunt. non dicit citra fidem cum leui reputatione. Ergo cum fide acci- 4
pienda sunt Dei dona per præscitum, quem tu
dicis perpetuo suspensum ab officio, & benefi- 5
cio. Et quòd Deus dona sua non dat suo capitali inimico, per quem ueniant ad fideles, falsa con- 6
iectura ista sua confinxit. Eamus ad alios. Nicolaus diaconus uerum obsequium mensis impendit. Et qui occasione prædicabant, quamuis non
Apo.2. Philip.1. caste, sed suscitantes pressuram uinculis Pauli, Christum tamen ueraciter prædicabant. Vnde
1.Cor.1. & Paulus gaudens gaudebat. Et schismatici baptizantes Corinthios, dicentes, Ego sum Pauli, ego Apollo, uerum ita baptismum dabant, ut
*ca.2. Aug.To.7 post eos baptizari non licuit. libro 4. prædicto de unico baptismo *cap. 20. AVGVSTINVS. Vnde & Apostolus de illis inuidis, & maleuolis
Philip.1. christianam tamen salutem annuntiantibus. siue occasione (inquit) siue * charitate Christus annuntietur. Quapropter, & intus, & foris per uersias hominum corrigenda est, diuina uero

A sacramenta, & eloquia non hominibus tribuenda. Sequitur. Non nos concedimus hæretico baptismum, sed illius baptismum, de quo dictum est, Hic est qui baptizat, ubicunque inuenerimus Io.1 agnoscimus. Perfidus autem etiam blasphemus si in perfidia, & blasphemia permanserit, nec extra ecclesiam, nec intra ecclesiam remissionem accipit peccatorum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Augustinus affirmatiuam partem ut fidem accepit: etiam uniuersalem affirmatiuam ex fide Christi probauit. Illius (inquiens) baptismum, de quo dictum est. Hic est qui baptizat, ubicunque inuenerimus agnoscimus, sit perfidus, sit blasphemus, si sic permanserit usque in finem, remissionem quidem peccatorum non accipit, sed ibi tamen Augustinus uerum cognoscit (ut dicit) & non tantum reputat sacramentum, quia nec diuina sacramenta, nec eius eloquia sunt ho
B minibus tribuenda.

¶QVOD IVDICATI A DEO SECUNDUM * præscientiam sic uera sacramenta dispensant, sicut ab ecclesia iudicati per sententiam. Cap. CXXVI.

*Alias præsentiam.

SVMMA.

Iudicati a Deo, secundum præscientiam, suspẽsi, degradati, &c. quomodo uera conficiunt sacramenta contra Witcleff. Et quid de hoc dicat augustinus.

Augustinus quid contra necessitates absolutas Witcleff dicat.

Iudæ præscito datur ueniæ locus à domino, ut pœniteret eum facti sui.

Augustini de prædestinatione ad fideles instructio.

Error pseudoapostolorum contra Paulum. Et quomodo in hunc uidetur Witcleff incidisse.

Præscitus quod si nullus superstes huic uitæ quin pœnitere possit finaliter, & ignoscetur ei etiam si manifestatus fuerit sicut Cain.

QVAM malè certus est ergo Witcleff Wicleff
quod nec authoritas, nec ratio, subducta reuelatione, necessitat ad unã partem, uel aliam, quod scilicet quis conficit, uel ministrat aliquod sacramentum, uel deficit, siuè prædestinatus conficiat: uel præscitus, quia nisi reueletur prædestinatio conficientis, nihil est factum. Præscitus nihil efficit, quia est suspensus perpetuò. Ideo sicut nullus necessitatur credere eum prædestinatum, sic nullus immo nec ipse conficiens, credere tenetur se cõficere sacramentum. AVCTOR. Magna & indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

indigesta perfidia, fidei antiquæ Christianitatis contraria,& in desperationis pelagus compulsiua. Et ego dico in parte Christi, sum certus, q̃ nec ratio, nec authoritas, nec diuina ulla reuelatio te necessitat ad partem istam blasphemã, sed falsa necessitas futurorum sine fundo fundata. Primò dicemus de fide certissima, in qua generaliter ministratur sacramentorum confectio. Et secundò qualis debet esse apud unumquenq̃ fidelem de sua prædestinatione professio. Dicamus cum hostibus nostris, ununquenque præscitum iudicatum à Deo, dicamus esse suspensum. Quid restat amplius? concludat quod intendat. Ergo non conficit, non ministrat. Negamus esse consequens, sed ut priùs dixi, sibi forsan ministrat ad pœnam, non autem non conficit, sed sicut iudicatus ab ecclesia, forsan suspẽsus, forsitan degradatus nè ministret, est prohibitus, sed tamen uerum est ministerium
1 sacramenti quod conficit, si præsumat: ita † iudicatus à Deo, suspensus, degradatus, & quodcunque aliud dixeris, quandiù ministerium usurpat ecclesiæ, uera conficit sacramenta, & dijudicante eum Christo, contra Christi sententiam uera dona. Vnde libro. 2. contra Cresconium
*cap.21. Augustin. To. *cap. 20. AVGVSTINVS. Si autem quæris quomodo baptizent, quos damnauit ecclesia? Respondemus eos sic baptizare, quomodo baptizant, quos damnauit Deus, ante quàm de illis quicquam iudicaret ecclesia. Qui enim mente
*uidere- tur peruersa *uidetur intus esse cùm foris sit, ab ipso Christo iã iudicatus est. Ipse quippe ait, Qui non credit iam iudicatus est. Paulus autem Apostolus dicit. Ecclesia subdita est Christo. Non
Io.6. Eph.5. 2 ergo debet ecclesia se Christo præponere, ut putet baptizare posse ab illo iudicatos, à se autem iudicatos baptizare non posse cùm ille ueraciter iudicet, Ecclesiastici autem iudices, sicut homines plerunque fallantur. Baptizant ergo quantũ attinet ad uisibile ministerium, & boni, & mali. Inuisibiliter autem per eos ille baptizat, cuius est & uisibile baptisma, & inuisibilis gratia. Hęc ille. AVCTOR. Discute uerba doctoris, attende casum. Quærit unus, utrum, qualiterve baptizent, quos damnauit ecclesia, propter hoc, qđ suprà iam dixit. Vbicunque baptismum Christi inuenit, illud agnoscit, inter perfidos quoslibet, uel blasphemos. Respondet, sicut baptizant ii, quos damnauit Deus antequàm de illis quicquã iudicaret ecclesia. Hoc ergo maximè pręsuppo nit, quòd damnati à Deo, priusquàm de eis quicquam iudicaret ecclesia, sacramenta ministrare potuerant. Quantò magis damnati per ecclesiã, cuius iudices frequenter iudicando falluntur? Maximè cum damnati per Christum extra membra eius sunt, & extra ecclesiã, sicut sequitur ibi

A eodem ca. 21. AVGVSTI. Tingere possunt boni, & mali, abluere aũt cõscientiã nõ nisi ille, qui Augustin. semp est bonus, ac p hoc nesciente ecclesia pp malã & pollutam cõscientiã dãnati à Christo iã in corpore Christi nõ sunt, quod est ecclesia, qm̃ non põt Christus habere mẽbra damnata, proinde & ipsi extra ecclesiam baptizant. Ofa quip pe ista monstra, absit, ut oĩa in mẽbris i lius columbæ unicæ cõputentur. Absit, ut intrare possint limites horti concluſi: cuius ille custos est, qui non põt falli. Qui tñ si confitentur, & corri- Cant. 1. guntur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus horti concluſi, tunc in membris columbæ unicæ numerantur, nec tamen denuò baptizantur. Ita & cum ab hæreticis ueniunt, cũ ipso baptismate, quod & foris habuerunt, sed nõ & cum ipsa mundatione, quam intus accipiunt: ut quod defuit præstetur, quod autem non mutatũ est, approbetur. Hæc ille. AVCTOR. Christus ecce non potest habere membra damnata, quaB lia sunt omnia illa monstra præscita, quæ tamen extra ecclesiam baptizant, sicut extra Christi gratiam. Quid igitur arguit Witcleff? quid putat concludere, quando sic sumit? prælatus præ- Prælat. scitus est perpetuò suspensus à Deo. Placet eum esse suspensum, iudicatum, & damnatum, sed tamen conficit, & baptizat, non tamen intra ecclesiam, sed extra eam: non quidem iustè, sed iniustè, sicut Ananias sedens iudicauit Paulum secundùm legem, sed contra legem iussit eum percuti, Actuum. 23. Sic iste celebrans, aut Alibi ordinans secundùm ordinem Christi, celebrat tamen, aut ordinat contra Christi ecclesiam, & legem Christi. Nota † item contra necessitates absolutas Witcleff, cùm dixisset Augustinus de damnatis. Absit, ut intrare possint limites horti concluſi, statim submittit. Qui tamen si cõ
C fitẽtur & corrigũtur, & tũc intrãt. Intelligit ergo Augustinus in his, & similibus non posse, secũdũ suppositionẽ, id est, quandiù sic permãserint, nõ absoluto sermone simpliciter, nõ possunt præsciti, & à Deo damnati hortum eius intrare conclusum, & inter mẽbra ecclesiæ cõputari. Hoc est, si non cõfitentur, & redeant. Si aũt redierint, tunc mẽbra uera fient, inquit Augustinus. Aliter cur expectasset dominus pœnitẽtiã Iudæ traditoris tempore sanctæ cœnæ, si ipsum fuisset impossibile pœnitere finaliter? Vnde super Matthęi. Vnus uestrũ me traditurus est. in expositione Matthęi. Matt. 26. RABANVS. Omnia sic agit Iudas, ut tollatur ſuspicio traditoris, sed qui de passione prędixerat, & de proditore prædicit, dans locum pœnitentiæ, ut cùm intellexisset sciri cogitationes suas, & occulta consilia, pœniteret eum facti sui, & tamen non designant specialiter, nè manifestè coargutus, impudentior fieret. Mittit crimen in numero,

numero, ut agat conscius pœnitentiam. Hæc ille.
3 AVCTOR. Dat † ecce locum pœnitentiæ dominus præscito, ut pœniteret eum facti sui, ut agat conscius pœnitentiam, mittit Christus crimen in numero. Quis fenatus diceret Christum frustra expectasse pœnitentiam talis præsciti, quæ item de omnipotentia sua uenire non poterat? Si ergo impium est sic dicere, sed confiteri possunt præsciti, & hortum conclusum intrare possunt, & Christi membra pœnitentes facti taliter esse possunt, quamuis si præsciti sint, hoc futuri non sunt, sic temperat uerba fidei in hac re de præscientia Dei, & possibili pœnitentia finaliter blasphemantis. libro quarto super Beda Lucam cap. 5. BEDA. Qui stimulatus inuidia calumniatur Christum, Deique uerbum, & opera spiritussancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur, neque in præsenti seculo, neque infuMat. 12. turo. Non quòd negemus, si pœnitentiam agere posit, posse dimitti ab eo, qui uult omnes ho- B mines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, sed quòd ipsi iudici, & largitori ueniæ credentes, qui & se pœnitentiam semper acceptu- 1 Tim. 2. rum, & hanc blasphemiam nusquam dicit esse remittendam, credamus hunc blasphemum exigentibus meritis sicut nunquàm ad remissionẽ ita nec ad ipsos dignæ pœnitentiæ fructus esse peruenturum. Hæc ille. AVCTOR. Iunge principium fini, & habebis non negantem Bedam talli blasphemo posse peccata dimitti, sed asserentem non dimittenda finaliter, quia nunquàm ad fructus pœnitentiæ dignos perueniet. Propter hoc ergo certum de facto est præscitus ad pœnam, non propter impotentiam pœnitendi. Sed quæ spes restat fidelibus de prædestinatione latente? Nunquid præscientiæ suæ stimuli habent semper agitare cor tremulum, & de singulis sacramentis dubitare pro præscientia ministrãtis? Wiclef Sic solet Witcleff culpare fideles, quòd hæc acciC piant generaliter tanquàm fidem, sed citra fidẽ iubet ex operibus leuiter reputare. AVCTOR. Breuiter dico ad istum sicut blasphemum, sic & desperationis authorem, quòd in leuioribus cau 4 sis iussit Christus fidem habere, & assequi credere quod petamus. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, ait Christus patri habentis Matt. 9. spiritum mutum: quasi in fide eius eiiceret. Et Mar. 14. Petrus, quia cœpit mergi, de fide modica increLuc. 8. petur. Discipuli autem monentur accipere tanquàm fidem, se satis accepturos ad uictum, si Matt. 17. cuncta relinquant, sicut lilia uestiuntur, & passeres aluntur a patre cælesti. Quantò magis uos (inquit) modicæ fidei? Et si fidem haberent ut granum sinapis, possent montem uerbo transferre. Mirabilis Deus. Nonne magis est anima quàm esca? Si ergo fides nobis indicitur ad conA sequendam a Deo eſcam corpoream, quantò magis ad prædestinationis gloriam obtinendã? Et super hoc uerbum Matth. 17. Quare non potuimus eiicere illum? Qui dixit illis. Propter incredulitatem uestram in commentario HIERONYMVS. Hoc est quod in alio loco dixit. Quæcunque in nomiue meo petieritis, credentes accipietis. Ergo quoties non accipimus, non præstantis est impossibilitas, sed culpa poscentium. Si habueritis fidem ut granũ sinapis, dicetis mõ- Hieronym. ti huic, transi, & hinc transibit. Hæc ille. AV- Matt. 21. CTOR. Compara causas causis, translationem Matth. 17. montis in mare, ad hoc propter salutis effectum corpus immissum lauacro baptizare, corpus nostrum reficere pane cibario: & animam, & corpus cæli pascere sacramento, spiritum mutum sed unicum de obsesso filio deiicere, & authotate spiritussancti uniuersa crimina remitendo septem dæmonia de mente fidelis expellere. Et B quod ad nos pertinent, contra naturam ceſsibilis undæ saluum hominem ad litus euchere, & contra futuritiones necessarias, super omnes fluctus fallibilis logicæ mergendum inferis, per fidem, & gratiam saluatoris cæli sedibus collocare. Si prima leuia præstabit pater in fide petentibus, & hoc iubemur non citra fidem (ut perfidus dicit) sed plena fide competere: secunda, quæ sunt fidei sacramenta, & prædordinationis ad gloriam, magis fideliter postulemus, & tanquã fidem ea accipiamus esse perfecta a Deo, & concessa. Qui indigit sapientia, postulet a Deo (in- Iac. 1. quit Iacobus) qui dat affluenter, & postulet in fide, nihil hæsitans. Si fides necessario præcedit obtentum, qualiter decisse poterit consecuto? an nõ eadem fide Deum oro ut commodet, & hæreo fideliter largienti? Et iterum si hæsitatio culpatur in petendo quamlibet humanam sapientiam quanto magis confidenter orare debemus ad consequendum sapientiam æternæ prædestinaC tionis ad gloriam? A qua hæsitatione, & desperatione, dehortatur omnino fideles, libro de bono perseuerantiæ, *uersus finem AVGVSTINVS. Vide. 22. 4 Illum † etiam modum, quo utendum esse in præ- Aug. To. 7. destinationis prædicatione nos diximus loquentes apud populum, nõ existimo debere sufficere nisi hoc, uel huiusmodi aliquid addat, ut dicat. Vos itaque etiam ipsam obediendi perseuerantiam à patre luminum, à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere, atque hoc faciendo, confidere non uos esse à prædestinatione populi eius alienos: quia etiam, ut hoc faciatis, ipse largitur. Absit autem à uobis ideo desperare de uobis: quoniam spẽ uestram in Christo habere iubemini, non in uobis. Maledictus enim omnis homo qui spem habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet in homine. Et bonum est confidere in Domino, q̃ cõfidere in homine, quia beati omnes qui confidunt in eum. Hanc spem tenentes, seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Psal.2.

Quoniam de uita æterna, quam filijs promissionis promisit, non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit ista uita, quę tentatio est super terram. Hæc ille. AVCTOR. Istum modum instruendi populum cautè, & item fideliter de prædestinationis articulo tradit Augustinus, in quo non citra fidē leuiter reputare docuit nos ipsos esse saluandos, & prædestinatos ad gloriam, sed hoc datum optimũ à Deo sperare, ab ipso quotidianis orationibus hoc poscere, & hoc faciendo, confidere non nos à prædestinatione sui populi alienos, de qua nemo usque post consummatam hanc uitam potest esse securus. Ecce confidere iubet sperare catholicè, non hæreticè reputare. Hac confidentia, & spe, qua bonum est confidere in domino, & non in homine. Super Psalmum. 117. AVGVSTINVS. Nec quisquis secundùm quendam modum dici potest angelus bonus, sic à me cogitetur, ut in eo confidere debeam. Nemo enim bonus nisi Deus solus. Et cum uidetur adiuuare homo, uel angelus, cum hoc uera dilectione faciunt, ille per eos facit, qui eos pro modo eorum bonos fecit. Hæc ille. AVCTOR. Sed præsto est hæreticus, expectat, scio, ut dicat, hoc de nostra prædestinatione habet unusquisque pro seipso confidere, sed si prælati præsciti cæsáreos clericos ordinent, non accipiendum est pro fide, quòd sic fuerint ordinati. AVCTOR. Et † dicit ecclesia. Qualiter confidere debes hoc de te, & non hoc ipsum confidere de prælato? Hic erat error pseudoapostolorum contra Paulum, contra quos iterum Paulus. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. 2. Corinthi. 10. Hoc habet antistes dicere Witcleuistæ. Cur non confidis in ordinatione Dei per manus meas? quia forsan non confidis me de prædestinatis ad gloriam. Cur non? Quid de te confidis? Nunquid quòd solus es Christi? Noli hoc. Vnus dominus, & una fides in domino. Hoc igitur cogita apud teipsum, quia sicut tu Christi es, ita & nos. Super quem locum in expositione, AMBROSIVS. His (inquit) loquitur, quorum tangit superbiam, qui de se præsumentes inflatione animi, minus quàm dignum erat, de Apostolo sentiebant, quasi non egerent præceptis eius. Quos commonet, ut si de se confiderent, quòd erant serui Christi, non utique deberent de Apostolo dubitare. Sed & de eo quãuis impar sit, uel similiter sentire, cùm utique magis præferre sibi deberent magistrum gentium. Sed sic humilitatem illos in se docet æquans se illis, cùm esset uas electionis, & magister gentium in fide, & ueritate. Hoc ergo vult illos considerare, quod utique clara luce uidetur: quia de Apostolo nemo quærentium non plùs æstimet, quàm de se: quantò magis nemo minùs, quàm de se debeant æstimare? Hoc ergo contestatur, ac docet, nè elatione mentis, bonæ uitæ meritum perderent. Qui enim scit se aliquid esse, humiliet se ut amplior fiat. Hæc ille. AVCTOR. Hoc audiant miseri Witcleuistæ: hanc attendant apostolicam lectionem, dimissis reputationibus friuolis Antichristi. Nõ reputes leuiter, imò quòd confidas in domino te Christi esse, placet apostolo, sed non teipsum solum. Hoc enim si neges Apostolo, imò uel eius successori prælato, animi inflatione præsumis. Quia hoc de eo, scilicet, quòd Christi, quanuis impar fuerit, uel similiter, ut de teipso sentire debebis: & hoc ad minus, cùm magis tibi magistrum multarum gentium antistitem tuum præferre debueras, Probat hoc, quia si non plùs æstimet de eo, quàm de se, quantò magis, nec minùs debeat æstimare? Probat hoc, ut contestatur, & docet Apostolus, nè elatione mentis, meritum uitæ perdat. Sed qui scit se aliquid esse, humiliet se, ut amplior fiat. Verè ergo est plurimùm formidanda doctrina Witcleff, quam quotiens infert, & docet sequaces alios christianos in omni ictu oculi suspicari præscitos. Et si nemo illorum sic æstimat seipsum, quanuis priora opera gerat, quomodo non per superbiam suæ mentis meritum uitæ perdat, contra Apostolum hoc testantem edicat. Maximè † quia nullus est præscitus superstes huic uitæ, quin pœnitere possit finaliter, & ignoscetur ei, etiam si manifestatus fuerit sicut Cain: & ut fructuosè pœniteret, sub terrore dimissus. Vnde de quæstionibus noui & ueteris & testamenti cap. 5. AVGVSTINVS. Tali est causa improuidi ac parricidæ Cain, qualis & illius nequam serui, qui gratus effectus, ejiciens suffocabat seruum suum, ut & de præterito ignoto sibi facinore, & de impietate in conseruum admissa, inexcusabilis damnaretur. Et tamen ad præsens non est damnatus Cain, sed cõfusus, & reus sub terrore dimissus est super terram, ut si pœniteret, ignosceretur ei. Hęc ille. AVCTOR. Ecce Cain, quanuis præscitus ab æterno, non tamen est pro præsenti damnatus. Et ideo expectatus in terra, ut si pœniteat, ignoscatur eidem. Quanuis autem factus non esset hoc, tamen iam arguitur potuisse.

¶AD

Iob.7.

Augustin. To.8.

Matt.19.

Witcleff.

2.Cor.11.

Ambrosius To.5.

*Et hic

Augustin. To.4. Mutilo.

Gen.4

¶AD LITERAS TESTIMONIALES episcoporum pro clericis ordinandis. Cap. CXXVII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui literas episcoporum testimoniales pro clericis ordinandis contemnit, confutatur.*
2 *Legis naturalis & scriptæ ex Augustino comparatio.*
3 *Paulus quòd usus fuerit literis testimonialibus pro susceptione Onesim ad fraternitatem, &c.*
4 *Canon apostolorum, quod episcopi peregrini presbyteri, aut diaconi sine commendatitijs non susciperentur literis.*
5 *Commendare quid secundum Haymonem.*
6 *Commendare quid ex Hieronymo.*
7 *Concilium Milcuitanum, quòd ordinati accipiant literas ab ordinatoribus, &c.*
8 *Literæ quòd tradantis ordinatur ab ordinatoribus sine ambitione, ex antiquæ patrum regula.*

1 TEstimonium † perhibet de me, qui misit me pater, ait Iesus dominus noster Ioannis. 8. Qua ergo temeritate hæretica eleuabitur Witcleff super Christum nolentem aggredi sacerdotis officium hic in terris, nisi testimonio mittentis eum patris, respuens, & contemnens testimonium sui patris antistitis consecrantis, & mittentis; cum dicat ex parte Christi, & ecclesiæ, Vade, & prædica uerbum Dei populo tibi commisso? De sermone domini in monte capi. 69. Cùm plus debet credi operibus, quàm atramento, uel chartis episcopi, magis est operibus presbyteri attendendum, quàm scripto episcopi ordinantis. Ad istum autem sensum dixit Christus Ioannis. 10. Operibus credite. Ideo patet, quòd nullæ tales literæ testimoniales darent fidem fidelibus. quòd quis sit sacerdos, siuè episcopus, sed uita euangelica hoc probaret. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quid ergo, si uita euangelica reperiatur in fœmina, uel laico coniugato, nunquid probatur ea ipsa statim episcopus, uel sacerdos? Hoc ergo te dicturum. Sed in leuiora causa Tobias non commodauit Gabelo decem talenta sine testificatione chirographi. Et tamen plus credi potuit sanctæ uitæ Tobiæ, & piis eius operibus, quòd crediderat talem summam: quàm atramento, uel chartis Gabeli. Sanctus itaque Ieremias non emit possidendum agrum Hananaelis filij patrui in Anathoth propter septem stateres, & decem argenteos sine libro, & signato, & adhibitis testibus. Ieremiæ. 32. quamuis uita sua euangelica iustitiam possessionis eius ritè probasset. Et tu tantum Christi populum, & agrum ecclesiæ cõmittis episcopo emptum tanto pretio sanguinis Christi, sine authoritate scripti, uel testificatione sensibilis sigilli, aut humanitus dati testimonij, ut liberius subintrent falsi fratres tui, & sub uestimentis, & simulatis operibus ouium lupi rapaces. Hoc est quod optas, omnes nouerunt. Aut quid proficit comparatio tua straminea, qua arguis plùs debere credi operibus, quàm chartis, ergo nullæ literæ testimoniales darent fidem fidelibus, quòd quis sit sacerdos, uel episcopus? Forma arguendi à Manichæo tuo ad te usque protrahitur. Ipse enim argumento deduxit: nullum bonum creatum esse, quia Deus fuit magis bonum. Vnde libro contra epistolam fundamenti cap. 35. AVG. Quod si dixerimus, non iam esse ista bona, quæ de nihilo facta sunt sed tantummodo Dei naturam bonam esse, inuidemus tantis bonis, & uox ipsa est, iniuriam putare non hoc esse, quòd Deus: & ideo nolle esse aliquod bonum, quia ei præponitur Deus. Quæso patere naturam animæ rationalis aliquantò minus esse, quàm Deus est, & tantò minus, ut post ipsum te melius aliquid non sit. Sequitur. Superbus es in Deum, si ignaris, quòd te antecedit, & nimis contumeliosè de illo sentis, si non ineffabiliter gratularis tam magnum bonum esse te, ut solus sit ille præstantior. Hæc ille. AVCTOR. Ita patere tu Witcleff chartas, & literas testimoniales episcopi esse bonas, si uitam, & opera sacerdotis præferre contendas. Superbus es, si indigneris contra literas, quia opera antecedunt. Cælum melius est terra, sol silice, myrrha mero, non tamen terra nulla est, silex, aut merum. Vinacior etiam est lex creatoris inserta cordibus, tanquam tabulis lapideis, siue chartis, hanc tamen Deus expressit uisibilibus literis, tam ad authoritatem, quàm ad manifestationẽ legis æternæ. Vnde de quæstionibus noui & ueteris testamenti capitulo. 4. AVGVST. Primum † lex formata in literis dari non debuit: quia in natura ipsa quodammodo inserta est, & creatoris notitia ex traduce non latebat. Nam quis nescit, quid bonæ uitæ conueniat aut ignoret, quod sibi fieri non uult, alij minime debeat fieri? At uero ubi naturalis lex euanuit pressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit manifestari, ut Dei iudicium omnes audirent, non quod penitus obliterata est, sed quia maxima eius authoritate carebant, idololatriæ studebatur. Timor Dei in terris non erat; fornicatio operabatur, circa rem proximi auida erat: concupiscentia. Data ergo lex est, ut quæ sciebantur, authoritatem haberent, & quæ latere cæperant, manifestarentur. Hæc ille. AVCTOR. Habeat ponderus

Witcleff.

Iob.42.

Manichæ.

Aug. To.6

Aug. To.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus suum Augustini sententia. Comparat duas leges, naturalem, & scriptam. Prima est excellentior, non requirens secundam, si illi apud homines remansisset authoritas: oppressa est mole peccaminum. Idcirco scripta lex prodiit, ut authoritatem suam prima lex habeat, & manifestationem. Ita uita bona non est in exterioribus actibus, sed in arca cordis. Nec tamen omnis uita bona ordinat sacerdotem. Idcirco satis laicaliter dicitur, quòd ex uita, uel operibus sacerdos debet agnosci. Sed quanuis longè maior sit consecratio, uel potestas interior, quàm charta atramento descripta, designàs episcopum, ipsa eius authoritas sine scriptura nobis manifesta non esset. Descripta ergo, & signata potestas sacerdotis exigitur, ut interna per hanc manifestetur au 4 thoritas. Et nonne legisti Christum dixisse discipulis. Cùm uenerit paraclitus, quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre p- B cedit, ille testimonium perhibebit de me? Et statim addit. Et uos testimoniũ perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Ioannis 15. Iterum nonne legisti Christum dicere, Si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est? Ioannis. 5. Maius ergo testimonium habet Christus testimonio apostolorum, quando testimonium habet sancti spiritus. Cur ergo non sperni t, aut cur sibi instaurat testimonium hominũ quod minus est? dicens, Et uos testimonium perhibebitis, cum iam plenum testimonium dei haberet, quod est maius. Sicut Witcleff contemnit testimonium literarum episcopi, quia plus credi debet operibus, quàm his chartis. Ad rem uero est, quòd Paulus apostolus non mittit nuntios cum collectis pauperum sanctorum in Hierusalem, nisi testimonio probatos per epistolas. primæ Corinthiorum 16. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam præferre gratiam uestram in Hierusalem. Maior autem est gratia spiritualis sacerdotij, quàm temporalis peculij. Non ergo nisi probatos, per epistolas, uel æquiualenter, habent episcopi mittere perferre gratiam sacerdotii populis diuidendam. Et quid dicet Witcleff, cùm ab 3 eodem Paulo audierit, quòd † non sine literis testimonialibus de susceptione Onesimi ad fraternitatem, de seruiente Philemonis, & ministeriũ euangelii eundem Onesimum ad dominũ suum misit? Obsecro te. Inquiens pro meo filio, quem genui in uinculis, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem mihi, & tibi utilis, quem remisi, & 5 tamen plus credi potuit uitæ, & operibus deuoti Onesimi, quàm huiusmodi chartæ Pauli. Quid igitur obicis nostris episcopis, si hunc Apostoli morem obseruent, ut nullum ordinatum, uel in euangelii seruitutem consecratum, emittant sine testimonialibus literis, nè plebs incauta, aliquem inordinatum pro ordinato, laicum pro clerico Witcleuistam pseudopresbyterum pro catholico sacerdote suscipiant aut itẽ sibi constituant, ac morem Michææ illius idololatræ, de quo iudicum. 17. Aediculam Deo suo separauit & fecit Ephod, ac theraphim, id est, uestem sacerdotalem, & idola. Impleuitque unus filiorũ suorum manum, & factus est ei sacerdos? Et in sequentibus leuiten suscipiens peregrinum, sponsione illi facta, de muneribus impleuit manum eius, & apud se retinuit sacerdotem. Hanc optat Witcleff sibi, & suis, ad perficiendum sibi ptesbyteros licentiam generalem. Non ergo sine causa in scriptis sanctis apostoli literas testimoniales inuenerant. Et † item non citra scripturas instituerant, ut nullus peregrinus episcopus, sacerdos uel diaconus sine commendatitiis susciperetur epistolis. ut habetur inter canones apostolorũ. 34. capi. Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitiis suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, si prædicatores pietatis extiterint: & ita suscipiãtur, ut quæ sunt necessaria subministrentur eis: & aliter ad communionem nullatenus admittantur, quia per surreptionem multa prouenium. Hæc ibi. AVCTOR. Pondera canonis edictum, & rationem eius: scripta ordinationis suæ deferant ordinati, & delata, discutiantur attentius. Cur id? Quia per surreptionem multa prouenium. Non ne ideo Christus apostolos suos signorum exhibitione quasi firma scriptura teste misit in mundum? Et ipse item Christus contra dubios potestatis suæ diuinæ, allegare cæpit miracula. Opera (inquit) quæ ego facio, testimonium perhibẽt de me. Et hæc opera, non uitæ, tãtum, sed signorum: de quibus Christus ait, quod tu dixeras, operibus credite, scrutare scripturas, ut aptius intelligas, nec peruertas. Obiicere cupit Witcleff, quòd apostolus Paulus commendatitias noluit. 2. ad Corinthi. 3. Incipimus autem iterum nosmetipsos commendare: aut nunquid egemus sicut quidam commendatitiis epistolis ad uos, aut ex uobis? quasi dicat, non. Sed ambiguitas commendationis decepit nostrum Witcleff. Est enim commendatio laudis, & commendatio traditionis. Neutram tamen contempsit Paulus, ut illicitam sed primam repulit importunam: sicut & uictum euangelicum propter pseudoapostolos. Vnde in eodem loco HAIMO. Commendare † id est, laudare. Nunquid non se & alios laudauit paulo superius? fecit utique & superius: & iterum in isto loco, & in sequentibus. Sed cum sapientia dicit per Salomonem, Ludet te alienus, & non os tuum, quare se laudat Apostolus? Nimirum ideirco

ideirco, ut Corinthios ab amore pseudo apostolorum reuocaret ad amorem sui, aliorum que uecidicorum apostolorum. Aut nunquid egemus sicut quidam commendatitijs epistolis, id est laudatitijs, siue laudatiuis, quæ ab aliis gentibus & ecclesijs ad nos mittantur, aut ex nobis ad alios, quæ nobis testimonium laudis, & sanctitatis perhibeant, sicut quidam (subaudis) faciunt, pseudo, uidelicet, apostoli, & Iudæi, qui accipiunt à scribis, & Pharisæis, pontificibusque Iudæorum literas, ut pro sanctis, & religiosis prædicatoribus habeantur? Non indigemus uestra laude, neque epistolis laudatiuis, quæ nobis testimonium laudis perhibeant, Hæc ille. A 6 VCTOR. Est † & alius sensus, & modulus commendandi, prout HIER. dicit: commendare, pro tradere, & designare quenquam accipiendũ pro tali. Et sic iubet canon apostolorum & episcopum, uel sacerdotem peregrinum in partib. commendandum: & iterato populum salutandum. prout ab illa antiquitate Sixtus Papa præcepit 7. a beato Petro secundum HIER. de gestis Romanorum pontificum ex Damaso. ubi dicit. Hic constituit, ut quicunque episcoporum euocatus fuisset ad apostolicam sedem, rediens ad parochiam suam non susciperetur, nisi cum literis salutationis sedis apostolicæ patriarchæ plebique formatis. Hæc ille. AVCTOR. Itẽ 7 † ab hac antiquitate traxit concilium Mileuitanum suum decretum, cui interfuit Augustinus & subscripsit se. ca. 14. Deinde (inquit) placuit, ut quicunque deinceps ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentes* præsulem, & diem: ut nulla altercatio de posterioribus, uel anterioribus 8 oriatur. Hæc ille. AVCTOR. Et † quòd omnes subscriptiones tales, & literæ iuxta antiqua patrum regulam, & sine ambitione tradantur, decreti sui cap. 5. instituit GREG. Papa. Antiquam patrum regulam sequens, nihil unquàm de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione palii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem simulatio inuenit appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit: euangelicam lectionem minister legit, confirmationis uero huius epistolam notarius scribit: sicut pontificem manum non decet, quã imponit, uendere, ita minister, uel notarius non debet in ordinatione eius uocem eius uel calamum uenundare. Pro ordinatione ergo, uel pallio, chartis, atque pastello, eundem, qui ordinandus est, uel ordinatus, aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere, aut petere aliquid fortè præsumpserit, in destricto Dei omnipoA tenens examine reatui subiacebit. Is aũt, qui ordinatus fuerit, si non explacito, neque exactus, aut petitus post acceptas chartas, & pallium offerre aliquid clero gratiæ tantummodo causa uoluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ maculam gerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. Hæc ille in libro decretorum pontificum.

¶ VBI DISPLICET WITCLEFF continẽtia clericorũ. Cap. CXXVIII.

SVMMA.

Continentia clericorum ubi displiceat Witcleff.

Iouiniana hæresis circa coniugium. Et quomodo hanc amplecti uideatur Witcleff.

Waldensium error octauus à Guidone recensetur.

Augustinus quid de continentia clericorũ dicat Et quam mundi debeant esse. Et quomodo non liceat eis habere uxores.

Presbyteris legis ueteris quare erant ad tẽpus licita coniugia, & quare nostris sint illicita, ex Beda, & Ambrosio ostenditur.

CONtinentiam † clericorum ab apostolorum tpibus hucusq; laudatã, cæterorumq; religione professorum ut cælibẽ uitã ducant, fama refert redarguisse Witcleff: sm alios aũt non eam satis laudabilem prædicasse. Fateor tñ, me sæpe uidisse in libris eius, quod laudauerit castimoniam clericorum, & cælibum. Fœtor tamen sordidæ sectæ suæ, qui de gestis in conuenticulis eorum foras erumpit, auctorem accusat. Vnde autem nasceretur occasio eis in libris eius, tandem reperi scriptum esse in libro de officio pastorali, ca. 29. ubi dicit. Quomodo uersi sunt clerici ab alitibus cæli in colubros, & à discipulis Christi in pharisæos colantes Culicem, & glutientes Camelum? Nam coniugium secundum legem Christi eis licitum, oduut ut uenenum: & seculare dominium eis a Christo prohibitum nimis audè complexantur. Hæc Witcleff. AVCTOR. Et loquitur de sacerdotibus clericis per totum. Et libro 3. de sermone domini in monte ca. 11. Nec diabolus defraudat solum simplices per hos fratres, sed per sectas alias infundabiliter introductas: ut monachi, & canonici cum clero cæsareo auferunt primo secularia dominia, quæ haberent domini temporales: & sic ex petulantia spoliando utitantes fœminas uiduatas, cum Christi* ordinantia, forent mariti plurimi coniugati, qui iã

Vitcleff Mat. 23

Vwitcleff

Vwitcleff

ordinatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt ad claustrum infundabilis religionis tracti, ut Tarsites,& sic corporalem fornicationē immiscent sæpius ut priores.Sic ergo plena est ecclesia fornicationibus,& præuaricationibus istarum sectarumquatuor sacerdotum.Et ratio omnium istorum malorum stat in isto, q̄ spernitur Christi *ordinantia,& statur ordinationi subdolæ Antichristi. Hæc Witcleff. AVCTOR.

*ordinatio.

2 Vtrobique quidetur dicere sacerdotibus,& claustralibus secundum legem Christi licitum esse coniugium, & ex ordinatione tantùm humana eis illicitum esse factum.Quod ut à suis est præassumptum, Iouinianum amplectitur hæresim, quæ copiugale commercium castitati cælibum coæquauit.Lib.hæresum cap.82. AVGVST. Iouinianistas quoque apud istum reperi, quos iam noueram. A Iouiniano quodam monacho ista hæresis orta est ætate nostra,cum adhuc iuuenes essemus. Sequitur. Virginitatem Mariæ destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem etiam sanctimonialium, & continentiam sexus uirilis in sanctis eligentibus cælibem uitam, coniugiorum castrorum atque fidelium meritis adæquabar,ita ut quædam uirgines sacræ prouectæ iam ætatis in urbe Roma,ubi hoc docebat,eo audito, nupsisse dicantur.Hæc ille. AVCTOR.Sic† extendunt, ut fertur,fimbrias magistri, ut penè Waldensibus socientur de quibus libro de hæresibus GVIDO.

August. in Iouinianistas. To.6

Guido de Walden.

3 Decimus(inquit)octauus error, quòd urēte carnis libidine,inter eos omnis carnalis mistio est licita.Hæc ille. AVCTOR. Sed ualde impudēter inualuit,si,ut plurimi dicunt,superat sacerdotes. Quos utique sordidus Iouinianus non ualebit cuincere ,sicut in prædicto loco hæresim annotat AVGVSTINVS,dicens.Cito tamen ista hæresis oppressa, & extincta est, nec usque ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit peruenire.Hæc ille. AVCT. Post hæc quid de ista hæresi dicturi sumus, quæ tot,quot fama refert,nostri clericatus personas obuoluit nisi,quòd succurrente magno ecclesiæ magistro Christo,dictum illud prophetæ Michææ præstolamur implendum. Hæc dicit dominus super prophetas, qui seducunt populum meum. Sequitur. Occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur dies super eos. Michæ. 3. ubi in commentario lib. primo. HIERONYMVS. Hæretici uere pseudoprophetæ sunt, & dicunt. Hæc dicit dominus, & dominus non misit eos, non errabimus. Illi enim populum Dei quodam errore decipiunt,& hoc faciunt, ut comedant eos,uel simpliciter in muneribus accipiendis,uel mysticè in occisione animarum eorum: & promittunt eis pacem,& regna cælestia,& dicunt,Non necesse est,ut uiuas continenter,& sā

Aug.To.6.

Mich 3.
Hie.To.6

A ctè.Habeto fidem quam docemus,& omnia,promissa à Deo consequeris.Quæ loquētes, magis aduersus eos iram domini concitant,& sanctificant in illos prælium.Quamobrem o hæretici, qui puratis uos habere prophetiam, & imitamini ecclesiam,ubi æstimatis esse uisionem, ibi erit nox. Et ubi iactatis uaticinium prophetale ibi spiritus loquetur immundus. Oet idet.n.sol iustitiæ super huiusmodi prophetas, & confundentur.Cumque diuini magis, quàm propheræ fuerint comprobati, ridebuntur super somnijs suis.Et populi,qui prius ab eis decepti fuerant, loquentur contra eos.Hæc ille. AVCT. Propolita prophetia dicens ex parte pseudo ad suos seductos.Non est necesse,ut uiuas continenter, & sanctè,habeto fidem, quam docemus, & omnia promissa domini consequeris. Nonne bene aptatur increpatorio dicto Witcleff, quòd sacerdotes coniugium secundùm legem Christi eis licitum odiunt ut uenenum? Si,n.coniugium sit eis a Christi lege tàm licitum,consequens est ut sacerdoti secundum legem Christi uxoris usum concedat,dicens.Non est necesse, ut uiuas tam continenter,& sancte.Sed statim quærunt, ubi Apostolus nuptias probauit apud Corinthios,locus illius legis,cur non licentiat sacerdotes? Respondet tibi lib.de *quæstionibus noui & ueteris testamenti capitulo ultimo AVG. Cum † enim Corinthij exagitarentur ab hæreticis,qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant,consuluerunt Apostolum literis,an liceret nubere* aut uxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus non debere uxorem à uiro recedere, cùm occasionem discedendi habuecit.Sequitur Sed fortè dicatur,si licet,& bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet uxores habere, idest, ut ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat unumquenque professionem suam,& legē habere? Est enim, quod omnino generaliter omnibus non liceat. Est item, quod alijs licet, & alijs non licet : & est quod aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet. Negotiari uero, aliquando licet, aliquando non licet. Antequàm enim ecclesiasticus quis sit,licet ei negotiari: facto iam non licet. Et cum uxore sua aliquando conuenire licet, aliquando non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendum est. ut facilius impetrari possit, quod postulatur. Vnde Apostolus,ex consensu, ait, abstinendum ad tempus, ut uacetis orationi. Nam & secundùm legem in ieiunio cædi.& *ungari non licet, postea licet: quia maior reuerentia debetur Dei causis. Nunquid omne, quod inter cæteros licet,ante imperatorem licet? Quanto magis in Dei

B

C

4

*ungi

1.ad T.

1.cor.7.
*ungatur.

A bias ad altare non iam signórum, sed rerum? Hanc rationem, hanc necessitatem continentiæ AVGVSTINVS desuper arguebat. Necesse, (inquit) habet antistites quotidiè Christi uicem agere: aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solum huic non licet, uerùm & ministro eius: quia & ipse mundior debet esse, quia sancta sunt, quæ ministrat. Nam sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tantū obscuræ, sed & sordidæ sunt: ad comparationē autem stellarum lucerna caligo est: ad comparationem autem solis stellæ nebulæ sunt: ad dei autem claritatem sol nox est, ita quæ ad nos licita, & munda sunt, ad Dei dignitatem quasi illicita, & immunda sunt. Quanquam enim bona sunt, Dei tamen personæ non competunt. Nunquid non tunica mediocris hominis, quauis munda, imperatori tamen sordida, & illicita est? similiter * & saccica senatori? Ac per hoc antistites Dei puriores esse debent cæteris: quia & Christi habent personam: & ministros Dei mundiores esse oportet. Nemo enim imperatori ministrat non clarus. Mundis etiam induti ei ministrant. Deus aūt qa natura clarissimus est, ministros eius natura magis, quam uestibus mundos esse oportet. Hæc ille. AVCTOR. absoluit doctor Augustinus insidiantium quorundam querelas, uolentium contendere cum re sancta. Si (inquiunt) continere decernitis sacerdotes,& ministros altaris, ut mundè ministrent: quid ergo? Nunquid uita coniugalis immunditia est? Soluit Augustinus, & dicit. Et si nobis hominibus munda est, tamen comparata ministerio Dei, non est munda: sicut lucerna est lux, uel lucida, sed in comparatione solis est tenebra. Vnde si Deus eam non purificaret ministerio sacramenti, & nos eam commune quid diceremus, & immundum. Idcirco tamen Dei rebus comparata, immunda est; dicente scriptura per Achimelech sacerdotem in Nobe: si mundi sunt pueri: maximè à mulieribus, manducent. Et exponit HIERON. super Ecclesiasten: & item in Hebraicis quæstionibus super illum locum Regum; de mulieribus non tam alienis, quàm propriis, dicens. Achimelech interrogat, utrum Dauid, & pueri sui, quos in illum locum conduxisse dixerat, mundi essent. Dauid uero ænigmaticè de seipso pluraliter respondit, dicens. Et fuerunt uasa puerorum sancta, scilicet à concubitu coniugali. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo tanta munditia exigitur in his manducantibus uitæ etiam necessitate constrictis, ut ab ipsis coniugibus mundi forent, quanto ampliot requiritur inesse presbyteris corpus domini prius uice dominū conficientibus, quàm manducent? Quanta item in ministris continuas facturis excu-

Augustin.

Hie.To.1.
1.Reg.21.

B

5

C

Nn ij ponunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponunt uiri nescii legis Dei, sed insatiabilibus A quare nostris presbyteris coniugia sunt illicita: ad hoc omnes declinauerunt a primo: quia
stimulis conculcantis presli lasciuiæ. Attendãt, scilicet ministerium eorum est continuum, siue in orationibus, uel oblationibus, uel sa-
si possint, rationem legis, quam Beda conduxit: crementorum exercitiis: quod ueteribus non
& uidebunt, quòd non uoluntariè, immo neces- erat moris: quia & multo tempore non uide-
saria ratione ducente legis Dei, non cæremonia- bantur in templo (dicit Ambrosius) sed erãt pri-
liter, sed moraliter exponendæ, Beda continen- uati. Hoc quoque excusationis genere for-
tiam illam sacerdotum nostrorum perpetuam tan suspenduntur & Græci: quibus una missa dun-
declarauit. Ex debito, sacerdos legis necessariò xat pro uniuerso celebratur populo in die. Et
uice ministrationis, & domo priuabatur, & con- eorum episcopi dicuntur conuenire frequẽtius,
iuge. Quòd si perpetuo ministrasset, perpetuæ tam ad celebranda mysteria, quàm ad baptizan-
castitate teneretur astrictus: sed quia lex carna- dum gentes.
lis erat, & sacerdotium ex sequela carnali, neces-
se habebat ex sua carne sacere successorem. Ex
parte ergo, qua erat ministerii spiritualis debi-
tor, spirituale debitum puritatis exoluit. Aliã
Hebr.7. partem impendit carnis sequelæ: cui seruitute
legis illius tenebatur obnoxius. Iam autem
translato sacerdotio, legis etiam translatio fit.
Et sicut Beda dicit: quia non carnalis successio,
sed perfectio spiritualis inquiritur: consequen- B
ter sacerdotibus, ut semper altari queant assi-
stere, semper ab uxoribus continendum, sem-
per castitas obseruanda præcipitur. Moralis 1
est hæc præceptio puritatis in congruentiam di-
uini ministerii: quam credo nunquam in aliqua
lege uacasse. Approbat suum Bedam in exposi-
tione illius loci, ad Timotheum. 3. Ambro-
Amb.Tom.5 sius. Veteribus enim idcirco concessum est
Leuitis, aut sacerdotibus uxores ad usum habe-
re: quia multum tempus otio uacabant à mini-
sterio, aut sacerdotio. Multitudo enim erat sa-
cerdotum, & magna copia Leuitarum, & unus-
quisque certo tempore seruiebat diuinis cære-
moniis secundùm institutum Dauid. Hic enim 4
uigintiquatuor classes constituit sacerdotum, ut
uicibus deseruirent. Vnde Abia octauam clas-
2.Par.13 sem habuit, cuius uice Zacharias fungebatur sa-
cerdotio. sicut continetur in Paralipomenon:
ita, ut tempus, quo non contingebat deseruire
altari, domorum suarum agerent curam. Ac C
ubi tempus imminebat ministerii, purificati ali-
quantis diebus accedebant ad templum offerre
Deo. Nunc autem septem diaconos esse opor-
tet, aliquantos presbyteros: ut bini sint per ec-
clesias, & unus in ciuitate episcopus. Ac per
hoc omnes à conuentu fœminæ abstinere debo-
re: quia necesse est eos quotidiè præsto esse in
ecclesia, nec habere dilationem, ut post conuen-
tum legitimè purificentur. Omni enim hebdo- 1
mada offerendum est, etiam si non quotidiè,
peregrinis, incolis tamen, uelbis in hebdoma-
da; & non desunt, qui propè quotidiè baptizantur ægri. Nam ueteribus ideo concessum
est: quia multo tempore in templo non uidebantur, sed erant priuati. Hæc ille. AVCTOR.
Hæc est summa rationis istorum sanctorum,

¶VBI FVNDATVR NECESSITAS continentiæ clericalis expressæ in scriptura sacra, & a primæuis ecclesiæ obseruatæ. Cap. CXXIX.

SVMMA.

1 *Clericalis continentiæ necessitas in scriptura sacra expressa, & a primæuis ecclesiæ obseruata ubi fundetur.*

2 *Witeleff nouum dogma (dicens, unius uxoris uirum, sic debere intelligi, ut cum una uxore continenter uiuat) diluitur. Et plura de hoc ibi.*

3 *Paphutij consilium in Nicæna synodo ex Cassiodoro recensetur. Et quid synodus tunc circa coniugium clericorum decreuerit.*

4 *Gregorij epistola ad Petrum subdiaconum pro castitate a diaconis Sicilianis seruanda. Et plura ibi de castitate clericorũ ex Ambrosio, Hieronymo, &c.*

5 *Aratoris poetæ dictum de pudicitia Pontificum. &c.*

VIGILANTER autem insudant, qui contraria horum sentiunt, interrogantes, ubi de hoc dominica scriptura præcepit, si non tantùm sit institutum humanum: nec sufficienter ad uerum tunc, quid instruxit Timotheum Apostolus de episcopis, presbyteris, & diaconibus in sequenti regulari catalogo. 1. ad Timotheum. 3. Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem: non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum: filios habentem subditos, cum omni castitate. Sequitur. Non neophytum, nè in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.

Oportet

Oportet autem illum & testimonium habere A stum Witeleff iam calcat Hieronymus, quia dicit in episcopali electione non esse dictum, eligatur episcopus, qui unam ducat uxorẽ, & filios faciat, qui unam habuerit, sicut Witeleff dicit, ipsum secundùm uerbum Apostoli, dum fuerit carnalis, cum una uxore uiuere continenter. Sed nec Iouinianus, qui frena laxauit cupidini, hoc admisit, immo si deprehensus, iuxta eum, quasi adulter damnabitur. Et in expositione epistolæ huius primæ ad Timotheum Ambrosius. Ostendit etiam istos unius uxoris uiros esse debere, ut ij ad ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim unam uxorem decreuit Deus, cum qua Deus benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicitur. Qui si filios bene gubernauerit, & domos suas, id est, uernaculos, aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & siduciam habere apud Deum, ut sciant se posse impetrare quod postulant, iam de cætero se ab usu fœminæ cohibentes. Hæc ille. Avct. Nota quod dicit, iam de cætero se ab usu fœminæ cohibentes: postquàm scilicet ante ordinationem suam unam duxerint: ut in eundem locum Haymo. Vnius uxoris uirum, id est, Haymo. antequàm ordinetur, unam uxorem debet habere, ut non sit bigamus, aut trigamus. Postea uero penitus abstinere debet. Hæc ille. Avctor. Adhuc nec sic intelligenda est electio episcopi, ut omnino exigatur, quòd fuerit unius uxoris uir, sicut non defuerunt qui sic exponerent: quasi qui propter Deum se ab uxore continuit, forte ex hoc ad episcopatũm meptior. Quo contra in expositione eiusdem loci Ambrosius Hæc (inquit) si- Ambrosius. gna sunt dignitatis episcopalis: si quis autem potiora sectatur, & corpus, & animam suam Deo dicauerit, nè se copulet matrimonio, tanto dignior fiet. Ideo enim inferiorem posuit, ut de potiori nemo dubitaret. Hæc ille. Avctor. Potior autem est continentia Deo consecrata monogamia in ratione uirtutis meritt. Per hoc ergo, quòd monogamus ad episcopatum admittitur, de mente Apostoli nemo dubitet, quin professor continentiæ dignior existimetur. Et super hoc loco do diaconibus in lib. annotationum. Hieronymus. Diaconi sint unius uxoris uiri: non ut si non habuerint, ducant, sed nè duas habuerint. Si enim digniorem facit uxor, cur non magis bigami, aut trigami ordinentur. Hæc ille. Avctor. Quod autem peruerit quorundam conscientiam coniugalis licentia inter Græcos ex sexta synodo: & item instantia sancti confessoris Paphutij in magno Nicæno concilio: sciendum ex textu uerborum suorum

Universidad de Deusto Biblioteca

non habere omnes sacerdotes Græcos in sua potestate moderna coniugium: sed eos tantùm, quos ante concilium reperit uxoratos ad explendum susceptum tunc coniugium esse permissos, nè ultra uires suas noua, & inexperta castitas, in labyrinthum lasciuiæ mergeret inexpertos. Qđ item bis fecit Gregorius in ecclesia latinorum.

3 Pensentur† iam uerba actitata Nicæni concilii. in historia tripertita* CASSIODO. Nicæna synodus uolens corrigere hominum uitam in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones uocamus; in quorum tractatu uidebatur aliquibus introducere legem: ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerunt, non dormirent. Surgens autem in medio PAPHVNTIVS. confessor contradixit: honorabiles confessus nuptias: & castitatem dicens esse cum propria coniuge cócubitum. Suasitque concilio, nè talem poneret legem: grauem esse asserens, causam quæ aut ipsis, aut eorum coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et hoc quidem Paphuntius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit, Synodusque laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in uniuscuiusque uoluntate, non necessitate permisit. Hæc ille. AVCTOR Iam uidetis quòd dixi, tam ex parte instantium ad editionem canonis, quàm ex obiectione Paphuntii. Videbatur (inquit) aliquibus inducere legem, ut episcopi, & cæteri cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. At contra Paphuntius asseruit grauem legem fore, quæ aut ipsis, aut eorum coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et item cauet. 6. synodus dicens. Legales nuptias amodò ualere uolumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. distinctione trigesimaprima. Quoniam de uxoribus, quas ante ordinationem suam duxerant, totum dictum est: idcirco puto adhuc Græcos sacerdotes, qui nolunt continenter uiuere, uxores sibi ante ordinationem suam accipiunt, quas licenter teneant ordinati iuxta eandem 6. synodum 32. distinctione sexta. synodus. Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, uoluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Hæc ibi. AVCTOR. Ita ergo præsens capitulum, quod in fauorem Grecorum clericorum editum est, uidetur uelle eos coercere, ne post consecrationem contraherent; nequaquam propter dissimulandam eorum petulantiam, aut planè eorum fornicationem uitandam, iam ductas uxores retinere concessit.

Cassiodo. de Nicæna Synodo. c. 14. lib. 2. — *Paphūtius* — *Nota* — *Sinodus 6.* — **Est ep. 42. li. 1. incipit quod respō salem.*

5 Quod† item cunctis subdiaconis Siciliæ constituit fieri per epistolam* ad Petrum subdiaconum GREGO. Ante triennium* diaconi omnium ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ ecclesiæ suis uxoribus nullatenus misceantur. Quod mihi durum, atque incompetens uidetur, ut qui usum continentiæ non inuenit, neque castitatem promisit, compellatur à sua uxore separari: atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. *Inde uidetur mihi, ut à præsenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere* diaconum præsumant, nisi qui se uicturum promiserit castè: quatenus & præterita mala, quæ propositio mentis appetita non sunt, uiolenter non exigantur, & futura cautè caueantur. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ad caput præcedens pro Grecis addit Gregorius: ne consecretur postea quisquàm diaconus, nisi qui se uicturum castè promiserit. Et subdit rationem in fine. Quia nullus debet ad altaris ministerium accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Hoc enim apostolica lex præscripsit, ut ante monstrauimus. Nec in sugillationem dico Græcorum: sed non uideo, qualiter decretum seruent Apostoli, qui cælibatum sacerdotum, quem tàm planè constituit, uertunt in coniugium: quamuis post acceptum sacerdotium nullus nubat eorum, ut fertur. Et ratio orthodoxa, Sacerdos quotidiè debet in ecclesia ministrare aut sacramenta celebrando, aut offerendo, uel instando monitionibus priuatis, aut publice prædicando. Quomodo potest implere prædicto, qui propter uxorem necessariò solicitus est circa mundum? dicente propter hanc rationem Apostolo. 1. Corinth. 7. Volo autem uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Dicat nunc Witclefi: si Paulus uoluit episcopos uxoratos esse: quando etiam plebeis Corinthiorum dixit se uelle eos sine solicitudine esse, quod uxores habentes, iam non posse, monstrauit? Immo diuisi sunt inquit. Et paulò superius in eodem cap. fideli uxorato non concedit ad tempus orationi uacare, nisi careat officio coniugali. Qualiter ergo uacabit episcopus, aut sacerdos continuè orationi pro plebe, nisi semper ab uxore contineat? Idcirco eo loco in expositione super. 1. Timoth. 3. AMBROSIVS. Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, ut uacent orationi quanto magis Leuitis, aut sacerdotibus, quos die noctuque pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo esse debent cæteris, quia auctores Dei sunt. Hæc ille. AVCT. Et libro primo contra Iouinianum cap. 21. HIERON. Si Sed & hoc inferendum, si laicus, & quicunque fidelis

Gre. To. 1. — *1. Cor. 7.* — *Amb. To.* — *Hie. To.*

delis orare non potest, nisi careat officio coniugali: sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum: ergo semper carendum matrimonio. Nam & in ueteri lege, qui pro populo hostias offerebant, nō solùm in domibus suis nō erant, sed purificabantur, ad tempus ab uxoribus separati: & uinum, & siceram non bibebant, quæ solent libidinē prouocare. Hæc ille. AVCTOR. Nullus ergo cōtemnat hoc ecclesiæ de clericali castitate decretum tanquàm humanum penitus: sed sciat euangelicum esse, & à legis necessitate descendens Apostolicum institutum: sicut in decreto, Leo Papa semper insinuat: & omnes penè, quos hic recensui de Apostoli Pauli mente hoc exponunt, cum conformitate decreti legis antiquæ, sicut hic Hieronymus dixit. In lege ueteri, qui hostias offerebant, in domibus suis non erant, purificabantur, separati ad tempus ab vxoribus, & inebriantia non bibebant. Et corā Christo solicitiori cura continentiæ opus est sacrificantibus corpus & sanguinem Iesu Christi. Epistola ad Pammachium, quę est. 74. HIERONYMVS. Ecce perspicuè nuptias diximus concedi in euangelio: sed tamen easdem in suo officio permanentes, præmia castitatis capere non posse. Quod si indigne accipiunt mariti, non mihi irascantur, sed scripturis sanctis. Imò episcopis, præsbyteris, & diaconibus in uniuerso choro sacerdotali, & leuitico, qui se nouerint hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. Et in fine epistolę. Igitur (ut dicere cœperamus) Christus, & uirgo Maria utriusque sexus uirginitatis dedicauere principia. Apostoli, uel uirgines, uel post nuptias continentes. Episcopi, presbyteri, diacones, aut uirgines eliguntur, aut uidui: aut certe post sacerdotium in æternum pudici. Hæc ille. AVCTOR. Sic est causa sacerdotum Christi, quod hostias offerre nō possunt, si operi seruiant coniugali. Ideo aut eliguntur uirgines, aut uidui, aut post consecrationem in æternum pudici. Vnde & in actus apostolorum, tractatu illo, ubi Paulus prohibitus est prædicare uerbum Dei in Asia, ARATOR.†

Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos, & quærit in omni
Cauta tribu, quos ritè probet, nec sanguinis iste,
Sed meriti successus erit.

Hæc ille. AVCTOR. Ecce non dicit aliquid fide inferius, sed alma fides sine fine pudicos Pōtifices iubet esse suos. Quò tibi displicet? Quid uolunt? quid sibi uendicant sacerdotes Christi iam amplum priuilegium uoluptatis, ut non Christi corpus, & sanguinem tanta honestate uitæ pertractent, quanta carnes pecudum sal, uel similam, uel flammiuolam adipē iudaici sacerdotes? Illi domo propria exulabant, ut longè essent à coniuge. isti nec die, nec nocte integra uolunt ferre diuortium. Ipsi purificabantur curiosa, & diligenti solertia, priusquàm ad ministrandum accederent. Nostri (quod pudet dicere) quid putas requirunt, nisi ut de cubili vxoris ad altare mox properent? ubi plus de uxorum quæstubus, quàm de fidelium spiritibus cogitabunt, Sic enim dicit Apostolus supra. Solicitus est quomodo placeat uxori, & diuisus est. Diuisus & labore, & mente. plus enim quam dimidius est uxoris: nec potest ab integro dicere, Portio mea dominus. unde* lib. 3. de uiduis post medium, AMBROSIVS. Dicate uos Christo, & confitemini ei, ut dicatis, Portio mea dominus. Non potest hoc nupta dicere, sed innupta. Nupta enim quærit uiro suo placere: innupta autem Christo placere. Illa mundi: hæc Christi possessio est. Leuita, qui nihil sibi de terrenis uendicat, Christi possessio est. Qui quærit uxorem, non potest dicere, Portio mea dominus. Denique Christi minister, quid ait? Argentum, & aurum non habeo: sed quod habeo, do tibi. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Hoc enim acceperat, qui aurum non desiderabat. Deniq; missus erat sine uirga, sine sacculo, sine pecunia. Et ideò glorificatur: quia non habebat, quod non acceperat. Non enim erubescebat in paupertate, quem pauper redemerat. Hæc ille. AVCTOR. Benè coniungit cælibem pauperi, ad canendum concorditer dictum uersiculum, Portio mea dominus. Vterque enim solicitus est quæ domini sunt: non quæ seculi. Post hæc omnia cur clamosi nostri clerici personant, & strepunt tolli sibi priuilegium nuptiale, libertatem coniugii? his laudant terminis, his uerbis proferunt seruitutem. Quasi sterilis continentia perpetua seruitute damnetur: coniugalis autem uita omni libertate donetur. Aut si antiquorum se uel Græcorum authoritate defendant. semper nouerint inter eos dilatum esse sacrificium, & quòd non quotidiè ministrare teneantur ut nos. Vnde libr. 1. de officiis* uersus finē, AMBROSIVS. Quomodo autē potest hortator esse uiduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? In offensum autem exhibendum, & immaculatum ministerium, nec ullo coniugali coitu uiolandum cognoscitis, qui integri corpore, incorrupti pudore, alieni & ab ipso consortio coniugali, sacri ministerii gratiam recepistis. Quod ea non præterij gratia, quia in plerisque abditioribus locis cùm ministerium gererent, uel etiam sacerdotum filio susceperunt: & id tanquàm usu ueteri defendūt, quando per interualla dierum sacrificium deferebatur: & tamen castificabatur & populus per biduum, aut triduum

Leuit. x. — *Act. 16.* — *Arator.* — *1. Cor. 7.* — *Psal. 118.* — **apud nos nō habetur nisi unus liber de Viduis.* — *Ambrosius To. 1.* — *1. Cor. 7.* — *Psal. 18.* — *Act. 3.* — *Matt. x.* — **cap. 50.* — *Amb. To. 1*

Universidad de Deusto
Biblioteca

duum, ut ad sacrificium purus accederet: ut in
Exo.19. ueteri testamento legimus: & lauabant uestimenta sua. Si in figura tanta obseruantia, quanta in ueritate? Discе sacerdos, atque leuita, quid sit lauare uestimenta tua: ut mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione uestimentorum suorū prohibeatur accedere ad hostiam suam: tu illotus mente pariter & corpore, audes pro aliis supplicare? audes aliis ministrare? Non mediocre
Nu.3. officium Leuitarum: de quibus dicit dominus, Ecce eligo ego Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito aperiente uulnam in filiis Israel. Redemptiones eorum erunt isti mihi Leuitæ erunt. Hæc ille. AVCTOR.
Ab omni ecce opere coniugali necesse est istos 1
esse liberos, quos dominus ab omnibus elegit sibi in sanctos. Quid istos ad Valerium 2
mittam? Quid item ad sapientem benedicentem Deum, qui se de mulieris eripuit seruitute? Cur non audiunt Apostolum 1. ad Corin- B
1.Cor.7. thiorum 7. præter necessitates forinsecas, carnis tribulationes innumeras: sub unius uerbi te 1
cto & faceto compendio copulare? Si acceperis (inquiens) uxorem, non peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Hostem unum credunt excludere, dum septem assumunt. Ignem uolunt extinguere, cum adipem flammis aspergunt. An non cum exercitio carnis, crescit molestia? Cunctas coningalis uitæ pende molestias, & fatearis si possis, solutus, 2
an uxoratus uter est liberior? Certum est ad coniugii uitandas pœnas, prædicator ille coniugii Iouinianus uitauit coniugium, teste libro
Aug.To.8 de hæresibus AVGVSTINVS. Non sanè ipse uel habebat, uel uolebat habere uxorem, quod non uolebat propter aliquod apud deum maius meritum, in regno perpetuæ uitæ futurum: sed propter præsentem prodesse necessitatem: hoc est, ne homo coniugales patiatur molestias disputabat. Hæc ille.

DE SACRAMENTO coniugij, seu matrimonij.

CONIVGIVM QVID SIT & quòd non includat de necessitate sacramenti, copulam carnalem ad propagationem prolis Ca. CXXX.

SVMMA.

Coniugium prauè ab Wicleff quid sit describitur.
Coniugium Mariæ, & Ioseph.
Coniugium, quod non includat de necessitate sacramenti copulam carnalem ad propagationem prolis.

CONIVGIVM † siue matrimonium describit Wicleff, dicēs 4. lib. ter damnati trialogi. cap. 2. quòd coniugium sit legitima copulatio: qua secundum Dei legem licet eis sine crimine filios procreare. Ordinauit enim Deus, quòd Adam, & Eua, & per consequens quòd cuncti duo coniuges in procreatione carnali taliter copulentur. Hæc Witeleff. AVCTOR. Nescio † tamen si immemor fuit utr iste sacri illius coniugii Mariæ & Ioseph, quod utique non sine ordinatione diuina, & primæuo instinctu spiritussancti, sponsaliter contraxerunt, & postea eodem Deo mouente per angelum detinebant. Cùm tamen non ordinauit Deus per legem suam, q̄ in procreatione carnali taliter copulentur: immo nè taliter C
copularentur, instituit. Nec ipsi coniuges talem copulam proponebant, dicente Maria ad angelum cum iam desponsata fuisset. Quomodò fiet istud, quoniam uirum non cognosco? id est carnaliter non propono. Vnde in eodem loco, in commentario BEDA. Propositum suæ mentis reuerenter exposuit: uitam uidelicet uirginalem se ducere decreuisse. Quæ quia prima fœminarum tantæ se uirtuti mancipare curauit, iure singulari præ cæteris fœminis beatitate meruit excellere. Hæc ille. AVCTOR. Aut ergo inter istos non erat uerum coniugium: & mentitus est angelus de cælo dicens ad Ioseph. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. aut quandoque in procreando fœtum erant carnaliter copulandi, ad sensum Heluidii, aut quod utique rum

1.Cor.7. rum est) definitio in eius sensu hæresim sapit A
de quidditate coniugij non propter hoc solùm, sed quia euacuare conatur 1. ad Corinth. 7. Quid enim si coniuges hoc haberent in uoto, quod ait Apostolus, Tempus bene est. Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & perpetuo tempore a procreandis liberis promitterent abstinere? Nunquid contra legem fidei facerent: implendo Apostolum, & coniuges esse desinerent: quia iam non licet eis sine crimine filios procreare? E contra dicitante Christo nō licere dimittere uxorem, nisi propter fornicationem? Pro concepto autem Apostoli facit in expositione eiusdem loci AMBR. Vt & qui habent
Amb.To.5 uxores ita sint quasi nō habentes: quia enim mūdi finis in proximo est, non debere ad generandum esse solicitos: neque ad usum illum deditos; ut propensiores, & nigilantiores in diuinis operibus exercitati citra curam legis imminente pilio repugnent. Hæc ille AVCTOR. Ex intentione ergo Apostolus ab officio generandi: & sic uult eos habere uxores tanquam ad propagationis usum non habeant nec tamen minus tales, & fide coniuges, & sacramento. Quia nec mulier sit a uiro discedat, definit esse coniunx sed potest reuerti ad uirum, dicente Apostolo. His autem, qui in matrimonio iuncti sunt, præcipio, nō ego sed dominus, uxorem a uiro, non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Vir ergo eius, quæ discessit, adhuc est: cui iure uxoris reconciliari posse concedit. Non ego tamen in his dictis nego prolem magnum bonum esse coniugij: sed circumstationale bonum non omnino necessarium, sine quo non erit coniugium, sicut sunt, aut fides, aut etiā sacramentum. Quatiter intendit Witeleff: cum in descriptione nostra ait, dans iam modernis C
erroribus, qui etiam in quibusdam Cantiæ finibus ferūtur erumpere. Iam enim a tremmo fateri solent, cum uir, aut mulier, aut infirmitate quacunque perpetua, aut ætatis exortu propagationis annos excesserit, coniugium esse soluēdum. Fauet eis, q̄ in definitione coniugii Witeleff procreationem prolis expressit: Fauet amplius, q̄ in eodem capitulo iam prędicto respondendo ad secundam instantiam formatam sic. Nihil est licitum, nisi possibile sit de iure. copulantur matrimonialiter satis licite, qui non possunt filios procreare: ergo descriptio est minus ualida. Videtur (inquit) mihi probabile, q̄ tales, qui non possunt procreare carnaliter, quodammodo illicite copulantur. Vnde antiqui, qui ex cupiditate temporalium, ex spe mutuorum iuuaminum, aut ex causæ excusandę libidinis, licèt desperent de prole, copulantur adinuicem non uerè matrimonialiter copulātur. Hæc Witeleffi

A AVCTOR. Ergo fornicatur, qui sic carnaliter copulantur. Necesse est enim in omni tali cōtractu fornicationem esse ueram, ubi matrimonium non est uerum. Et si desperatio, ut non intentio principalis ad prolem est in causa, nec excusari potest infirmitas tali coniugio: malè probauit Apostolus tam prætensum coniugiū; dicens. Propter fornicationem autem unusquisque suum uxorem habeat, & unaquæque suum uirum habeat. & iterum. Reuertimini in idipsū, nè tentet uos Satanas propter continentiam uestram. Hoc dico secundum indulgentiam: non secundum imperitium. Et iterum. Dico autem nuptis, & uiduis, bonum est illis, si sic permanserint: sicut & ego. Quòd si se non continent, nubant: Melius est enim nubere, quàm uri. 1. Corinth. 7. Vbique † ecce laxat nuptiarum finus principaliter propter fornicationem uitandam, 1. Cor.7.
& sub sacramento regendam, de procreatione prolis non dicit. Non enim ait. Propter prolem B
gignendam, unusquisque suam uxorem habeat, quamuis sit in officio coniugali affectus eximius sed plane, Qui non potest continere, nubat. &c. Ne tentet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Isti iam in casu Witeleff quamuis desperent de prole, uolunt secundum indulgentiā Apostoli nubere, ut non uratur. Ergo Apostolus indulget eis talia connubia: quia secundum ipsum non uerè matrimonialiter copulantur. Sed exponens Apostolum libro suo de bono cōiugali, cito post principium AVGVSTINVS. Aug.To.6 *incertum dum.
Quicquid (inquit) coniugati immo destum, uerecundum, sordidumue gerunt, uitium est hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipsa quoque moderatione ex actione debiti carnalis, quam eis non secundum imperium, sed secundum ueniam concedit Apostolus, ut etiam præter causam procreandi sibi misceantur: etsi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen sic ab adulterio, seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscit. Hæcille. AVCTOR. Apostolica fides est ista, quam Augustinus exponit. Non enim sunt criminabiles nuptiæ, si quantumcunque uitiosum, aut sordidum contrahentes non impossibilem nuptiis gerant affectum. Et specificat misereri sibi nolentes præter causam procreandi: & propter nuptias (inquit) mixtioni ipsi ignoscitur quia & ipsam secundum ueniam concedit Apostolus. Quamquam enim coniugium ipsum ad prolis procreationem ab exordio constitutum sit, quantum ad officium: tamen post primæuum peccatum, excusandæ libidinis prouisum est remedium. Ecclę.3
Vnde libro 5. expositionis suæ super Ecclesiasten tractans hunc textum. Tempus amplexandi

& tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hugo. & tempus longè fieri ab amplexibus. HVGO. A
Castis (inquit) amplexibus tempus datum est, ut
seminetur caro in propagatione, & humani ge-
neris seges, quæ quotidiè per eorum inundum
morte metitur, studio generationis reparetur.
Pactum enim institutionis primæ, quo ex car- 1
ne caro sumenda erat sine carnis contagio,
post peccatum primæ præuaricationis in carnè
peccati per indulgentiam confirmatur, non so-
lum pro explendo officio, sed & pro conferendo
remedio: hoc, scilicet, metus carnis immoderatiùs
iam efferuens, turpiùs in omnem præuaricatio-
nem profluceret, si licitè nunquam laxari potuis-
set. Præscribitur itaque meta usquequo se sine
pudicitiæ damno extendere possit carnis effe-
ctus: ut quod in matrimonij castimonia per con
cessionem agitur, etsi ad infirmitatē pertineat,
ad turpitudinem tamen nō imputetur. Hęc ille.
AVCTOR. Hoc ultimum Hugonis audiant B
Witcleuistæ: quod in matrimonij castimonia
per concessionem agitur, supple Apostoli, etsi
ad infirmitatem pertineat, non tamen ad turpi-
tudinem imputetur. Quid aliud ad infirmita-
tem pertinens, nisi quod suprà dixit, motus car-
nis immoderatiùs iam efferuens? Et ad hoc con-
firmatur indulgentia non solùm pro explendo
officio partus tantùm, sed etiam pro conferen-
do remedio. Quæ duo sunt in coniugio diuersis
Hugo. modis & temporibus institutatis: sicut lib. 2. de sa-
cramentis parte. 11. capite. 3. idem HVGO.
Officium autem coniugij, hoc est carnis com-
mixtionem, ante peccatum non ad remedium
infirmitatis, sed ad multiplicationem prolis in-
stitutum est. post peccatum autem idem ipsum
Augustin. ad remedium infirmitatis concessum, beatus
AVGVSTINVS. testatur his uerbis, dicens,
Vtriusque sexus infirmitas propendens in rui-
nam turpitudinis, rectè honestate nuptiarū exci
piatur: ut quod sanis esset officium, sit ægrotis re
medium. Hæc ille. AVCTOR. Alia ergo causa C
est officij in nuptijs, alia remedij infirmitatis:
&, ut tu dicis, excusandæ libidinis: & utraque pu
ra, & honesta quantum est ad ipsum coniugij sa
cramentum. Sub sancto & illibato tegumento
ueniam suscipit inhonestus affectus, quando
posthabito prolis effectu, libidinosus ardor ue
niam meretur ex nuptijs.

¶ QVOD INTER STERILES, vel sanctè continentes, absque spe soboli, est uerum coniugium: Cap. CXXXI.

SVMMA.

1 *Coniugium quòd sit uerum inter steriles, uel san-*
ctè continentes absque omni spe soboli ostendi
tur. Et plura de bocibi ex Hugone & Augu-
stino.
2 *Coniugium seu matrimonium quid sit.*

1 RECCANT igitur, & atrociter pec
cant, contra bonum coniugij, qui so
lū officium propagandæ prolis excipiunt, quod ante peccatū præscriptū est, & sine ipse fidē & fœdus nuptiale dissoluūt: ueterum matrimonia dissuunt, & diu rata calcāt coniugia, nescientes, quòd ipsa societas nō uerborum tantùm, & morum, ut ciues, ac domestici in domo conueniunt: sed corporum ipsorum diuersitate sexus indiuidua est res in ipsa maritali connexione omni carnali commixtione etiam prolis ratione præclarior. In prædicto loco HVGO. In coniugio aliud esse, & alterius rei sacramentum esse ipsum coniugium: & aliud esse, & alterius rei sacramentum esse ipsum coniugij officium: idem ipse AVGVST. in libro de bono coniugali testatur, dicens. In coniugio aliquid boni esse uidetur: non solùm propter propagationem filiorum, sed etiam propter naturalem in diuerso sexu societatem. Alioquin iam non diceretur cōiugium in senibus, si uel amissent filios, uel non genuissent. In quibus & si emarcuerit ardor carnis, uiget tamen ordo charitatis. Item in nuptijs plùs ualet sanctitas sacramenti, quàm fœcunditas uentris. Vnde quidam non intelligentes hoc, quod dictum est: dicunt quòd mulier non potest pertinere ad Christi & ecclesiæ sacramentum, cum qua nosciturr non fuisse carnale commercium: existimant sacramentum coniugij esse non posse, ubi commistio carnalis non fuerit. Nesciunt enim quòd officium cōiugij in carnis commixtione illam, quæ inter Christum, & ecclesiam per carnis susceptionem C facta est unionem, figurat. Propterea Christi, & ecclesiæ sacramentum esse non possit, ubi commercium carnale non fuerit. Coniugium tamen uerum, & uerum coniugij sacramentum esse, & si carnale commercium non fuerit subsequutū. Imò potiùs tantò uerius & sanctius esse, quantò nihil i se habet unde castitas erubescat, sed unde charitas glorietur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce uerius, & sanctius coniugij sacramentum, ubi non interuenit carnale commercium: uel si desperetur de prole: uel si mutuo consensu in primo ingressu connubij carnis suspendant officium, & sanctæ societatis individuum seruent affectum. Falsum ergo est, hæreticum est, quod dixit Witeleff: quòd si spe mutuorum inuamissim sine spe prolis copulentur adinuicem, non est uerum matrimonium. Falsum est, hæreticum est: quod sylueſtres hæretici consequenter

quenter aberrant, dicentes iam uetulorum taliū A
soluendum esse coniugium. Pro inconuenienti
enim non ferendo hoc intulit Augustinus. Alio
Gen. 17. quin, inquiens, iam non diceretur coniugium in
senibus. Dicant quę cur non soluit Abraham Sa-
ræ cōiugium, quod centenarius expectauit in ste
Gen. 24. rili? Et Isaac similiter cur duxit sterilem, nec di-
misit? Et uterque quantum possent humanitus
debuerant desperare de prole. Et ideò inter eos
secundum Witeleff, quantum eorum erat: nec
fuit uerum coniugium, & per consequens tanto
Lu. 1 tempore frequens fœda commixtio. Quid item
dicturi sunt de Baptistæ parentibus Zacharia, &
Elisabeth usque ad ætatem penè decrepitam in-
fœcundis? Sed talium sanctorum coniugium so
cietati probatæ testatur diuinum ad eos benefi-
cium in fine temporum, reddens eis sobolem pū
tiosiorem millibus de sinu gratiæ supra uires na B
turæ iam marcidæ. Idcireco libro de bono coniu-
gali AVGVSTINVS. Semel initum connu-
bium in ciuitate Dei nostri: ubi etiam exprima
duorum hominum copula quoddam sacramen-
tum nuptiæ gerunt, nullo modo potest, nisi alicu
ius illorum morte dissolui. Manet enim uincu-
lum nuptiarum: etiam si proles, cuius causa ini-
tum est, minuitta sterilitate non subsequatur:
ita ut scientibus coniugibus non se filios habitu
ros, separare tamen se, uel ipsa causa filiorum,
atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint
eis, quibus se copulauerint, adulterium commit
tunt. Ipsi autem coniuges manent. Hæc ille.
AVCTOR. Et ibidem iterum paulo suprà
AVGVST. Tantum ualet illud sociale uinculū
coniugum: ut cum causa procreandi colli- C
getur, nec ipsa causa procreandi soluatur.
Posset enim homo sterilem dimittere uxorem,
& ducere de qua filios habeat, & tamen non li-
cet. Et nostris quidem iam temporibus, ac mo-
re Romano nec superducere, ut amplius habeat,
quàm unam uiuam. Et utique relicta adultera,
uel relicto adultero, possent plures nasci homi-
nes: si uel illa alteri nuberet, uel ille alteram du-
ceret. Quod tamen si non licet, sicut diuina regu
la præscribere uidetur, quem non faciat inten-
tum, quid sibi uelit tanta firmitas uinculi coniu
galis? Quod nequaquam puto tantum ualere po
tuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirma
mortalitate hominum quoddam sacramentum
adhiberetur: quod deserentibus hominibus, at-
que dissoluere cupientibus, incōcussum illis ma-
neret ad pœnam. Hæc ille. AVCTOR. Et item
2. lib. de adulterinis coniugijs post mediū, idem
AVGV. Hos alloquor, ut quod facere deberent, si
haberent coniuges diuturno languore marcen-
tes, uel loco sibi inacessibili absentes, uel animo
sitate illicita continentes: hoc faciant, si habue-

rint coniuges adulterina inquinatione sordē- A
tes. Non alia quærant coniugia: quia non erunt
coniugia, sed adulteria. Hæc ille. AVCTOR. In-
telligere tamen possumus post prædicta quo ad
Witeleffism inter contrahentes, exclusa spe pro
lis per sterilitatem affectatam, uel procuratam,
nuptiæ non sunt uerę, nec uerum coniugium: si
coniuges tamen concumbere non desistant.
Adulterina est enim illa complexio, ubi fides da
tur simul ad explendam libidinem, & ad extir-
pandam sobolem. Libro de bono coniugali AV- Aug. ca. 8. To. 6. in de ciu. Grat. d. 32. q. 2. chabet.
GVSTINVS. Solet etiam quæri, cum masculus, & fœmina
nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet nō
filiorum procreandorum, sed propter incontī-
nentiam solius concubitus causa copulantur, ea
fide mediante, nē ille cum altera, nec illa cum al
tero id faciat, utrum nuptiæ sint uocandæ? Et
potest non absurdè fortasse illud appellari con-
nubium, si usque ad mortem alterius eorum id
inter eos placuerit, & prolis generationem, quā
uis non ea causa coniuncti sint, non tamen ita
uerint ut uoluit nasci sibi filios uel etiā ope-
re aliquo malo, nē nascantur, agant. Cæterùm si
uel utrunque, uel unum horum desit, non inue-
nio quemadmodum has nuptias appellare pos-
simus. Hæc ille AVCTOR. Ad hunc casum at
tendat Witeleff, & ponderet partes eius. Prima
pars est, quod si legitimè contrahentes, non filio
tum procreandorum causa, sed ad uitandam in-
continentiam solius causa concubitus fide indis
solubili citra mortem, nunquid nuptiæ sunt no
candæ? Respondet non absurdè dici connubium
directè contra Witeleff, dicentem non esse uerū
coniugium: cum tamen per eum, si esset non tea
le, sed imaginarium aliquid tropicè, uel figurali
ter sacramentum, uerum coniugium diceretur.
Secundò addit in casu Augustinus. Quòd si in
conuentione non solum non intendant prolem,
sed uitent, ita ut nolint, uel aliquo opere malo id
agant, ne prolem habeant, si concumbant, pror
sus tunc quomodo nuptiæ appellari debeant,
non agnouit. Nec mirum: quia naturalem actū
a naturali fine diuertunt: scilicet, concubitū car-
nis ab effectu prolis. Secus autem esset, si pro-
pter orationem omni carnis commixtioni si-
mul renuntiarent & proli. Quod ita intra ip-
sum coniugium sanctum est, ut uiduitati, uel si Idem c. 6.
sint cælibes, marginali laudi non indigne respon
deat. Eodem libro citò post, AVGVST. Coniuga
lis concubitus generandi gratia non habet cul-
pam. Concupiscentiæ uerò satiandæ, sed ta-
men cum coniuge, propter tori fidem, uenia-
lem habet culpam. Adulterium uerò, siue
fornicatio, lethalem habet culpam. Ac per
hoc melior quidem est ab omni concubitu con-
tinentia, quam uel ipse matrimonialis concubi
tus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus,qui sit causa gignendi. Sed quia illa conti- A nentia meriti amplioris est, reddere uerò debitum coniugale nullius est criminis:Exigere autem ultra generandi necessitatem, culpæ uenialis:Fornicari porrò,uel mœchari, puniendi criminis:Cauere debet charitas coniugalis,nè dum sibi quærit unde amplius honoretur,coniugi faciat unde damnetur. Hæc ille. AVCTOR. Recitatis uitæ differentijs,quæ contingunt uicissim in coniugio,meliorē dicit omnium immunitatem ab omni concubitu:& hoc inter coniuges. Quod patet per hoc, quod subdit: quòd cùm melior sit ab omni concubitu continentia etiam, quàm matrimonialis concubitus causa gignendi:cauere tamen debet charitas coniugalis,nè sic quærat unde amplius honoretur, ut cōiugi faciat unde damnetur. Et infrà uersus finē libri AVGVSTINVS. Hæc omnia bona sunt, propter quæ nuptiæ *bonum sunt:Proles,fides, 1 sacramentum. Nec prolem autem carnalem iā hoc tempore quærere, ac per hoc ab omni tali B opere immunitatem quandam perpetuam retinere,atque uni uiro Christo spiritualiter subdi: melius est utique,& sanctius: si tamen ea *uocatione sic utantur homines, quemadmodum scriptum est: ut cogitent quæ sunt domini:quo 3 modo placeant domino,id est,*ut perpetuam cogitent continentiam:nè quid minus habeat obedientia. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd 4 coniuges continentes ab omni carnis copula meliores, & multò sanctiores extollit Augustinus super propagantes,addendo,si tamen perpetuā cogitent continentiam:& ad hoc uoto se astringant, uelut Maria & Ioseph. Et isti tunc erunt inter omnes perfectissimi coniuges,quorum cōiugio descriptio Witcleff præ sui nimia breuitate non conuenit:cùm nec istis liceat præfirmata cogitatione perpetuæ continentiæ filiorum propagationi uacare.Ponamus ergo meliorem, & melius *artificatam descriptionem HVGO- 2 NIS.Coniugium † est consensus masculi & fœminæ legitimus,indiuidualem uitæ consuetudinem retinens.Hæc ille.lib.2.de sacramentis,parte.11.cap.4.AVCTOR.Si uerò instetur, quòd antiqui patres non concesserunt coniugium,ubi non intercessit carnale commercium: dicitur, quòd de illo particulari loquebantur coniugio propagandæ prolis: quod dispensatione prima incipitur,sed carnis commercio consummatur. Et consequenter tale carnis coniugium parentibus Christi negant: sed non illud perfectissimum, quod optima connubia non excludit: sicut in Homilia Euangelij, Cùm esset desponsata Ioseph. ORIGINES. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Coniugem audiens,non expauescas,non conturberis: non tu,

Exp.7.

Augustin. cap.24.
*bone

*uacatione.
1.Cor.7.
*ut perpetuo cogitet continentiā

*artificiatē Hugo. Quid sit matrimonium.

Origines. To.1. Matt.1.

nec quisquam sequentium usque in consummationem seculi. Coniugem eam dico propterea, ut diabolo turgiditatem eius occultem,ut Iudeorum prauitatem excludam,ut legis institutā non destruam. Et in consequentibus demonstro, quòd ista nè coniunx tua secundùm consuetudinem coniugij habeatur, nec iste qui generatur, tuus filius esse credatur.Hæc ille. AVCTOR. Ecce coniunx:sed non secundum consuetudinem coniugum.

¶ QVOD CONIVGIVM CELEbrandum est in signis sensibilibus, & cum uerbis simplicibus de præsenti. Cap. CXXXII.

SVMMA.

Witcleff,qui signa sensibili,quæ sint de ratione ecclesiastici sacramenti,suspendit à sacramento matrimonij,confutatur.

Witcleff dictum contra uerbum de præsenti, & hæc conuertuntur(Te accipio in uxorem, & Te accipiam in uxorem) multorum authoritatibus diluitur.

Deus creator omnium, quomodo ad producendum res primarias præ elegerit uerbum de præsenti.

Nuptialis obligatio quod non sit sola promissio, ut Witcleff delirat,sed actualis traditio sui corporis,& alienatio suæ potestatis &c.

SIGNA † uerò sensibilia cum sint de ratione ecclesiastici sacramenti: cur ab hoc sacramento suspendit Witcleff,nisi quia negligit sacramentum? Dicit enim.4.ter damnati Trialog.cap.22.Veritas quidem mihi uidetur,quòd assistente consensu coniugij, & domino approbante, subducto quocunque signo sensibili,foret satis. Idcò C lex conscientiæ, & instinctus domini in benè uentibus in contractu huiusmodi rectissimè regularet.Hæc Witcleff.AVCTOR.Qui quodcūque signum sensibile tollit contractui coniugali,dicat qualiter potest consensus coniugum alterutri esse notus? Quòd si consensus mutuus ignoretur ab eis, qualiter potest utrique coniugum, coniugiū esse notum? Si uerba suspendāt, quia contrahentes fortè sunt muti:si non adhit sensibile signū nutus,uel uultus,qualiter cognoscent se coniuges sine mutui expressione cōsensus?hoc nè inter bestias quidem, uel uolucres fœdere copulatas sine signo sensibili erit satis. Quomodo ergo assistente cōsensu coniugij, & domino approbante, subducto quocunq; signo sensibili,erit satis ad contrahendum dico coniugium?

Witcleff

Witcleff

gium? Cæterùm inter signa sensibilia tollit primitus uerbum præsens, ubi iam suprà consequenter. Dicendo(inquit) capio te in uxorem, potest esse,quòd mens dicat oppositū, propter complendam uoluptatem carnalem. Cùm ergo uerbum mentis sit præponderantius uerbo oris, & ad uerum matrimonium requiritur cōsensus, uidetur quòd nō sit matrimonium per uerba huiusmodi de præsenti.Hæc Witcleff. AVCTOR. 2 Obijciamus huic Simonem magum:quem scriptura Actuum asserunt baptizatum,cum tamen ficta mente, & oppositā sacramento, suscipit: quia non propter gratiam, sed propter quæstū: & tamen uerum accipit baptismum,lib.1.de uni co baptismo contra Donatistas. * cap.16. AVGVSTINVS. Etenim Simonem Magum per baptisma ipsa pepererat,cui tamē dictum est,q̄ non haberet partem in hæreditate Christi. Nun quid ei baptismus?nunquid Euangelium? nunquid sacramenta defuerunt? sed quia charitas defuit, frustrà natus est:& ei expediebat fortasse non nasci.Hæc ille.AVCTOR.Et qualiter cum diffensu mentis potuit iste Simon secundùm extrinsecum sacramentum,quanuis non secundùm spiritum Christo coniungi:& iste cōiunx fictus secundùm extrinsecum sacramentum non rectè iudicabitur delusæ fœminæ maritari?Quia nō sic est ex iudicio legis Dei(inquit)& ideò iudices, qui ex nudis uerbis iudicant pro matrimonio, iudicant contra iudicium legis Dei. Sed maledicta sit lex huiusmodi:qua iudex coarctabit per censuras suas ficta iugum personarum,ut faciat cōtrariè legi Dei.Hæc Witcleff. AVCTOR. Iam dixit tibi, quòd ficta mente baptizatus, tamen baptizatus est quò ad extrinsecum sacramentū: nec si confiteatur,habet denuo baptizari: quare non iste,qui ficta mente contraxit,uere consebrue uxoratus, saltem secundùm exterius sacramentum,propter exterius uerbum formans consensum?propter fictionem(inquis)Sed non tale reportabit emolumentum ex dolo doloso: sed deponat fictionem, & firmum erit coniugium. Et quanuis secundùm mentem,quam præsentet gerit, conformes Deo non sunt, qui secundùm uerbum oris eius dijudicant, secundum tamen mentem, quam deberet habere, omninò in iudicando Deo conuenient: qui ex uerbis suis eum conuincunt. Sic enim Saluator Luc.19. Ex ore tuo te iudico, serue nequam. non dixit, ex mente. Et alibi. Sicut audio, iudico. debuit enim uerbum habere cum mente connubium. Qui ergo uerbum spontè adulterat, sibi ipse solus præiudicium generat. Aut quid peccauit Christus, quòd iudicat Iudam amicum in uerbo, hostem in mente: quem sustinebat amicum in osculo, in animo traditorem? Sic enim publica publicis, & secreta iudicia responderent occultis. Sed ista sunt dicenda alibi. Audiamus quid amplius dicat contra uerbum de præsenti. Hæc conuertuntur, ut hic supponimus. Te accipio in uxorem, &, te accipiam in uxorem. cùm ergo secundum sit certius, & minus imbrigabile, uidetur, quòd ipsum sit eligibilius ad homines matrimonialiter cōpulandum, Witcleff. Hæc Witcleff. AVCTOR. Io † his uerbis distortis uidete si unum aliquod uerbum sit uerum. Hæc (inquit) conuertuntur: te accipio in uxorem: &, te accipiam uxorem. Quis creditor sic sustinet debitorem? si dicat, Iam soluo tibi: quia posteà soluam? conuertuntur enim & illem ualent per Witcleff, &, iste puer est iam Papa, uel Episcopus? quia post annos quadraginta promittitur esse futurus. Iam ficta principia de longo suo esse in primo libro detexi. Quæ quam confidenter supponit, tam confidenter orthodoxorum clerus respuit, & condemnat: & contra naturalem intelligentiam rerum totum humanum genus esse pronuntiat. Vnde Augustinus nescit aliquo modo dicere solem exortum esse in aurora, quæ solis ortum præcedit. libro 11. confessionum, * post medium, AVGVSTINVS. Intueor, inquit, auroram, oriturum solem prænuntio. Quod intueor, præsens est, quod prænuntio, futurum. Non sol futurus, qui iam est, sed ortus eius, qui nondum est. Tamen si rerum ipsum nisi animo imaginarer, sicut modò cùm id loquor, non prædicere cum possem. Sed nec illa aurora,quam in cælo uideo, solis ortus est, quanuis eum præcedat. Nec illa imaginatio in animo meo,qua duci præsentia cernuntur,ut futurus ille antè dicatur.Futura ergo nō dum sunt: & si nondum sunt, non sunt: & si non sunt, uideri omnino non possunt: sed prædici possunt ex præsentibus, quæ iam sunt, & uidentur. Hæc C ille. AVCTOR. Quam planis uerbis negat Augustinus suppositionem tuam. Non conuertuntur apud eum:sol oritur,& sol orietur, quia differunt sicut præsens, & futurum:sicut eis, & non ensi sicut aliquid,& nihil,quia futura quanuis prædici possunt ex præsentibus, quæ iam sunt, tamen quia nondum sunt, simpliciter non sunt. Sic enim dicit, Futura nondum sunt: & si nondum sunt, non sunt. Quomodo ergo conuertuntur hæc duo, Accipio te in uxorem, &, accipiam te in uxorem? Si enim de futuro paro accipies: futuritio illius acceptionis excludit iam te accipere:quia futurum illud si sit purè futurum,non est:quia nondum est. Et in iam accipis, acceptio tua est, quia præsens est, & ideò sola est, non illa, quæ tantumlibet est futura.Imò(inquis) in tempore suo est. Certè il-

Witcleff

Luc.19.

Matt.26.

*cap.18. Aug.To.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. c. 20. lud non est, quia tempus suum est futurum. Vnde citò post AVGVSTINVS. Quod aût nunc liquet, & claret: nec futura sunt, nec præterita: nec propriè dicitur, tempora sunt tria: Præteritum, Præsens, & Futurum. Sed fortasse propriè diceretur, Tempora sunt tria: præsens de præsentibus, præsens de præteritis, præsens de futuris. Sunt.n. hæc in anima tria quidem: & alibi ea non uidebo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si futurum sit, quia in tpe suo est, tempus autem futuri temporis non aliud est, quàm futurum: ergo adhuc in nullo tempore est: quia sic dicit Augustinus, quòd nec futura sunt, nec præterita: ideoque nec propriè sunt tria tempora, quanuis in collatione animæ tria sint: & alibi ea non uidet Augustinus. In nulla quoque parte magni tẽporis sunt; quæ partes nec ipsæ sunt. Quod itẽ addit concludendo errorem intentum dicens, cum secundum sit certius, & minus imbrigabile, scilicet futurum, quàm præsens: accipiam te, quàm accipio: uidetur, quòd ipsum sit eligibilius ad homines matrimonialiter copulandum. Sic concludit Witeleff ad metam inopinabilis sponte ueniens, non adductus. Nam quis hominum tàm imperitus, aut naturali destitutus est ingenio, ut saltem facto ipso non contentiosè contrarium syllogizet? Quis seculi homo non se certius existimet habere, quod iam habet: quàm quod nondum habet, sed est habiturus in posterum? Aut ubi habent res dubiæ loca sua, nisi nidificent in futuris? In libro de breuitate uitæ dicit Seneca. In tria tempora uita diuiditur, quod est, quod fuit, quod futurum est. Ex his, quod agimus, breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum est: hoc est, in quod fortuna ius perdidit, quod in illius arbitrium reduci potest. Hæc ille. AVCTOR. Item lib. de senectute TVLLIVS. Horæ quidem cedunt, & dies, & menses, & anni: nec præteritum tempus unquam reuerti tur: nec quid sequatur, potest sciri. Hæc ille. AVCTOR. Et ut de sacris literis doceamur, sapiens ait Prouerbiorum. 27. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuẽtura pariat dies. Et in eundem textum libro 3. super Prouerbia, BEDA. Nè securus sis aliquando de futuro tempore: quia & si hodie te domino seruire conspicis, qualis esse in futurum possis, quo modo uitam finire, prorsus uidere non præuales. Hæc ille. AVCTOR. Ecce cuncti sensati sapientes, & catholici quasi primam animi conceptionem dijudicant res futuras ex futuritione ipsa esse res dubias: & res solas certas, præteritas, uel præsentes. Si autem omnino Witeleuisticæ nuptiæ sunt eo certiores, & minus imbrigabiles futuræ, quàm præsentes: semper ergo desiderent eas esse futuras, ut semper

Amens. *Tullius* *Pro. 27.* *Beda*

A sint ad contrahendum matrimonium certiores?
3 Creator † omnium Deus ad producendum res primarias prælegit uerbum de præsenti, dicens, Fiat lux: Congregentur aquæ: Crescite: Faciamus hominem, & similia. Imperatiuum præsens assumpsit, sicut & æternitatem suam uoluit enuntiare uerbo de præsenti, nõ futuro. Hoc est nomen meum. Qui est, misit me ad uos. Non dixit, qui erit. Vnde libro. 11. confessionum AVG. Præcedis omnia tempora præterita celsitudine semper præsentis æternitatis, & superas omnia futura, quia illa futura sunt, & cum uenerint, præterita erunt. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Anni tui nec eunt, nec ueniunt. Isti.n. nostri, & eunt, & ueniunt. Vt omnes ueniant, anni tui simul oẽs stant, quoniam stãt, nec euntes à uenientibus excludũtur. Sequitur. Anni tui dies unus, & dies tuus non quotidiè, sed hodie, quia hodiernus tuus non cedit crastino, neque.n. succedit hesterno: Hodiernus tuus æternitas ideò coæternũ genuisti, cui dixisti, Ego hodie genui te. Hæc ille. AVCT. Ecce, anni domini simul stant, & dies eius nõ est crastinus, sed hodiernus. Et nunquid dicet Witeleff, q̃ beati Petrus & Paulus, & cæteri cæli ciues fuerint multò certiores beatitudinis suæ futuræ, quàm sunt præsentis, quando in hoc exilio uitam præsolabantur non sine afflictione futuram? Et si fecunditas sit maior pars beatitudinis sanctorum, ma xima pars beatitudinis eorum amputatur per translationem futuri in præsens, minus certum, & multò magis imbrigabile, quia præsens. Quæ uectus inania Witeleff, ista sustinet, ut omnis fidiota eius experiatur insaniam? Tendamus nos ad fundandum uerba matrimonialia de præsenti in primo humanæ propagationis connubio sine errore, aut uitio, intra fores consistentis adhuc innocentiæ maritalis. Ipse dominus Deus noster auctor coniugii adduxit mulierem, quam fecit, ad Adam. Et statim Adam ille primus in uerba matrimonialis contractus Spiritusancto spirante prorupit, dicẽs. Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. His dictis, suscepit uxorem, accepit eam in coniugem. Vnde sine interpolatione subiunxit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ. Quæ uerba non tam ex se, quàm ex ore domini protulit, Christo hoc dicente in Euangelio Matth. 19. Non legistis quia * qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem &c. Quem locum exponens li. 9. super Genesim, ad literam, * in fine, AVGVSTINVS. Euigilans (inquit) Adam tãq̃ prophetia plenus, cùm ad se adductam costam mulierem suam uideret, eructauit continò, quod

Gen. 1. *Esa. 3.* *Mal. 3.* *Tol.* *Tpe. 1.ad* *Gen. 2.* **Qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos.* *Mat. 19.* *Mar. 10.* **in fine.* *Aug. 9. super Gen. ad lit. cap. 21.*

Eph. 5. quod magnum sacramentum commendat Apo A stolus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hoc uocabitur * mulier, quoniã de uiro sumpta est: & propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quæ uerba cum primi hominis fuisse scriptura ipsa testatur dominus tamen in Euangelio Deum dixisse declarauit. Ait enim. Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittit homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Aut intelligeremus propter extasin, quæ præcesserat in Adam, hoc eum diuinitus tanquam prophetam dicere potuisse. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ergo uerba primi matrimonij tàm prophetica, & inspirata a Deo, ut & ea dominum Deum locutũ esse Saluator asseruerit, dicat Witeleff, si sciat ea corrigere, & aptiora formare, tam ad matrimonialiter contrahendum, q̃ ad omnes leges, tã carnalis, q̃ spiritualis coniugij exprimendum. Et hæc sunt uerba planissimè posita in præsenti: imo & determinata cùm aduerbio de præsenti. B Hoc nunc os ex ossibus meis. Ab his uerbis origo cœpit omnis coniugii. Vnde libr. 2. de sacramentis, parte. 11. ca. 1. & 2. HVGO. In coniugio hæc primum consideranda sunt, & discernenda: & origo, & institutio cum modo, & causis: & eius secundum tempus, & locum, & ritus uariatio. Coniugii Dei auctor est. Ipse enim coniugium esse decreuit, quando mulierem ad propagationem generis humani homini in adiutoriũ fecit. Adam uero in spiritu cognoscens ad quem usum mulier facta esset, cum adducta fuisset ad eum, dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Hæc ille. AVC. Adhuc arguit Witeleff, si accipio te in uxorem 4 tunc per ante est uerum, quòd te accipiam in uxorem, & si sit uerum, te accipiam in uxorem, tunc pro tempore suo est uerum, quòd te accipio in uxorem. Cum ergo cum uerbis de futuro sit consensus composibilis, & uerba illa sint uera, atque a domino ordinata, quomodo licet uerba illa frustrare per uerba sequentia de præsenti, quæ non sunt tantæ efficaciæ? Hæc Witeleff, ubi prius. AVCTOR. Planum est sensatis omnibus, quantum deliret. Hæ sunt scripturæ, quas iactat se habere contra ecclesiam: hæ rationes. Sicut Manichæus promittit omnia plana, & tandem loco scripturæ loquitur mendacium cum pseudo, dicens, sed nunquam probãs, hæc ordinata a domino in uerba coniugij. Et loco rationis adducit unius inueterati philosophi antiquam uersutiam, quam una cum aliis Ari-

Hugo. *Witeleff* *Aristl.* *Hugo.* *1. cor. 7.* *Matt. 26.* *Matt. 28.* *Marc. 16*

stoteles abiecit in fine primi Perihermenias: & tandem definit non esse de contingentibus futuris ad utrumlibet, ueritatem aliquam determinatam. Quis ergo potest cum uerbis indeterminatæ ueritatis, determinata inire coniugia? Nec iste scit iam inter statim data, & promissa discernere. Nam qui consentit dicturum me cras, non me dicat facto, sed solo promisso. Qui autem statim dicat, facto dicat. Et nunquid ideo uxor mea est, quia dico erit? Nunquid ideo accipio ius in eam, quia promitto me accepturum eam post uiginti annos in coniugem? Aut si omne promissum est debitum, ideo omne promissum est impletum? Ideo loco iam dicto, cap. 5. HVGO. Considera, quòd longè aliud est promittere, atque aliud facere. Qui promittit, nondum facit. Qui autem facit, iam facit quod facit. In eo, qui promittit, si non facit quod promittit, mendacium est. In eo autem, qui facit: etiam si post factum pœnitet, tamen factum omnino est, quod factum est. Qui ergo promisit se uxorem ducturum, nondum tamen uxorem duxit. Et quæ spopondit se nupturam, nondum nupsit, nec coniugium adhuc fuit, sed futurum esse debuit. Cum autem postea & ille uxorem duxit, & illa marito nupsit: iam coniugium sit utrinque, & non poterit dissolui quod factum est, etiam si id, quod promissum fuit, non est impletum. Præcedens ergo mendacium, pœnitentia corrigendum est: sed sequens coniugium dissoluendum non est. Non autem sic est, quando sacramentum coniugij non quidem mutua sponsione futurum promittitur, sed præsentis assensus attestatione firmatur. Hæc ille. AVCTOR. Benè dixit Hugo, distinguendo naturas contractuum nudi promissi, & ueri dari, uel facti. Nuptialis † ergo obligatio non est sola promissio, ut Witeleff delirat: sed est actualis traditio sui corporis, & alienatio suæ potestatis: secundum illud Apostoli, Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: & econtrario. Ideo non dicit eum uerbo de futuro, habebit, sed de præsenti, habet, uel non habet. Quia statim factus uir, habet uxoris suæ traditam potestatem. Nec prius est uxor, quàm corporis sui uiri præsenter potestatem habeat, non nudè futuram. Et sub his uerbis Christus singula statuit sacramenta conferri, ut in baptismo non instituit Christus dicere de futuro. Ego te baptizabo in nomine patris, & filii, & Spiritussancti: sed, ego te baptizo. Nec, Accipietis, & comederis: hoc erit corpus meum. Sed præsenter dixit, Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. Nec dixit, prædicabitis Euan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelium omni creaturæ : sed cum eos mitteret Prædicare,inquit,& accipite Spiritumsanctum. Non dixit ibi,accipietis.Ideo collatio sacramenti,uerbum præsens requirit,ut quis percipiat sacramentum.Sed item sophisticat Witcleff: si p uerba de præsenti sit matrimonium,tunc sequitur oppositum in adiecto:quia cùm uox,quando desinit esse,non est:uerba ista de præsenti nõ faciunt matrimonium,nec sunt sibi compossibilia.Hæc Witcleff.AVCTOR. Iam frequenter absolui istud sophisma indignum audientia, in primo libro,& alibi.Nam Christus ait,Beati, qui audiunt uerbum Dei. Aut ergo quando uerbum illud est,aut quando non est ? Non quando est,quia statim desinit esse:nec prius potest beatificare,quàm sit uerbum prolatum. Nec quando non est, quia tunc non ens faceret esse beatum.Et beata turba audiendo sermonem angeli,turbata est:sed non priùs audiuit sermonem completum,quàm desijt esse, ergo nihil turbauit eam. Sed & respondetu pro uerbis tuis de futuro.Ipsa enim si futura sunt,nondum sunt:& ideo non sunt. Dixit Augustinus suprà:ergo,nec faciunt matrimonium.Si dicas, imo sunt in tempore suo. Et hoc item dicis de uerbis nostris præsentibus,quia quandiu præsentia sunt,sunt; & per hoc efficere matrimonium nostrum possunt.Cum item sunt lapsa in præteritum, adhuc in tempore suo sunt,& multo certius,quàm futura:ergo coniugium uerum efficiunt. Hoc contra te prouidisti sophisma: sed fides instaurat suis docibilibus uerum dogma. In sensibili uerbo Gabrielis,& sensibili uerbo uirginis Spiritussanctus eam patri copulauit in uirginem: & nato imprægnauit in matrem: non quidem futuro,ut dicis,sed præsenti,& ipso indiuisibili,qa non stat.Vnde lib.18.Moralium GREGORIVS. Nuntiante angelo,& aduenięte spiritu,mox uerbum in utero, mox intra uterum uerbum caro, & manente incommutabili essentia, quæ ei est cum patre & Spiritusancto coæterna, assumpsit inter uirginea uiscera. Hæc ille. AVCTOR. Elige iam,si uerbum prius desijt, quàm hæc fecit,dum tamen sciant fideles uerbum domini tali sensibili uero restitutum,non sic,ut uox corporis defluit,repentè perire,docente Homilia ultima super missus est, BERNARDO. Siquidem apud Deum nec uerbum disidet ab intentione,quia ueritas est:nec factum a uerbo, quia uirtus est:nec modus a facto,quia sapientia est: ac per hoc nõ erit impossibile apud Deum omne uerbum. Hæc ille. AVCTOR.Si ergo nec factum disidet a uerbo Dei,quia uirtus est,uerbum desinens esse in sua essentia, constanter remanet in uirtute. Facit ergo uerum coniugium uerbum lapsum in præteritum per suam essentiam,sed remanens per uirtutem. Et item ante hoc potest tale uerbum expectare per speciẽ genitam,& præsenter agere per uirtutem. Hanc philosophiam exponit lib.11.confessionũ* uersus finem AVGVSTINVS. Deus creator omnium.Versus iste octo syllabarum breuibus, & longis alternat syllabis:Quatuor itaque breues, prima,tertia, quinta, septima, simplæ sunt ad quatuor longas: secundam,quartam, sextam, & octauam. Hæ singulæ ad illas singulas duplum habent temporis.Pronuntio,& renuntio : & ita est quantum sentitur sensu manifesto, breui syllaba longam metior,eamque sentio habere bis tantum:sed cum altera post alterã sonat,si prior breuis,longa posterior, quomodo tenebo breuem: & quomodo eam longæ metiens applicabo,ut inueniam,quòd bis tantùm* habeam? Quidem longa nisi breuis sonare desiuerit, ipsam quoque longam unde præsentem metior, quando nisi finitam non metior? Eius autem finitio præteritio est. Quid est ergo quod metior? Vbi est quam metior,breuis? Vbi est longa,quam metior? Ambæ sonuerunt, auolauerunt,præterierunt. Iam non sunt, & ego metior.Sequitur.Non ergo ipsas, quæ iam nõ sunt, sed aliquid in memoria mea metior,quod infixũ manet.In te anime meus,tempora metior.Noli mihi obstrepere quod est,noli tibi obstrepere turbis affectionum tuarum.In te,inquam, tempora metior.Hæc ille:AVCT. In his altercationibus sophismatuum Witcleff tangitur,qa liter.s.syllaba breuis metiri potest,quando non est.Respondet;est: quia animo metiente eam, est passum in agente.Auolauit per essentiam labilem:manet per speciem. Ita præsentia uerba coniugij præterierunt per essentiam, infixa manent mentibus per speciem ; uirtutem operantur matrimonii illapsa cordibus per consensum.

¶DE VARIIS SIGNIS, ET RITIbus,sub quibus est celebrandum coniugium cum benedictione sacerdotis in ecclesia. Cap. CXXXIII.

SVMMA.

1 *Coniugium,quòd fieri debeat in facie ecclesiæ coram testibus.Et quare.Et quomodo si clam fiat licèt in re sit perfectum,quæ mala inde oriri possent,ex Hugone referuntur.*

2 *Euaristi decretum pro ritibus sanctis in coniugio seruandis.*

3 *Benedictio nubentium sacerdotalis in ecclesia unde traxerit ortũ.Et quid de illa decernat Cyrus & Calixtus Papæ.Et plura alia de ritibus nuptialibus.*

NON solùm cõtra sensibilia signa uerborũ de præsenti conatur Witcleff, sed omnia contendit in irritum ducere,quasi possent homines nubi,uel nubere:sicut angeli existentes in cælo per locutionem internam priuati consensus:sicut suprà dixit pro ueritate sibi uideri,qp assistente consensu coniugii, & domino approbante, subducto quocunque sensibili,foret satis. Et particulariter loquens in eodem ca.22.4.ter damnati Trialogi.Qualis(inquiens)regula foret, idem matrimoniũ bis cõpletum?Primò in ȝctu* cõiugium per se facto:& secundo in solẽni ritu ad ostium ecclesiæ à sacerdote per uerba nugatoria,& falsa cõiter celebrato.Hæc Witcleff. AVCTOR Et transit silens,quasi dicat nulla. Primo igitur ad qõnem dicamus in forma : & tandem ad id, quod qõ implicat de rituum istorum ratione fundanda. Si † igitur coniuges clàm contrahant sine teste : stat perfectum esse coniugium in re ipsa:sed factum in facie ecclesiæ coram testibus completum,robur accipit firmitatis. Audiatur casus.Vnde lib.2.de sacramentis.parte.11.cap. 6.HVGO. Quidam uxorem duxit clanculo sine præsentia testium: solo adinuicem maritali consensu firmato,deuitans (ut nonnunquam fieri solet)aliqua de causa conscientiam alienam. Posteà breui tempore interiecto priusquam cõsensum occultum de facto manifesto probasset, de facto pœnituit,& eam, quam in hũc modum uxorem duxerat,dimisit.Aliam duxit celebri apparatu manifestè coram ecclesia, fortassis cum parentum traditione,cũ sacerdotis benedictione,nuptias fecit,filios genuit. Venit prior illa ad ecclesiam:iudicium interpellat, iustitiam postulat,iniuriam sibi illatam palam exponens.Negat ille,nec sunt hic testes, qui possint probare quod occultum est. Hic quæris quid facere debet ecclesia: quia utrinque inconueniens aliqđ incurrere uidetur. Si enim illi mulieri, quæ quidem uerum dicit,sed tamen occultum est, nec probatum quod dicit,sine legitimo testimonio propter solum dictum suum creditur, & pro eo quod incertum est, & occultum id, quod certum est, & manifestum dissoluitur, poterit deinceps quilibet, siue quælibet in alium, uel aliã quodcunque uoluerit,fingere, ut sibi simili rõne credatur.Quod si admissum fuerit, confusio magna * sequetur: neque deinceps in ecclesia aliquid firmum stabit. Si uero propter auctoritatem ecclesiæ conseruandam,cõiugium, quod primum factum est, scinditur, & adulterium, quod secundo præsumptum est, confirmatur: aliud malum magnum est,quando non solùm libertas datur,sed etiam necessitas indicitur homini,ut maneat in peccato suo. Hic ergo consilium quæris Sequitur.Si quis putauerit propter huiusmodi mala uitanda talem consensum, qui nullo testimonio probatur, neque facientium mutua confessione firmatur,irritum esse debere,neque in eo coniugium ullatenus stare posse. facilius inconueniens declinat.Sed soluit dubiũ infrà.Dubium non est:quia id,quod ecclesiæ,probari non potest,ecclesia ipsa iudicare non pòt. Et rursum dubium non est: quia id, quod legitimo,& manifesto ecclesiæ iudicio factum est, sine legitima,& rationabili,& manifesta causa rescindi non potest.Ratio nos urget. Ista maliter dicit,quia pari consensu cum uiro illo matrimonium fecit:sed quod dicit, nec ipsa probare potest,nec ecclesia,quod probatum non est,approbare potest. Non potest ergo pro eo,quod occultum est, id,quod manifestum est,infirmari. Quapropter ut secundam copulam, quæ iudicio ecclesiæ legitimè facta est, ecclesia iudicet ratam esse debere. Hæc ille. AVCTOR. Soluat hunc casum, & perplexitatis eius,omnis Witcleuista,si sciat, aut adulterium approbabit,aut quotlibet adulterijs uiam dabit.Probabit,si nõ restituat uirum:uiam dabit,si restituat, quia simplici uerbo fœminæ non probantis adhæsit. Sic enim alius dicet se matrem uxoris nouisse,ut Hugo ibi recitat.Hæc dicet se ab eo cognitam priori uiuente marito. Quanuis præter ista sine mille millenis adulteris non erit ecclesia,si licenter admittantur priuata tractare connubia:& iterum nec sine tot diuortijs omni anno.Quid putas facturi sunt magistri ecclesię,patres plebis,sequaces, & hæredes Petri, cui pro omnibus dictum est, Pasce oues meas? Ipsæ se pascere nesciunt : si quocunque uoluerint, pergant, errabunt, aut cadent in foueam, aut ruent præcipites. Nunquid ergo peccant, si ut boni pastores Pauli sequantur regulam, docentes oues suas prouidere bona, non tantùm coràm Deo, sed etiam coram omnibus hominibus? Si bonum sit illorum coniugium, si legale, si sanctum, prouideant fidem eius bonam fieri, non tantum coram Deo, sed coram omnibus hominibus. Fatuè,ut uidetis, uidebatur Witcleff satis esse de consensu, & approbatione domini sine omni signo sensibili: aut fatuè iussit Paulus prouidere nos bona nostra, non tantum coram Deo,sed etiam coram omnibus hominibus. Scio ipsius Pauli iustam esse conscientiam. & dominum ipsam approbasse : & tamen non reputat sibi satis probationem domini in priuato, & conscientiam in priuato: nisi etiam prouideret in publico suæ famæ, di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cens, Prouidemus (inquit) bona, non solũ coram Deo, sed etiam coram hominibus. 2. Corinth. 8. Cur ergo ubi restant tot semina scandalorum prouidere non debent hæc ipsa ouibus suis patres, quæ necessaria iudicant sibiipsis? Scio ipsũ Paulum instituisse perpetuam regulam episcoporum, & sacerdotum, ut testimonium bonum habeant etiam ab iis, qui foris sunt id est, hæreticis & schismaticis. 1. Timoth. 3. Oportet autem illũ & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. Similiter & diaconos iubet ordinare, habentes ministerium fidei in conscientia pura: & ultra hoc, & hi (inquit) probentur primum: & sic ministrent. Textum priorem exponit libro suo *pastorali circa medium, AMBROSIVS. Concludens regulam, & episcopalem formam ad extremum intulit, dicens. Oportet illum autem & testimonium bonum habere ad hos, qui foris sunt, id est, hæreticis, seu schismaticis, qui extra ecclesiam sanctam catholicam conuenticula sibi profana præficiunt: quos tamen Apostolus testimonium dicit debere habere bonum de immaculata uita sancta episcopi conuersatione, ne fortè accipiant locum episcopo obtrectandi, & infamare incipiant catholicum dogma. Hæc ille. AVCTOR. His ergo non debet satis esse sana conscientia & diuina secreta probatio, nisi testimonium forinsecum habeant perfidorum. Ratio est, ne infamare incipiant catholicum dogma. Hæc item causa coniuges testimonium habeant nuptiarum, ne sub earum pallio stupra lasciuiant. At ſut omnes uideant, quid propter huiusmodi ritus sanctos contra emergentia mala ab initiis ecclesiæ sit prouisum: audiatur quid in decreto suo primo. ca. 2. cecinit EVARISTVS. Similiter (inquit) custoditum, & traditum habemus, ut uxor legitimè uiro iungatur. Aliter enim legitimum (ut a patribus accepimus, & a sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum in uenimus:) non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habere uidentur, & à quibus custoditur, uxor petatur: & à parentib. propinquiorib. sponsetur, & legib. dotet & suo tempore sacerdotaliter (ut mos est cum precibus, & oblationibus à sacerdote benedicatur: & à paranymphis (ut consuetudo docet) custodita, & sociata a proximis tempore congruo petita legibus detur, & solenniter accipiatur: & biduo, uel triduo orationibus uacent, & castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur. Sequitur. Quapropter filii charissimi, & meritò illustres, fide catholica suffragante, ita peracta legitima scitote esse coniugia, aliter uerò præsumpta non coniugia, sed aut adulterina contubernia, uel stupra, aut fornicatores potius, quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi uoluntas propria suffragata fuerit: & uota succurrerint legitima Hæc ille. AVCTOR. Hic sanctus Papa de *apertione monet coniugis, subiiciens singula, quæ faciant *uotum esse, dationem scilicet uxoris ab habentibus potestatem, petitionem uiri, benedictionem sacerdotis, custodiam proximorum quousque ducatur, dotem &c. Sine his uerò præsumptum adulterium esse, uel stuprum nisi uoluntas propria suffragata tunc fuerit. Quæ quidem exceptio, quia uelit, declarat prædicto loco HVGO. Potest etiam quod dictum est suprà: furtiuos consensus non cõiugia esse, sed adulterina contubernia, uel stupra, nisi uoluntas propria suffragauerit, & uota succurrerint legitima: propter hoc dictum putari, quia huiusmodi consensus, qui in occulto fiunt, coniugium non sanciunt: nisi iidem ipsi, qui sibi in occulto cõsenserunt, eundem consensum suum utrique uoluntarie in manifesto profiteantur. Tunc liquidem uoluntas propria suffragatur, & uota succurrũt legitima: cum id, quod in occulto fecerunt, spontе utrique in manifesto profitentur. Hæc ille. AVCTOR. Percepi tamen in libello cuiusdã hæretici eos de isto Euaristo cautos esse: & eum abiicere quasi humanitus, non diuinitus statutem, Hortor tamen eos solicitè uidere quis iste Papa, & quid dixerit. Est uerò inter primæuos Papas quintus à beato Petro: secundum ordinem Augustini, epistola ad Genero sium qui ea antiqua statuta ecclesiæ aptius posset *edicere. Dixit autem non ex se, sed ut a patribus accepimus, inquit, & a sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus. Et quãmaximè est filius, qui ralium, & tantorum patrum, & temporum rudimenta conculcat? Sed ſ si omnino contendat pro decreto diuino, scias benedictionem sacerdotalem in ecclesia ab ipsa diuina benedictione in paradiso nubentium sumpsisse initium, & deinceps in lege seruatam: & sic deinceps transfusam ecclesiæ: teste libro quæstionũ ueteris & nouæ legis. ca. 127. AVGVSTINVS. Omnia enim quæ facta sunt, Dei nutu multiplicata, & meliora sunt super terram. Nec enim alter possent crescere, quàm Dei uoluntas, & benedictio decreuit seminibus. Sequitur cuius rei traditio & in synagoga mansit, & nunc in ecclesia celebratur, ut Dei creatura sub Dei benedictione iungatur, non utique per præsumptionem, quia ab ipso authore sic data est forma. Hæc ille. AVCTOR. Iam erat Witeleff cum Witeleui stis deliberare quid dicat Augustino: quia nihil pendit solennes ritus nuptiarum in ecclesia: Non utique per præsumptionem fiunt a presbyteris benedicentibus (inquit Augustinus) quia ab ipso authore sic data est forma. Quæ ii hæretici eus:

eus: ubi hoc? Respondet Augustinus, ubi Dei benedictio decreta seminibus. Et libro. 2. de origine officiorum. cap. 19. ISIDO. Nam quod in ipsa *continentia coniugia a sacerdote benedicuntur, hoc a Deo in ipsa prima conditione hominis factum est. Sic enim scriptum est. Fecit deus hominem ad imaginem Dei: & fecit eum masculum, & fœminam, & benedixit eos, dicens, Crescite, & multiplicamini. Hac ergo similitudine fit nunc in ecclesia, quod ante factum est in paradiso. Hæc ille. AVCTOR. Sequitur Isidorus patrem suum Augustinum, exprimens benedictionis diuinæ uerba. Crescite, inquit, &c. Et nunc idem geritur in ecclesia, quod ante fiebat in paradiso. Vnde 14. de ciuitate Dei, ca. 21. AVGVST. Hos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari, & implere terram: donum esse nuptiarũ, quas Deus ante peccatum hominis ab initio cõstituit creando masculum, & fœminam, qui sexus euidens utique in carne est. Huic quippe operi Dei etiam benedictio ipsa subiuncta est. Nam cum scriptura ipsa dixisset, masculum & fœminam creauit eos, continuo subdidit. Et benedixit eos Deus, dicens, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius &c. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est ecce benedictio nuptiarũ a domino Deo dictante in paradiso: & ab hac forma nostræ benedictionis profluxit in ecclesia, quam nubentes transgredi fas non est sine grandi sacrilegio. Vnde in decreto suo ca. 4. Papa trigesimus sextus a beato Petro *CIRICIVS Benedictio illa, quam nupturis sacerdos imponit apud fideles, cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione uioletur. Hæc ille. AVCTOR Quod quidem sacrilegium non facilius dicitur esse, quam est, in tanto, ut omnis incesti pollutionem, & maculam ab antiquo includat infamiæ. Vnde in decreto suo secundo, capit. 5. CALIXTVS Papa & martyr, decimusquintus a Petro: Quisquis ergo non est legitimè coniunctus, uel absque dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus: sacerdotes uel legitimè coniunctos criminari, uel in eos testificari minimè potest, quoniam omnis incesti macula pollutus, infamis est. Hæc ille. AVCTOR. Hæc ex libro decretorũ Pontificum inseruntur: ubi tamen alii ritus nuptiales habentur ad pondus, ut dotalis titulus, & alii. Pro quibus si primum aspiciatur mundi coniugium, pauci admodum erunt ritus, qui nõ inde uidebuntur exorti: ubi tamen extra nupturos, Deus erat pro omnibus. Ipse pater sponsi & pater sponsæ: quia ipse pater, qui possedit, fecit, & ereauit te, Ipse igitur pater sponsæ, sponsã tradidit uiro suo, dicente scriptura, ꝙ adduxit eam ad Adam. Ipse paranymphus fœminam uiri ginem custodiuit. Ipse sacerdos benedixit eos uerbis cœlestibus, simul insinuantibus nuptis officium: atque fructum adiiciens, Crescite (inquit) & multiplicamini &c. Vir item coniugem accepit sub uerbis de præsenti, dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis. Ipse uir loco dotis nomen suũ uxori dimidiat, uocans eam a uiro uiraginem, uel ut in Hebræo habetur ab is issam, prænuntians certa lege, ꝙ iam inuiri potestatem cessit, iuxta illud, Et erunt duo in carne una. Vnde & nunc usq; mulieres parentũ suorũ nomina dimittentes, uirorum nomina patiuntur, hæcque solẽnibus nuptiis declarata testes accipiunt paradisi Deum, & angelos, ut plus solennitatis, plusque authoritatis haberent nuptiæ hominum, quam copulæ bestiarum: quarum coniugiis, quamuis castis, & fœcundis, nihil talis solennitatis adesse describitur. vnde ut coniugium hominum ultra copulam & consensum, testificationem necessariam haberet nuptiarum, hoc declarat, ꝙ dominus noster Iesus non de coniuge tantum, sed ut nou careret pudoris testimonio, de nupta nascebatur, & ducta. De quo lib. 2. super Lucam, c. 1. AMBROSIVS. Nec te moueat, ꝙ scriptura frequenter coniugem dicit. Non enim uirginitatis exceptio, sed coniugii testificatio nuptiarum declaratione celebratur. Denique quam nemo accipit, nemo dimittit. Et ideo qui uolebat dimittere, fatebatur acceptam. Hæc ille. AVCTOR. Ecce acceptam dicit matrem Christi a sponso suo, & hoc in solennibus nuptiis: quia cõiugii testificatio (dicit Ambrosius) nuptiarum testificatione declaratur. Dicat ergo Witeleff ritum necessarium nuptiarum solennium intra ecclesiam instar status innocentiæ, ut sibiipsi cõueniat alibi, quando dicit attribuendam Christo mendicitatem *imitatiuam non uerbalem. quia est similior statui innocentiæ, ita, ut concedat coniugibus benedictionem sacerdotalem in ecclesia cum attestatione fidelium post primum contractum, quibus honestas eorum coniugalis distet a stupris, quia sic erit similior secundùm statum innocentiæ nuptiis paradisi. Eoquè ritu secundas nuptias censeo non benedicendas quia Deus eis benedixisse non legitur: sed quia nuptiæ sunt, & item legitimæ, sunt in ecclesia celebrandæ. Sic enim Apostolus ait 1. Corinth. 7. Si mortuus fuerit uir eius, liberata est. Cui uult, nubat, tantum in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum consilium meum. Vbi in expositione AMBROSIVS. Cum dicit, nubat, lege loquitur naturali, quamquam & de deo primæ nuptiæ sunt, secundo uero permissæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter. Secundæ autem & in præsenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

senti carent gloria: concessæ autem propter incontinctiã: & quia solent uiduatũ iuniores incurrere: ac per hoc concedit & secundas. Hæc ille.
AVCTOR. Atque ne quid huius solennitatis in benedictione sacerdotali proportione uacaret, etiam uelamen in benedictione primò nubentium adesse requiritur. Vnde epistola 1. libri 8. epistolarum, ad Vigilium AMBRO. Nam cum ipsum coniugium uelamine sacerdotali, & benedictione sanctificari, oporteat, quomodo potest coniugium dici, ubi non est fidei concordantia? Hæc ille. AVCTOR. Ipsum enim uelamen operimentum pudoris designat: in unius fidei professione concordiam. *Amb. To. 4.*

3

¶ DE ILLICITIS ET LICITIS coniugiis, & quæ sint hæc & illa. Cap. CXXXIIII.

SVMMA.

1 *Connubia in Leuitico prohibita, recensentur.*
2 *Connubia quæ prohibita appareant ex decalogo, secundum Augustinum.*
3 *Coniugio sibi copulari usque quotam generationẽ fideles debeant cum propinquis. Et utrum nouercis, & cognatis liceat copulari coniugio.*
4 *Ioannis martyrium.*
5 *Calixti de retum. nè consanguineorum coniũctiones fiant recensetur.*
6 *Theodosius Imperator quomodo patrueles fratres & consobrinos prohibuerit inter se coniugij nomine conuenire, ex Ambrosio.*
7 *Cognatio secundum consuetas durationes humanorum affectuum quantum se protendat.*
8 *Fratres & sorores quare tempore primi hominis nuptias inierunt, & non sic hodie.*
9 *Witcleff, qui sanctorum patrum nuptijs nostras satagit coæquare, culpatur. Et qui contra illius & similium temeritatem dicat Augustinus.*

VT autem debitum sortiatur terminũ tractatus iste, de Christianorum cõiugiis, non recedamus, donec quæ sint legitima connubia, & quæ solue da diuortio, uideamus. Cap. 20. prædicti quarti aduersarius ueritatis. Non (inquit) delector in multiplicatione causarum diuortij, cùm multæ sint infundabiliter humanitus ordinatæ, ut pater specialiter de cognatione. Nam tempore primi hominis fratres, & sorores fuerunt ex ordinatione diuina taliter coniugati. In tempore patriarcharum, ut Abrahæ, Isaac, & talium satis, ꝓpinquè cognati. Non subest ratio, quare non hic liceret hodie, nisi humana ordinatio, quæ dicit, non solũ ex cognatione, sed ex affinitate amorem inter homines dilatari. Sed causa hæc hominum est nimis debilis. Hæc ibi Witcleff in phrenesi. AVCTOR. Iam dat plana portenta fuę hypocrisis, eò ꝙ scripturas sanctas tàm aperte calcantes ista connubia, non appendit. Num uox eius solet esse, Ducatur testimonium legis Dei? Non credo legibus nisi diuinis? Et iam leges domini plenas aures insonantes tã non audit in isto ut cunctis sit euidens super professionem eius hæreticã, nec ipsum curare scripturas. Adhibeatur liber Leuitici, uoluatur à 18. ca. usque ad uigesimũ Quid dicit ibi scriptura de cognatis coniugatis simul, & affinibus? Si † mechatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi, morte moriatur, & mechus, & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. sanguis eorum sit super eos. *Leu. 20.*

B Si quis dormierit cum nuru sua, utrique moriantur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. Qui supra uxorem filiam duxerit matrẽ eius, scelus operatus est, uiuus ardebit cum eis: nec permanebit tantum nefas in medio uestri. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, uel filiam matris suæ, & uiderit turpitudinẽ eius illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariã rem operati sunt: occidentur in conspectu populi. Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ nõ discooperies: qui hoc fecerit: & ignominiã carni suæ nudabit, portabunt ambo iniquitatem suã. Qui coierit cum uxore patrui sui, uel auũculi sui & reuelauerit ignominiam cognationis suæ: portabunt ambo peccatum suum: absq; liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris, rem facit illicitam. Qui turpitudinẽ fratris sui reuelauit, absque filiis erit, &c. Simul cõfero omnia prout in lege ponuntur, & rem nostram aspiciunt. Quòd

C si Witcleuista dicat in lege ista nõ esse commixtionem prohibitam fratris cũ sorore utriusque parentis, & ideò de lege concessam. Respondeatur ei, ꝙ ad patruum quendam conantem filio suo copulare neptem ex filia: libro* 6. epistolarũ epistola 5. respondet AMBROSIVS Prætendis (inquit) in literis tuis, ꝙ permissum hoc diuino iure connubium huiusmodi pignoribus existimetur, eò ꝙ non sit prohibitum. Ego autem & prohibitum assero: quia cum leuiora interdicta sint de patruelibus fratribus, multo magis hoc, quod arctioris est plenum necessitudinis, interdictum arbitror. Qui enim leuiora astringit, grauiora non soluit, sed alligat. Quòd si ideo permissum putas, quia specialiter non est prohibitũ nec illud prohibitum sermone legis reperies, nè pater filiam suam accipiat uxorem. Nunquid iõ licet, quia non est prohibitum? Minimè. Inter-

Witcleff

lib. 8. ep. 66 Amb. To. 3

Qui leuiora astringit grauiora non soluit.

terdictum est enim naturæ iure. Interdictum est A tiam: quia sic est quid morale, & de præceptis decalogi, etiam ad totum gradum quotum figit ibi pro limite, putà quartum: quanuis fuerit purè iudiciale quo ad pœnam, & ideirco est faciendum diuortium. Quid iam habet Witcleff, unde probet ex humana tantùm ordinatione fratres nè copulentur sororibus esse prohibitos? Iam probet quod dixit, aut contra planam legem Christi se fateatur errasse. Scio Sanctum Gregorium in responsione ad quintam interrogationem Augustini pro coniugijs uterum Anglicorum, legem istam affirmare diuinam, etiam contra quandam humanam. Vsque † quotam generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari? & nouercis & cognatis si licet copulari coniugio? GREGORIVS. Quædam terrena lex in Romana repub'ica permittit, ut siue frater, & soror, seu duorum fratrũ

B germanorum, uel duarum sororum filius, & filia misceantur: sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et diuina lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, ut iam tertia, uel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, à se omni modo debet abstinere. Cum nouerca autem misceri, graue est facinus, quia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim patris turpitudinem reuelare potest: sed quia scriptum est. Erunt duo in carne una: qui turpitudinem nouercæ, quia una caro cum patre fuit, reuelare præsumpserit: profectò patris turpitudinem reuelauit. Cum † cognata quoque misceri, prohibitum est: quæ per coniunctionem prioris caro fratris fuit facta: pro qua re etiam Ioannes Baptista capite truncatus est, & sancto martyrio consummatus. Cui nõ est dictum ut Christum negaret, & pro Christi confessione occisus est: sed quia idem dominus dixerat, Ego sum ueritas, quia pro ueritate Ioannes occisus est, atque pro Christo sanguinem fudit. Hæc ille. AVCTOR. Vsque ad hæc tempore Gregorij, ut uidetis, obligauit hæc lex diuina fideles, ne contraherent usque ad quartum gradum cognata coniugia. Hoc item dixit pro tempore suo Ambrosius. Hoc idem repetit Augustinus in mandatis decalogi. Quomodo autem expirauit lex ista in aduentu Witcleff, nè amplius diuina esset, sed humana conditio, hoc edisserant Witeleuistæ. Nec tantùm tunc, sed ab initio fidei per succedentes patres lex ista censebatur ligare diuinitus. Vnde decreto suo. 2. cap. 4. uetus Papa decimus quintus à beato Petro secundum Augustinum CALIXTVS. Cõ

C iunctiones † autem consanguineorum fieri prohibete, quia has, & diuinæ, & seculi prohibent leges.

Quæstio Augustini Episcopi Anglicani.

Gregorij Pontificis responsio.

Fides in fine lib. 12. Reg.

Amb. To. 4.

Leu. 18. Deut. 27.

Leu. 18.

Gen. 2.

Matt. 6.

Ioannis martyrium.

Io 14.

Calixtus. Can 35. q 2. de Consanguineorum coniunctiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ges. Leges ergo diuinæ & hæc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solùm eijciunt, sed etiá maledictos appellant. Leges uerò seculi infames tales uocant, & ab hæreditate repellunt. Nos uerò sequentes patres nostros, infamia eos notamus, & infames esse censemus: quia infamiæ maculis sunt aspersi. Hæc ille. AVCTOR. Et iste sanctus martyr leges diuinas protestatur in hac re sequens, ut dicit, patres suos. Nec omittit inniti legibus humanis, ubi diuinis legibus obsecundant: quod inscius bonorum Witcleff habet opprobrio. Cùm tamen edicta gentium beatus Paulus pro hac parte protulerit. 1. Corinth. 4. Omninò auditur inter uos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes. Et in epistola ad Paternum, præfatam legẽ à Calixto tactam explanat AMBROSIVS, dicens. Si diuina te prætereunt, saltem Imperatorum præcepta, à quibus amplissimum accepisti honorem, haudquaquàm præterire te debuerunt. Nam

6 † Theodosius Imperator etiam patrueles fratres, & consobrinos uetuit inter se coniugij conuenire nomine: & seueriſsimam pœnam statuit, si quis temerare ausus sit fratrum pia pignora: & tamen illi inuicem sibi æquales sunt tantummodò, quia propinquitatis necessitudine, & fraternæ societatis ligantur, uinculo pietatis eos uoluit debere, quòd nati sunt. Hæc ille. AVCTOR. Pondus habere debet, quod ibi submisit Ambrosius, uoluit debere, ꝙ nati sunt, sibi inuicẽ enim consanguinei amorem debent ex eo, quòd nati sunt. Superinducere uerò nouum amorem, contractum est obliterare primæuum, quem Deus eis succo naturæ uirescentis infudit, uel erit mixtim amorum confusio, sicut & nominum, & quotidianæ pugnæ fomentum: ut si plùs uelim natum ex uxorem diligere, quia filius meus est, minus tamen filio debeo eum diligere, quia ex sorore nepos est. Et in eadem epistola AMBROSIVS. Tu copulare paras filium tuum & neptẽ ex filia. Hoc est, ut accipiat sororis suæ filiam, diuersa licèt matre, quàm socrus editus. Interroga nominum religionem: nempe auunculus iste illius: illa huius neptis uocatur. Nec ipse te reuocat sonus nominum: cùm hic auum resonet: illa hoc nomen auunculum, quod auum referat. Quanta deinde etiam reliquorum confusio uocabulorum? auus & socer uocauere eam: ea quoque tibi neptis & nurus, diuerso nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiam fratres diuersa uocabula: ut illa socrus fratris sit: iste gener sororis: nubat auunculo suo neptis: & immaculatorum pignorum charitas illecebroso amore limitetur. Et infrà. Quid tam solenne, quàm osculum inter auunculum & neptem? quod iste quasi filiæ debet, hæc quasi parenti. Hoc igitur inoffensæ pietatis osculum suspectum facies de talibus cõgitãdo nuptijs: & religiosissimum sacramentũ charis pignoribus eripiens. Hæc ille. AVCT. Vt sic intelligatur Ambrosius: ubi natura nõ horrebit amplexus, ibi necesse est oscula sint suspecta. Facientque tales nuptiæ, ut nec sine suspicione pudoris frater sororem suam osculari possit, nec auunculus suam neptem. Et sacramentum etiam religiosissimum charis pignoribus eripiẽs potest intelligi, ꝙ sacramentum coniugij, sub quo nati sunt, repetè eripietur pignoribus. Quia ibi necesse est coniugiã amoris, & naturalis educationis, quæ sunt sequelæ sacri coniugij, finem ponat, ubi nouũ potest incipere, Idcirco enim ea ro una, & turpitudo fratris in scriptura dicitur, ꝙ quandiù protendit se uirtus coniugij, tandiù quasi propriæ carnis suæ pudorem habere tenentur. Plus enim carnẽ propriam, quàm alienã pudet hominem reuelare. Reus ergo naturalis pudoris est, qui sanguinis sui carnem pudendã tanquam alienam reuelat. Quantùm † uerò se protẽdit talis cognatio secundùm consuetas duratio nes humanorum effectuum? Lex diuina quartum gradum taxauit, lex humana uel usq; ad septimum. Ex decreto synodali cap. 11. NICOLAVS. Et de consanguinitate sua nullus uxorem ducat usque ad generationem septimam, uel quousque parentela cognosci poterit. Hæc ille. AVCTOR. Saltem inconueniens est, & indelebile humano generi, si consanguineos uicissim, (ut iste supponit) admisceri patiãtur. Vnde & ipse Witcleff inconueniens attulit, quod non soluit, in eodem cap. 20. Si, inquiens, quilibet prolificus ex qualibet, quæ sibi placuerit, procrearet, foret consanguinitatis confusio, hæreditatis paternæ destructio, parentum inhonoratio, hominũ contentio, atque occisio. Hæc Witcleff. AVCT. Ista inconuenientia si non ex tuis coniugijs sequantur, fratris cum sorore suã, aut aui cum nepte: peto ut absoluas. Quòd † autem arguis, qui à tempore primi hominis fratres & sorores nuptias iniernnt: & tempore Patriarcharum satis propinquè cognati: nec uides rationem quare non sic hodie: Dicetur tibi, quia post conditionem primi hominis paucitas contrahentium in utroque sexu cognationis deferre non potuit, & necessitas multiplicandi humanum genus ipsam temerare coegit. Tempore quoque partriarcharum hoc idem causa fidei seruãdæ unius Dei fecit, & in pauco populo fideli, quod primo fecerat paucitas hominum totius speciei: ideo licuit potius nubere cognatis, ꝙ idololatris. Sicut in principijs fidei dixit Apostolus, Cui uult, nubat tantum in domino, id est, sociato sibi per fidem. Vnde epist. prima epistolarum ad Vigilum AMBROSIVS. Propẽ nihil

1. Cor. 4.

Amb. To. 4. Est ep. 66. pa. 8.

B

7

C

8

Idem. in initio epistolæ

Nicenum.

Cur antiqui patres contrahebãt ex consanguineis.

1. Cor. *lib. 9. Ambrosius.

nihil grauius, quàm copulare alienigenæ: ubi & libidinis, & discordiæ incentiua, & sacrilegij flagitia conflantur. Sequitur. Cùm oratio communis esse debeat: quomodo inter dispares deuotione potest esse coniugij communis charitas? Sæpè plerique capti amore fœminarum fidem suam prodiderunt: ut patrum populus in Beelphegor. Vnde Phinees arrepto gladio interfecit Hebræum, & Madianitidem fœminam: & mitigauit indignationem diuinam, nè totus populus extingueretur. Hæc ille. AVCTOR. Ad uitandum ergo malum perfidiæ potius licuit legem laxari, & iungi cognatis, quàm perfidis. At posteà multiplicata fideli plebe, lex iterum cognationis fines immunes decreuit à nuptiis. Sic item in ecclesia nuptias tales tolerat, si eas ante susceptam fidem coniunctas inuenerit, ut in casu prædictæ interrogationis Augustini ad Gregorium de nuptiis ueterum Angelicorum gradibus prohibitis. ubi GREGOR. In hoc enim tempore sancta ecclesia quædam per feruorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, ut sæpe malũ, quod auersatur, portando, & dissimulando cõpescat. Omnes autem, qui ad fidem ueniunt, admonendi sunt, nè tale aliquid audeant perpetrare. Si qui autem perpetrauerint, corporis, & sanguinis domini communione priuandi sunt.

Quia sicut in iis, qui per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita est in iis fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo peccare. Hæc ille. AVCTOR. Quod igitur arguis de nuptiis antiquorum: propter arctitudinem temporis priuilegium tantum fuit, quod legi communi nunquam derogat. Vnde epistola prædicta ad Paternum. AMBRO. Sed dicis, alicui relaxatum: uerùm hoc legi non præiudicat. Quod enim in commune statuitur, ei tantum proficit, cui relaxatum uidetur. Longè diuersa inuidia. Illud tamen licèt in ueteri testamento legimus, ut aliquis uxorem suam sororem * duceret. Istud inauditum, ut quisquam neptem suam in uxorem accipiat, & coniugem ducat. Hæc ille. AVCTOR.

9 Attamen † nouerit Witcleff se culpandum, quòd sanctorum patrum nuptiis nostras satagit coæquare, quasi suspicans in illis intemperan-

Ps. 35.

Gen. To. 5

Gen. 20. * dicerit.

B

C

tias alicuius modum, quia tales elegerint, aut nos coæquandos eis, ut tales nuptias eligamus. Contra hanc temeritatem insistit libro de bono coniugali, uersus finem AVGVSTINVS. dicens. * Nos autem, qui coniuges, habent, in quantùm possumus, admonemus, nè secundum suam infirmitatem de illis sanctis patribus audeant, iudicare, comparantes, ut ait Apostolus, semetipsos semetipsis: & ideo non intelligentes quantas uires habet animus iustitiæ contra libidinem seruiens: nè carnalibus huiusce modi motibus acquiescat, eoq; in concubitu ultra generandi necessitatem prolabi, aut progredi sinat, quantum ordo naturæ, quantum morum consuendo, quantum legum scita præscribunt. Hoc quippè ideo de illis patribus homines suspicantur: quia Christi nuptias elegerunt: uel coniugibus intemperanter utuntur. At uerò continentes uel mares, qui defunctis uxoribus, uel fœminæ, quæ defunctis uiris, uel utrique, qui pari consensu continentiam Deo uouerunt, sciant sibi meritedem quidem amplius deberi, quàm coniugalis castitas poscit: sed sanctorum patrum nuptias, qui prophetice iungebantur: qui neque in concubitu nisi prolem, neque in ipsa prole nisi quod in carne uenturo Christo proficeret, requirebant, non solum pro suo proposito non contemnant, uerumetiam in suo proposito sine dubitatione præponant. Hæc ille, AVCTOR. Ex his prædictis patet ratio, quæ Witcleff non subfuit, ut dixit, quare patres cognatis, aut sororibus simplis, aut geminis, aut multis utebantur uxoribus: priuilegium temporis fuit, cui inuidere non licet, secundum Ambrosium, & prophetiçè iungebãtur in figuram futuri, dicit Augustinus, nec propter hæc animus iustitiæ seruiens, nostros in concubitu ultra generandi necessitatem progredi sinet, nisi quantum ordo naturæ, morum consuetudo aut legum scita præscribunt.

Aug. To. 6 ca. 15. * nostros

1. cor. 10.

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

DE POENITENTIA, ET Confessione sacramentali, qualiter sit in antiqua lege fundata. Cap. CXXXV.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicit confessionem auricularẽ esse hæresis inductiuam, & in scriptura infundabilẽ, confutatur, & quomodo authoritatem, & exemplum sumpserit confessioni ecclesiæ detrahendi ab apostata Iuliano, a massilianis, & Iacobitis.*

2 *Iacobite unde dicti. & de eorum errore circa confessionem.*

3 *Hugonis dictum contra eos, qui admonit ut confiteantur, dicunt, date nobis authoritatẽ quæ hoc scriptura præcipiat. &c.*

POENITENTIAE sacramentum non audet Witcleff cum sua Alathia describere, propter æmulos captiosos, (ut dicit) sed audet destruere eam, dicens secundam partem confessionis auricularis hæresis inductiuam, & infundabilem in scripturã. Et sermone. 9. terriæ partis Duplex est (inquit) Confessio, humana, scilicet
1 Witcleff. C facta meritoriè soli Deo, uel facta Deo, & eius sacerdoti. Prima uocatur confessio generalis, & secunda auricularis. De prima loquitur scriptura. De secunda uerò nisi institutio papalis, eam usu ecclesiæ, ut patet primo decretalium. de pœni. & remiss. Omnis utriusque sexus. Sequitur. Nec dubium quin sine confessione secunda peccatum dimitti poterit. Et subdit infra. Ideo licèt inter alia statuta humana talis confessio & absolutio multum prosit, tamen multum nocet ecclesiæ: & multas hæreses, & contentiones circa fastum, & quæstum temporalium introducit. Ideò non tantum prodest ecclesiæ, quantum profuit traditio Scarioth. Hæc Witcleff AVCTOR.

I Obserua † lector, quod supra dixi, istum Witcleff esse ab apostata Iuliano Cæsareum, sacerdotem: a quo authoritatem, & exemplum sumit detrahendi confessioni ecclesiæ. Vnde libro 6. tripertitæ historiæ. cap. 2. CASSIODORVS. Fertur itaque mox in ipso principio Iulianum sic
Cassiode. A apertè, & impudenter negasse Christianam fidẽ ut quibusdam sacrificiis, & inuocationibus, quas expeditiones Pagani uocant, & sanguine immolantium, nostrum baptisma studeret, adhuc, & abrenuntiare ecclesiasticæ confessioni. Ex illo enim tempore tam secretim, quam publicè, & interplis licenter pagani sacrificia celebrabant. Hæc ille. AVCTOR. Auscultasti, mi Witeleff, tuum Cæsarem Iulianum: multum in argumentis eius blasphemis, & mendosis inuolucris sermonum inanium impendisti tibi solatium: qui toto nisu studens abolere fidem uiam tibi præbuit irritandi sanctum baptisma, & confessionem ecclesiæ sacrosanctam. Ipse tibi uetus est author: ipse Euangelium tibi descripsit: tu sequax eius, tu discipulus, tu pugil, tu dulcis alumnus, cuius sine te fuisset dogma desertum, & obliuionis tumulo circunfectum. Nefas fuisset audire abrenuntiãdũ esse ecclesiasticæ confessioni. Tu autem affirmas dicens, q̃ multum nocet ecclesiæ: & hæ
B ses introducit: nec tantum prodesse ecclesiæ, quantum traditio Scharioth is. Attamen sic memor tui magistri, quando probamus in posteris confessionem istam auricularem non ab Innocẽtio tertio inchoatam, quia nec Cæsar tuus ei abrenuntiare fuisset solicitus, nec retulisset rem gestam Cassiodorus, quorum uterque diem mundi multis non uidit annis: post quos INNOCENTIVS TERTIVS. exorsus est uincere. Commemorat item hæresim Massilianorum Damascenus uobiscum irritantium authoritatem sacerdotum in pœnitentiis peccatorum. in libro suo de hæresibus. 80. DAMASCENVS. Seruos a domino fugientes promptè recipiunt: & eos, qui à diuersis peccatis ad ipsos aduenium, sine fructu aliquo pœnitentiæ, sine sacerdotum authoritate, gradibusque pœnitentiarum taxatis a sacris canonibus, peccatoribus ueniam repromittunt nisi confessio facta sacerdoti necessaria uideretur, & opposita diebus illis assertio hæresis tunc muictanda. Quibus † item Iacobitæ succedunt, à quodam Iacobo hæretiarcha sic dicti: de quibus in libro hæresum, noster CARMELITA GVIDO Secundus (inquit) error eorum est, qui dicunt nõ esse confitendum de peccatis hominibus, sed soli Deo. Vnde iuxta se ponunt ignem, & incensum, quando faciunt confessionem Deo, in signum, q̃ Deus in tali confessione consumit peccata eorum. Hæc ille. AVCT. Ab istis. & similibus perfidis traxit hæc hæresis Witcleff contra confessionem uocalem suam originem. Sed cũ ipsi improperent ecclesiæ, q̃ sine fundatione cõfessionem istam induxit authoritatem eius pro modulo nostro pandamus. Validè nanque obstat Witcleff, & instat, ut in 3. sermone domini in monte. cap. 3. Videtur, inquiens, istum sanctũ scilicet

Innocẽtius III.

Damascen.

Iacobite. Guido Carmelita

Nota ritè aliquantum hæreticorũ error, confitentur peccata.

1 Witcleff.

scilicet Chrisostomũ, innuere, q̃ graue est, & in A holocausto. Sequitur. Nihil peccare, solius Dei est: emendare, sapientis est: & corrigere erratum & pœnitentiam agere peccati, (q̃ tamẽ difficile est in hac uita) hominum. Quid. n. tãm rarum, q̃ ut inuenias uirum, qui seipsum coarguat, & factũ condemnet suum? Rara itaque cõfessio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus uerbi eius assertio: repugnat. n. natura, repugnat uerecundia. Natura, quia omnis sub peccato: & q̃ carnem gerit, culpæ obnoxius est. Ergo repugnant, natura carnis, & illecebra seculi innocẽtiæ integritatique. Repugnat ergo uerecũdia qa rubescit unusquisque propriam culpam fateri, dum præsentia magis, quàm futura cogitat, Hæc ille. AVCT. In hoc processu exponens Ambrosius confessionem filiorum Israel, de confessione peccatorum propriorum facta, homini loqui uidetur: dicens rarum esse inuenirum, qui seipsum arguat, & factum condemnet suum. Et subdit, q̃ rara ẽ confessio de peccato, rara pœnitentia: quia repugnat natura: repugnat uerecũdia: quia rubescit unusquisque propriam culpam fateri, sed fateri propriam culpam soli Deo, uel in ge- *Idem*
nerali corã hominibus nullus, aut rarus uidetur rubescere. Et sequitur in fine epistolæ AMBROSIVS. Ita sunt duo hirci: unus, qui ad sacrificium utilis est: alius, qui in desertum dimittitur: hic nulli usui, neque edendus neque epulandus sacerdotum filiis. Sequitur. Non placebit ergo domino, si manducet sacerdos sacrificium, in quo fraus sit oblationis, non sedulæ confessionis sinceritatis Hæc ille. AVCTOR. Non putet Witcleff se locum inueniisse calumniæ contra fundationẽ istã Ambrosii pro confessione uocali facta in ueteri lege coram homine: quia forsan in multis dissidet a confessione nostra moderna, quia sic non *Ion. 3 Io. 6.*
C contingit resurrectionem Christi uel sepulturã *Exo. 12. Psa. 117*
in Iona fundare prophetice: nec sacramẽtum Eucharistiæ in manna, uel agno, nec Christum in lapide: breuiter nec quicquam nouæ legis in ueteri. In multis enim tot occurrũt dispares rationes signorum, ut subtilis scripturam uidens omninõ dissimilitudinem suam possit arguere: sicut apud nos eorum instinctu torui faciunt Witcleistæ. At synceris studentibus filiis Apostolorũ, & primæuæ ecclesiæ tanta lux piæ cognitionis irradiat, ut statim uisa rerum compagine, gaudenter occurrant: quia iam granum fidei reperiunt quod sciunt diu tecum esse sub palea. Quid obuiat hanc ipsam materiam esse iam formis suis per sex dies distinctã: quæ olim fuit in principio mundi confusa? Nonne ipsa est & eadẽ ipsa? Et fides trinæ personæ diuinæ: quæ nunc distinctè creditur a modernis: nonne eadem erat, qua prius confusè quodammodo credebatur a patribus Deus unus & ipse trinus? Et qua-

Hugo. 3 par. 14. ca. 1. HVGO. Multa † est malitia hominis
Nemo quando male agere uult, authoritatem quærit. Quando aũt dicimus hominib. ut bona faciant, & ut confiteantur mala, quæ fecerunt, dicunt nobis, Date authoritatem, quæ hoc scriptura præcipit ut confiteamur peccata nostra? Si ergo scriptura peccata confiteri non præcipit: respondete modò, si scripturam habetis, quæ peccata iubeat tacere. Si ergo confiteri non uultis, quia authoritatem confitendi non habetis: quare
B tacere uultis, cùm authoritatem tacendi non habetis? Tamen quia authoritatem quæritis, accipite authoritatem. Antiqua lex peccata confiteri iubet, & homines ad sacerdotes mittit, ut confiteantur peccata sua, ut indulgentiam accipiant. Illic ergo præuaricatio legis confessione & oblatione aboletur, quando adhuc umbra fuit, & adhuc confessio criminis pœnam potius timere debuit, q̃ misericordiam expectare. Hæc ille. AVCTOR. Iam ergo authoritatem confessionis Witcleff exigit: quia ad benè facere se existimat esse cogendum, pro non confitendo militat, sine authoritate decertat, & eam inuocat libertatem. Notandum tamen inter cætera, quibus Hugo in *Leu. 15.* antiqua lege confessionem uocalem fundat, iubente confiteri peccata. sicut Leu. 15 de Aaron, & hirco emissario. Postquam (inquit) emundaue
C rit sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircũ uiuẽtẽ, & posita utraque manu sup caput eius, cõfiteatur oẽs iniq̃tates filiorũ Israel & uniuersa delicta, atq; peccata eorum. Quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in desertum. vbi q̃ dicitur sacerdotem confiteri debere omnes iniquitates filiorũ Israel *Nota* & uniuersa delicta, atque peccata corũ, scire debuit: quia filii Israel peccata sua prius ei debuerant confiteri. Ex populi. n. confessione distincta surgere aptè potest sacerdos in generalem, uel specialẽ confessionem pro populo. Vnde de cõfessione populi uidetur AMBROSIVS exponere locũ illum: epistola 3. primi libri epistolarum ad Simplicianum. ubi dicit. In cã prophetiæ præ *Lib. 2. q. 3.* fertur Moyses sicut propheta: ubi autem cã, & munus, & officium sacerdotis est, præfertur Aaron sicut sacerdos. Tractemus ergo ipsum locũ. *Leu. 2.* Immolatus erat hircus pro peccato. & oblatus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter disputaret apostolis, cp patres nostri oēs, bibebant de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus: si non omnia sacramenta nostra sint eadem, quæ apud eos erant non ipsa specie, sed figura: & modo illi tempori congruente gustata? 1.Cor.10.

¶QVALITER CONFESSIO ECCLESIÆ fundatur ex facto Danielis, & sociorum eius, & sic usque ad baptizatos à Ioanne. Cap. CXXXVI.

SVMMA.

1 *Confessio ecclesiæ, quod fundetur ex facto Danielis, & sociorum eius, & ostenditur.*
2 *Confessionis definitio secundum Hilarium.*
3 *Cyprianus quid de exomologesi, seu confessione criminis occulti apud sacerdotes fienda, dicat.*
4 *Augustinus quid de Daniele, & de eius confessione referat.*
5 *Exomologesis quid. Et de duplici huius nominis significatione, secundum Isidorum.*
6 *Augustinus quid de fide Cypriani in baptismo, dicat.*
7 *Iudæis quòd consuetudinarie quid erat priuatim confiteri delicta. Et quomodo hic mos ad baptismum usque Ioannis duranerit.*
8 *Confessio priuata quòd cadat sub præcepto, ex uerbis Chrysostomi ostenditur, &c.*

ERVSTRA aliter scriberent patres, frustra Cyprianus eliceret cōfessionem nostram auricularem distinctè faciendam homini de necessitate legis Dei, à confessione Danielis, & comitum eius, in libro exhortationis ad lapsos post medium liber incipit. Pax ecce dilectissimi fratres. ubi sic dicit beatus Cyprianus. Ananias, † Azarias, Misael illustres, ac nobiles pueri, quo minus exomologesin Deo facerent, nec inter flammas camini exæstuantis incendio quieuerunt. Sequitur. Loquitur scriptura diuina. Stans (inquit) Azarias, precatus est, & aperuit os suum, & exomologesin faciebat Deo simul cū sodalibus suis in medio ignis. Daniel quoque post fidei atque innocētiæ suæ multiplicem gratiam: post dignationem domini circa uirtutes, ac laudes suas sæpe repetitam, ieiunijs adhuc promereri Deum nititur: in sacco, & cinere uolūtatur, exomologesin faciens, & dicens. Domine Deus magnus, & fortis, & metuendus, qui seruas testamentum, & miserationem eis, qui te diligunt & conseruant imperia tua: peccauimus, facinus admisimus, transgressi sumus præcepta tua, & 3 quæso

1 Cyprianus. Dan.3. Dan.9.

2 Tf.118.

Hilarius. Pſal.31. pro.18

C Confessionis definitio.

Cyprianus.

Gal.6.

A & iudicia tua non audiuimus, puerorum tuorum prophetarum, qui locuti sunt in nomine tuo super reges nostros, & omnes gentes, & super omnem terram. Tibi domine, tibi iustitia: nobis autem confusio. Hæc mites, hæc simplices, hæc innocentes in promerenda Dei maiestate fecerunt, & unde satisfacere, & Deum rogare detrectant, qui Deum negauerunt? Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd confessionem uocalem de necessitate faciendam pro commisso crimine Cyprianus arguit ex confessione Danielis facta pro populo, quamuis confusè. Et super psal. Beati immaculati. uer. Vias meas pronuntiaui, & exaudisti me. dicit HILARIVS. Huic prædicto consentiens, illud uidetur, quod dictū est, Pronūciabo aduersum me iniustitias meas. Et rursum, Iustus in exordio sermonis ipse sibi accusator est. Ergo pronuntiabo quod dicitur: non laudatio est, sed confessio uitarū suarum, id est, peccatorum suorum pœnitens professio. Et prophetа ut esset dignus spiritu prophetiæ, uias suas, id est, peccata ante confessus est: ut post hanc pronuntiationem eorum, doctrinæ iustificationum Dei capax esset. Quod utrunque absolutè docetur. Nam cum dicit, pronuntiaui, confessionem hanc præteriti temporis esse demonstrat. Cum dicit, doce me, oratio est de futuro. Quia confitendum antè est de peccatis, & exacta confessione dicendum. Hæc ille. AVCTOR. Prophetа ecce Daniel confessus est peccata sua, ut spiritum prophetiæ mereretur accipere. Et † confessionem desimens hilarius, dicit, cp est peccatorum suorum pœnitens professio. Et ante orationem confitendum dicit & peccatum exacta confessione dicēdum. i. plenaria secundum circunstantias. Iam ut reuertamur ad Cyprianum, instabit forsan Witcleuista perpenso ordine libri, cp hoc faciat tantum pro maioribus culpis: sicut hic pro apostasia, & idolatria palam admissa: & quid pro hoc occultis? Sed pro occultis confitendis agit prius, & post confirmat doctrinam illam ex facto Danielis in scripturis. Superius enim dixit Cyprianus. Deni que quanto & fide maiore, & timore meliore sunt, qui quamuis nullo sacrificii, ac libelli facinore constricti: quoniam tamen de hoc uel cogitauerunt, ipsum hoc ad sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponūt, salutarem medelam paruis licēt & modicis uulneribus exquirunt, scientes scriptum esse, Deus non deridetur derideri, & circumueniri Deus non pōt, nec astutia aliqua fallente deludi. Plus nimio delinquit, qui secundū hominem Deum cogitans, euadere se pœnam criminis credit, si non palàm erimen admittit. Et infrà. Confiteantur † singuli,

quæso uos fratres, delictum suum: dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per sacerdotes apud Deum grata est. Conuertatur & ad dominum mente tota, & pœnitētiam criminis ueris doloribus exprimētes, misericordiam deprecemur. Hæc ille. AVCTOR. Iam declarauit intētionem suam de exomologesi criminis item occulti fienda apud sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter, id est, nudè, & distinctè. Et iterum hortatur unumquemque confiteri delictum suū, dum est in seculo: & admitti potest eius confessio, & satisfactio per se: & remissio facta per sacerdotes, apud Deum grata est. Ita cp non dubitat apud Deum hæc esse grata, si fiāt dum sit in seculo. Et pro hoc processu fundādo pro scriptura, currit continuè usque ad Danielem: sicut item sermone. 29. primæ partis, de excidio urbis Romæ AVGVSTINVS. Quātum 4 † sit commendatus Daniel, ex hoc apparet: cp unus ex illustribus meruit nominari: & tamen confitetur peccata sua. Cuius superbia non contremiscat? cuius inflatio non resideat? cuius tumor, & eleuatio non cohibeatur? quis glorietur se mundum esse a peccato? Et infrà. Nunqd tu sapientior quàm Daniel? Audi ergo illum cō fitentem peccata sua. An fortè cum confitebatur, mentiebatur? Hinc ergo habebat peccatum quia de suis peccatis Deo mentiebatur? Hæc ille AVCTOR. Et hic sanctus cum patre suo Cypriano & facto Danielis confessionem fundatiee cleſiæ, commemorans, & laudans eius exomologesin, id est confessionem, super psal. 74. uersu, Quia neque ab oriente, neque ab occidēte. Vbi dicit. Quid ergo modo faciemus? præueniamus faciem eius in confessione. Exomologesis confessio dicitur. Præueni eum in confessione: ueniet mitis, quem culpa fecerat iratum. Hæc ille, AVCTOR. Et lib. 9. etymologiarum ISIDORVS. Exomologesis † græco uocabulo dicitur: 5 quod Latinè confessio interpretatur. Cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio: sicut est, Confitebor tibi domine pater cæli & terræ &c. Aut in denudatione peccatorum, cum quis confitetur sua peccata ab eo indulgenda, cuius indeficiens est misericordia. Hæc ille. Et assumit Rabanus de institutis clericorum: & idem de naturis rerum. AVCTOR. Hoc uolo sciat Witcleff, & discipulus eius auctor Floreti: cp confessio nostra sacramētalis ecclesiæ non caret fundatione scripturæ, siuè quò ad necessitatem suam, siuè item quò ad frequentiam: si iam putet se eam Cyprianus in scriptura fundasse. Ipsi. n. notior erat sēsus scripturæ, quàm istis omnibus: & cum ipsi nouam suam negatiuam erroneam fundare non curēt,

Aug.To.ult.

Pſ.74. Auguſtin.

Confeſſionis definitio.

Iſidorus confeſſio.

Matthæus.

A nobis existiment satis esse, si uetusta cura Cypriani & sensu affirmatiuam Christi ecclesiæ tali modo fundemus. Sicut in simili casu de baptismo aduersarios authoritati Cypriani adhæsit AVGVSTINVS. Cyprianus † est, quem in manu sumpsi, antiquus eps sedis huius. Quid senserit de baptismo paruulorum: imò quid semper ecclesiam sensisse monstrauerit, paululum accipite. Parum est enim quia differunt, & disputant nescio quas impietates nouas, & nos conantur arguere, cp aliquid nouum dicamus. Ad hoc ergo lego sanctum Cyprianum, ut uideatis quo sit intellectus canonicus, & catholicus sensus. Recitato dicto Cypriani, inquit. Hoc de fundamento ecclesiæ sumpsit ad confirmandum lapidem nutantem. Hæc ille, prima parte sermonum, sermone 51. de baptis. contra Pelagianos. AVCT. Quid dicit Augustinus iam fide Cypriani in baptismo, cur ego non dicam de confessionis sacramento? Quid ipse senserit, imo quid semper ecclesiam Christi sensisse monstrauerit, potestis accipere: ut ita uideatis, quomodo sit intellectus canonicus, & sensus eius catholicus. Quia quod dixit, de fundamento ecclesiæ sumpsit, ad confirmandum lapidem nutantem, de scriptura. s. Danielis, ad confirmandum lapidem iam nutātem de confessionis articulo. Nec modicus pudor incutitur Witcleuistis tàm sedulo mentientibus de fundatione sanctæ confessionis in ueteri testamento. Quando † enim scripturas diligenter 7 aduertimus, satis est planum, cp consuetudinarium quid erat Iudæis priuatim confiteri delicta, ut interdum dolor ipse pudorem abrumperet, & nec in publico parcerent confiteri. Qui mos durasse cognoscitur usque ad baptismum Ioannis, sicut dicitur Matth. 3. Et baptizabantur ab eo, confitentes peccata sua. ubi in imperfecto, Homil. . CHRYSOST. Confessio peccatorum, est testimonium conscientiæ timentis Deum. Qui. n. timet iudicium Dei, peccata sua confiteri non erubescit. Qui autem erubescit, non timet. Perfectus. n. timor omnem pudorem soluit. Illic. n. trepido confessionis aspicitur, ubi pœna futuri iudicij non creditur. Nunquid nescimus, cp confessio peccatorum pudorem hēt, & cp hoc ipsum erubescere, pœna est grauis? Sed ideo magis iubet Deus confiteri peccata, ut uerecundiam patiamur pro pœna, nam & hoc ipsum pars iudicii est. O misericordia Dei quem totiens ad iracundiam excitamus. Sufficit enim ei & solus pudor pro pœna. Hæc ille. AVCTOR. Hic agit Chrysostomus ex toto de confessione pudorem habente, qui non est, nisi cum occulta produntur, & subdit. Ideò magis iubet Deus confiteri peccata. nostra, ut uerecundiam patiamur pro pœna.

Aug.To.x

6

B

C

Iudei antiquitus priuatim confitebantur.

Matt.3. Chry.To.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Quis † negat iam ex hoc loco confessionem pri A uatam cadere sub præcepto? Iubet (inquit) deus confiteri peccata. & qualiter ? ut uerecundiam patiamur pro pœna. Quam ex confessione baptizatorum sub Ioanne producit, & probat tam ut baptizentur adulti, q̃ ut dignè communicent baptizati: sicut exponit eũdem locum Matthæi o- 5
Chry. To.2 pere perfecto secundum Auianum, CHRYSOS. 6
Tempus siquidem confessionis incumbit ijs qui dem, qui baptisma consecuti sunt. Aliis quidem 7
ut post patentia criminum vulnera pœnitentia interueniente curentur, & ad sacra mysteria redire mereantur. Aliis uero, ut eam, quam post 1
lauacrum cæleste conceperunt maculam diluentes, ad dominicam mensam munda iam conscientia, securaq̃ ueniant. Absistamus igitur ab hac fluida, dissolutaq̃ ue uita. Nequeunt. n. omninò, nequeunt aliquando in unum & confessionis lachrymæ, & corporis conuenire deliciæ. Hæc ille. AVCTOR. Et hic dicit Chrysostomus, q̃ tempus incumbit confessionis, & hoc generaliter, si expositio conueniat literæ. Et ideo exponens eundem locum Matthæi RABAN. Exemplum. n. (inquit) iam tunc confitendi peccata, ac meliorem uitam promittendi eis, qui baptisma accipere desiderabant, dabatur. Sic etiam post a scensionem domini prædicante Paulo in Epheso multi credentium ueniebant, confitentes, & annuntiantes actus suos: quatenus abdicata uita ueteri, renouari mereantur in Christo. Hæc ille.
Rabanus.
AVCTOR. Iste doctor clarè dicit ex ista confessione baptizatorum à Ioanne, baptizandis nostris suæ confessionis datum exemplum: & ad tẽpus noui testamenti sub sancto Paulo reduxit continuè. Propter hoc, q̃ noster Witcleff dixit, quòd si ueritas articuli nostri staret de confessione uocali, tunc omnes mortui à tempore ascensionis Christi usque ad Innocentium tertiũ C
forent damnati: supponens, q̃ non essent uocaliter in specie sic confessi. Hic autem uidetis & audiris oppositum de cõfessis sancto Paulo: & plura talia uidebuntur.

¶CONFESSIONIS ECCLESIASTICÆ necessitas regularis fundatur in ritibus, & uaticiniis legis antiquæ. Ca. CXXXVII.

SVMMA.

1 *Confessionis ecclesiasticæ necessitas regularis, quòd fundetur in ritibus, & uaticinijs legis antiquæ.*
2 *Alexandrinorum ciuium confessio, cùm crucis character in templo Serapidis diuinitus apparuisset.*
3 *Æneum mare ante fores templi ad ablucãdas ingredientium manus. &c. quid denotet ex Gregorio.*
Confessionem sacramentalem tenere in ecclesia locum circuncisionis antiquæ ex Lactãtio ostenditur. Et quanta necessitate ad hanc confessionẽ nostram constringimur.
Ecclesia quæ uera.
Confessio uocalis ex Iob dictis fundata ostenditur.
Auctor in Viennam missus, quid de Iudæorum cõfessione audierit.

NEC ☩ item ibi uerum dicit Witcleff, q̃ non esset talis confessio regularis obseruanda: sed quibusdam ut eis utile uideretur. Quia ipsa planities textus regulariter factam cum uniuersalitate denuntiat sub Ioanne. Tunc exibat (inquiens) ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Hic sine cunctatione omnes uenientes sicut baptizabantur, ita cõfitebantur. Si istud non arguit regularitatem: exceptionem aliquam restat ut probet. Imo tam regulariter confessi dicuntur, quàm regulariter baptizati. Quod in adultis hactenus seruat ecclesia. Vnde Alexandrini ciues tempore Theophili episcopi uidentes crucis characterem diuinitus apparuisse in templo Serapidis, ad confessionem uolauerunt ecclesiæ. Lib. 9. historiæ tripertitæ ca. 29. sub auctoritate Socratis. CASS.
Witcleff
Cassiod.
2 Cumque † per has literas, quæ apud eos sacræ dicuntur, indicaretur terminum habiturum Serapidis templum: quando character crucis apparuisset: qui uitam superuenturam sine dubio declararet: multo plurimi ad Christianitatem festinabant: & peccata confitentes baptizabantur.
C Hæc ibi. AVCTOR. Quasi sicut non sine baptismo possent intrare regnum cælorum: ita nec sine confessionis officio. Ita ut mare æneum ante fores templi situm accipiat: id est amara confessio ante regni cælestis ingressum, uel ad fores baptismi, uel eucharistiæ sacramenti. Vnde libro primo registri. epistola ad Ioannem Constantinopolitanum, Eulogium, Gregorium, quæ incipit, Consideranti mihi. GREG. Ante † fores templi ad abluendas ingredientium manus mare æneum, & luterem duodecim boues portant: qui quidem facie exterius eminent, sed ex poste rioribus latent. Quid nanque duodecim bobus, nisi uniuersus pastorum ordo signatur? de quibus Paulo disserente lex dicit. Non obturabis os boui trituranti. Quorum quidem nos aperta opera cernimus, sed apud districtum iudicẽ, quæ illos posterius maneant in occulta retributione nescimus. Qui tamen cum descensionis suæ patientiam
Greg. To.6
3
1. Cor. 9

tientiam abluendis proximorum confessionib. A
præparant, uelut ante fores templi luterem portant. Vt quisquis intrare æternitatis ianuam nititur, tentationes suas menti pastoris indicet: & quasi in boum lutere cogitationis, uel operis manus lauet. Hæc ille. AVCTOR. Notetur sãctus Gregorius: qui diù præcessit Innocentiũ tertiũ: qui dicens, quomodo ante fores templi pastores plebis luterem portant, subdit, ut quisquis intrare æternitatis ianuã nititur, tentationes suas menti pastoris indicet: & quasi in boum lutere cogitationis, uel operis manus lauet. Ergo de necessitate salutis æternæ fideles tentationes suas cogitationis, uel operis menti pastoris indicare tenentur. Absolutè. n. dicit, quisquis, non q uult, aut cui uidetur ut melius: sed quisquis intrare æternitatis ianuam nititur: in quo regularis confessio priuatarum culparum simpliciter explicatur. Quomodo iam dicet ad ista Witeleff? qualiter probaturus est, q̃ Ioannes de Deo satis clarè declarat, q̃ pœnitentialis cõfessio Latinorũ B
Ioannes de Deo.
in scriptura sacra non habet originem? Non insisto iam uidere, quo Ioannes de Deo sic dixerit: aut qua inde libertate sic scripserit, si scripsit. Sed insisto mirari, qualiter noster Witcleff iam auctoritati istius Ioannis tam sedulo se submittit: quem alibi totiens dicit rudem grammaticum, ignarum philosophum, & profundum hæreticum. Si huiusmodi Magister sit Ioannes de Deo, qualis ẽ discipulus eius Witeleff sine deo? Si hæc prædicta non sufficiant Witcleuistis probare confessionem ecclesiæ traxisse originem à scriptura, accedat antiquus pater LACTAN. si possit hoc Witcleuistis probare, quod uictorio sè potuit suadere gentibus. libro * quarto diuinarum institutionũ, capite decimoseptimo, dicens. De circuncisione soluenda * Esaias ita prophetauit. Hæc dicit dominus uiris Iuda, qui habitant Hierusalem * Renouate inter uos nouitatem: & nè seminaueritis in spinis. Circuncidite uos Deo uestro: & circuncidite præputium 4
Lactant.
Scribitur sap.
Hiere. 4.
Prohibemus sup.
Deut. 30.
Iosue. 7
cordium: nè exeat ira mea sicut ignis: & non sit qui extinguat. Item Moyses ipse. In nouissimis circuncidet dominus cor tuum ad dominum a- C
mandum. Item Iesus Naue successor eius. Ecce dicit dominus ad Iesum. Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & sede, & circuncide secũdo filios Israel. Secundam circuncisionem futuram esse dixit: non carnis, sicut fuit prima, qua etiam nunc Iudæi utuntur: sed cordis, ac spiritus quam tibi Christus, qui uerus Iesus fuit, ostendit. Non enim propheta sic ait: dixit dominus ad me: sed dixit dominus ad Iesum, ut ostenderet, quòd non de se loqueretur, sed de Christo: ad quem tunc Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat ille Iesus: qui cùm primò Auses uocaretur, Moyses futura præsentiens, iussit eum Iesum uocari. Vt quoniam dux militiæ delectus esset aduersus Amalech, qui oppugnabat filios Israel, & aduersarium de bellaret per nominis figuram, & populum in terram promissionis deduceret. Et ideireo etiam Moysi successit: ut ostenderet nouam legem p Christum Iesum datam, ueteri legi successuram, quæ data per Moysen fuit. Hæc ille: AVCTOR. Hoc totum præmisit Lactantius de circuncisione carnis ut ostenderet, quod iam statim infert de circuncisione cordis: quam dicit sacramentum nostræ confessionis ecclesiæ: ut sicut lex noua successit antiquæ, Iesus Naue Moysi defecturo: ita confessionis sacramentum in lege noua successit sacramento circumcisionis carnis in lege Moysi quadam originali sequela. Vnde subdit Lactantius. Non illa carnis circuncisio *Iesus Naue* *Lactant.*
caret utique ratione. Quia si Deus id uellet, sic à principio formasset hominem, ut præputiũ non haberet. Sed huius secundæ circuncisionis figura erat, significans nudandum esse pectus, id est, aperto, & simplici corde oportere nos uiuere. Quoniam pars illa corporis, quæ circuncidtur, habet quandam similitudinem cordis. s. glandula pudendorum. Et ob hanc causam Deus denudari eam iussit, ut hoc argumento nos admoneret, nè inuolutum pectus haberemus, id est, nè quod pudendum facinus intra conscientiæ secreta uelemus. Hæc est cordis circuncisio, de qua propheræ loquuntur: quam Deus a carne mortali ad animam transtulit: quæ sola mansura est. Volens enim uitæ, ac saluti nostrę prospicere, pœnitentiam nobis in illa circuncisione proposuit: ut si commundauerimus, id est, si peccata nostra confessi Deo satisfecerimus, ueniam consequamur, quæ contumacibus, & admissa sua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, sicut homo, sed intima, & arcana pectoris intuetur. Hæc ille. AVCTOR. Iam † apertè docet Lactãtius confessionem sacramentalem tenere in ecclesia locum circuncisionis antiquæ, quæ sicut fuit circa pudenda publica corporis, ita confessio circa pudenda cordis. Quæ utique homini pudenda non sunt, nisi cum exterius prodeunt, ita ut in audientia hominis circuncidatur pudendum cordis occultum, sicut coram hominum uisibus agebatur circuncisio corporis. Alioquin non diceret, quòd per pœnitentiam, & confessionem ueniam consequamur, quæ contumacibus, & admissa celantibus denegatur. Celare enim dicimus, quicquid *Psal. 118* corde firmiter detinemus. Vnde psalmista. In *Iob. 10* corde meo abscondi eloquia tua. Et Iob. 10. Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio, quia

 uni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uniuersorum memineris. Et in superioribus dixit. Ob hanc causam Deus pudendam partē corporis nudari præcepit: nē quod pudendum facimus intra conscientiæ secreta nelemus. Simulq; notandum: quod oportet intelligere confessionem istam, quæ circuncisioni succedit carnali, pari efficientia sacramentis non quę pariter coexistit. Ideo si cordis interna confessio soli Deo uel generalis simul in uoce frequentabatur à patribus ueteris testamenti, longè alia erit: quia circuncisio cordis erit: succedetque circuncisioni carnis: sed in testamento nouello. Quanta uerò necessitate ad hanc confessionem nostram constringimur, item monstrant prophetiæ: quas p hac circuncisione cordis sub interminatione diuinæ iræ produxit. Quia cuius caro præputii circuncisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo. Et circuncidite præputium cordium, nè exeat ira mea sicut ignis, & non sit qui extinguat, secundum *Esaiam. Et secundum hanc annotanda est ecclesia Christi à cœtibus hæreticorum: sicut in eodem quarto. capitu. ultimo dicit LACTANTIVS. Quia singuli quique cœtus hæreticorum se potissimum Christianos, & suam esse ecclesiam catholicam putant: sciendum† est illam esse ueram: in qua est confessio, & pœnitentia, quæ peccata, & uulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Hæc ille. AVCTOR. Eia ergo qualis est ecclesia hæretica nostri Witcleff, quam iactat se habere præcipuam si ibi non inuenitur confessio, & pœnitentia, quā tantopere a serepellit, & ad illam tertiam intee pœnitentias attendendum nimis hortatur? Non est ecclesia, ubi non est confessio uera. Vnde & mihi uidetur exhac acceptione proprietatis ecclesiæ secundum Lactantium uniuersos illos hæreticos, qui nos præcesserunt, semper confessione carere. Accedat item iam dictis sanctus Iob, si forsan menti eius quicquam pro fundatione huius tertiæ pœnitentiæ, & confessionis uocalis spiritussanctus infundit. Ipsius enim uerba sunt secundum literam Augustini. Verba sunt sancti Dei mei, quòd tempus meum est, ut sustineat anima mea. Super quem locum in libr. annotationum super Iob, AVGVSTINVS. Quia nō alia dixit, quàm audiuit a Deo: ideo de homine generaliter prophetat: quia auxilio indiget in confessione. Quod tempus meum ut sustineat anima mea, quia imminente morte, terrentur homines, ut conuertantur, & confiteantur Deo putredinem peccatorum: cuius consideratione secogi, dicit, ad confessionem. Hæc ille. AVCTOR. Obseruat Augustinum hæreticus: scio q̄ obseruat eum in hoc uerbo, & confiteantur Deo putredinem peccatorum: quasi non sit usitatum in ecclesia dicere eos confessos Deo, qui ritè confessi fuerint sacerdoti. Idcirco subsequenter dicit, se nolle celare peccata: quia non esset filius uitæ. Textu. Iob. Conuulsæ sunt† compagines cordis mei. AVGVSTINVS. Conuulsæ sunt compagines cordis mei, ut non celem peccata mea. IOB. Si sustinuero inferi erunt domus mea. AVGVSTINVS. Si pertulero peccata mea ut non confitear. IOB. Interitum appellaui patrem meum AVGVSTINVS. Non ero filius uitæ. Hæc ille. AVCTOR. Quis ergo dicat: non hæc dicta de confessione facta uocaliter, non tantum Deo mentaliter: quando dicit conuulsum esse cor suum ut non celet peccata? Aliquin ea corde celare, & non proloqui, esset confessionem irridere, non facere. Sicut post exponit dictum illud IOB. Ecce rideo opprobria, & non loquar, AVGVSTINVS. Vtilitatem dicit confessionis: quia si uellet ridere peccatum suum, & non illud proloqui, clamaret, & non exaudiretur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce non oportet ridere peccatum suum sed proloqui: nec in corde celare peccata, ut non confitea ntur: qa aliter faciendo, inferi domus eius esset, nec esset filius uitæ, sed interitus. Et hoc generaliter Iob prophetat de homine: cuius consideratione, scili cet mortis, cogi se dicit ad confessionem. Quomodo ergo his collatis non fundatur in sancto Iob per instinctum spiritussancti, exponente Augustino, uera necessitas coactionis generaliter omni homini facultatem habenti ad confitendū uocaliter, & proloqui peccata sua sub pœna mortis secundæ: sicut iam testari solet ecclesia? Quid iam dicet Witcleff cum sua sobole uiperina? Nunquid adhuc dicturus est, sicut prius horride est mentitus, confessionem tertiam pœnitentiam infundabilem in scriptura? Aut somniauit Augustinus, quando eam secundum necessitatem suam fundauit in Iob? Aut Lactantius, qui eam fundauit in circuncisione secunda per *Esaiam, & sine ipsa dixit non esse ecclesiam, sed cœtum hæreticorum satellitum? Aut sanctus Papa Gregorius somniauit, quando fundauit eam in litore maris ænei: sine quo non intratur ecclesiam? Aut sanctus Cyprianus, qui eam in Danielle fundauit, & eius fodalibus? Aut nunquid errauit Ambrosius, qui eam in confessione reperit sacerdotis: cum super hircum emissariū manus suas exponeret? Aut sanctus pater Chrysostomus, qui eam sic extulit laudibus in confitendo peccata eorum quos baptizauit Ioannes? Aut si deliquit Rabanus, quando in facto illorū exemplum nostræ confessionis asserit, & usque ad tempus sancti Pauli in actibus Apostolorum adduxit. Ita ut pateat ante ecclesiam confessionem uocalem etiam occultorum consuetudinariam esse Iudæis, & eam sanctum Paulum docuisse gētiles.

*Hieremiã

Lactantius ecclesia uera.

Iob 6.

Aug. To. 4

Author in Viennam missus.

tiles. Quid† autem mihi contigit ab uno (ut uidebatur) dicto Iudæo, aure percipere, refero. Quia cùm iter agerem in Vienna prælara ciuitate Austriæ, cum iam uenissem illuc iturus ad regem Poloniæ ex nuntio regis Angliæ illustris Henrici quinti: & obuiam haberem gregem Iudæorum in uico: processi de medio sociorum qui me ùm bono numero comitabantur: petēs & instans informari, si adhuc haberent de more confiteri uocaliter sacerdoti. Ipse nerò deliberatus respondit, q̄ sic, maximè in tribus casibus. s. priuato adulterio, homicidio æquè occulto, & occulta blasphemia magni Dei nominis, siue legis. Interrogaui, utrum sacerdos iniungeret pœnitentiam sic confessō? dixit q̄ sic, & pro unoquoque scelerum pœnam suam. Et unde seruaretur ritus iste a tanto tempore per captiuos, si non fuisset eis magni ponderis de longa consuetudine suæ legis? maximè cum multa sacrificia iam dimittant pro ipsa captiuitatis pressura impleri iussa per legem.

¶CONFESSIO VOCALIS ECCLEsiæ qualiter in noua lege fundatur. Cap. CXXXVIII.

SVMMA.

1 *Confessio uocalis ecclesiæ quod in noua lege sit data.*
2 *Confessio quod debeat fieri uocaliter sacerdoti ex quomodo ecclesia non debeat contentari de contritione cordis, & confessione facta soli Deo, ex Augustini dictis ostenditur.*
3 *Confessio nostra ubi fundetur. Et plura de hac ibi.*

Res uel est in sua subsistentia, uel in sua circumstantia.

LOquens adhuc amplius Witeleff contra confessionem catholicam, dicit uerbum contra spiritum sanctum: libello de confessione, cap. 1. Si rationabile fuerit (inquiens) uidetur spiritum sanctum negligenter sacramentum tam necessarium omisisse. Nam Actu. 2. & infrà: legitur Apostolum Paulum, & cæteros Apostolos multa millia populi conuertisse: & non recolo aliquem conuersum istud nouum sacramentum a sacerdote aliquo accepisse. Nec Christus, nec baptista, nec aliquis apostolus ista sacramentali pœnitentia (quantum nos cognoscimus) usus fuit. Ideo dicit doctor decretorum Ioannes de Deo, quòd istud sacramentum à quadam constitutione Papæ capit originem. Hæc Witcleff. AVCTOR. Congruè mittimur ad patres noui testamenti, & Christum authorem eius, & Ioannem baptistam præconē eius, si quomodo ex eo loco sanctæ confessionis origo poterit enarrari. Nouerint omnes periti catholici aliud esse rem in sua subsistantia, aliud in circunstantia eius: sicut aliud est hominem esse, aliud ambulare. Hoc quod moneo uos, stolidus Witcleff non aduertit: sed dum multa excæcare ignaros, rem, quam obtexerat, inuolui: & nunc de re secundùm se, nunc de proprietate eius hac uel illa, querelam agitat, brigam mouet: & clamans, & ululans causatur non esse rem illam, si mutauerit apparatum: quasi nō esset idem Christus corā lictoribus benedicto corpore suo nudus, & chlamyde coccinea prius uestitus. Iste modus eius est penè generalis ubique: ideo dicit originem eleri ecclesiæ modernæ a Papa deinceps non fundatam a Christo, uel Petro: quia post Syluestrum dotem admisit: nec ordinem fratrum, aut perfectorum quemcunque esse ordinē Christianum: quia addit cæremonias, ad quas Christus neminem obligauit. Sic de confessione latinorum moderna, laicaliter satis obiicit ne sit Christi lege fundata, si mutetur in ritu aliquo minimo: uel iam sub alia circunstantia uarietur: quasi non sit idem homo, si alio ueniat tectus capitio. Ad hoc enim trahit eum logica sua de aggregatis artificialibus eius per accidens, quam in hac re pœnitentiali non recipiunt orthodoxi: eo quod ea seruata, nihil nouē possent in antiqua lege probare. Quomodo nec potest probare eucharistiæ sacramentum ecclesiæ esse a Christo fundatum: quia illud suum dicit paucis uerbis euangelicis consecratum: nostrum precibus pluribus, & ornatu uestium sacrarum cum accēsione luminum, & signorum. Mimi, & ioculatores sic oculos incautorum agili saltu agibilium digitorum illudunt. Astuti autem, & præfundati theologi nobiscum in euangelio Christi, si benè rem confessionis secundum puram eius substantiam demonstremus, agnoscunt, & probant. Sufficiet enim, si sanctos imitemur apostolos, probantes aduentum Christi, resurrectionemq; & ascensionem eius in cælum, & aduentum sancti spiritus in Ioele, & prophetarum oraculis, aut in gestis, & uerbis domini saluatoris: iuncto semper testimonio sanctorum patrum in antiqua fide ecclesiæ Christi Iesu. Quid dicit Witcleff de pœnitentia ista tertia? quam fundationē exquirit. cap. 23. quarti trialogi? Mihi uidetur (inquit) q̄ foret ecclesiæ utilius: ut do prima pœnitentia, quæ est solum in animo, & in sensibilis, qua contritus domino confitetur, & secunda, quæ est aggregata ex illa, & expressione uocali singulariter facta Deo ecclesia contenteturꝰ. Et infra. Sed leges de confessionibus in scriptura expressæ iam mille annos, & amplius sufficecerunt: quomodo ergo est lex de pœnitentia tertia

tam

Wiclef.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam improbabilis introducta? Hæc Witcleff.

1 AVCTOR. Attendamus euangelium † & ibi quid Christus instituit circa confessionem uocalem presbytero exprimendam: utrum sit impossibilis, & mille annis inutilis videamus. Matthæi. 16. cum author uitæ Ie sus uenisset ad partes Cæsareæ, & Petri sententiam de filio hominis accepisset, tandem traditis ipsi clauibus pro tota ecclesia, subdidit. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Hæc est potestas universalis ecclesiæ condonata pro suis sacerdotibus ligare, & soluere. Quis Witcleuista perfrustrabitur eam? Saluator nempe 3 subiecit. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Sed si quilibet apud seipsum confiteretur Deo, frustraretur Petro collata potestas. Vnde in sermone. 55. tertiæ partis sermonum ad coniugatos, qui incipit. Audite charissimi, & accipit decretum de pœnitentia distinctione prima. AVGVSTINVS. Si † præter uxores uestras cum aliqua concubuistis, agite pœnitentiã: qualis agitur in ecclesia: ut oret pro uobis ecclesia. Nemo si dicat: occultè ago. nouit Deus, qui mihi ignoscit: quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta sunt in cælo. Ergo sine causa sunt claues datæ ecclesiæ Dei: frustramur euangelium: frustramur uerba Christi. Promittimus nobis, quod ille negat. Nonne nos decipimus? Iob dicit. Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea. Talis iustus thesauri diuini aurum obrysum: talis camino probatus ista dicit. Et resistit mihi filius pestilentiæ: & erubescit genu figere sub benedictione Dei. Superba cer uix, mens tortuosa. Fortasis (imò quod non dubitatur) propterea Deus uoluit, ut Theodosius maior Imperator ageret pœnitentiam publicã in conspectu populi: maximè quia peccatum C eius celari non potuit: & erubescit senator quod non erubuit imperator? Quæ est ista superbia? Nonne sola sufficit gehennæ: etiam si adulteriũ nullum esset? Hæc Augustinus. AVCTOR. Si mihi non credas exponenti scripturas, uelis, nolis audies Augustinum. Tu dixisti hanc confessionem nostram improbabilem: & ecclesiam debere contentari decõtritione cordis: & cõfessione facta soli Deo. Augustinus arguit. Ergo frustramur euangelium: ergo frustramur uerba Christi. Ergo sine causa dixit Christus, Quæcũque solueritis in terra, soluta erunt in cælo. Tu ergo frustraris euãgelium Christi, & uerba Christi: in quibus probatur dicta pœnitentia tertia. 3 Ecce † ibi fundatur nostra confessio, ubi Christus dixit: quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Quomodo? quia frustra A est potentia, quæ nunquam executioni mandatur. Si autem tibi, & mihi, & unicuique sufficeret confiteri soli Deo, nunquam solueret super terram, & frustraretur uerbi potestas. Quòd si nec unquàm est frustrandum euangelium nunquam soluendus est in cælo ligatus in terra: nisi per potestatem illam Christi: quæ solueritis super terram, erũt soluta & in cælo. Ista deductio est Augustini de sententia saluatoris. Nemo (inquit) sibi dicat: occultè ago, uel in corde ago. Sed specificans pœnitẽtiam ecclesiæ consuetam. Agite (inquit) pœnitiam: qualis nunc agitur in ecclesia. Ergo falsò asseruisti, quòd pœnitentia prima & secunda sine tertia, quæ est uocalis sacerdoti confessio, mille annos fidelibus Christi sufficit. In tempore ecce Augustini non sufficit: & sanctũ Iob uocat in testem, & Theodosium publicè pœnitentem coram sacerdote Ambrosio: propter crimen notorium: & increpat ceruicem tuam superbiam, & mentem tortuosam. Quæ est (inquit) ista superbia? ipsa sufficienter per se sufficit damnare gehennæ. Sed dicit Witcleff, est inquit ex suppositione necessaria aliquibus, quos Deus præordinat taliter confiteri. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ergo si Deus ex tibi dubio præordinauit omnes fideles aptos taliter confiteri, tu contra ordinationẽ Christi scripsisti, quam indicas non obseruandam à singulis. Ideo Augustinus superbã, nullum ab hac ordinatione Christi excipiẽs, Nemo (inquit) dicat, occultè ago: si nemo hoc sinitur dicere, ubi sunt omnes illi, pacis exceptis, priuilegiati per Witcleff, qui dicant, ego occultè ago, & ego & ego? Sed reperiat mihi Witcleff: ubi Christus unquàm dixit, aut quisquàm eius apostolus: Aliquis est soluendus in cælo, qui noluerit à uobis solui super terram. Vbi unquàm dixit: Quorum uos retinueritis peccata, retenta non erunt? Aut quorum remissa non sunt peccata, sine uobis remittentur in cælo. Vbi dixit scriptura talia pro parte Witcleff hæretica, ipse se fundet. Nos habemus pro fide catholica, Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Quod uerbum Christi nẽ sit frustrabile: nemo permittitur dicere. Ego occultè, aut in corde meo pœniteo: & Deus, q nouit, ipse ego scit. Promittimus (inquit) nobis, quod ille negat: Nonne nos decipimus? O ergo quot decepit Witcleff, permittendo eis quod negauit Christus? Quid negauit Christus? Solui peccata sine clauibus: sine confessione præstita sacerdoti. Et go negatio illa Christi in illa affirmatiua, Quæcũq; solueritis super terrã, includitur. Beatus itẽ AMBROSIVS. fundat hanc pœnitentiam in illo uerbo Christi ad discipulos post resurrectionem. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittũtur eis. * libro de pœnitẽtia

Matt. 16.

De pœn. d. 1. cap. Agite pœnitentiam. Aug. To. x.

Matt. 16

Iob. 31. Secundum Sept.

Vide de hac pœnitentia Eusebiũ in hist. Eccles. lib. 10. c. 17. & hist. tripart. lib. 9. cap. 30.

Frustra est potestas quæ nunquam executioni mãdatur.

*Io. 20. Aug. To. 2. * lib. 1 ca. 2*

tia contra Nouatianos ad principium. dicens. A Aiunt se domino deferre reuerentiam: cui soli remittẽdorum criminum potestatem reseruent. Immo nulli maiorem irreuerentiam faciunt, q̃ qui eius uolunt mandata rescindere, & commissum munus refundere. Nam cum ipse in euangelio suo dixerit dominus Iesus: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis peccata, retenta erunt. Qui est qui magis honorat? utrum qui mãdatis obtemperat: an qui resistit? Ecclesia in utroque seruat obedientiam: ut peccatum & alliget, & relaxet. Hæc ille. AVCTOR. Ecce in his uerbis Christi: quorum remiseritis peccata, remittẽtur eis: potestatem absoluendi peccatores accipimus sacerdotes. Et magnam authori, & datori istius potestatis reuerentiam facimus, quotiens exequendo concessam: absoluimus delinquẽtes. Sed quomodo in labibulum peccatorum intramus, nisi per clauem scientiæ præstemus auditũ B & peccator circũstantia labiorum accommodet aditum? Aut nonne humanæ leges necessitate quadam decernunt: ut cuicunque potestas aliqua iurisdictione committitur, omnia uideantur illi committi, sine quibus expleri non potest? Committit dominus sacerdotibus suis potestatem uicariam quorumcunque remittendi peccata: si tamen se humilient: si (ut necesse est) exponant crimen, si se reformare promittant. Ista ergo necesse habet adimplere peccator, si noluerit potestatem irritare Christi sine quibus commissa potestas impleri non potest.

Io. 20

¶OBIECTIO WITCLEFF EX ARmacano: & refellitur sententia Armacani. Cap. CXXXIX.

SVMMA.

3 *Responsio ad obiectum Witcleff ex Armacano. Et refellitur Armacani sententia dicentis, quod Apostoli non receperunt potestatem dimittẽdi sacramentaliter peccata post resurrectionẽ, sed in prima institutione ad apostolatum, & quid de hoc dicat hieronymus.*

2 *Apostoli quod primo in die resurrectionis acceperunt sancti spiritus gratiam, qua cuncta dimitterent peccata, non autem ut facerent signa, ex* 1 *Chrysostomo.*

3 *Christus quomodo perfectioribus discipulis spiritum sanctũ insufflauerit, ut per eos ad reliquos illa gratia perueniret.*

4 *Peccatorum remissio quod ab initio fuerit promissa, & nuntiata, sed in fine donata.*

5 *Christus quare non similiter præceptum dederit hominibus peccata sua confitendi, sicut discipulis potestatem, edit confitentium peccata dimittendi.*

Armacan.

HIS fortè prædictis obstabit Witcleff in uerbo Armacanus, libr. 11. de quæstionibus Armeniorum: dicentis, & definientis, q̃ nec hic post resurrectionem Christi, aut antè, Matthæi, 18. acceperunt Apostoli potestatem istam sacramentaliter dimittendi peccata: sed in prima institutione ad apostolatum: quia aliter (dicit) recepissent sex sacramenta ordinis. Quasi item multos recepissent spiritus sanctos: quia pluries dicitur de eis, q̃ spiritum sanctum susceperunt. Et tamen ab exordio sui discipulatus acceperunt spiritum sanctum: & iam post resurrectionem: & post quinquaginta dies in solennitate Pentecostes. Et nunquid unum & eundem spiritum? sed in pluribus donis suis. Vnde in epistola ad Edibiam quæstione. 9. HIERONYMVS. Ego audacter, & tota libertate pronuntio, & ex eo tempore, quo apostoli domino credidernnt, semper eos habuisse spiritum sanctum: nec potuisse signa facere absque spiritu sancti gratia; sed pro modulo, atque mensura. Hæc ille. AVCTOR. Hoc nota, q̃ dicit eos a primo suæ fidei tempore habuisse spiritum sanctum: sed pro modulo, atque mensura: iam ad minus, iam ad maius iam ad hunc effectum, iam crasius ad maiores: sicut in principio quæstionis scribit ibi HIERON. Huius quæstionis perfacilis solutio est: si docente Paulo apostolo spiritus sancti diuersas gratias nouerimus. Scribit enim in prima ad Corinthios epistola. Diuisiones donorum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem uerò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alii quidem sermo sapientiæ, alii sermo C scientiæ, secundum eundem spiritum, alii gratia sanitatum in uno spiritu. &c. Hæc autem 4 omnia operatur unus, atque idem spiritus diuidens singulis prout uult. Hæc ille. AVCTOR. Si cut ergo unum & eundem spiritum, & non septem spiritus sanctos receperunt Apostoli temporibus uariis in distinctis donis: ita idem sacramentum ordinis indiuisum receperunt Apostoli a primæna institutione, & deinceps potestate sextiplici uariatum. Pellatur † ergo argumentum cæcum de uia, ut gressum liberum possit tenere scriptura, in qua dicunt sancti concorditer, q̃d fuisset apostolis remittendi peccata a primo cõmissa potestas in prædictis uerbis. Vnde iam supra consequenter HIERON. In fine euangelii secundum Ioannem, eo die, quo resurrexerat: id est, die dominico clausis ianuis apud Apostolos introisse narratur. & dixisse eis secundò, pax uobis

Hier. To. 1. Ep. ep. 150 incipit ignoramus.

Hier. Io. 20.

Universidad de Deusto Biblioteca

bis:& intulisse,Sicut misit me pater, & ego mit- A
to uos.Hoc cum dixisset,insufflauit,& dixit eis.
Accipite spiritumsanctum.Quorum remiseritis
peccata,remittuntur eis,& quorum retinueritis
retenta erunt.Primò ergo die resurrectionis ac
ceperunt sancti spiritus gratiam,qua peccata di
mitterent,& baptizarent,& filios Dei facerent,
& spiritum adoptionis credentibus largirentur:
ipso domino dicente.Quorum remiseritis pec-
cata.& reliqua.Die autem pentecostes amplius
repromissum est:ut baptizarentur spiritusancto
& induerentur uirtute, qua Christi euangelium
cunctis gẽtibus prædicarent.Et infrà benè post.
Non ergo Ioannes,Lucasq; discordant: ut quod
ille prima resurrectionis die datum esse signifi-
cat:hic die quinquagesima uenisse describat,sed
prouectus apostolicus est: ut qui primò remit-
tendorum peccatorum gratiam acceperant, po
stea acceperint operationes uirtutum, & cuncta
donationum genera, quæ ab apostolo descripta B
commemoramus.Hæc ille. AVCTOR. Ecce,
ꝙ primò ipso die resurrectionis acceperũt san-
cti spiritus gratiam,qua cuncta peccata dimitte
rent.Alioquin iuxta argumentum tuum: si in pri
ma institutione sua susceperunt hanc apostolicã
potestatem: & si hoc sacramentum ordinis indi-
uisum: hoc die nihil acceperunt, cum diceret
Christus. Accipite.&c.Quorum remiseritis.
Respondet Armacanus, ꝙ nullam apostolicam
potestatem nunc acceperunt de nouo: sed maio
rem gratiam,& præcipuè ad plenariam remissio
nem peccatorum suorum:ut & aptius, & beni- 3
gnius acceptioni illi se sancti spiritus conforma
rent.Sic pari modo dixerunt quidam: quod nec
spiritumsanctum tunc acceperant Apostoli, sed
apti facti sunt ad recipiendum in posterum.
Sed hos reliquit inanes ibi in expositione sua
Hom.38. Chry.To.3 2 CHRISOSTO. Quemadmodum† inquiens, quis
rex,principes mittens,eis potestatem in carcerẽ C
immittere,& dimittere dat:ita & hos euntes hac
circũ operit uirtute.Qualiter ergo ait in cœna
Io.16. Christus. Si ego non abiero ille non ueniet: &
utique spiritum dat?Quidam quidem aiunt,quo
niam non spiritum dedit,sed aptos eos ad susce-
ptionem per insufflationem constituit. Si enim
Dan.8. gelum uidens Daniel excessum mentis passus est:
quid ineffabilem gratiam illam suscipientes, nõ
utique passi essent nisi discipulos aptos prius
constituisset? Propterea non dixit, ait: * Ac-
**Accepistis sed accipite* cipite spiritumsanctum: sed accipitote.Nequa-
quam autem quis peccabit, & tunc suscepisse
eos dicens potestatem quandam spiritualem, &
gratiam, non ut suscitent mortuos, & uirtutes
faciãt,sed ut dimittant peccata. Diuersa enim
sunt charismata spiritus:ideo induxit: Quorum
dimittitis,dimittuntur: ostendens quam speciẽ

dationis daret.Illic uero post quadraginta dies:
eam,quæ signorum est, acceperunt dationem. *Act.1.*
Ideo ait. Accipietis uirtutem spiritussancti su-
peruenientis in uos:& eritis mihi testes. Testes
autem per signa fiebant. Hæc ibi. AVCTOR.
Ecce & iste pater tenet, eos hoc resurrectionis
die accepisse spiritualem potestatem dimittendi
peccata:non autem ut facerent signa. Periculo-
sæ ergo temeritatis est propter unum phantasti-
cum argumentum sic exprobare scripturam.
Permittitur uterque istorum suo iudicio,& totã
simul scripturam illam exterminant. Iste apud
Chrysostomum,ꝙ non acceperunt spiritumsan
ctum:iste Armacanus,quòd non acceperunt po
testatem dimittendi peccatum. Christo prauè
dicente. Accipite spiritumsanctum, quorum di
miseritis peccata,dimittentur eisdem:& eisdem
econtrariò glossantibus: nec accipite spiritum-
sanctum, nec potestatem illam, ut quorum di-
miseritis peccata dimittantur eis. Sed ibi iterã
arguit Armacanus. Ergo Thomas caruit pote- *Armacan.*
state illa,qui tunc non erat cum eis.AVCTOR
Quid si iterum arguamus: ergo nec Papa, uel
quisquàm sacerdos noster nunc in ecclesia pote
statem habet dimittendi peccata, quia nec quis
illorum erat tunc intus cum eis, quando uenit
Iesus? Sed si Petrus tunc caput ecclesiæ accepit
pro ecclesia, ut testantur omnes: cur non pro
Thoma coapostolo?Perfectioribus.n.discipulis
Christus insufflauit, ut per eos ad reliquos illa
gratia perueniret.Vnde in fine expositionis Lu-
cæ AMBROSIVS.Spiritum†autem sanctũ uel *Amb.To.5 ca.ult.*
illis undecim quasi perfectioribus insufflauit, &
reliquis posteà tribuendum esse promittit:vel eũ
dem ibi insufflauit,hic spopondit. Nec uidetur
esse contrariũ:cũ diuisiones sint gratiarum. Alij *1.Cor.12.*
enim datur sermo sapientiæ:alii sermo scientiæ
secundum eundẽ spiritum, alteri fides in eodem
spiritu,alij gratia curationum:alii genera lingua
rũ. Ergo aliã insufflauit ibi operationẽ: hic aliã 1
pollicetur. Ibi.n. remittendorum gratia tributa
est peccatorum:ꝙ esse uidetur angustius. Et iõ *Legendũ ut detur augustius, licet angustius placeat authori.*
insufflatur a Christo,ut credas spiritui Christi:
& credas de Deo spiritui.Deus.n. solos peccata
dimittit.Hæc ille. AVCT. Quàm concorditer
spiritus loquitur in his patribus? Et iste item di-
cit cum præcedentibus uaria dona esse spiritus-
sancti,& aliud in potestate sacerdotali iam acce
pisse Apostolos.scilicet gratiam remittẽdorum
criminum,aliud uerò post:scilicet, gratiam si-
gnorum. Aliam(inquit)insufflauit ibi operatio-
nem:non dicit maiorem gratiam in eadem ope
ratione: & hic aliam pollicetur.Ibi remittendo-
rũ gratia tributa est peccatorũ: qđ esse uidetur
angustius, s. quàm generalis datio spiritussan-
cti: sicut etiam potestas dimittendi peccata hic
est

est arctior:quia tantùm ad gratiam sacramenta- A
Matt.18. lem. Matthæi. 18. Quodcunque ligaueris su-
per terram: multò confusior. Sed hæc secunda
prior quo ad institutionem, prima distinctior
ad executionem. Vtraque ista potestas est re-
4 mittendi peccata. Quæ † quidem remissio ab
initio promissa,& nunciata est: sed in fine dona
ta:sicut sermo. 11. de uerbis domini habet AV-
Aug.To.x. GVSTINVS. Primùm ergo in nos ad accipie
dam uitam æternam, quæ in nouissimo dabitur
de bonitate Dei munus uenit ab initio fidei re-
missio peccatorum. Illis enim manentibus ma-
net quodammodo inimicitiæ aduersus Deum:
& ab illo alienatio,quæ nostro malo est:quoniã
non mentitur scriptura,dicens. Peccata uestra
separant inter Deum uestrum, & uos. Sequitur.
Iam uerò, quòd dominus Christus sic in spiritũ
sanctum peccata dimittit,quemadmodum in spi
ritum peccata eijcit:hinc intelligi potest, quòd
postquàm resurrexit à mortuis, cùm discipulis B
suis dixisset, accipite spiritumsanctum, conti-
nuò subiecit. Si cui dimiseritis peccata,dimit-
Io.20. tentur eis:si cui retinueritis,retenta erunt. Hæc
Augustinus. AVCTOR. Ecce munus istud
remissionis peccatorum uenit ab initio, sed per
uenit ad Apostolos secundùm actum in fine die
rum. Et secundo libro de sacramentis parte.
Hugo. 14.cap.HVGO hanc patrum definitionem dé
datione potestatis obseruat:simulque& mouet,
quare non Christus pari expressione obligauit
alios ad confitendum:dicens. Demum ut dispen
sationis gratia largius multiplicaretur:Deus hõ-
mo,homines, qui puri homines erant, partici-
pes fecit potestatis suæ: ut officium eius imple- 1
rent, pœnitentium confessionem suscipiendo:
& potestatem eius exercerent pœnitentibus, &
confitentibus peccata dimittendo. Accipite(in-
quit)spiritumsanctum:quorum remiseritis pec- 2
cata,remittentur eis:& quorum retinueritis,re- C
tenta erunt. Ergo Christus hoc ipso discipulis 3
suis uicem eius agentibus in terra potestatem
dedit dimittendi peccata. Sed dicis fortasis.
5 Quare † non similiter præceptum Christus de-
dit hominibus peccata sua confitendi,sicut disci 4
pulis potestatem dedit confitentium peccata di- 5
mittendi? Audi quare. Voluit Christus, ut à te
Surgeres. ipso * surgeretur non quasi extorta, uel coacta
uideretur confessio tua.Idcirco quod ad se per-
tinuit,officium suum discipulis suis peragẽdum
iniunxit: ut medicorum more ægros uenientes 1
exciperent, & sanarent. Medicis ergo dixit ut
curarent: sed infirmis non dixit, ut ad medicos
curandi uenirent. Hoc quasi certum esse uo-
luit,quòd ægri libenter salutem quærerent: se-
que curandos offerrent, si medicos inuenirent.
Propterea solos medicos monuit. Infirmum

enim ipse morbus suus sufficienter admonet:
neque opus præcepto habet, si dolet. Hæc ille.
AVCTOR. Bene competit Hugo patribus
suis, probando potestatem dimittendi peccata
sacramentali confessione detecta,donatam pu-
rè hominibus in uerbis illis. Quorum remiseri-
tis peccata.&c. Benéque dubitationem absol- *Io.20.*
uit: quare Christus confitentibus non præcepe-
rit: sed nec absoluentibus ibi præcepit: tantum
enim potestatem commisit. Intelligit Hugo,
quòd non manifestè præcepit: imò suæ curæ reli
quit,si salui esse uelint. Et hoc est insinuare præ
ceptum obseruantiæ ueteris in authoritate no- *Matt.5.*
uella: sicut uetus præceptum non occidendi, in
noua non irascendi. Nec tantum hoc hic:sed ali
quid grauius sub obtentu noui remedii, & ui-
tandi mortem ex morbo uenire scilicet ad me-
dicum, quem signauit. Hoc enim primò fecit
in lege noua. Confessionem uerò sceleris in ue
teri testamento constituit:sed medicinam sa-
nantem uulnus non tunc adhibuit. Distulit
enim eam, quousque ueniret medicus anima-
rum:in cuius ore non est inuentus dolus: cuius *1.Pet.2.*
item liuore sanati sumus: & ipse substituit suæ
uicarios potestatis.

¶QVOD CHRISTVS NON MInus præcepit confitendum, quamuis Apostolis non expressit: sed magis consuetudinem roborauit antiquam. Cap. CXL.

SVMMA.

Christus quòd non minus præceperit confitendum,quamuis Apostolis non expresserit,sed magis consuetudinem roborauerit antiquam,ostenditur.
Iudæ confessio. Et quomodo si facta fuisset Christi discipulis,meruisset ueniam.
Iacobus quod scripsit ad memoriam sacramenti, Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ.&c. quòd ex consuetudine pœnitendi descenderit.
Iacobus quare dixerit, Confitemini alterutrum.
Absolutionis officium quòd ordini sacerdotũ sit appropriatum.Et quomodo hæresis hanc sibi potestatem uendicare non possit, ex Ambrosio ostendatur.

PLANE † nec oportuit iam iterum Christum mandare, quod ab usu cõmuni non excidit: sed supplere quod defuit.Secundum quem modum tres maiores apostoli,Iacobus, Petrus, & Ioannes, dederunt dextras societatis Paulo,& Barnabæ in gentes ire:tantum ut pauperum memores essent,
ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal.2. ad Galath. 2. Et nunquid constituere per ciuitates presbyteros: sicut fecerunt Mileti, & Epheſi, fuit contrauenire dextris societatis initæ? Nũ quid euangelizare Derbæ, & Iconio, & claudum sanare Listris, quia tantum pauperum memores esse iubentur? Sed quia ista, & talia plura facere, uel ex mandato Christi, uel ex lege poterant scire statutum esse, solum illud iam commendatur eis, quod erat in eorum profectione notandum. Vnde in expositione eiusdem epistolæ AMBROSIVS. Hoc solum tamen inter se conuenisse scribitur: supple, ut quod nõ ex præcepto, uel dono domini fuerant instructi: quia facilè erat hoc ex lege agnoscere: hos, quibus prædicabant, pauperum memores esse iuberent: ut & misericordiam, per quam à Deo redempti sunt, colerent. Hæc ille. AVCTOR. Conformi ratione scripturæ solam authoritatem remittendi cõfessis sua delicta Christus indulget apostolis: ad quam, nec ex præcepto, uel dono domini fuerunt specialiter instructi: relicta expressione eius, quod facile eis erat ex lege agnoscere, nec erat apud eos aliqualiter intermissum, quod erat scilicet uocalis secreta, uel publica confessio peccatorum: sicut patet in baptismo Ioannis, de eis, qui confitebantur peccata sua ad uocem Ioannis dicentis, Pœnitentiam agite, & sic ad uocem Petri, pœnitentiam agite, & bapti. Actu. 2. Et

Amb. To. 5.

Matt. 3.

Act. 2.

2 † Iudas proditor ex consuetudine approbata, tã legis, quàm Christi, cùm esset pœnitẽtia ductus, peccatum statim spontanea uoce confitetur, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum. Quæ confessio si fuisset facta Christi discipulis, meruisset ueniam: ut dicit Augustinus in lib. de uera & falsa pœnitentia. Et † ex hac consuetudine pœnitendi descendit illud, quod Iacobus scripsit ad memoriam sacramenti. Infirmatur quis in uobis, inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eum. Sequitur. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Iacobi ultimo. In expositione eiusdem canonicæ BEDA. Multi propter peccata in anima facta, infirmitate, aut etiam morte plectuntur corporis. Vnde apostolus Corinthijs: quia corpus domini indignè percipere erant soliti, ait. Ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Si ergo in peccatis infirmi sint: & hæc presbyteris ecclesiæ fuerint confessi, ac perfecto corde ea relinquere, atque emendare fategerint, dimittentur eis. Neque enim sine confessione emendationis peccata queunt dimitti. Hæc ille. AVCTOR. Notentur uerba Bedæ: si infirmi confessi fuerint presbyteris ecclesiæ, & ea corde reliquerint, dimittentur eis peccata: neque sine huiusmodi cõfessione queunt dimitti. Aut Beda extorquet hanc expositionem à nudis uerbis Apostoli? At

3 Iacob.5.

Beda.

1.Cor.2.

A erat de mente sancti Iacobi necessitatem uocalis confessionis indicere faciendam presbytero cunctis fidelibus. Non quidem per authoritatem suam sic instituentis: sicut nec Petrus baptismum instituit, cum diceret, Baptizetur unusquisque uestrum. Nec ipse Iacobus præceptum de non iurando, per seipsum instituit, cùm diceret, Ante omnia fratres mei nolite iurare: sed quod dominus obseruandum insinuauerat: qui non uenit legem soluere, sed implere: ipse ex parte domini obseruare iubebat, & scribebat. Et construe necessitatis uerba in textu Iacobi: unde eã eripit Beda. Confitemini alterutrum, & subdit: ut saluemini, non tamen orate ut saluemini: sed magis confitemini ut saluemini. Sic accipit exponentem, HVGO. Propterea ergo confitemini alterutrum peccata uestra. ad quid? ut saluemini.

Act. 2.

Iacob.5.

Matt.5.

Hugo. lib.2.p.14. c.1.

B Confitemini ut saluemini. Quid est confitemini ut saluemini? Hoc est, non* saluemini, nisi confiteamini. Hoc fortasis tu audire noluisti, qui latebras quæris, & abscondis scelera tua, ut non iustificeris. Non tibi placet, quod dicitur: qui, qui confiteri nolunt peccata sua, saluari non possunt. Propterea fortasse conaris ad aliud dictum Apostoli intorquere: ut intelligatur confitentibus quidem promisisse saluationem: tamen non confitentibus non negasse iustificationem. Audi ergo quid AVGVSTINVS dicit. Nõ potest quis iustificari à peccato, nisi confessus fuerit ante peccatum. Hæc ille. AVCTOR. Nec uelit item quis abb euiare scripturam Iacobi, extendens eam ad solos infirmos: quia hic infirmos alloquitur, sciens, q̃ connexus illi uerticulus generaliter habeat, Confitemini alterutrum peccata uestra: & orate pro inuicem ut saluemini.

*saluabimini

Pro.28.

Augustin.

Beda.

BEDA. In hac autem sententia illa debet esse discretio: ut quotidiana, leuiaque peccata alterutrum coæqualibus cõfiteamur: eorumque quotidiana credimus oratione saluari. Porrò granioris lepræ immunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus: atque ad eius arbitrium qualiter, & quanto tempore iusserit purificare, curemus.

C

4 Hæc ille. AVCTOR. Benè † declarat quare dixit, alterutrum, propter peccata uenialia: quorum confessio coæqualibus fieri potest: & facit eos timidos per exemplum: & seipsos mundos propter conscientiam. Quod si non dixisset, alterutrum, sed sacerdotibus ecclesiæ: sicut suprà: nec licuisse coæqualibus confiteri quicquam textus dedisset intelligi. Sed modò sub eodem uerbo concernit utrunque: & confiteri quotidiana leuia proximis: & grauia ex necessitate legis ecclesiæ sanctæ presbyteris institutis. Et patet, q̃ Witcleff peruertit textum Iacobi, quando dixit cum intelligendum de confessione generali: putà solum de illa. Tractatu de confessione ca. 3.

Wyteleff.

De

De illa confessione generali uidetur loqui Iacobus, quando dicit. Confitemini alterutrum peccata uestra. & aliter usus ecclesiæ, quòd sacerdotes confiteantur peccata sua, tam uiris, q̃ fœminis, ipsis existentibus quandoque solis in missarum suarũ initij foret culpabiliter introductus. Hæc Witcleff. AVCT. Sed falsè palliat textum illum, quando confessionem priuatam grauium delictorum excludit, quam sanctiori sensu Beda in apostolico illo textu inuenit, & cum hoc solis faciendam presbyteris. Ipsorum enim præ 1
cæteris fidelibus munus extat, & priuilegium sacerdotum: sicut in 1. li. de pœnitẽtia cito* post
Amb. To. 1
5 principium. AMBR. Iustinquit, hoc solis per 2
missum est sacerdotibus. Rectè igitur ecclesia uendicat: quæ ueros sacerdotes habet: hæresis 3
uendicare non potest, quæ ueros sacerdotes nõ habet. Non uendicando autem ipse de se pronũ
tiat, q̃ cum sacerdotes non habeat, ius sibi uen 4
dicare non debeat sacerdotale. Ita impudenti 5
contumacia putentem cernimus confessionem.
Specta ẽt illud: quoniam qui spiritum sanctum
accepit, soluendi ptãtem peccati accepit, & li-
Ioan. 20.
gandi. Sic. n. scriptum est. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ergo q̃ soluere non potest peccatum, non habet spiritum sanctum. Munus. n spiritus sancti est, officiũ sacerdotis: ius autem spiritus sancti in soluendis ligandisque criminibus est. Quomodo igitur munus eius uendicant, de cuius diffidunt & iure, & potestate? Hæc ille. AVCTOR. Quàm speciosè, q̃ probè exponit hoc absolutionis officium super confessis crimina sua appropriatũ ordini sacerdotum? Non negasset Nouatus, non quisquam hæreticus, q̃ facultatem remittendi peccata solus sacerdos haberet: sed q̃ post baptismum haberet aut iterata peccata. Sanctus aristes Ambrosius benè dicit cum ecclesia: quotiens cũque remittit peccata: sed ius hoc solis per C
missum esse sacerdotibus, quibus Christus dixit, Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & ex hoc munus spiritus sancti est: officium sacerdotis. Nec a memoria hominum excidat uerbum illud Ambrosii: q̃ hæresis hanc sibi potestatem uendicare non potest, quia ueros sacerdotes non habet. Mirabar, 1
fateor, & penè supra modũ stupui, quo iure ductus, quia rõne conuictus repulit à societate suorum Witcleff confessionis sanctæ tàm probatũ, tàm antiquum legibus sacrm. Et ecce mentem meam, & prospectum rectificauit Ambrosius, quasi uno telo configens ipsum, & magistrũ eius Nouatum. Hæresis (inquit) non uendicat, quia ueros sacerdotes non habet. Et non uendicando ipse (puta Witcleff) de seipso pronuntiat, quòd

A cum ueros sacerdotes non habeat, ius sibi non potest uendicare sacerdotale.

¶ QVALITER IN ANTIQVA ECclesia ad confitendum uocaliter sacerdoti erant astricti fideles non tantum Latini, sed & Græci. Cap. CXLI.

SVMMA.

Cyprianus martyr, & Africæ primas, qũo à lapsis confessionem peccatorum antequam ad sacram communionem peruenirent, uendicabat.

Philippus Imperator in primæuis ecclesiæ cõfiteri coactus, recensetur.

Cypriani obiurgatio aduersus sacerdotes, qui admittebant quosdam sine confessione præuia ad communionem.

Græcorum antiquissimus confitendi mos. Et quomodo leui quadam causa fuerit sublatus.

Ecclesia catholica per orbem diffusa, quòd tribus modis probetur existere, ex Boetio.

IAM uideo, iam experior, hæc est ratio, quare tic Witcleff à confessione catholica* libertauit sequaces, libro de confessione. ca. 3. Obseruet Christianus hanc libertatem taliter confitendi, q̃ cõfiteatur taliter sacerdoti, si & quatenus prosit sibi, atque ecclesiæ, & istam libertatem habet cõcessam à domino, quam Papa nõ potest destruere, neque dare. Et supra. Papa non habet potestatem condendi hanc legem, sicut nec Deus uult ipsam condere, cum concesserit libertatem homini, pœnitentiæ huiusmodi repugnantem. Hæc Witcleff. AVCTOR. Scio breuiter ecclesiam uendicare aliam libertatem in filiis, ut scilicet confiteantur, & remissionem accipiant, & 1.Pet.2.
sicut Petrus dicit in canonica, ut sint quasi liberi, non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Erant. n. tales antiquis diebus nolentes confiteri grandia scelera, sed cũ libertate Witcleuistarum uolentes communicare corpus dominicum, sed obstitit omni animo Cyprianus uendicans in eos remissionẽ peccatorum fieri prius sub manibus sacerdotum in epistola ad fratres consistentes in plebe, quæ incipit. Ingemiscere uos &c. Vbi dicit. Audio † quosdam de presbyteris nec euangelij memores, nec quid ad nos martyres scripserint, cogitantes, nec ipsi honorem sacerdotii sui, & cathedræ reseruantes, iam cum lapsis communicare cœpisse, offerre pro illis, & eucharistiam dare, quando oportet ad hæc per ordinem peruenire. Nam cum in minoribus delictis, quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur iusto

*liberauit.

Wyteleff.

Cyprianus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempore,& exomologesis fiat, inspecta uita eius,qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem uenire quis possit,nisi prius illi ab epo, & clero manus fuerit imposita, hæc magis in his grauissimis,& extremis delictis cautè omnia,& moderatè secundum disciplinam domini obseruari oportet. Quod quidem nostros, presbyter & diaconi monere debuerunt:ut commendatas sibi oues fouerent:& diuino magisterio ad uiam deprecando salutis instruerẽt. Hæc ille. AVCTOR. Ecce sanctus Cyprianus martyr primas Aphricæ uendicat a lapsis exomologesin.i. confessionem peccatorum priusq̃ adcõmunionem sacram perueniant: quia & in minoribus delictis dixit inuiolabilem fuisse consuetudinem de confessione peccatorum: & iusto tẽpore, & inspecta uita pœnitentis ad communicationem uenire;non potuit,nisi prius illi ab episcopo,& clero manus fuit imposita. Et nota qđ dicit in iusto tempore,& subdit ad communicationem uenire non potuit,nisi prius &c. Si ergo communicabant ter in anno,aut pluries,sicut solebant antiqui,ter in anno uẽdicabat à plebe sacerdos exomologesin peccatorum, & per confessionem uitam inspicere confitentis. Si semel in anno communicabant in pascha,ut nunc,tũc semel in anno confessionem fecerant de peccatis secundum Innocentij decretalem. Vides ergo nẽ quantò mentitus est Witeleff:totiens dicens confessionem istam non ab hominibus conseruatam usque ad Innocentium tertium cum Cyprianus circa annum dñi. 256.rexit: & diu ante eum hoc semper docuit,& uendicauit ecclesiu? Lege†historias temporum:& reperire potes de Philippo Imperatore, qui Gordiano successit, qualiter ad hanc obseruantiam cogebatur. Libro sexto ecclecasticæ historiæ.ca.27. EVSEBIVS. Et Gordiano cum per sex annos Romanorum gubernasset imperium, Philippus una cũ Philippo filio succedit. De hoc traditum nobis est:quod cum Christianus fuerit,in die paschæ, & in ipsis uigilijs cum interesse uoluisset, & cõmunicare mysterijs, ab episcopo loci nõ prius esset permissus,nisi confiteretur peccata sua, & inter pœnitentes staret: nec ullo mõdo copiam sibi mysteriorum futuram,nisi prius per pœnitẽtiam culpas,quæ de eo ferebantur plurimæ, diluisset. Ferunt igitur libenter eum,quod a sacerdote impetratum fuerat,suscepisse: diuinum sibi inesse metum,& fidem de religione plenissimam rebus,atque operibus comprobantẽ. Hæc ille, AVCTOR. Ecce iste impator in primæuis ecclesiæ coactus fuit semel in anno.s.in celebritate paschæ,crimina confiteri:& obiecta sibi scelera publica satisfactione diluere. Quo ergo tempore regnauit illa libertas,q̃ tuis donasti sequa-

Eusebius

A cibus?quam,ut dicis,Papa non potest destruere neque dare:quæ item pœnitentiæ repugnat ecclesiæ?Ipse†enim Cyprianus communicationẽ talem sine confessione præuia sacerdoti facta, semper putat obesse ecclesiæ:& ob hoc sacerdotes hoc patientes obiurgat,libello suo ad lapsos hortatorio,& incipit. Pax ecce dilectissimi. Cyprianus. Oportet domini sacerdotem non obsc quijs decipientibus fallere, sed remediis salutaribus prouidere. Imperitus est medicus, qui tumentes uulnerum sinus,manu parcente,contrectat:& in alijs recessibus uiscerum uirus inclusum dum seruat,exaggerat. Aperiendũ uulnus est,& secandum, & putraminibus medela fortiore curãdum. Vociferet,& clamet,licet, & cõqueratur æger impatiens per dolorem, & grauaget postmodum,cùm senserit sanitatẽ. Emersit enim fratres dilectissimi nouum genus cladis:& quasi parum persecutionis procella sæuierit,accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo

B fallens,& blanda pernicies. Contra euangelii uigorem,q̃ domini,ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio irrita; & falsa pax,periculosa dantibus,& nihil accipiẽtibus pro futura. Non quærunt sanitatis patientiam,nec ueram de satisfactione medicinam. Pœna de peccatoribus excussa est,grauissimi,extremique delicti memoria sublata est. Operiuntur mortis uulnera:& plaga lethalis altis, & ꝓfundis uisceribus infixa,dissimulato dolore contegitur. Hæc ille. AVCT. Cur planctum istum cõfecit Cyprianus, iterum uerba uolue, si nescis. Quia sine confessione ecclesiæ,quam uocat exomologesin,episcopi,& ecclesiarũ rectores,peccatores publicos,& extremos ad communionẽ sacram nõ timebant admittere. Et quidem tempus periculosum instabat:plenum principũ persecutionibus:& præ timore multi fideles retrocesserunt à fide. Vnde pastores mitius agebant cum plebe,Cypriano uero uecordia non placebat:imò duplex persecutio uidebatur. Nouum genus cladis est,inquiens:& quasi parum persecutionis procella sæuierit,accesit ad cumulum sub misericordiæ titulo fallax,& blanda pernicies. Quando scilicet sine confessione sceleris admittebantur passim perfrui sacramentis. Sed idcirco cum quæstio moueretur ab alijs, si aliquibus lapsis,uel alijs sceleratis mors immineret,aut repentinum periculum ut ad ecclesiam conuolare non possent: maximè ii, qui a martyribus libellos ad ecclesiam deprecatorios secum ferrent, qualiter foret confessionem utendum: respondet in epistola presbyteris, & diaconibus directa, quæ incipit. Legi literas uestras,dicens. Qui libellum a martyribus acceperunt,& auxilio eorum adiuuari apud dominum

Cyprianus

C

Cyprianus

num in delictis suis poscunt:si premi infirmitate aliqua,& periculo cœperunt,exomologesi facta,& manu eius à uobis in pœnitentia imposita, cum pace à martyribus sibi promissa ad dominum remittantur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo damnabiliter, & fellaciter liberauit sectam suam Witeleff, à confessionis ecclesiasticæ iugo:ad quam sub tanta necessitate constrinxit fideles Cyprianus:etiam in extremæ necessitatis articulo. Ista ergo lex ecclesiæ erat tot centenis annis ante Innocẽtium tertium:nec per Cypriaũ firmari potuerat, si ipse primitùs edidisset; Imò Cyprianus asseruit eam esse de lege euangelii supra,cùm dixit. Contra euangelii uigorem: contra domini,ac Dei legem temeritate quorũdam laxatur incautis communicatio irrita, & pax falsa:quia. s. sine confessione expressa sacerdoti præmissa. Vt siuè Witeleff, siuè Ioannes de Deo,sciat eius exercitium, sicut & authoritatẽ ab ipso euangelij fonte manasse simul, & cultu.

B Verumtamen glossator ille,qui dicit super principium quintæ distinctionis de pœnitentia: ꝙ non emanauit ab auctoritate legis ueteris, uel nouellæ,sed ab uniuersali aliqua traditione ecclesiæ(salua eius pace)temerè ualde scripsit: & tanto a ueritate decidit amplius, quantò minùs has tot,& tantas auctoritates, & tàm robustas scripturæ,& patrum uidit: & in alienas à facultate sua literas prosilijt indiscussas. Ipsum.n.pœnitere debuit, qui sic de pœnitendo glosauit: dans uiam erroribus,& hæreticos prouocans ad latratum. debuit.n.scire,ꝙ sciens quilibet, habet uti principijs propriis:ea uero probare, uel fundare non sui est,sed altioris scientiæ. Et quid facit ratio eius?Si(inquit)scripturæ esset excepta noui testamenti etiam uel antiqui obligaret,& Græcos. Sed non est uniuersalis ecclesiæ traditio,dicit. Et nonne uniuersalis ecclesiæ traditio obligat Græcos,sicut & Latinos occiduos?

C Aut non est traditio uniuersalis ecclesiæ,si ecclesia Græcorum sit ecclesia? Et iterum restat probare,ꝙ Græcos non obliget. Et credat,ꝙ ab initio obligata est ecclesia Græcorum ad hanc obtio obligata est ecclesia Græcorum ad hanc obseruantiam pœnitentialiter confitendi:quamuis aliqua occasione eorum leuitas rem dimisit. Vide & nono libro historiæ tripertitæ capitu. 35.

Cassiodor. 4 CASSIODORVS. Porrò† Constantinopoli presbyter super pœnitentes fuit usque ad illud tempus, quo quædam mulier nobilissima dum peccata sua fuisset confessa, & ei à presbytero præceptum ut ieiunaret, & deo operibus supplicaret:dum hoc obseruaret:crebrius in ecclesia cum diacono se concubuisse confessa est. Hæc dum populus agnouisset,sæuiebat super sacerdotes: quasi per eos iniuria facta fuisset ecclesiæ. Tunc Vectarius episcopus remouit diaconum scelerum:& quibusdam suadentibus,

A ut singulos ad communicandum iudicio conscientiæ suæ relinqueret,etiam presbyterum æquam quàm super pœnitentes esse præcepit. Et ex illo antiquitatis consuetudo sublata est:dum (ut arbitror)minora peccata pro pudore confessionis,& subtilitate examinantiũ paterentur. Hæc ille. AVCTOR. Videat ex isto glossator, & æmulus eius Witeleff: quòd plus quadringentis annis ab incarnatione Christi uiguit apud Græcos nocalis confessio:& uideat quàm leui causa sublata est sub uno Vectario:qui ex prætore, & tãdem catechumeno episcopatum accepit neophytus tempore Theonj, ut scribit Eusebius. Sciat autem eosdem Græcos referentibus multis,eandem confessionem iam renouasse cõsulte,quam inconsultius abstulerunt. Sic.n. Cassiodorus suprà scribit:ꝙ ex illo antiquitatis cõsuetudo sublata est. Quomodo iam arguit glossator non fuisse fundatam confessionem de lege Dei:quia tunc obligasset & Græcos, ipse nùc uiderit. Quomodo item non obligasset Græcos,si auctoritate emanasset uniuersalis traditionis ecclesiæ,ipse dicat. Respondeatque ad illud, quod libro de trinitate in fine, scribit Boetius. Ecclesia catholica per orbem diffusa tribus modis ꝙbatur existere. Quicquid in ea tenetur:aut auctoritas est scripturarum:aut traditio uniuersalis, aut certè propria & particularis institutio. Sed auctoritate tota constringitur. Vniuersali traditione maiorum nihilominus tota. Priuatis uerò constitutionibus, & propriis informationibus unaquæque uel pro locorum uarietate,uel prout cuique bene uisum est,subsistit, & regitur. Hæc ille. AVCTOR. Hic ergo discat: ꝙ sicut auctoritate scripturæ tota tenetur ecclesia, ita uniuersali traditione maiorum nihilominus in extensionem tota,latinitas dico,& Græcia. Et ideo ad hoc conuenit capitulum allegatum per eum. In his rebus. In ipso.n. Augustinus cauet, ꝙ sicut præuaricatores legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Quid ergo separat glossator, quos textus in pœna,& obligatione coniungit? Sed sciat tantum interesse,ꝙ consuetudo confitendi,quæ à Christi,& Apostolorum temporibus per Cyprianum,Hilarium,Ambrosium, & alios patres usque ad nostra tẽpora seruata est incolumis:a Græcis ad modicum post quadringentos annos,& leuiter interrupta,& iterum sentientibus illis dominicam ultionẽ, sagacius reassumpta. Non enim debuit derogare dominico sacramento humana & personalis in iuris.

Boetius.

Ecclesia Catholica tribus modis probatur existere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PRO AVCTORITATE ILLA EVANGELICA, Ite, ostendite uos sacerdotibus. Cap. CXLII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui arguit, quòd propter anterioratio-nem sanationis leprosorum, quibus Christus dixit, Ite, ostendite uos sacerdotibus: ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ, confutatur.*

2 *Leprosi ritus quando mutandus erat. Et quid super hoc dicat Augustinus.*

3 *Christus quare miserit leprosos ad sacerdotes nõ emundandos, sed iam emundatos. Et plura de hoc ibi contra Witcleff ex Augustino, Hieronymo, Beda, Ambrosio. &c.*

ARma ferrea fugiet, & irruet in arcum æreum, inquit Iob de uiro hæretico. Arma, quæ ex euangelio Iesu Christi assumpsit uetus ecclesia, & ipsa ferrea: fugiens Witcleff, arcum conterit, & confringit arma: putans coram laicis suis se posse euadere: cùm tamen in arcum æreum irruat, & calamitatem uero sonoram, libello de confessione capite sexto. Replicant (inquit) quidam perexiles argutias: quæ non forent dignæ memoria, nisi stultitia fuerit per diabolum introducta. Ideo ut ecclesia cautius caueat de illa intoxicante stultitia, uidetur rationabile pro imprudentibus, quòd istæ argutiæ per ordinem salutentur. Arguitur enim primo per illud Lucæ decimo septimo, dictum decem leprosis. Ite, & ostendite uos sacerdotibus: Cum Christus omnia talia dixerat in figura, uidetur quòd ex hoc dicto figurauit, q̃ leprosi spiritualiter sunt à sacerdotibus confitendi: & sic introducitur sacramentalis cõfessio usitata ex authoritate euangelii. Sed pro solutione istius oportet supponere inscio: quomodo est quadruplex sensus: literalis autem secundum principia Augustini habet summam auctoritatem: alii autem sensus non nisi de quãto fundantur in illo, uel euidentia rationis: quia aliter quilibet posset moralizare, uel trahere auctoritatem scripturæ ad sensum, quem uellet habere. Concedenda est ergo historia euangelica supradicta: & dicitur, quòd ex illa non infertur fideliter, quòd homines debent in tempore gratiæ taliter confiteri: sed hoc uidetur probabiliter concludi, quòd sicut in lege ueteri leprosi debuerant se sacerdotibus ostendere: sic Christus auctor utriusque legis approbat pro suo tempore ueterem istam legem: & docet per anteriorationem sanationis, quòd ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ.

Iob.20.

Witcleff.

Lu.17.

2

Hæc Witcleff AVCTOR. Attendamus† in brevibus ranam istam: exiles argutias vocat, sicut sunt hæreticorum argutiæ iuxta Origenem iam suprà: & indignas memoria, & de intoxicante stultitia esse cauendum. Concedit historiam, sed negat sequelam: imo per anteriorationem sanationis dicit Christum uelle ostẽsionem istam cessare pro tempore legis nouæ: sumens sensum suum ab errore præterito: quem recitat libro secundo de sacramentis parte decimaquarta cap. 8. HVGO. Quod de mundatione leprosi opponunt, minimè eorum opinioni suffragatur. Quia si ideo peccator ante confessionem absolui credendus est: quia leprosus mundatus est ante demonstrationem, Eadem ratione peccator post compunctionem ad sacerdotem ire nõ debet *peccatum suum plangere, sed iustitiam demonstrare: quia & ille ad sacerdotes missus ẽ, non ut sanitatem reciperet, sed ut sanitatem demonstraret, quod omnino fides Christiana abhorret. Hæc ille. AVCTOR. Sed inquit manus cum ad fundamentum, quod iactat. Ipse supponit inscio quadruplicem sensum. Ecclesia Christi sibi supponat inscio legem iguotam, quia p anteriorationem sanationis lepræ dicit Christũ uelle ostensionem sacerdotibus in noua lege cessare: quam uoluit obseruari in uetori. Imprudẽs homo, qui iactas scientiam legis, legem attende. Et uide, si non anteriorato sanationis fuit apud sacerdotes antiquæ legis: sicut apud eos in Christi præsentia. Leuit. 14. sic habet lex. Locutus est dominus ad Moysen, dicẽs. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est. Adducetur † ad sacerdotem, qui egressus è castris cùm inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei, qui purificatur, ut offerat pro se. Sequitur. Purificatusque ingredietur castra, ita duntaxat, ut maneat extra tabernaculum suum. Quid hic audisti? Nonne q̃ sacerdos inuenit lepram eũ mundatam, & quòd præcipiat ei offerre, qui purificatus est? Non cum lepra uenit, ut mundet eam sacerdos, sed si purgatam sacerdos inuenerit, purgatum pronuntiet. Vnde in libro quæstionum Leuitici, q̃nc. 38. AVGVSTINVS. Purgabit cum sacerdos, id est, purgatum pronuntiabit à suspicione lepræ, non q̃ habuerit lepram, quam iam non habet, sed quoniam lepra nõ fuit. Hæc ille. AVCT. Ecce lepram non habuit, qui purgationem a sacerdote, cui ostensus est, consequitur. Ergo anteriorato sanationis in lege debuit esse signum non ostensionis eiusdem. Aut rationem signorum uariam assignabis, quam nondũ signasti? O ergo quàm prædignus glossator legis Dei, quia dum signum daret differentiæ, signa conformationis assignat. Voluit (inqt) Christus ostensionem fieri sacerdotibus ueteris legis

Hugo.

*addendum fuerat nec.

Leuit.14

Aug.71.4

gis; iam autem sacerdotibus nouæ legis uult eã cessare, signo anteriorationis sanationis optimè hoc docente. Cum autem ii, quibus ostendebatur cum anterioratione sanationis erant non nouæ legis, sed ueteris sacerdotes, talis glossa si fieret in scriptura, paleam cum triumpho mereretur, non palmam. Sic enim in eodem loco expositionis suæ super Leuiticum, Radulphus. Misit † utique ad sacerdotes leprosos, non utiq; emũdandos, hæc utique uirtus solius Dei est, sed iã emundatos, tantùm, ut eorum sanitas, iuxta qd̃ lex constituerat, sacerdotum testimonio probaretur. Hæc ille. AVCTOR. Fallitur ergo glossator iste, putans, q̃ sacerdotes legis ueteris tanta Dei uirtute præmineremt, q̃ ipsi lepram mũdarent, nulla eius sanitate præuenti: nostri sacerdotes anteriorati sanatione sequantur. Tantùm ideo tunc fiebat, ut eorum sanitas sacerdotum testimonio probaretur. Quod itẽ attẽdat Witcleff, dicens: solùm sensum literalem auctoritatem habere, non mysticum. Certum est, quòd mysticus sensus non necessariò fundat rem sic gerendam: sed ratio finis eius: uerbi gratia. Sicut percussa petra dabat aquam latissimam: ita pulsatus Christus sapientiam. Non tamẽ cogit nos secundùm rem hæc percussio ad pulsandũ: sed proportio rationis: dicente Iacobo. Postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Res. n. rem nõ appellat: nec sensus sensum, sed ratio sic sensandi. Ita ostensio ista sacerdotibus more legis non cogit fideles sic ostendere: sed ratio ostendendi. Quam quia moralis erat: ut sanitas hominis non suo probaretur arbitrio sed sacerdotũ testimonio firmaretur: dominus Iesus, qui non uenit legem soluere, sed adimplere, non sustulit, sed probauit. Libro 10. super Leuiticum cap. 1. RADVLPHVS. Leprosum à castris eijci, & à populo: Dei sequestrari præcepit: quam tamen separationem sacerdotali commissit iudicio, ut tanta contumelia non statim afficeretur quemcunque uulgaris opinio infamasset: sed quem certa, & legitima examinatio sacerdotum leprosum deprehendisset. Sicut autem separationis, sic & reconciliationis potestatem sacerdotes habebant, de morbo iudicabant, de sanitate quoque iudicarent: & quorum diligentiæ creditum fuerat, nè quis excluderetur immeritus, ad eorum etiã cautelam pertineret, nè quis reciperetur indignus. Hanc legem dominus Iesus soluere noluit sed potius adimpleuit, dum discipulis suis ligandi, & soluendi potestatem attribuit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce non iam ipsam legem: quia lex est, sed rationem legis attende firmatam. Leprosus sacerdoti ostenditur, ut eius examinatus arbitrio, reconciliari debeat, uel excludi, nè aut

Iudæus

Witcleff.

Ro.10.

Iacob.1.

Iudæus

3

4

A multitudinis contumelia distrahat, aut si suo iudicio sisteret, sibi in mentem contrahat honestatem. Vnde in libro de tranquillitate, dicit Seneca ad Serenum. Familiariter domestica aspicimus, & semp iudicio fauor officit. AVCTOR. Morale est ergo prouidere de iudice neutro, q̃ partes dijudicet. Et ideò hoc morale Christus, qui non uenit sic legem soluere, perimpleuit, cũ discipulis potestatem soluendi, & ligandi commisit, ut dicit Radulphus. Hoc enim erat dicere populis, Ite, & ostendite uos sacerdotibus. qd̃ Quæcunque ligaueritis super terram, ipsis apostolis. Idcirco ite, & ostendite, secundum concep tum ecclesiæ, Christi præceptum est, tàm in legis tempore, quàm gratiæ. Qualiter clarè longo que sermone, li. 2. de uisitatione infirmorum edisserit AVGVSTINVS. Sunt (inquiens) quidam, qui sufficere sibi ad salutem existimant, si soli Deo, cui nihil occultum est, & quem nullius latet conscientia, tua confiteantur crimina. Nolunt enim, & erubescunt, siue dedignantur ostendere sç sacerdotibus, quos tamen inter lepra & lepram discernere per legislatorem constituit dominus. Sed nolo ut ipsa decipiaris opinione, quateus confundaris confiteri coram domini uicario, tabescens præ rubore, uel tremulus præ indignatione. Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem dominus sibi non dedignatur uicarium. Ergo ad te uenire roges sacerdotem, & faceum conscientiarum tuarum penitùs participem. Non seducat te somniantium illa superstitio, quæ musitando confirmat quia saluat, sacerdote inconsulto, ad Deum peccatorum confessio. Nos autem nõ abnegamus, quin sit ad Deum frequenter referenda peccatorum confessio (Beatus enim, qui tenebit, & allidet paruulos suos, uel maximos ad petram. Petra autem erat Christus.) Sed testamur, testatur & illa sana doctrina, non nisi applaudentium faciens auribus, quoniam prius eges sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum salubri iudicio. Alioquin & sub lege, & sub gratia, Ite, ostendite uos sacerdotibus, responsum diuinum quo consummaretur? Et, Confitemini alterutrum peccata uestra, quo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter de te adhibeatur presbyter, & rectè reuela ei uias tuas, & iste tibi exhibebit antidoron reconciliationis. Hæc ille. AVCTOR. Hic Augustinus expressè bis impugnat errorem Witcleff de confessione soli Deo exclusa homine. Et quia quidam putant sibi sufficere ad salutem, Augustinus hortatur fidelem, nè seducat illum somniantium illa superstitio, inferens, quòd alioquin responsum illud Christi sub lege, & sub gratia, Ite, & ostendite uos sacerdotibus

Seneca.

Lu.17.

Matth.8.

Aug.To.

Confessio mentalis frequenter facienda. Psal.136 1.Cor.10.

Lu.17.

Iacob.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nullo consummaretur. Et illud Iacobi, Confitemini alterutrum peccata uestra, in nullo compleretur. Ex intentione ergo concludit Augustinus illud præcepeptum Christi obligare ecclesiã modernorum fidelium, Ite, ostendite uos sacerdotibus, modo, quo iam illud complet ecclesia: ostendendo, scilicet, actus nostros nudè & uocaliter arbitro sacerdoti: & hoc fuisse præceptum a Christo sicut sub lege, sic sub gratia. Sub lege (inquit) & sub gratia, Ite, ostendite: quomodo consummaretur? *Wycleff.* Ad hoc nescit respondere Witcleff, quanuis petat fugam. cap. 3. de Cõfessione, quòd homo necessitatur confiteri peccata sua secundum formam, quam Deus ei limitat, sed non semel in anno, omnia peccata proprio sacerdoti. Sed quomodo tunc libertauit Deus ecclesiam suam, quòd ex sua gratia, & cordis contritione fidelium sine ista pœnitentia sint saluati: sicut ibi dicit. cap. 2. hoc dicat satisfaciens Augustino. Et quod item dicit in tertia parte sermonum, sermone nono ad eundem effectum, quòd in signum sententiæ Samaritanus custodiens libertates ecclesiæ, & præcepta euangelica non iuit ad sacerdotes legis ueteris: sed ad Christum laudabiliter est regressus. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quòd de tuo sensu supra textũ abundans, debuisti doctorem catholicum, uel expositorem congruum adduxisse. Quod quousq; perficias: cum nobis talis aliquis non occurrat, uidebitur te potius hoc finxisse mendaciter, ut per iuuidiam obuiares ecclesiæ, quàm conieciisse ueraciter. Nam quamuis Samaritanus esset, & non coueretur Iudæis, potuit tamen esse proselytus: quia coutebatur eis de facto, ut patet ex textu. Sed si custodiuit præcepta euangelica, ut dicis, quomodo præteriuit mandatum illud euãgelicum, quod recenter audiuit, Ite, ostendite uos sacerdotibus: *Luc. 17.* non iens nec ostendens se, sed, ut dicis, laudabiliter est regressus contempto pcepto? Reuera quod dicit Euangelium, quod ut C uidit se mundatum, regressus cum magna uoce, 4 non ante ostentione sociorum esse potuit: quia si irent facturi quod iussit: ipso non eunte: non ante factum increpasset eos Iesus ingratitudinis dicens. Nonne decem mundati sunt: & nouem ubi sunt? cum iam in ostendendo tenerentur: ut iussit. Ergo si non priusquam socii ostendissent se ille reuertebatur: unde cognoscere potes, qđ a retro stetit, non ostendens se sacerdotibus, ut Christus præcepit? Tutius arbitror dicere, qꝺ cõpleuit mandatum Christi cum aliis, propter rationem ostensionis, quam Christus intendit: sicut in mundatione leprosi. Matthæi. 8. in commentario *Hie. To. 9.* HIERONYMVS, dicens. Varias ob causas mittit eum ad sacerdotes. Primum propter humilitatem, ut sacerdotibus deferre uideatur.

A Erat. n. in lege præceptũ ut qui mundati fuerant lepra, offerrent munera sacerdotibus. Deinde ut mundatum uidentes leprosum, aut crederent Saluatori, aut non crederent. Si crederent, saluarentur. Si non crederent, inexcusabiles fierent. Et simul nè quod in eo sæpissimè criminabantur, legem uideretur infringere. Hæc ille. AVCTOR. Ex his rationibus secundam dedit causam potissimam, ut ostenderetur sacerdotibus. Quia si aurum purgatissimum facere uellet quis, ad probationem eius diceret. Fer ad artifices, quorum interest esse peritos auri, & omnis proprietatis, aut possibilis fictionis. Ita uolẽs Christus se omni suspicione purgare, utrum essent uerè a sua lepra, an simulate purgari, iussit adire sacerdotes, qui huius curæ per quotidianã *Leu. 3.* experientiam sumpsere peritiam. Leuiti. 13. Vir & mulier, in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurũ alborem lucere in cute: sciat non esse lepram.
B Et si in caluitio rufus color fuerit exortus, sacerdos uidens condemnabit eum. Et si humilior fuerit locus carne reliqua; & capillus flauus solitoque subtilior: contaminabit eos: quia lepra capitis ac barbæ est. Et talia signa plura supponebantur industriæ sacerdotis. Et ideirco item signa curæ eius iudicio sacerdotis aderant cumoblatione solenni: & tunc dicebatur iure purgari. Aspergetillum, qui mundandus est, septies: ut iure purgetur. Leuitici 14. Et hoc ualde notandum exi- *Leu. 14* stimo, quod non sufficeret purgatum esse de facto, niſi etiam iure purgetur. Leuitici 14. Et hoc ualde notandum existimo, quod non sufficeret, purgatum esse de facto, nisi etiam iure purgetur. Quomodo ergo prædicat Witcleff: sufficere uiro fideli, quod soli Deo cõfiteatur, & ab eo curam impetret spiritualis lepræ: nec curare debere, quod iure purgetur coram homine sacerdote: quando in leuiori causa corporalis lepræ non non sufficit? Idcirco certè sciat secundum Augustinum & doctores præhabitos, quod præceptũ istud secundum morale inclusum continuauit Christus ad nouæ legis suæ fideles: ut in sanatione spiritualis suæ lepræ eant, & ostendant se sacerdotibus: ut si contritione cordis, & gratia Dei sint de facto purgati: item innocentia sacerdotis iure purgentur, ut multis exemplis libro quæstionum Lucæ, quæstione 42. Augustinus ostendit: & accipit Beda in commentario. dicens. Ite, *Beda.* ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Nullum dominus eorum quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos: quia uidelicet sacerdotium Iudæorum figura erat futuri sacerdotii regalis, quod est in ecclesia, quo cõsecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi, & ueri principis sacerdotum. Et quis A quis uel hæretica prauitate, uel superstitione gentili, uel iudaica perfidia, uel etiam schismate fraterno quasi uario colore per domini gratiam carere uoluerit, necesse est ad ecclesiam ueniat, colorem fidei uerum, quem acceperit ostendat. Cætera uerò uitia tanquam ualetudinis, & quasi membrorum animæ, atque sensuum per seipsũ *Aug. To. 3.* interius in conscientia, & intellectu dominus sanat, & corrigit. Et hic habet AVGVSTINVS Doctrina uerò uel imbuendi per sacramenta, uel catechizandi per sermonem sanantem, atq; lectionem, ubi color quidem intelligitur uerus, atque syncerus: quia in promptu est, & foris emi 3 nentissimus: non enim in occultis cogitationib. sed in manifestis operibus aguntur: ecclesiæ pro priè contributa est. Denique & Paulus uoce do *Act. 9.* mini audita, Quid me persequeris? Ego sum, quem tu persequeris. ad Ananiam tamen missus B estur illo sacerdotio, quod in ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinæ fideique perciperet: & uerus approbaretur eius color. Non quia non potest per seipsum dominus omnia facere: nam quis alius hæc facit etiam in ecclesia? sed ut ipsa societas congregatorum fidelium, approbando inuicem, atque communicando ueræ fidei doctrinam in omnibus, quæ dicuntur, uer- *Ad. 19.* bis, uel signantur sacramentis, tanquam unam speciem ueri coloris obducat. Cornelius etiam cum eleemosynæ eius acceptæ, & preces eius audiræ illi ab angelo nuntientur, propter doctrinæ tamen sacramentorumquè unitatem ad Petrum iubetur mittere: tanquam illi, & suis dicere *Lo. 17.* tur, Ite, ostendite uos sacerdotibus. Nam & cũ irent, mundati sunt. Iam enim ad eos uenerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritualiter ad sacerdotes peruenerant: & tamen infusione Spiritus sancti, & admiratione linguarum eorum mundatio C declarata est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce fictor somniorum Witcleff quid iam dicit? qꝺ anteriõratio sanationis docet, qꝺ ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis nouæ: non attẽdens, quod præceptum missionis post sanitatem adeptam docet: qꝺ ostensio sacerdotibus continuari debet pro tempore legis nouę. Probat hoc Augustinus in Paulo, qui post correptionem domini ad Ananiam mittitur ostendendus. Probat in Cornelio, qui cum esset Spiritu sancto plenus, & eleemosynas eius, & orationes angelus de cœlo nuntiasset acceptas, tamen pro communione sacramentorum ut ostendatur sacerdoti, mittitur ipsi Petrus. Ecce anterioratio sanationis spiritualis in istis non excludit ostensionem sacerdotibus in ecclesia constitutis, sed exigit. Tanquam illi, & suis diceretur, (inquit Augusti-

nus) Ite, & ostendite uos sacerdotibus. Ita ut ad ptio sanitatis à Deo non sufficiat sic sanatis: nisi per ostensionem sacerdoti, constet ecclesiæ. Sanat dominus hominem per seipsum, nulli dubium: sed ut societas ipsa fidelium bona habita approbando communicet: in omni exercitio sacramenti, siuè baptizando, siuè ordinando, siuè pœnitendo dicitur ex ore domini suis fidelibus Ite, ostendite uos sacerdotibus. quia leprosus de facto purgatus, maius necesse habet, ut iure purgetur. Vide qꝺ ipsi Dauid culpa remissa est in dolore animi: & tamen superaddit pro remissione eius confessionem homini: sicut in Apologia de Dauid notat AMBROSIVS. dicens. Peccatum remissum sibi ipse edocuit: sicut scriptum *Amb. To. 4. ca. 7.* est, Delictum meum ego agnosco: & iniustitiã *Psal. 31* meam non operui. Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Si dixit, pronuntiabo, & ueniam meruit antequam pronuntiaret: quanto magis ubi de se pronuntiauit, dicens, Iniquitatẽ meam ego agnosco: & delictum meum contra me est semper: remissum est ei omne peccatum? licet specialiter de hoc Nathan propheta respõderit. Et dominus traduxit peccatum tuum. Ergo & remissionem meruit iniquitatis, & *texit charitate, atque aperuit peccata sua. Hæc ille. AVCTOR. Nota quid arguebat Ambrosius. Si ueniam meruit antequam pronuntiauit: quantomagis, quando pronuntiauit, remissum ei omne peccatum? Si ergo Deus absoluat nos antequam confiteamur sacerdoti, hoc est, quia dicimus, id est, corde proponimus confiteri. Quo facto, tunc plenè est omne peccatum remissum. Quare etiam libro de uera & falsa pnia. c. 9 AVGVSTINVS. Quem igitur pœnitet, omni- *Aug. To. 4.* no pœniteat & dolorẽ lachrymis ostendat. Præ uenitat iudicium Dei per cõfessionem. Præcepit dñs mũdatis, ut ostẽderent ora sacerdotibus: docens corporali præsentia confitenda peccata: non p scriptũ, non per nuntium manifestanda. Dixit. n. ora monstrate, & oẽs, non unus pro om- *Erubescentia hẽt paretem remissionis* nibus. Non alium statuatis nuntium, qui pro uobis offerat munus a Moyse statutum, sed qui per uos peccastis, per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hac præcepit dominus, ut neminẽ pœniteret in occulto. Hæc ille. AVCTOR. Quo igitur astu mentis criminatur Witcleff hãc expositionem Euangelij, quam tot, & tanti sequebantur patres ecclesiæ: abducendo fideles in aliam luæ hæresi consonantem? Simul & contra ipsum est, qꝺ dixit ibi Augustinus dixisse Christũ leprosis. Ora mõstrante: & oẽs, non unus pro omnib. nec alium nuntium statuatis. Vbi plenè dat intelligere, Samaritanum de sua regressione lau-

dari

Universidad de Deusto
Biblioteca

dari nõ debuisse: si aliũ de sociis nuntiũ statuisset nec adisset præsentialiter sacerdotes: qui erat unus ex omnibus, quibus Christus mandauit.

¶PRO PROCESSV EVANGELIco de suscitatione Lazari per dominum Iesum, & solutione per discipulos. Cap. CXLIII.

SVMMV

1 *Lazarum de monumento suscitatum, quòd dominus obtulerit soluendũ discipulis, quid denotet. Et quid de hoc dicant Augustinus, & Ambrosius.*

2 *Lazari solutionem remissionem esse peccatorum, contra Witcleff ostenditur.*

3 *Lazarus quòd per Christum excitatur, & per discipulos soluitur, quid significet.*

LAZARI per dominum suscitati solutio: in probationem ecclesiasticæ potestatis imperata discipulis: expositione siniſtra alium suscipit aliut um, quem Witcleff instituit: ut uelut Cyrus Euphratem fluuium transferat paradisi. Tertia illa parte sermonum, sermone nono. De lazaro, inquit, patet Ioannis. 11. quòd fuit suscitatus à morte per Christum, & postmodùm institis, quibus ligatus fuerat, per apostolos est solutus. Ideò nihil blasphemius, quam quòd peccatum niantis non tollitur, nisi Romanus Pontifex, uel eius uicarius secundùm adinuentiones modernas reum absoluerit. Hæc Witcleff. AVCTOR. Potiùs concluſisset oppositum: quòd ideò nihil blasphemius, quàm quòd peccatum niantis satis realiter tollitur, quamuis Romanus Põtifex, uel nullus Christi apostolus secũdum ritum eorum, reum absoluerit: quod est suum. Patet autem hæc illatio: quia aliàs quid ista conueniũt: quòd sine Christi sacerdotibus reus absoluitur: quia non nisi per Christi apostolos Lazarus soluebatur? Et conuincit libro de uera & falsa pœnitentia, cap. 9. AVGVSTINVS, dicens. Ipsi enim sacerdotes plùs iam possunt proficere: plùs consitentibus parcere: quibus crimen mittit dominus. Lazarum † enim, quem de monumento iam suscitauit, obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdoti. Dixit enim. Quodcunque solueris super terram, soluetur in cælis. Hoc est. Ego Deus, & omnes ordines cælestis militiæ, & omnes sancti in mea ecclesia laudant uobiscum, & confirmant quod ligatis, & soluitis. Non dixit, quod putatis ligare & soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ, aut misericordiæ. Alia autem opera omnia in peccatores non agnosco Hæc ille. AVCTOR. In hac sententia Augustini inuitur plena authoritas, quam dominus super peccantes commisit ecclesiæ: quia dominus ipse priùs soluit reum potestate sua: non sic ut tollat ecclesiæ soluendi potestatem, sed conferat: quia nisi ipse priùs peccatori ad aperiendum scelus sua potestate inspiraret anhelitum, non posset sacerdos soluere non concessum. Ideò Lazarum iam suscitatum (inquit) obtulit discipuli soluendum: ostendens per hoc potestatem soluendi cõcessam sacerdoti. Cui utique sententiæ conuenit expositio illa AMBROSII in eundem locum Euangelij, libro. 2. de pœnitentia, * post medium, ubi dicit. Videns itaque graue onus peccatoris, illachrymat dominus Iesus. Solam enim flere non patitur ecclesiam: Compatitur dilectæ suæ, & dicit defuncto; Veni foras. Hoc est, qui iaces in tenebris conscientiæ, & delictorum tuorum sordibus, & quodam reorum carcere: exi foras. Delictum proprium prode, ut iustificeris. Ore enim confessio fit ad salutem. Si confessus fueris à Christo uocatus, claustra rumpentur, & omnia soluentur uincula: & si corruptelæ corporeæ fœtor grauis sit. Sequitur. Quantuslibet ergo mortui fœtor sit, aboletur omnis, ubi sacrum redoluerit unguentum: & surgit defunctus: & soluere iubentur eius uincula, qui adhuc in peccato fuit: tollere uelamen de facie eius: quo d ueritatem gratiæ: quam acceperat, obumbrabat. Sed quia uenia donatus est, reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce si confessus fuerit à Christo uocatus, omnia soluentur uincula: & surgit defunctus: & soluere iubentur eius uincula, qui fuit in peccato. Qui iubentur soluere? Nunquid sacerdotes? Qua potestate? Ea, qua dixit Augustinus suprà, Quodcunque solueris super terram, soluetur in cælis. Ea ergo est potestas, quã iussit eis Christus, dicens; Soluite eum, & sinite abire. Hìc autem ingerit se lata difficultas apud hæreticos Witcleuistas, quæ sit ista potestas soluendi. Et iterum si dicatur esse potestas remittendi flagitia: nũquid nobis modernis committi uidebitur, sicut Petro, & suis condiscipulis? Primò dicit Witcleff, de confessione, cap. 6. quòd sit potestas exhortandi peccatorem ad dimittendum uitium assuetum. Vbi ad argumentum de suscitatione Lazari, sic inquit. Arguentes ab imprudenti similitudine, debent attendere, quomodo Iesus priùs tempore uiuificauit Lazarum: & fecit eum surgere de sepulchro fœtido, atque stare. Sequitor. Et postmodùm fideles presbyteri debent soluere ligamenta: scilicet co'suetudinem peccandi sancta prædicatione. quibus post

post delectionem peccati per dominum sunt ligati. Hæc Witcleff. AVCT. Ecce qualiter declinat a communi expositione sanctorum patrũ ex primordiis orientis ecclesiæ, dicentium hanc solutionem esse remissionem peccatorum. sicut super Psalmum. 101. tractatu. 2. in principio. AVG. Soluitur unusquisque a uinculis cupiditatũ malarum, uel a nodis peccatorum suorum. Remissio † peccatorum, solutio est. Quid enim prodesse Lazaro, quia processit de monumento, nisi diceretur: soluite eum, & sinite abire? Ipse quidẽ uoce de sepulchro suscitauit: ipse clamando animam reddidit: ipse terrenam molem sepulto imposita abiecit, & processit ille uinctus. Non ergo pedibus propriis, sed uirtute producentis. Fit ergo hoc in corde pœnitentis. Cùm audis hominem suorum peccatorum pœnitere, iam reuixit. Cum audis hominem confitendo proferre cõscientiam: iam de sepulchro eductus est, sed non dum solutus est. Quando soluitur? A quibus soluitur? Quæ solueritis (inquit) in terra, soluta erũt & in cælo. Meritò per ecclesiam dari solutio peccatorum potest: suscitari autem ipse mortuus, nisi intus clamante domino non potest. Hoc enim Deus interius agit. Loquimur ad aures uestras. Vnde scimus quid agatur in cordibus uestris? Quod autem intus agitur, non a nobis, sed ab illo agitur. Hæc ille. AVCTOR. In omni penè uerbo huius processus Witcleff cæditur. Quo modo dicit hanc solutionem esse prædicationẽ nostram, per quam soluere debemus reum a ligamentis consuetudinum delinquendi, ita ut Deus soluat a peccato suo horali, quod est minus, & nũc tradat eum nobis ad soluendum eum ab inueteratis delictis plurimorum annorum, quod est maximum? Et nunquid prædicatio nostra, saltem foris, soluit utrinque: intus uero neutrum: sed miseratio tantum diuina. Sic dicit Augustinus. Loquimur ad aures uestras. Quod autem intus agitur, non a nobis, sed ab illo agitur. Qualiter ergo soluunt consuetudinem: Christus uero delictum? Quin potius, neutrum soluunt, sed Christus soluit utrunque Aut, quod manifestius uerè dicitur Christus soluit utrunque principaliter sine eis: & ipsi sacerdotes utrunque ministerialiter, uice Christi. Quæ solutio non tantum prædicatio est, sed peccatorum remissio. dicente Augustino. Remissio peccatorum solutio est: quia Lazaro non prodesset, q̃ prodiit, nisi diceretur, Soluite eum. Confitendo profert homo conscientiam, sed nondum solutus est. Quando soluitur, & à quibus? Ab eis, inquit, quibus dictum est. Quæ solueritis super terram erunt soluta in cælo. Et q̃ non eis ità incumbit hæc solutio, sed per eos ecclesiæ Christi ministris, subdit. Meritò per ecclesiam dari solutio peccatorum potest: suscitari autem nisi clamante Christo non potest. Placet, quòd Lazarus suscitatur, & uiuit prius tempore, quam soluũt discipuli. Ita dominus suscitat peccatorem prius quam soluerint sacerdotes. Sed quid proderit Lazaro uiuere, si non dicatur: soluite? (Augustinus interrogat) id est, peccata remittite? Fit (inqt) hoc in corde pœnitentis. Ergo nec Christi uiuificatio proderit peccatori, si non soluant eum posteà, remittendo peccatum eius in conspectu ecclesiæ Christi ministri. Sic prosequitur item istũ processum de solutione Lazari, sermone. 18. primæ partis, super hunc uersum Psalmi 51. idem AVGVSTINVS. Eleuatus est Lazarus: processit de tumulo, & ligatus erat: sicut sunt homines in confessione peccati agentes pœnitentiam. Iam processerunt a morte: non confiterentur ui si procederent. Ipsum confiteri, ab occulto, & a tenebroso procedere est. Sed quid dicit dominus ecclesiæ suæ, Quæ solueritis in terra, erunt soluta & in cælo. Proinde Lazaro procedente: quia impleuit dominus misericordiæ suæ bonũ producere ad confessionem mortuum latentem fetentem iam, cætera impleuit ecclesiæ ministerium. Soluite illum, & sinite abire. Hæc ille. AVCTOR Ecce ubique satagit Augustinus hũc processum de confessione peccatoris exponere dicens peccatorem procedere, sicut Lazarus processit, & ipsum confiteri. Et hoc intelligens de confessione ad hominem statim subdit, Quid dicit dominus ecclesiæ suæ? Quæ solueritis in terra erunt soluta & in cælo. Ideo intelligendum, q̃ duo ista præcepta Christi figuralia per totam ad huc efficaciter currunt ecclesiam. Ite, ostendite uos sacerdotibus: quo ad peccatores confitentes. Soluite, & sinite abire: quo ad presbyteros audientes, & manus peccatoribus imponentes. Nec tantum appendit Christus in his uerbis factorum historiam, quantum appendit per ea gratiam figuratam: sicut nec est curæ Deo de bobus iuxta Paulum Apostolum. Ideo erranter satis obliquat Witcleff sensum sacramentalis confessionis in utroque mandato, recurruans ad conceptum suum soliuagum: & omni scriptori extraneum orthodoxo. Attendatque hanc rationem euangelicam contra eum. Qualiter nanque distinguenda est potestas Christi, & discipulorum eius a potestate Ioannis, & discipulorum eius, si potestas solutionis, quam Christus iniunxit iam discipulis, non sit remissionis, sed prædicationis, ut de consuetudine antiquata reus pœniteat? Ad hoc enim uenit Ioannes prædicare pœnitentiam, sed non dare remissionem. Matthæi 3. In diebus illis uenit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

regnum cælorum. Et cæteri Euangelistæ. Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Libro. 1. cap. 9. commentarij super Lucam, BEDA. Cunctis legentibus liquet, quòd Ioannes baptismum pœnitentiæ non solum prædicauit, uerumetiam quibusdam dedit sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: quoniam baptisma, quod peccata solueret, quia dare non potuit, prædicabat. Vt sicut incarnatum uerbum patris præcurrebat uerbo prædicationis: ita baptisma pœnitentiæ, quo peccata soluuntur, præcurreret suo baptismate, quo peccata solui non possunt. Hæc ille. AVCTOR. Vides quòd Ioannes prædicare in pœnitentiam, & baptizare in pœnitentiam potuit: in remissionem peccatorum illud non potuit, id est, illam dare. Vnde in eodem loco, RABANVS. Ioannes non spiritu, sed aqua baptizat: quia peccata soluere non ualens, baptizatorum corpora per aquam lauat: sed mentem per ueniam non lauat. Sequitur infrà. Fortis quidem ille est multùm, qui in confessionem peccatorum: sed fortior qui in remissionem baptizat. Fortis, qui Spiritum sanctum habere dignus est. Fortior, qui tribuere. Fortis, qui regnum cælorum uenit prædicare. Fortior, qui hoc solus potuit dare. Hæc ille. AVCTOR. In his dictis perpende, quòd Ioannes, & discipuli eius habebant potestatem baptizandi, confessiones criminum audiendi, & prædicandi pœnitentiam in remissionem peccatorum: sed non in aliquo modo rum istorum peccata remittendi. Si ergo Christi discipuli in prædictis etiam prædicare possent hominibus pœnitentiam solùm: non autem soluere à peccatis: non autem peccata dimittere, nihil accrescceret potestatis Christi discipulis Andreæ, & Petro, supra quam dedit eis priusquam uenirent ad Christum, Ioannes Baptista. Et esset dicere, soluite eum, & sinite abire: non soluite, sed ad solutionem prædicate. Adhuc hortor Witcleff, ut exprimat nobis si sic soluere est prædicare: quid est ligare? Nunquid prædicationem negligere? Quæ est hæc potestas ecclesiæ? Cùm tamen in utroque par est eis facta donatio: ligare sicut & soluere: retinere, & peccata remittere. Adhuc item quæro ego ab Witcleff, Quid erit in extremo uitæ positum soluere: & qui solam, & certam mortem semiuiuus expectat: qui pressus pœnis, & mortis nexibus totam uitam odit, quę præterijt? Aut si istum Christi Apostoli soluere non possent, quanquàm Lazarum iam soluerint rediuiuum: hunc tamen soluere AVGVSTI-

Beda.

Rabanus.

Nota.

Aug. To. 9.

NVS hortatur sacerdotes ecclesiæ, dicens in libro de uisitatione infirmorum, in fine. Dico itaque omnibus, dico tandem confitentibus, dico confessis consulentibus, nè confessi desperent: nè sacerdotes post mortem aliquos lugeant: imò, cum suo Iesu dicant, Soluite eum, & sinete abire. Melius enim est, ut talis prosit, uel non noceat absolutio, quàm obsit indiscreta ligatio. Nec prætendant sacerdotes de fallaci fecuritate occasionem: quoniam melius est morientem in manus misericordissimi Dei committere, quàm desperantes cum quibusdam fabulis inducia- rum à regno Dei eliminare. Nam quomodo dicet sacerdos pro defuncto, quem ipse ligauit: Absolue domine animam famuli tui: uel cæteras absolutionum eulogias? Hæc ille. AVCT. Hic uocat Augustinus expresse solutionem à criminibus in confessione: & de hac exponit uerbum Christi de Lazaro, Soluite eum, &c. non autem de prædicatione dimittendi consuetudinè delinquendi, quæ in hac hora inutilis esset, & onerosa migranti. Valde item notandum uidetur, quòd Augustinus hic supponit sic migrantè è seculo sine absolutione sacerdotis eliminandum à regno: cui sola defuit in hoc casu absolutio sacerdotis. Sic enim dicit, quàm desperantes à regno Dei eliminare. Desperantes dicit, ligatione ecclesiæ qua non soluuntur. Vnde subdit. Quomodo dicet sacerdos pro defuncto, quem ligauit: Absolue domine animam famuli tui: uel cæteras eulogias? In hoc cogendus est Witcleff uelit, nolit, confiteri potestatem ecclesiæ, qua ligati tenentur soluti à Deo: & pro solutis habentur à Deo ligati. Pro qua sententia nè uideamur usurpare indebitum, repetendus semper est processus ille de suscitatione Lazari ad uitam: sed nondum liberi: quousque soluatur per ecclesiam. Scio enim Witcleuistas instare uelle ut petant: si iam coram Deo mundus est, quid post hoc facit ecclesia? Ast ego interrogo. Si Lazarus suscitatur per Christū ad uitam, quid agèt Apostoli: nunquid solutionem? Vnde sermone 8. de uerbis domini, AVGVST. A mortuo, uelut qui non sit, perit confessio. Quis eum suscitabit, nisi qui remoto lapide clamauit, dicens, Lazare ueni foras? Quid est autem foras prodire, nisi quod occultum erat, foras prodere? Qui confitetur, foras prodijt: foras prodire non posset, nisi uiueret: uiuere non posset, nisi suscitatus esset. Ergo in confessione, sui accusatio, Dei est laudatio. Dicit ergo aliqs. Quid ædest ecclesia confitenti? Cui ait dominus, Quę soluerit is in terra, soluta erũt & in cælo. Ipsum Lazarum attende. Cum uinculis prodit. Iam uiuebat confitendo: sed nondũ liber ambulabat uinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia, cui dictũ est,

Quæ

Idem To. 8

Matt. 2.

Matt. 5.

Io. 20.

Quæ solueritis, soluta erunt, nisi quod ait dominus continuò ad discipulos, Soluite eum, & sinite abire. Hæc ille. AVCTOR. Eece non est ista difficultas prima Witcleff: alii ante eum erronei eam efoderunt. Augustinus autem eam absoluit. Præsupponit pecatorem iam Christi resuscitatione, & sua contritione uiuentem. Præsupponit confitentem non occultè coram Deo quia iam foras prodit. Qui confitetur (inquit) foras prodiit coram hominibus. Et quid iam prodest ecclesia? inquit aliquis. Et iam supra. Quid prodesset Lazaro, quòd processit de monumento, nisi diceretur, soluite eum? interrogat Augustinus. Nihil ergo proderit uita confitenti, quam donat Christus: si contemnatur solutio, quam instit Christus. Ipsum Lazarum attende, inquit. Cum uinculis prodit. Quibus? illis cum quibus coram hominibus uinculatur, quamuis uixerit Christo Deo. Iam uiuebat confitendo: sed nondum liber ambulabat: nec etiam coram Deo. Quid ergo facit ecclesia amplius? Quod dominus continuo ait, soluite eum, & sinite abire. Quæ enim solueritis, soluta erunt. Et tertia parte sermonum, sermone. 115. AVGVSTINVS. Quatriduano mortuo, dicitur, Lazare prodi foras. Et prodiit de monumento institis ligatus manibus, & pedibus. Excitat dominus, ut mortuus de monumento prodeat: sed cor tangit, ut peccati cõfessio foris exeat. Dominus ergo post quam exiit Lazarus de monumento, ad discipulos suos, quibus dixerat, Quæcunque solueritis in terra, soluta erunt & in cælo: Soluite (inquit) eum, & sinite abire. Per se excitauit, per discipulos soluit. Hæc ille. AVCTOR. Nota† quod dicit. Per se excitauit, per discipulos soluit. Est ergo suscitatio solius Dei ad uitam: restat tamẽ alia solutio per presbyteros ad libertatem: quæ item potestas Dei est: sed communicata hominibus propter præsentem uitam. Non enim sumus ut angeli Dei in cœlo: ubi cuncta fiunt, & consummantur interius. Descendit filius Dei in uitute, sed carne apparens propter homines. Et quanuis oranti dixerit, Pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi: ipse tamen orantibus imperat, Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificẽt patrem uestrũ, qui in cælis est. Vt ergo glorificet Deus uestrũ, qui in cælis est. Vt ergo glorificẽt Deus nõ tm̃ corã se, sed itẽ corã hominib. Solui iubetur peccator, non tantum coram se, sed item coram hominibus. Vnde non tantum ei, qui non timet Deum, imputatur ad superbiam: sed etiam qui non homines reueretur. Abiicite ergo fideles, fabulas Witcleff superbi, qui figuram sacramentalis solutionis in Lazaro: aut infundatus aliter exponit, quàm patres, aut irridet. Suscipite tãtiplicem eius expositionem pro fide roboran

Io. 2.

3

4

da, in qua fides confessionis plus mille annis ante Witcleff euidenter apparuit. At, rogo, qui sic detrahunt potestati ecclesiæ in hoc Lazari sacramento, credis nè quia fremunt in historiã & hostiliter ei insidias ponunt in uerbis? sicut Iudæi Lazarum interficere molientes, resuscitationis eius gloriæ inuidentes. AMBROSIVS. sic uiderur de Nouatianis hæreticis, & sequacibus corundem, lib. 2. de pœnitentia. post medium. ubi dicit. In tanta domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo, cum oportet uniuersos lætari, commouebantur impij: & aduersus Christum concilium congregabant: Lazarum quoq; interficere uolebant. Nonne meriti eorum successores uos esse cognoscitis, quorum duritiæ hæredes, estis? Nam & uos indignamini, & contra ecclesiam congregatis concilium. quia uidetis mortuos in ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta uenia: resuscitari. Itaque quod in uobis est, per inuidiam rursus uultis interficere suscitatos. Sed Iesus non reuocat beneficia: immo cumulo suæ liberalitatis munus amplificat, Sequitur. Quod igitur de Lazaro legimus, in unoquoquoque debemus conuer so peccatore credere. Quia licèt fœtorem habeat, tamen fidei pretiosæ emundatur unguento. Tantum enim gratiæ fides habet: ut ubi antediem fœtebat mortuus, illic bono odore repleatur domus. Fœtebat Corinthia domus, quando scriptum est de ea. Auditur inter uos fornicatio, qualis nec inter gẽtes. Fętor erat, quia modicum fermentum totam massam corruperat. Cæpit olere cũ dicitur. Sed cui quid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui, propter uos in persona Christi. Itaque liberato peccatore, factum est in ea gaudium magnum: & redoluit tota domus suauitate gratiæ. Vnde bene conscius, q̃ oẽs apostolicæ remissionis perfudisset unguento: ait, Christi bonus odor sumus Deo, in his, qui salui fiunt. Huius ergo effusione unguenti lætatur cæteri oẽs: solus Iudas contradicit, Ergo & nunc qui præuaricator est, contradicat. Reprehẽdat proditor: sed à Christo ipse reprehenderit. Hæc ille. AVCTOR. Attendat hoc Witcleff, & uideat an ipse non sit istiusmodi proditor, & præuaricator euangelicæ gratiæ: quia non potest ferre odorem unguenti, qui remittit fętorem delicti. Vult cũ similibus, & inauditis glosis resuscitationẽ Lazari repellere, & solutionis apostolicæ repugnare, dicens: nõ esse solutionẽ remissionis, sed prædicationis: Ambrosio hic dicente, apostolicã remissionem: non dicit prædicationem. Bene conscius inquit q̃ oẽs apostolicæ remissionis perfudisset unguento. Si autẽm apostolica remissio fuerit, aliquanta remissionis peccatorum erit solutio Lazari a Christo discipulis imperata.

Amb. c. 72 li. de pœn. To. 1.

c. 8. imprin.

1. Cor. 5.

1. Cor. 1

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD ABSOLVTIO SACRAMENTALIS COMMISSA DIVINITUS SACERDOTI, PRÆCEDIT SENTENTIAM ABSOLUTIONIS CÆLI. Ca. CXLIIII.

SVMMA.

1 *Absolutio sacramentalis sacerdoti diuinitus cõmissa, quod præcedat sententiam absolutionis cæli, contra Witcleff, ostenditur.*
2 *Petri sententiam, quod non præcedat, sed sequatur sententia cæli.*
3 *Gregorius quid de solutionis ordine ad pastores ecclesiæ dicat. Et quanta cautela habent ligare, & soluere.*
4 *Sententia etiam iniustè lata, quod sit timenda.*
5 *Witcleff, qui semper pugnat pro sua libertate, qua quis stet suo iudicio pro commissis refutatur. Et plura ibi contra eum ex Augustino, Hilario, & Ambrosio, adducuntur.*

B Occurrit his scripturis sine scriptura, uel authoritate expressa Witcleff lib. suo de Papa, capitulo secundo: strepens, & ganniens, quòd stultitia foret equum cæcum infundabilia, & inopinabilia de seipso præsumere. Quantumcunque (inquit) magnus fuerit Christi episcopus, non potest quenquam absoluere, nisi de quanto contritus prius, & absolutus fuerit apud Deum. Et nunc uidetur multis q̃ de tanto quilibet simplex sacerdos posset absoluere. Immo contritus, quasi securè absoluitur, & si humana absolutio non sequatur. Hæc ille. AVCTOR. Non dubium legenti est, quin uocet hic Papam equum cæcum, nomine illo forsan, quo ipse debuit nominari. Sicut Semeias pseudo contra Ieremiam sanctum inculcat, & allegorizat factum eius hæreticis, in fine quinti libri super Ieremiam in commentario. HIERON. Quod ipse inquit merebatur, quasi C pseudopropheta, refert in prophetam, & mendacio præuenit ueritatem. Vnde & prudentiores putantur filii tenebrarum filiis lucis in generatione hac. Nobisque agentibus patienter, & expectantibus miserorum salutem præueniunt hæretici, & nos suo appellant nomine, ducentes cæci cæcos in foueam. Hæc ille. AVCTOR. Hoc accipite, commune esse Witcleuistis, nomine omnis opprobrii primos esse apud catholicos, sicut Witcleff author eorum prophanus uocat Papam Antichristum, episcopos, cæsareos, Pseudofratres, orthodoxos, Cæcos principes, pios seductos, & fatuos. Sed intelligite cum hæc auditis. Semeiam pseudoprophetam appellare suo nomine Ieremiam, nobis fidelibus agentibus patienter, & expectantibus talium miserorum salutem. Sic nuncupat papam equum cæcum infundabilia de seipso, & inopinabilia præsumentem. Cur hoc? Quia non potest (inquit) episcopus quenquam absoluere, nisi de quanto contritus prius fuerit, & absolutus apud Deum, & tunc quilibet sacerdos potest absoluere, aut certè cõtritus securè absoluitur, & si humana absolutio non sequatur. Hoc tu simpliciter asseris, nihil probans. At nunc si non fueris equus cæcus, cur tu ista infundabilia tanta fronte præsumas? Respice præcedentia, si absolutio Dei occulta sufficiat, & si non sequatur humana. Quomodo non frustramur euangelium, & claues ecclesiæ, quibus dicitur Quæcunq; solueritis, soluta sũt? Eque cæce, cur Lazarus suscitatus mittitur ecclesiæ ad soluendum: quia tu dicis, quòd securè absoluitur, & si humana absolutio non sequatur? Cæterum noueris absolutionem diuinam in hominem ab humana absolutione sacramentaliter præueniri. Mira res tibi uideretur, q̃ humana solutio diuinam absolutionem quandoque præueniat? Sed dimitte fabulas, dimitte rixas, & blasphemias, & scripturas sacras attende. Matthæi decimo octauo Christus Petro ait. Quicunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis. Attende, dico uerborum seriem, ordinè in spice cælestis licentiæ. Quæcunque, inquit, solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Non dictum est, quæcunque ligata sunt in cælo, ligabuntur in terra, aut, quæ soluentur in cælo, soluta nolo esse in terra. Non esset ista noua potestas concessa Petro & ecclesiæ, qualiter intendebat facere Christus, quia semper in rigore legis hoc habebat homo decretum. Nouum aliquod munus confessioni Petri, Christus rependit, ut quod ipse prius solueret super terram, solutum haberetur in cælis. Sic appendit syllabas euangelicas in sermone Apostolis Petro & Paulo qui incipit, Gloriosa uobis. BERNARDVS. Quid † illo potentius, cui & terra obediuit, cùm mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile præbuit? Qui Simonem magum spiritu oris sui in aere attigit? Qui claues regni cœlorum tam singulariter accepit, ut præcedat sententiam cæli sententia Petri? Denique, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt solura & in cœlo. Hæc ille AVCTOR. Attendat nunc proterua hæreticus, qui priuilegium Christi rescindere nõ uteretur, uerba ponderet cum Bernardo, hoc, quod concedit Christus est, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis. Negat hoc hæreticus, sed conuertit dicens. Quodcunq; ligatum est in cælo, tu ligabis super terram: & q̃ solutum fuerit, tu solues in terra. Et quale hoc priuilegium Petri apostoli? Hoc Moyses potuit, hoc Eleazarus. Immo hoc Pilatus, hoc Caiphas potestatem sibi data diuinitùs. Sic potuit uero ligare super terram, sic soluere Iulianus. Ecce q̃ bus in potestate ligandi & soluendi parem fecit primum apostolum, qui tantum meruit beatificari pro confessione filij Dei uiui. Quantumcũ que fuerit magnus episcopus (inquit) non potest quenquàm absoluere, nisi contritus fuerit prius, & absolutus apud dominum, & sic contritus securè absoluitur à quolibet sacerdote, immo & si nulla absolutio hominis consequatur. Reducamus ista ad uerba euangelii, & tunc minus ad huc habebit Petrus, quam diximus, tunc erit sensus uerbi Christi. Quodcunque solueris super terram, non erit omnino solutum, nisi prius soluatur in cælis. Et tuuc securè absoluitur, tametsi tua absolutio non sequatur. Gaudeat iam sanctus Petrus, & beatum se asserat in tanto priuilegio ab ore Christi sibi concesso, & suæ ecclesiæ huc in B terris. Videtis iam fideles, quàm ueraciter dixerat Augustinus taliter aberrantes de potestate clauium frustrari Christi euangelium? Clarè uidetis aliud esse, Quodcunque solueris super terram erit solutum & in cælis, quàm quod pertuit Witcleff dicens. Quodcunque solutum fuerit in cælis, tu solue super terram. Prima est prærogatiua Petri, & ecclesiæ, secundùm quam uerè præcedit sententiam cæli sententia Petri. Non quòd sententia Petri sit eo honoratior diuina sententia quia prior, sed quòd sit per sequentem sententiam confirmata, ideo melior. Sic in ordine iudiciario minor iudex præcedit, maior confirmando subsequitur. Vnde lib. de uera & falsa pœnitentia. ca. 9. AVGVSTINVS. Dicit enim. Quodcunq; solueris super terram, soluetur in cælis. hoc est. Ego Deus, & omnes ordines cælestis militiæ, & omnes sancti in mea ecclesia laudant uobiscum, & confirmant quod ligatis, C & soluitis. Non dixit: quod putatis ligare, & soluere. Hæc ille. AVCTOR. Benè dixit, laudant uobiscum & confirmant q̃ ligatis, & soluitis. Antè ergo ligauit & soluit per sententiam, quàm per cæli sententiam firmaretur. Et li. 2. de sacramentis, parte 14. cap. 8. Hugo. Petro principi apostolorum dicitur, Tibi dabo claues regni cælorum. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Non dixit quodcunque solueris, hoc est, ut illi dicunt, solutum oftenderis, fuit solutum, sed erit solutum, quia † sententiam Petri, non præcedit, sed sequitur sententia cæli. Nè autem hoc soli Petro concessum esse putes, audi quid omnibus apostolis, ac per hoc omnibus apostolorum successoribus, & apostolorum uice fungentibus dicat, Accipite (inquit) spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Vbi dixit, si eis ostenderitis, fuit? Nusquam hoc dixit, sed dixit, si feceritis, erit. Hæc ille. AVCTOR. Conuenit Hugo cũ Bernardo in hoc, q̃ sententiam Petri non præcedit, sed sequitur sententia cæli, probans ex euangelio dicente, Quicquid solueris super terram, erit solutum, non dixit, Cui remiseritis peccata, remissa fuerunt, sed erunt. Quæ futuritio remissionis in cælo sequelam dicit illius sententiæ, ad sententiam Petri iam in terris datam de præterito. Magna hæc largitas, magna gratia dispensationis diuinæ, q̃ non expectat sententiam cæli, sed præuenit eam sententia Petri. Et magnus item timor incumbit terenti primam sententiam, nè propter iniustitiam disiipet eam sequens magni sententia iudicis. Prouidere igitur habet, ut quã tum potest uia rectitudinis obseruata, consequẽ ti eam sententiæ conformet, nec declinet à recti lineo legem condentis, qui infallibiliter nostras ipsas, quas ferimus, iustitias iudicabit. Tractat hanc seriem inter euangelicas homilias, homilia 26. GREGORIVS. dicens. Causæ † pensandæ *Gre. To. 4.* sunt, & tunc ligandi, arq; soluendi potestas exercenda. Videndum quæ culpa, aut quæ sit pœnitẽtia secutura post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam uisitat, illos sententia pastoris absoluat. Tunc enim uera est absolutio præsidentis, cùm interni sequitur arbitrium iudicis. Quod benè quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ uidelicet demon *Io. 2.* strat, q̃ prius mortuum dominus uiuificabit dicens. Lazare ueni foras. Sequitur. Ex qua consideratione intuẽdum est, quòd illos nos debemus per pastoralem authoritatem soluere, quos authorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam uiuificare. Quæ nimirum uiuificatio C ante operationẽ rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Vnde & huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur, reuiuisce, sed ueni foras. Et infrà. Veniat itaq; foras mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Venientem uerò foras soluant discipuli ut pastores ecclesiæ ei pœnam debeant amouere quàm meruit, qui nõ erubuit confiteri quod fecit. Hæc de solutionis ordine breuiter dixerim, ut sub magno moderamine pastores ecclesiæ uel soluere studeant, uel ligare. Sed utrum iustè, an iniustè obliget pastor: pastoris † tamen sententia gregi timenda est, nè is, qui subest, & cum iniustè forsitan ligatur, ipsum obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel absoluere indiscretè timeat uel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat uel iniustè, ne pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne & si iniustè

Sententia, & iniustè lata timenda est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis super bia, culpa, quæ non erat, fiat. Hæc ille. AVCT. Ex his euidet, quanta cautela pastor habet ligare, & soluere, ut quadrare possit sententia sua prior sententiæ supremi iudicis, uel corrigentis abusum, uel confirmatis iuste decretum. Sed sit ligatio pastoris iusta, uel iniusta, nolit qualibet audacia recalcitrare ligatus, aut insolescere sic solutus, nè reuocet in caput suum nouam &* in experiendam sententiam temeritas factionis, & si iam uiuificatus prodire incœperat, interim mortuus decidat in sepulchrum. Si uero quis obijciat, asserens, quòd Witcleff benè dixerit, nullum posse solui à sacerdote, nisi priùs soluatur à Deo, eo quòd dicat Gregorius, q̃ prius dominus mortuum uiuificauit, q̃ discipulis tradidit ad soluendum. Dicimus aliud esse uiuificare, aliud iubere foras exire, & tertiò tũc aliud ad iussum dñi soluere super terram, ut succedat quartum in ordine soluere super cælum. Et si suscitare iam mortuum ad uitam gratiæ, est ipsũ soluere, ut quid postremo traditur ad soluendum? Idcirco benè dixit Augustinus supra, Suscitatur ad uitam, sed nondum est liber ad ambulãdum. Quamuis eo ipso, quo quis rectè pro peccato cõpungitur, Witcleff ipsi promittat ab omni ligamento ecclesiæ libertatem, & hortetur ad eam. ca. 24. trialogi. Prospiciamus (inquiens) in lege perfectæ libertatis quid præcipitur, & mandatur a dño: & illud perficiamus, & à uetito abstinebimus absque attendentia ad leges ordinatas noniter, & est satis. Sequitur. Consideret fidelis omnipotentiam Iesu nostri, & traijciat totam intẽtionem animi ad futurum, uiuendo perfectius ut prodest ecclesiæ, & de uita mala præterita pœniteat, confirmans in ipsomet propositum non ulterius sic peccandi, & (ut uidetur mihi) sufficit ad saluationem, quomodocunque superiores contrariantur isti sententiæ. Hæc Witcleff. AVCT. Hanc in isto processu uocat legem perfectę libertatis, qua quis stet suo iudicio pro commissis, nè item stet pro publicis, uel priuatis delictis arbitrio præsidentis. Quantum ista libertas publicis legibus deroget, uidendum est postea. Quantum autem consonet hæresi Pelagianæ, quæ pp libertatem hominis non attẽdit Dei gratiam in sactis, ipsa se monstrat. Sicut. n. pp libertatem hominis dixerunt Pelagiani quẽlibet hominem committi suo iudicio, non autẽ gratiæ Dei, in tantum ut negarent paruulos baptizandos, ut per gratiam sacri tolleretur eis peccatum, ita consequenter sine gratia cuiuslibet sacramenti dixerunt eum sua libertate posse salnari. Qualiter li. 5. 3 Iulianum. cap. 14. differit AVGVSTINVS. Ibi tu exclamas. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, qui extra futuram operum retributionem, ex multa parte liberum arbitrium formam uoluit implere iudicij. Instissimè enim sibi bonus homo malusque committitur, ut bonus se fruatur, & malus se ipse patiatur. Quæ prorsus exclamatio, & declamatio tua ad rem non pertinet, quate sentis urgeri, nec clamore tuo põdus, quo premeris, sublenas, impium dogma uestrum mordicus tenẽs, quo uobis placet etiam bonum hominem diuino iudicio sibi quenque committi, nè scilicet necessaria sit Dei gratia uelut idoneo qui semetipsum agat. Sed absit ut ita sit. Prorsus qui sibi cõmittuntur, & à semetipsis aguntur, non sunt boni, quia non sunt filij Dei. Quotquot. n. spiritu Dei aguntur, ij filii Dei sunt. Hæc ille. AVCT. Ecce q̃ iste hæreticus Iulianus quamuis nebulosis uerbis astruxit quemlibet hominem citra magnum iudicium Dei iudicio suo sisti per libertatem arbitrij, hoc nè necessaria sit Dei gratia (inquit Augustinus) Et in quo distat Witcleff abeo exhortans homines inspecta lege libertatis suæ perfectæ, non attentis legibus ordinatis, cõmittere se iudicio cordis sui, ut per se pœniteant, & ulterius peccare non proponant, nè. s. necessaria sit sibi gratia sacramenti, quia hoc sufficit ad saluationem, inquit. Vterque committit hominem libero iudicio, ut euacuet gratiam Dei: hic in sacramento, ille in animo. Sed ad utrunque respondens Augustinus, Absit (inquit) prorsus qui sibi committuntur, & a semetipsis aguntur, non sunt boni, quia non sunt filii Dei. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Quicunque ergo spiritu Dei agi renuit, is Pelagianus est, gratiam Dei postponens propriæ libertatis iudicio. Cum tamen æquæ sui liber ect, si gratiam Dei in sacramentis libetè præoptaret. Nec credat Witeleff aliqua ex parte mutilari libertatem hominis, quando liberè se committit diuinæ gratiæ deditæ sacramentis. Fidei enim sacramenta sunt, & ideo non ex necessitate uiolenter, sed ex potestate gratiam administrant. Vnde in primo li. de trinitate in principio hilarius Recipientes eum, filij Dei facti sunt, nõ ortu carnis, sed fidei. Esse autem filios Dei, non necessitatem esse, sed potestatem, quia proposito uniuersis Dei munere, non natura gignentium asseratur, sed uoluntas præmium consequatur. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo est his, uel illis confessionis sacramentalis necessaria gratia propter ordinationem aliquam Dei in illis ultra alios peccatores, quã ex primordijs suis contrahunt, sicut dicit Witcleff confessionem aliquibus ex suppositione necessariam, & sic simpliciter, quia non ortu carnis, id est, sui suppositi, sunt homines filij Dei, neque necessitate (inquit) sed potestate, quia proposito Dei munere

*incipiandum.

Wiclef.

5

Pelagiani.

Aug To.7 Ro.11.

Hilarius

To.1

re, sacramentorum in munere, uoluntas præmiũ consequetur, si capiat. Necesse est autem eũ capere, si uelit consequi præmium, uel abolere delictum. Ante omnia uero cauendum, nè quisquã peccator aurem inclinet consilio Witcleff, & seipsum suum iudicem in peccati dimissione cõstituat, nè auctoritatem irritans sacramenti, in pœnitendo committat, de quo postmodum egeat pœnitere. Hoc est documentum sancti patris Ambrosij li. 2. de pœnitentia, ad finem, dicentis. Ista grauis culpa est conscientiæ, ut sine iudice ipsa sepuniat, & se uelare cupiat, & tamẽ apud Deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet auctoritatem, aut usurpationem sacramentorum, quia scriptum est Peccasti? quiesce. Sequitur. Melius est ergo tunc quiescere, cùm exercere non queas opera pœnitentiæ, nè in ipsa pœnitentia fiat, quod postea indigeat pœnitentia. Quæ si semel fuerit usurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert usum posterioris. Hæc ille. AVC. Dicat modo Witcleff, quæ sit pœnitentia usurpata, quam supponit Ambrosius, & quæ non iure celebrata. Non prima, quæ est cordis. Nullus enim usurpat, & si corde doleat de delictis. Non secunda item pœnitentia sua, ut quis uoce corã Deo peccata cognoscat. Ergo penes tertiã, quæ debet esse confessio homini specialis, contingit usurpatorem esse, qui eam contemnit, aut censet inutilẽ, q̃ suo iudicio pœnitere contẽdit. Melius quiescere (inquit Ambrosius) nè in ipsa pœnitentia fiat, quod postea indigeat pœnitentia. Quid hoc? Si semel pœnitentia fuerit usurpata, nec iure celebrata coram sacerdote potestatem habẽte. Hoc est uerum (inquis Witcleff) de eo, quem sic Deus instituit pœnitere. Ambrosius e contrario dicit. Nemo in peccato positus, arrogare sibi debet auctoritatem, aut usurpationem sacramentorum. Iunge ista sequentibus, & habebis, q̃ nemo arrogare sibi debet auctoritatem pœnitentiæ sacramentalis positus in peccato. Si nemo: quilibet ergo peccator in sacramento publico ecclesiæ pœnitere debet, si non* usurpatorio pœnitendo iterum uoluerit pœnitere, q̃ arroganter pœnituit.

*usurpato.

¶QVOD CLAVES ECCLESIAE sunt scientia, & potestas, habens auctoritatẽ dimittendi peccata uice Christi. Cap. CXLV.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui potestatem clauium non cõsiderat sed fictitiam esse inquit, confutatur.*

2 *Ambrosij contra Nouatianos dictum, quòd sacerdotes sibi à domino uendicent ius dimittendi peccata in foro pœnitentiæ, sicut & in baptismo.*

Bedæ dictum de concursu Dei cum hominibus in causalitatibus gratiarum.

Augustinus quid de clauibus regni cælorũ, quas Christus dedit ecclesiæ, dicat.

Clauium ecclesiæ auctoritas & quidditas ex Ambrosio.

Clauium potestas, q̃ sit uera peccatorum dimissio, aut obduratorum detentio &c. Et quomodo qui hoc negat, aut negligit dari sibi in ecclesia exors sit ad ueniam, ex Augustino.

Sagarellorum, & Valdẽsium error de potestate Papæ & quomodo hunc sequitur Witcleff.

Petrus quare inter omnes apostolos ecclesiæ catholicæ personã sustineat in suscipiẽdo claues pro tota ecclesia. Et plura de hoc ibi.

Wiclef.

CLauium † potestatem Witcleff nõ considerat, quia fictitia est inquit, quarto trialog. ca. 32. Eadem est considerãtio de fictitia clauium Antichristi, nã fundationi earum non oportet fidelem insistere. Et de confessione ca. 4. dictum est diffusè alibi, quòd istæ claues non sunt potestates spirituales datæ specialiter nostris sacerdotibus ad tollendum peccata hominibus, quia hoc est agnoproprium. Sed istæ claues sunt potestates, & scientiæ ad de uiantibus iudicandum conformiter uoluntati diuinæ secundùm iudicium legis Dei. Hæc Witcleff. AVCTOR. Non hæreat hic quisquam pro uerbo, tollendi peccata, qđ appropriatè dicitur de agno secũdum prophetiam Ioannis, & ideo solent doctores hoc Christo seruare pro proprio, ut Beda in primam canonicam Ioannis, & alii. Nec tamen in hoc recedunt à communi sensu ecclesiæ, quem super librum Numerorum homilia. 24. uetus distinxerat Origenes. Intuere (inquit) totius mundi, id est, cælestium, ac terrestrium, & infernorum purificationem. Vide quantis indigeant ista omnia hostijs quantos requirant uitulos, quantos arietes, quantos hircos. Sed in his omnibus unus est agnus, q̃ totius mundi potuit auferre peccatum. Et ideo cessauerunt cæteræ hostiæ, quia talis fuit hæc hostia, ut una sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim precibus peccata, hic solus potestate dimisit. Dicebat enim, Fili, remissa sunt tibi peccata tua. Hæc ille. AVCTOR. Non ergo cæteri non potuerunt peccata dimittere, qa solis precibus dimiserunt, & agnus potestate, sed ideo agnus potentia propria potuit peccata dimittere. Cæteri uero, ut apostoli, & sacerdotes, solo ministerio. Vnde Nouatianorum dogmatis est illud Witcleff principium. Claues non sunt potestates spirituales datæ specialiter nostris

Universidad de Deusto
Biblioteca

stris sacerdotibus ad tollendum peccata hominibus, quia hoc est agno proprium. Cõtra quos & Witcleuistas sic arguit li. 1. de pœnitẽtia post medium AMBROSIVS. Cur † baptizatis, si p hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est. Amb. To. 1

Quid interest utrum per pœnitẽtiam, an per lauacrũ hoc ius sibi datum sacerdotes uendicent? Vnum in utroque ministerium est, Sed dicis, qa in lauacro operatur ministeriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi uultis uendicatis uobis Dei gratiam, ubi uultis repudiatis. Sed hoc insolẽtis arrogantiæ, non sancti timoris est, utfastidio uobis sint, qui uolunt agere pœnitentiam, perpetui uidelicet fletus: lachrymas non potestis audire, non ferunt oculi uestri uestimentorum maculas, illuuiem sordidatorum, superbos oculos, & tumido corde delicati, indignanti uoce dicentes singuli, Noli me tangere, quia mundus sum. Hæc ille. AVCTOR. Consequentia fidei armat contra Nouatianos Ambrosium. Si per hominem in baptismo peccatum potest remitti, ergo & per hominem in foro pœnitentiæ. Primùm non negabant perfidi Nouatiani. Et quid interest (inquit Ambrosius) utrum per baptismum, an per pœnitentiam hoc ius sibi datum uendicent sacerdotes? Ex hac fide patris Ambrosij ius dimittendi peccata in utroque sacramento datum sibi à domino uendicant sacerdotes. Et patet quàm profundum mendacium fecit Witcleff in sermone dominicali. 46. super euangelia, ut habet discipulus eius auctor Floreti in uocabulo, Confessio, q. solus Deus habet potestatem dimittendi peccata hominum, quia sanctus Petrus dixit Simoni Mago orare Deum, ut dimitteret sibi, & non accepit potestatem super se dimittendi peccata hominis. Hæc Witcleff. Witcleff. 2

AVCTOR. Primò, iste non attendit, quomodo posset sibi dici. Ergo nec Christus potuit seruare discipulos suos a malo, quia ipse orauit patrem seruare eos, nec potuit sanctificare eos, qa rogauit patrem sic facere. Ioannis. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Cum essem cum eis, ego seruabam eos. Nemo de his perijt, nisi filius perditionis. Et infrà. Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est. Et item iuxta argumentum suum diceret Christum non potuisse dimittere peccatum mortis suæ ignaris Iudæis, nec accepisse super se potestatem dimittendi eis illud peccatum, eo quòd oraret patrem hoc facere. Luc. 23. dicens. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Stoliditas ergo in intellectu huius expositoris, ac item malitia in affectu deiecerunt eum in hæresim Pharisæorum calumniantium Iesum Christum A quia ipse homo peccata dimitteret. Lucæ. 5. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Et Lucæ. 7. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Vnde inde errabant isti: quia neminem putabant posse peccata dimittere, etiam nec Christũ hominem per commissionem, quia solus Deus potest hoc per auctoritatem supremam. Et ideo ad mentem illorum respondens Christus, ait. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tibi dico, surge. Vnde super eum passim in cõmenta. Lucæ. libro 2. capite. 6. BEDA. Verum dicunt scribæ: quia nemo dimittere peccata nisi Deus potest, qui per eos quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. Et ideo Christus uerè Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus potest. Verum Deo testimonium reddunt, sed personam Christi negando, falluntur. Hæc ille. AVCTOR. Bene † exprimit Beda logicam de concursu dei cum hominibus in causalitatibus gratiarum dicens. Nemo dimittere peccata nisi Deus potest, qui per eos quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. In quo dicto concedit solum Deum peccata dimittere, & tamen homines posse peccata dimittere: non autem per primam influentiam, uel concursum. Vnde ibi non excluditur ab homine actus dimittendi secundum rem ipsam totam, sed secundum modum. Quæ utique logica est creberrima in scripturis, ut ibi. Nemo bonus, nisi solus Deus, id est, nemo sic bonus, puta per essentiam. Et ibi. Est peccatum in spiritumsanctum, quo qui peccat, non remittetur ei, id est, aliquod datum peccatum, non autem peccatum quodlibet in eum commissum. Et non uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, id est, non sic principaliter sicut spiritus. Et nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, id est, nisi aliquo modo signato manducaueritis incorporati Christo per fidem, prout exponit hæc & plura beatus Augustinus sermone undecimo de uerbis domini. Ignorantia ergo huius logicæ scripturarum tefellit Witcleff de dimissione peccati per hominem, sicut scribæ fallebantur negantes ex eodem assumpto Christi personam. Sed ecclesia Christi non fallitur, prospiciens clarè, qualiter Christus ideo dedit Petro claues regni cælorum, dicens Matthæi. 16. Tibi dabo claues regni cælorum, Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Quid ligaret Petrus, aut B C Bed

aut solueret, nisi peccata hominum dimittẽdo, uel retinendo? Aperta est scriptura, & plana, dissimulari non potest. Witcleuistæ autem lucem eius obnubilare conantes, solicitè ualde discurrunt nunc hac uia, nunc illa: siquomodo possint aures fascinare fidelium, ne credant uerum esse quod audiunt, & a mille annis item ab ipsis apostolis audierunt. Tractatu de Papa. cap. 7. Witcleff dicit has claues esse scientiam, & potestatẽ sacerdotis prædicandi, & exempla uirtutum præbendi fidelibus, unde obserentur à uiis inferni, & aperiatur eis aditus paradisi. Sed cum ista non sunt sic appropriata ordinatis presbyteris, quoniam boni laici, & fœminæ secundùm eum possunt sic aperire, & claudere meatus fidelib. quo modo sunt istæ claues appropriatæ datæ sacerdotibus? sicut ipse scribit superius. Idcirco in quodam tractatu de clauibus. Non (inquit) fuit alia potestas ligandi, & soluendi, quam a domino acceperunt apostoli, nisi quando prædicabãt populo fidem Christi, & baptizabant in nomine patris, & filij, & spiritussancti, dicentes eis, qp per fidem Christi Christus, qui est Deus, & saluator, dimittit eis peccata, quæ fecerant. Nec a liquis apostolorum accepit aliam potestatẽ super se ad dimittendum peccata hominum, nisi isto modo, dicendo semper eis, qp Deus semper est dimissor peccati. Hæc Witcleff. AVCTOR. Et ista uia ita est inflata ut alia: quia item laici, imò pueri ludentes possent dicere, qp per fidem Deus peccata remittit. Et nunquid per hoc funguntur clauibus scientiæ & potestatis cum apostolis? Omnia ista facit, ut clauibus Petri fraudet ecclesiam, ne possit per excommunicationẽ uel absolutionem peccata hominum ligare, uel soluere, aut in priuata confessione hominũ peccata remittere. Quod planè confitetur prædicto cap. 7. de Papa. Quòd (inquiens) claues istæ specificantur ad excommunicationes, & absolutiones, Deus huius seculi perfasum, & auaritiã cæcando simplices, introduxit. Hæc Witleff. AVCTOR. Nescio utrum in oculis huius superbi Ambrosius reputetur sic simplex, aut seculi huius Deus, aut utrum Augustinus. Ipse enim planè dicit lib. primo contra aduersarium legis & prophetarum * post medium sic. Claues † quippe regni cælorum sic Christus dedit ecclesiæ, ut non solùm diceret: Quæ solueritis super terram soluta erunt & in cælis: ubi apertissimè bonum, non malum pro malo reddit ecclesia, uerùm & * adiungit, Et quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo. quia bona est & uindicandi iustitia. Illud enim, quod ait: Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, grauius est, quam si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subigeretur. Nam ibi quoque A subiunxit, Amen dico uobis, Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælis: ut intelligeretur, quàm grauius sit punitus, qui uelut relictus est impunitus, Sequitur. Ecce ab hominibus non reddentibus malum pro malo alligatur homo a marius, & infelicius ecclesiæ clauibus, quam qui buslibet grauissimis & durissimis ferreis, uel adamantinis nexibus. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Christus dixit, quæ ligaueritis in terra, erunt ligata in cælo, quia bona est uindicandi iustitia: & hanc uocat grauissimam clauem omni nexu ferreo duriorem, per quam fit ecclesiæ sicut ethnicus, & publicanus, siue puniatur clauibus, siue p claues relinquatur impunitus, puta per sententiam. Ambrosius item ipse accedat, & auctoritatem, & quidditatem clauium ecclesiæ Christi nobis exponat in libro suo 1. de pœnitentia * ante medium. ubi dicit. Non † habent Petri hæreditatem, qui fidem Petri non habent, quam impia diuisione dispergunt. Sed hoc improbè, quòd ẽt in ecclesia donari peccata negant posse: cum Petro dictum sit, Tibi dabo claues regni cælorum: & qnæcunque ligaueris super terram, erũt ligata & in cælo: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Cum ipse uas electionis dominicæ dicat. Si autem cui quid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui, propter uos in persona Christi. Cur igitur Paulum leguut, si eum tam impiè arbitrantur errasse, ut ius sibi uendicaret domini sui? Sed uendicauit acceptum, non usurpauit indebitum. * Vult dominus plurimum posse discipulos suos. Vult à seruis suis ea fieri in nomine suo, quæ faciebat ipse positus in terris. Denique ait, Et maiora his facietis. Dedit ut mortuos resuscitarent. Et cùm ipse Saulo reddere posset usum uidendi, cum tamen ad Ananiam, discipulum suum misit, ut eius benedictione Saulo restituerentur oculi, quos amiserat. Petrum quoque secum in mari iussit ambulare, & quia titubauit, reprehendit illicò, quòd doni gratiam fidei pusillanimitate minuisset. Dedit etiam discipulis, ut lux mundi essent per gratiam, qui erat ipse lux mundi. Qui descensurus esset de cælo, & in cælum ascensurus. Eliam ad cælum leuauit, inde eum terris complacito redditurus tempore. Baptizandis quoque in spiritusancto & igni, per Ioannem baptismatis sacramenta præmisit. Omnia denique donauit discipulis suis, de quibus ait. In nomine meo dæmonia eijcient. &c. Omnia ergo hæc dedit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce claues Petri quid sunt, cum nec ipsi habeant fidem Petri, nec eius hæreditatem, qui donari in ecclesia peccata negant, cum Petro dictum sit, Tibi dabo claues regni cælorum, quodcunque ligaueris. &c. Ergo hæ Idem Idem Aug. To. 6 Matt. 18. Ibidem Ad. 6. Amb. To. 1 Matt. 16. 2. Cor 2 Ioa. 14. Act. 9. Matt. 14. Matt. 5. 4. Reg. 2 Matt. 3 Mar. 16. Matt. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt claues datæ Petro & apostolis de donatione, & dimissione criminum, & cuius iuris sunt, uel authoritatis, Paulus ipse manifestat, non solùm prædicando, uel dicendo ad populum Christum dimittere: sed ipse in persona sua exequês, & donationem factam per alios ipse confirmans in persona Christi. Et in hoc ius sibi sui domini uendicauit (inquit Ambrosius) quia dominus hoc dedit discipulis facere quod suũ erat:
6 quia & maiora facere, quàm ipse fecit. Est † ergo potestas clauium uera peccatorum dimissio, aut obduratorum detentio: & ius illud, uel authoritas idẽ in eis, & in Christo: quia quicquid fit, fit utique in persona Christi. Has claues, hãc authoritatem qui negat, aut negligit dari sibi in ecclesia, exors est à uenia, prout in Enchiridio. *Aug.To.3.* cap. 46. intelligit AVGVSTINVS, dicens Nõ solùm cùm agitur pœnitentia, uerumetiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin B non diceret Apostolus de quibusdam, Ne fortè *2.Thim.2.* det illis Deus pœnitentiam. Et ut Petrus amarè fleret, præmisit euangelista, & ait. Respexit *Lu.22.* eum dominus. Qui uerò in ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritumsanctum, in quo Christus peccata nõ dimittit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce pœnitentia de Dei misericordia agenda est. Et insinuans pœnitentiæ genus. Qui in ecclesia (inquit) remitti peccata contemnit, & in hac obstinatione decedit, peccat irremissibili peccato in spiritumsanctum: intelligens remissionẽ peccatorum in ecclesia de clauium potestate. Vnde in libro de Agone Christiano. cap. 18. idẽ *Aug.To.9.* AVGVSTINVS. Nec eos audiamus, qui negant ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miseri dum in Petro petram non in C telligunt, & nolunt credere datas ecclesiæ claues regni cælorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt, qui uiduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant, & super doctrinam apostolicam se prædicant esse mundiores, qui nomen suum si uellent agnoscere, mundanos se potius, quàm mundos uocarent. Hæc ille. AVCTOR. Eant nũc Witeleff, & discipuli eius Purney, & author Floreti, exquirentes quomodo claues ecclesiæ dicantur prædicationes sacerdotum, non retentionis, aut solutionis peccatorum potestas, & scientia: dum Augustinus omnino tales assertores prohibet audiendos, Illicò hanc authoritatem fugit Witeleff à procul: & currit ad uitæ *Wiuicleff.* dissimilitudinem, ut ibi nidificet sibi fugam. 4. trialogi. cap. 23. Quantum ad illud dictũ Christi, *Matt.16.* Matthæi 16. Quodcũque ligaueris super terram, erit, &c. quærat fidelis à pseudocpiscopo A hoc dictum domini allegante, si ex sanctitate vitæ suæ, quæ sit uitæ Petri similis, sit verus Petri uicarius. Quòd si præsumptuosus hypocrita frõtosè sic asserit: quæratur prudenter similitudo uitæ illius ad Petrum, & specialiter in gratia faciẽdi miracula, & humili paupertate. Petrus enim non præsumpsit se habere huiusmodi potestatẽ. A quo signo ergo hypochrita talis sic asserit, cùm contentiosa & detensata assertio contradicit, & tamen non probat, nec sufficit probare quòd sit uerus Petri uicarius, aut membrum ecclesiæ? quid ad illum, quòd Deus beato Petro potestatẽ huiusmodi repromisit cùm ille nec sit Petrus, nec ex humilitate, & sancta uita eius uicarius? Hæc Witeleff. AVCTOR. In hac glossa sua fallaci corrumpente textum Christi de potestate clauium contra se scripsit, nec tamen pro fidei ueritate conscripsit. Quam utique non à *Sagarellus.* B se, sed à magistro suo hæretico seniori Sagarello de Parma transumpsit. Vnde libro hæresum, *Guido Carmelita.* 7 GVIDO CARMELITA. Tertius † error eorum est, quòd Papa neminem potest absoluere, nisi foret ita sanctus, sicut beatus Petrus, & in tãta paupertate, & in tanta humilitate. Hæc ille. AVCTOR. Et hæresis Valdensium utebatur item hoc eodem principio, qualiter libro. 2. sui *Alanus.* quadripertiti. ca. 5. ALANVS. Quòd autem illis solis potestas ligandi & soluendi data fit, qui doctrinam simul, & uitam apostolorum seruant, uarijs authoritatibus conantur probare. Ait Augustinus in libro de baptismo. Remissio nem peccatorum uel per seipsum facit Deus, uel per columbæ membra. Hæc ille. AVCTOR. Sed ueniamus ad Witeleff. Nam (inquit) cùm *Wiuicleff.* claues istæ sint scientia, & potestas prædicandi Dei misericordiam remissiuam peccaminum, istas claues habebat synagoga ueterum Iudæo *Psal.31.* rum diù ante Petrum, & ecclesiam. Has exercebat Dauid, cum diceret. Dixi, confitebor ad uersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem &c. Aut nunquid etiam Ieremias dicens: Si pœnitentiam egerit gens illa à *Hiere.31.* malo suo, quod loquutus sum aduersum eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui ut facerem ei? Aut propheta alius dicens, Quacunque hora ingemuerit peccator *Ezech.18.* &c? Aut Iesus filius Sirach. Ante mortem confitere. Sequitur. Et, Gloriaberis in miserationi *Eccles.17.* bus illius. Sed & scribæ, & pharisæi, qui legerunt istas prophetias in templo quotidiè, de qui *Matt.23* bus ait Christus. Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Et tamen quæ similitudo illorum ad uitam Petri? Has claues habebat Petrus in discipulatu Ioannis? In quo ergo remunerauit eum saluator, aut per eum ecclesiam

siam pro confessione illa filij hominis, tradens A cap. 17. partes recitat AVGVSTINVS. Nus- *Aug.To.3*
ipsi claues, quas ante habuit, & tota ecclesia Iudæorum sic in dyscolis sicut modestis? Aut si dubites scribas, & pharisæos prædictos illas claues
Lu.2. habuisse, tamen audisse poteras dicere Christũ 8 eis. Veh uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ. Ipsi non introistis, & ipsos, qui introibant, prohibuistis. Et libro. 2. contra aduersariũ
Aug.To.6. legis & prophetarũ cap. 5. AVGVSTI. Quod
Lu.8. ait dominus ad Iudæos: Neque me nostis, neq; patrem meum: sed nec uerbum Dei habetis in uobis, quod utique contrarium non est ei, quod
Lu.2. dixit, Tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis. Insciplis enim uerbum Dei non habebant, sed habebant in literis, quas legebant. Nam si haberẽt in semet ipsis, & ipsi intrarent, & alios intrare permitterent. Non intrare autem, est non intelligere. Ecce quare nec ipsum nouerant, nec patrem eius, quia non intelligebant, quod legebant: non quia B Deum, & Christum non prædicauerant, quos legebant. Hoc est ergo intrare', non esse contentũ superficie literæ, sed ad interiora intelligentiæ peruenire. Hæc ille. AVCTOR. Ergo Christum prædicauerant, & Deum, qui tulerunt clauem diuinæ scientiæ. Quæratur item prudenter similitudo uitæ Ioannis Baptistæ ad Petrum, & specialiter in grátia faciendi miracula, qui ex scripturis nostris signa non fecit: & tamen ipse uirtute harum clauium sciuit prædicare populis pœnitentiam in remissionem peccatorum. Si pro clauibus dicis, quas tenet ecclesia, quid ad ipsum, quòd Deus beato Petro potestatem huiusmodi repromisit, cum ille non sit Petrus, nec ex humilitate, & sancta uita eius uicarius? Et ego quæro quid ad Iudam proditorem de potestate illarum clauium, qui nec Petrus erat nec ex humilitate, & sancta uita eius uicarius: quanuis in gratia miraculum, & prædicatione remissionis peccatorum non dissimilis? Et nonne claues illas accepit simul cum alijs in partibus illis Cæsareæ? Ipsas (inquam) una uoce, & uice donatas, nec ad eum claues æquiuocas quantum ex scripturis fidelium nunquam nosti probare. Quas item claues * habeat quisquàm *Alcubas* apostolorum pro tempore suæ infidelitatis in triduo, aut Thomas pro octo diebus sequẽtibus: quorum nullus erat pro tunc Petro similis in gratia faciendi miracula nec ex humilitate, & sancta uita eius uicarius? Nec ipsum Petrum excipio: sed saluo titulo gloriæ eius, nunquid ipse similis sibi erat semper in humilitate, & sanctitate uitæ? Quòd si quandoque ab illa sanctitate uacauit: nunquid fugerant ab illo claues? & ubi redditas ei legemus? Vide quas ineptias circa fidem ingerunt Witeleuistæ. Sed in de agone christiano. † *cap.30.*

quàm (inquiens) tàm uigere debere uiscera misericordiæ, quàm in catholica ecclesia, ut tanquàm uera mater, nec peccantibus filijs superbè insultet, nec correctis difficilè ignoscat. Nõ † enim sine causa inter omnes apostolos huius ecclesiæ *Matt.16.* catholicæ personam sustinet Petrus: huic enim ecclesiæ, claues regni cælorum datę sunt, cùm Pe- *Is.22.* tro datæ sunt, & cum ei dicitur, ad omnes dicitur: Amas me? Pasce oues meas. Debet ergo ecclesia catholica correctis & pietate firmatis filijs libenter ignoscere, cũ ipsi Petro personã eius ge- *Matt.14.* stãti, & cùm in mari titubasset, & cũ dominum *16.& 26.* carnaliter a passione reuocasset, & cũ aurem serui gladio præcidisset, & cum dominũ ipsum ter negasset, & cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esse: uidemus ueniam esse concessam, eumque correctum, atque firmatum, usque ad dominicæ passionis gloriã peruenisse. Itaque *Gal.2.* postquàm persecutio per Arianos hæreticos facta est: ac posteaquàm pax, quam quidem catholica in domino tenet ecclesia, a principibus seculi reddita est. Episcopi, qui perfidiæ Arianorũ in illa persecutione consenserant, multi correcti redire ad catholicam delegerunt, damnantes suè quod crediderant, suè quod se credidisse simulauerant. Hos ecclesia cotholica materno recepit sinu, tanquàm Petrum post fletum negationis *Matt.26.* per galli cantum ad monitum, & tanquàm eun- *Galat.2.* dem post prauam simulationem Pauli uoce correctum. Hanc illi matris charitatem superbè accipientes, impiè reprehendẽtes: quia Petro post *Esa.14.* galli cantum surgenti nõ gratulati sunt cum Lucifero, qui manè oriebatur, cadere meruerunt. Hæc ille. AVCTOR. Tene hic in summa causam, qua Petrus plus alijs omnibus sustinebat personam communis ecclesiæ Christi in suscipiendo claues pro tota ecclesia, pro dimittendis C peccatis. Non quia humilior, non quia miraculis crebrior, nõ sanctitate uitæ præcelsior (ut tu sine authoritate glossasti) sed quia post multa scelera surges ad gratiam, recolens sui casus, esset ad ignoscendum paratior, secundum proprietatẽ matris ecclesiæ. At cùm omnia prædicta mala post acceptionem clauium ipsi contigerant, quã tum ad potestatem acceptam, quid ipsi, & priori Petro, cui est omnino in uita dissimilis? Num erat Petrus negans, Petro similis confitenti? aut Petrus persecutiens, Petro similis patienti? Et curre per scripturas unquàm claues postquàm Christus eas ipsi commiserat, amisit. Et ergo claues ecclesiæ sunt ad delendum peccata, non illæ claues iudaicæ ad prædicandum remissorem Deũ, quia non illas claues suscepisset Petrus iam in personã ecclesiæ, cùm antè in prophetis, & patribus erant acceptæ. Sed planè arguit hic

Augustinus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus,quòd illas suscepit ad delendũ peccata: & hoc nõ pp sanctitatem uitæ,sed potius post titubationem,post uerecundiam,post trinam perfidiam,post uulneris ultionem, & post simulationis superstitionem peruersam,propter experientiam ueniæ, & per hanc in alios ueniæ largitatem.Iam quære prudenter,quid ad episcopum talem, uel talem, de potestate Petro commissa? Ego dico in persona ecclesiæ,non quia sanctus est uita,aut ea distortus,sed quia pro uniuersa ecclesia in suis aptis ministris hanc Petrus suscepit, ideo in hæreditatem præcessoris iste succedit.Non igitur Petrus accepit illas claues propter suum meritum personale:non enim tunc essent ex gratia, quia si ex gratia,non ex operibus,alioquin gratia iam non est gratia. Ad Ro.11. Roma.11.Nec tunc personam eius dominus attendit,sed in una massa totam ecclesiam, quantò magis non meritum Petri, sed nec suppositũ? Vnde sermone. 115. tertiæ partis sermonum, B
Aug.To.7 qui incipit,Istum uobis diem.AVGVSTINVS Dominus Iesus discipulos suos ante passionem, sicut nostis, elegit, quos apostolos appellauit. Inter hos pene ubique Petrus solus totius ecclesiæ meruit gestare personam.Propter ipsam personam,quam totius ecclesiæ solus gestabat, audire meruit:Tibi dabo claues regni cælorum. Has claues non homo unus, sed unitas accepit ecclesiæ. Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipsius, & uniuersitatis,& unitatis ecclesiæ figuram gessit,quando ei dictum est: Tibi dabo,quia omnibus traditum est. Nam ut noueritis ecclesiam accepisse claues regni cælorum audite in alio loco,quid dominus dicat apostolis suis:Accipite spiritum sanctum.& continuò. Io.11. Si cui dimiseritis peccata,dimittentur ei, si cuius tenueritis,tenebuntur.Hoc ad claues ptinet, de quibus dictum est,quæ solueritis in terra, soluta erunt in cælo.Sed hoc Petro dixit, ut scias, quia Petrus uniuersæ ecclesiæ tunc personam ge C
rebat. Hæc ille.AVCT.Ecce nè meritis unius hominis Petri reputarentur claues datæ,non (inquit)homo unus,sed unitas ecclesiæ accepit. Et quando ei dictum est:Tibi dabo:omnibus traditum est hoc dictum.Sic item habet AVGVSTI Idem NVS.supra.73.sermone de resurrectione Christi in eadem parte sermonum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.Tibi dabo claues regni cælorum: & quæ solueris in terra,soluta erunt & in cælo: & quæ ligaueris super terram, ligata erunt & in cælo.Fides,hæc meruit audire, non homo. Nam ipse homo quid erat,nisi quod ait psalmista.Omnis homo mendax?Hæc ille.AVCTOR Psa.115 Ecce si merita Petri pensantur comparata ad dominum Christi,mendacia sunt,& peccata. Sed ergo non Petrus homo ibi attenditur, qui statim post Satanas est dicendus, huic Petro futurus repente dissimilis.Sed fides ecclesiæ resonans per Matt. 16.
os Petri,&in hac fide Petri,recompẽsationem, accipit uniuersalis ecclesia clauium potestatẽ. Claues autem illas specificat Augustinus contra claues æquiuocas Witeleff dimissionis,& retentionis criminum humanorum.Si cui dimiseritis peccata,dimittẽtur ei:si cuius retinueritis, tenebuntur.Hoc ad claues pertinet, de quibus dictũ est,Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cælo,inquit Augustinus.Quid planius contra fictias Witeleff dicentis non esse has dimissionis & solutionis,retentionis & ligationis peccatorum:sed prædicationis,aut dictionis,quod deus remittit?Quomodo clarius uincendus est Witeleff,cùm dicit assertiuè,Petrum nunquàm accepisse super se huiusmodi potestatem? Augustinus palàm dicit:hoc ad claues illas pertinet, quæ Amb.To.2
solueritis in terra &c. Et libro 3.de spiritusancto.capit.17.AMBROSIVS.Bonum mihi domine lex oris tui,seruo tuo præceptum tuum. Vnum te esse cum patre ipse dixisti. Qui hoc credidit Petrus,claues regni cælorum accepit, Matt. 16.
& sui securus peccata donauit. Qui hoc non credidit Iudas, impietate sua se laqueo strangulauit.Hæc ille. AVCTOR.Audis nè?Petrus claues regni cælorum accepit,& sui securus peccata donauit.Quomodo ergo non super se potestatem illam accepit?Accepit plane:nec Christi donum abiecit.Et ideo accepit hanc potestatem & claues regni cælorum, quia credidit.Iudas autem,quia potestatem Petri nõ credidit, laqueo se strangulauit.Sic itẽ de perfidis Witcleuistis, & omnibus detrahentibus potestati:libro. 1. de doctrina Christiana capite 3.AVGVSTINVS Aug.To.3
Has igitur claues dedit ecclesiæ suæ. ut quæ solueret in terra, soluta essent & in cælo:& quæ ligaret in terra,ligata essent & in cælo,scilicet,ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet,non dimitterentur. Quisquis autem crederet,seq; ab his correctus auerteret,in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus eadem fide atque correctione,sanaretur.Hæc ille.AVCTOR Aduerte quòd has claues dedit Christus ecclesiæ ut quæ solueret in terra, soluta essent in cælo: non quæ solueret Christus in cælo,prædicarent soluta esse in terra.Ita ergo per has claues peccata dimittuntur,non in cælo tantum, aut primum,sed in ecclesia eius in terra hac,& tunc demum in cælo.Et quisquis non credit sic peccata sibi dimitti in ecclesia,non dimittuntur alicubi, et nec in cælo.Vt pateat quàm falsè Witeleff assumit,quod nullus peccata dimittit in terra,nisi Deus prius ea remittat in cælo. Ordo enim cuan-

euangelij plane opponitur,dicens prius ea remittenda in terra,& tunc soluentur in cælo, ut tanquàm a minore iudice sententia referatur ad maiorem iudicem confirmandam.

¶ALIA POSITIO DE CLAVIBVS & dimissione peccatorum. Ca. CXLVI

SVMMA

1 *Deus quòd soluat a peccato,& homo etiã.Et quo modo aliter soluat Deus,& aliter homo.*

2 *Deus quòd non solus soluit,& sacerdos ostendit, sed uterq; soluit,& ligat.Et quid super hoc dicat Chrysostomus de sacerdotibus legis ueteris & nostris.*

3 *Witcleff,qui ut ecclesiasticæ detrahat potestati, contra successorem Petri, meritã Petri obtendit Augustini,et Ambrosii authoritatibus confutatur.* B

DVM autem in hac re de clauium qditate uersamur,opportunè ãgi possunt, qui dicunt sacerdotes non uerè dimittere,uel donare peccata, sed dimissa ostendere.De quorum assertione in sentẽtiis suis Hugo.Dicunt quidam,quod quando sacerdos dicitur soluere,non est aliud, quàm solutum ostendere. Similiter dicitur ligare, id est, ligatũ ostendere. Et hæc uidentur probare istis authoritatibus.Ait dominus in propheta. Ego Esa 43. solus deleo iniquitates, & peccata populi. Item Ambrosius AMBROSIVS.Ille solus dimittit peccata, q solus pro peccatis nostris mortuus est.Sequitur. Sed istas authoritates ita interpretari debemus ut non auferamus quam Deus potestatem tribuit hominibus. Dicit nanque ipsa ueritas. Io 20 Io.21. Quorum remiseritis peccata,remittentur eis. C
item postquam Lazarum Christus suscitauit,ait discipulis suis.Soluite eum:hoc non fuit tãtum solutum ostendere, sed soluere. Dicendum est itaque,qꝙ† & Deus soluit a peccato, & qꝙ homo soluit,sed aliter Deus,& aliter homo. Deus ex semetipso,& per semetipsum quando uult peccata dimittit.Homines non ex se , sed ex gratia in eis,& per eos operante, peccata dimittunt. Et ita uerum est, quod solus Deus peccata dimittit,sicut & illud.Tu es solus, qui facis mirabilia. Et tamen non negatur , quin & homines miracula faciant:sed non ex se,sicut Deus ex se. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ipso modo loquebatur ecclesia Christi diebus AMBROSII:sicut ipse scribit lib. 1.de spiritusancto:* capit. 8. Nullus peccata donat,nisi solus Deus. Quis magis peccata donat?Nunquid angelus donat? nunquid archangelus?Non utique: sed donat solus pater,solus filius,solus spiritussanctus. * Nemo autem quod potest donare nõ potest non euitare. Ca. 6. *Nemo aũt quod potest donare nõ potest non euitare.
*tetigit hoc labra tua, & ablatus est iniquitas tua, & peccatum tuum circumpurgauit. *cap.x.
mo autem quod non potest donare, potest uitare.Sed fortasse dicit aliquis,quia & Seraphim dixit Esaiæ. Ecce*tetigit hæc labia tua, & abstuli iniquitates tuas,& peccata tua circumpurgaui. Sequitur.Sed etiam si Seraphim abstulisset peccata quasi unum: utique de ministris Dei ad hoc erat ministerium destinatum.Sic enim dixit Esaias.Quia missus est ad me unus de Seraphim. *Et spiritus quidẽ missus dicitur: sed Seraphim ad unum;spiritus ad omnes. Seraphim mittitur in ministerium.Spiritus operatur mysterium: Seraphim quod iubetur exequitur: spiritus qd uult diuidit:Seraphim de loco ad locum transit non enim complet omnia,sed ipsum repletur a spiritu.Hæc ille.AVCTOR.Ecce ponens primò,quòd solus Deus peccata donat, ad hoc tandem descendit, quod creatura ministrando dimittit.Et li.3.ibidem cap.18.idem AMBRO- Amb.To.2
SIVS.Nunc uideamus, utrum peccata donet Io.20. spiritus.Sed hoc dubitari non potest, cum ipse dominus dixerit: Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata,remittuntur eis.Ecce quòd per spiritum sanctum peccata donantur.Homines autem in remissione peccatorum ministerium suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent. Neque enim in suo, sed in patris,& filii,& spiritussancti nomine, peccata dimittunt.Isti rogant dimittas: donat humanum enim obsequium, sed munificentia supernæ est potestatis.In baptismo quoque peccata donari non est ambiguum. Hæc ille. AVCT. Quam expressè docet Ambrosius, quod docuit Hugo superius, Deum scilicet donare peccata per seipsum:hominem per ministerium , alioquin non posset uerum donum Christi esse hominibus, Accipite spiritumsanctum,quorum remiseritis C
peccata,remittantur eis.Et de obiectis correspondentibus huic dimissioni, bene subdit ibidẽ Hugo.li.2
Hugo Hugo.Sed ut apertius uideamus , qualiter Deus p.14.c.8.
sine homine soluat , & qualiter per hominem , inspiciamus prius quomodo ipse peccator ligatus sit.Duobus enim modis peccator ligatus é, cæcitate mentis, & pro ea debito futuræ damnationis.Peccato enim & pœna peccati tenetur. Per ueram cordis contritionem soluitur a cæcitate mentis.Qui enim mortuus fuerat, iam uiuit:& quia uiuit interius illuminatus est. Sed tamen adhuc debitor est donec satisfaciat ecclesiæ.Ecce qui iam de monumento prodiit , si adhuc ligatus est,quia a debito futuræ pœnæ non dum solutus,uenit ad sacerdotem,non ut se iustum ostendat,sed peccatorem. Confitetur peccatum suum sacerdoti,qui ei condignam satisfactionem iniungit. Non enim ad arbitrium

suum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum,sed iuxta arbitrium sacerdotis satisfacere debet, & tunc eum sacerdos absoluit a debito damnationis futuræ,id est, Deus per sacerdotē. Hæc ille. AVCTOR. Huc ergo conduxit tractatum sermo Hugonis,quòd sacerdos uere soluit homines.& uere ligat,dimittit peccata, & retinet,sed ministerium exhibens,non potestatem suam,sed magis diuinam exercens. Et semper recurritur in priorem sententiam Augustini,quod qui de monumento prodiit,nondum ad ambulandum liber est,donec a sacerdote locum discipulorum habente,a reatu soluatur, sicut sermone.45.de uerbis domini docet AVGVST.dicēs.

Aug.To.x Reuixerunt,quibus displicet quod fuerunt,sed reuiuiscente ambulare nō possunt. Hæc sunt uincula ipsius reatus. Opus est ergo,ut qui reuixit,

Io.20. soluatur,& ire permittatur. Hoc officium discipulis dedit,quibus ait. Quæ solueritis in terra soluta erunt & in cælo. Hæc ille. AVCTOR. Soluunt ergo discipuli Christi uincula uera reatus,& in eis Deus. Vnde. libro 3. de pœnitentia AMBROSIVS. Neque enim scilicet Petrus,poterat dubitare de Christi munere,qui sibi soluendorum peccatorum dederat potestatē

Amb.To.1 præsertim cum uersutiis hæreticorum locum non deberet relinquere. Sequitur. Sed apostoli hoc habentes secundum Christi magisterium, pœnitentiam docuerunt, spoponderunt uenia, culpam relaxauerunt. Hæc ille. AVCTOR. Iunge hæc prædictis Augustini,& habebis,quod discipuli secundum Christi magisterium culpam relaxauerunt,dicentis eis, Quæ solueritis in terra,soluta sunt in cælo. Et in hoc accepit primò petrus, ex Christi munere potestatem soluendi peccata in seipso,quamuis concursu diuino. Nec hoc dubitauit Petrus se posse,nè locum daret hæreticis,hanc uiam pœnitendi negantibus. Sicut enim non aliud facit artifex, aliud securis, sed uterque secat,ita non solus Deus soluit, & sacerdos ostendit,sed uterque soluit, & ligat. Nā mundatum ostendere, sacerdotum erat ueteris legis. Nostri autem sacerdotes hoc habent efficere,prout subtiliter distinguit in 3.libro.dialogo.capite 5. CHRISOSTO. dicens. Et quidem sacerdotes in ueteri testamento habebant potestatem curandi corporis lepram, imò non curandi, sed ostēdēdi eos tm̄,quos cōstabat fuisse mundatos. Et nostj quantus ibi imminebat labor. At hi non corporis lepram, sed immunditiam mentium non ex parte probandi. sed omnifariam mū dandi,obtinent potestatem. Propter quod qui dispiciunt,magis mihi rei,quàm Dathan,& Abiron uidentur,dignique maiore supplicio. Quoniam illi & si indebitum honorem usurpare uoluerunt,tamen magnam habebant ministerii ipsius æstimationem,cuius se uelle fieri participes

Nota similitudinem.

Chry.To.5 Nunc non distinguuntur in capita

Nu.16.

A uel temeritate docuerunt. Hi uero quantò huic officio plus honoris accesit, & in gloriam promouit amplissimam, tanto ex aduerso plùs quā Dathan,& Abiron, atq; ausu maiore delinquūt Neque enim æquale peccatum est indebitū honorem uelle peruadere: & quod tam magnum est audere despicere. Sed tanto grauius est istud illo,quantum distat inter ambitum,atque despectum. Quis ergo adeò infelix,bona tanta contemnat? Non puto prorsus talem inueniri, nisi fortè,qui astutia diaboli commouetur. Non solum in condemnationibus,sed in beneficiis maior uirtus sacerdotibus data est, quàm carnalibus parentibus nostris. Sequitur. Hi uerò laborantē animam,& iam iamque perituram saluauerunt frequenter,alios de graui condemnatione liberantes,alios uerò nec in leuem sinentes incidere.

B Nec uerò hoc solum docendo, ac monendo faciunt,sed etiam orationibus adiuuando. Nec solum quando nos regenerant,sed etiam deinceps potestatem habent indulgendi peccata. Hæc ille AVCTOR. Videte iam conspicuè, doctor iste Græcus sanctus Ioannes Chrysostomus, una cū sancto uiro Basilio,cui contulit in dialogo præsenti sermonem, hæc nostra dubia de potestate sacerdotum amouit,& resecauit errores. Contra opinantes erroneè,q; sacerdotes Christi soluunt,aut ligant solum ostendendo solutos, aut ligatos: Chrysostomus dixit hoc fecisse legis ueteris sacerdotes: sed sacerdotes Christi in omni comparatione præstantes,non corporis lepram sed immunditiam mentium,non ex parte probā di,sed omnifariam mundandi obtinent potestatem. Contra Witeleff,& suos sectatores, qui dicunt sacerdotes Christi per prædicationem, aut dictionem, q; Deus peccata dimittit,aut retinet

C ligat,aut soluit: non autem per aliquam potestatem acceptam. Sic autem soluit, aut ligat Chrysostomus,quòd non solùm monendo,aut docendo, sed etiam orationibus adiuuando hoc faciunt, intelligens orationes sacramentales,quia subdit. Nec solum quando nos regenerant, sed etiam deinceps potestatem habent indulgendi peccata. Vtrunque ergo errorem ostendentium, & prædicantium in mutilationem sacerdotalis potestatis inuentum, iam deiecit Chrysostomus, & ueram potestatem indulgendi peccata sacerdoti christiano concedit. Quam quidem potestatem tanta ueneratione sustollit, tam magnificam prædicat,ut illam nihili pendētes omnes Witeleuistas dicat multo peiores Dathan,& Abiron,quos hians terra absorbuit, quantum distat inter ambitum, & despectum. Ita ergo confessio sacramentalis, & absolutio sacerdotis non erat sine usu percelebri tempore Chrysostomi inter Græcos. Sed inter oēs detrahentes

hentes ecclesiasticæ potestati, quis sceleratior A dem re dicit Apostolus Paulus. Ego plantaui
isto Witeleff? Qui nè parcat blasphemijs, ad Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit;
scholam Donatistarum se transfert, ubi contra *1.Cor.3.*
omnes sanctiones patrum, didicit à culpis ministrorum Christi prodere sacramenta. Resumo uerbum eius superà, quantum ad illud dictum
Mat. 16. Christi, Quodcunque ligaueris super terram &c.
Witeleff. Quærat fidelis à pseudoepiscopo, si ex sanctitate uitæ suæ, quæ sit uitæ Petri similis, sit uerus Petri uicarius. Quòd si præsumptuosus hypocrita frontosè sic se asserit, quæratur prudenter si
3 similitudo uitæ illius ad Petrum. Sequitur. Et cùm non probat, nec sufficit probare, quòd sit uerus Petri uicarius, aut membrorum ecclesiæ, quid ad illum, quòd Deus beato Petro potestatē huiusmodi repromisit? Hæc Witeleff, AVCT. Quis † planius errat secundum hæresim Donatiz quis aptius imitatur Nouatum? Hi hæretici, & eorum sequaces contra potestatem malignantes ecclesiæ, confunduntur authoritate scripturæ, donec ad scandala ueniant personarum. Et ibi sub crimuibus hominum crimina & scanda
Aug.To.4. la ingerunt potestati. Vnde libro de quæstionibus ueteris & nouæ legis capite. 102. AVGVST. *Vetus uero Quæstionum noui testamenti capi* Si in Christum facta confessio dat salutem, ubicunque apud quemcunque integra fuerit hæc cō fessio, habet salutem. Itaque si confessionis huius traditio corrupta est apud nos, aut sensus immutatus, rectè hæc accusas. Si enim hoc manent in nobis, sicut inter uos, negando hoc, & te negare uideris, sed fidei ministros accusas. Fac uerum esse quanuis probare non possis, Quid tamen ab his audierunt, Verum est quod audierunt, aut falsum? Nec enim si uitiosus uerum dixerit, non erit uerum, quia à uitioso dictum est: cùm alia causa sit conuersationis, alia professionis. Nonne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, non conuersationem? Sequitur. Dolo enim hoc proponis, ut iustam causam uideatis habere schismatis. Nam non ignoras in hac re meam de me testificationem requiri, non alienam, & hoc uerum haberi, quod ego fuero confessus, non quod alter negauerit. Manifestum est itaque liberos esse eos, qui amore Christi, non disquirentes humanum actus, ad fidem eius consequendam concurrunt, hoc eorum probantes, quod sibi utile norunt, id est, ut traditionem fidei, quæ de Christo
Hilarij. est, consequantur. Nam qui præter * ministerium, aliquid aliud hominis in hoc reputat necessarium, traditioni facit iniuriam. Minùs enim sentit de gratia Dei. Quando enim nisi meritum hominis, affuerit, negat donum Dei proficere deuoto sibi, aut potiorem, aut parem facit hominem traditioni, cùm longè sit meritum hominis ab hoc officio. Sicut de hac ea-

Iesu Christi, testucam uides in oculo fratris tui, alicuius criminis uenialis: trabem magnæ hæresis in oculo tuo, non considerans. Quantùm ad illud dictum Christi (inquis:) Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, quæratur à pseudoepiscopo de *Mat. 16.* sanctitate uitæ suæ, an sit Petro similis. Iam de *& 18.* potestate loqui debuimus, unde professionem nosceremus, non conuersationem. Augustinus tibi dicit, Qui præter ministerium aliquid aliud hominis reputat necessarium, traditioni facit iniuriam, id est potestati commissæ. At qui intenB dis? Nunquid parificare uis dona hominum donis diuinis, ita ut si tantum habeat de sanctitate, tātum habeat potestatis, & si minus, minus? Nec ipse Petrus sanctitate uitæ suæ hanc meruit potestatem. Ipse autem Paulus dixit, quòd comparatus ministerio nihil erat. Non (inquiens) qui plantat est aliquid, neque qui rigat? Attamen is fidei nostræ ministros accusas, fac uerum esse, quod imputas. Quia si dicas ab officio remouendum, qui sanctus non est, tu non iuberes ut sanctum se probet, sed potiùs probare debuisti non sanctum, ut per iustitiam amoueres. Quod si non probes, ad quem potest pertinere crimen falsum quod obijcis, nisi ad tē? Sicut item patribus tuis Donatistis, sic sicut, tu iam falsa crimina imputantibus, libro. 2. contra Petilianum. cap. 6. respondet AVGVSTINVS. Sequeris enim *Aug.To.7* iam, & episcopos nominas, quos de traditione codicum soletis arguere, de quibus & nos solemus respondere. Aut non probabitis, & ad neminem pertinet: aut probabitis, & ad nos nō pertinet. Suam enim sarcinam portauerunt bonam uel malam: & bonam quidem credimus, sed qualemlibet tamen bonam sicut uestri mali, nec ipsi uestram, nec uos ipsorum: sed uestrum omnium communis pessima sarcina, schisma est. Hæc ille. AVCTOR. Proba ergo dissimilitudinem potestatis per malam uitam episcopi, si quid potes, & proba item malam uitam episcopi, quam totiēs scisciteris. Et in fine uidebimus, si per uitam suam similem sancto Petro cælestem illam potestatem poterat mereri Gregorius, aut item Augustinus, Hilarius, Ambrosius, Martinus, Nicolaus, aut sanctus Basilius. Scio dices, nec ullus papa, uel episcopus à diebus Vrbani papæ & martyris propter dotem, quam admiserunt, ut amitterent paupertatem. Quæsito autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem uersus sursum, quem putas inuenies in humilitate & labore Petro consimilem? ergo potestatem illam Petro Christus dedit, non ecclesiæ, aut (quod suspicor te uelle fateri) eam seruatam dices, aut susceptam de nouo per ecclesiam Lollardorum. Ipsi Witcleuistæ iudicio suo in humilitate & paupertate sunt Petri sequaces, & ideo in potestate non impares. Magna fraus Satanæ, quæ excæcat sic homines, ut dicant sicut Donatistæ, inter eos solos Christi ecclesiam, qui pauci sunt, & miseri, & non inter omnes sanctos patres, qui mortui sunt, sed Deo uiuunt, nec à solis ortu usque ad occasum extensam, ut probat centies Augustinus. Si fidelis arguat Witcleff, non fugiet hanc ueterem hæresim, ducetur enim ad hoc suis principijs. Qui dicit spiritualem potestatem abesse propter aliquem dissimilitudinem sanctitatis, aut quia non potest per prædestinationem se probare membrum ecclesiæ, qualiter ipse potestatem, aut membrationem suam probat? Qualiter item conscientiam simpliciter accidentium non innoluit? Audi quid in prædicto loco de quæstionibus nouæ legis & ueteris consequenter inuehit AVGVSTINVS. Quid facit in hac re, si bonæ, aut malæ uitæ sit, qui uerba solennia tradit, cum fides deuota quæratur percipientis, an ea quæ audit, toto animo credat? Nunquid si malæ uitæ sit qui tradit, impedimentum faciet percipienti, nè credat quæ audit credenda, ut peccatum eius intret in cor eius nè credat? Aut Deus, qui iustus est, despicere habet deuotum sibi propter peccatum eius, quem ipse patitur esse in ordine? Nec homo sic iudicat, quem constat falli frequenter, aut esse gratiosum, Si ita esset, & homo causam suam ageret, nonne diceret Deo? Quis sit iste, cuius causa me despicis, nescio. Ego ad eum tui causa accessi, quia tuus dicebatur antistes. Te quæsiui, te desideraui, tibi credidi, de homine nihil speraui. Quare eius ergo mala mihi obsunt, quem nescirem nisi te quæsissem? Si bona eius mihi possent proficere, iustũ uideretur fortè, ut & mala eius obessent mihi. Sed sicut bona eius, si dubiè credidissem, nihil *prodessent, ita & mala eius nihil obesse mihi debent benè credenti. Ego enim uerbis eius fidem dedi, quæ à te data dicuntur, quæque te inspirante loquuntur, deste promittunt. Huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed fidei, quæ ex te est, me copulaui. Secundum *hoc integra est causa credentis. Ad uocatorum enim more accipe antistites. Nunquid si malæ uitæ sit aduocatus, contra susceptũ eius pronuntiabitur? Hoc est officium aduocati, ut secundum iuris ordinem suscepti sui causam peroret. Nunquid poterit uita eius si turpis est, obesse causæ suscepti? Persona enim aduocati nec obesse, nec prodesse poterit. Qualis enim fuerit causa, sic respondebitur ei. Sic sunt & qui uolunt christiani fieri. Accedunt ad antistitem, dicũt ei uota sua. Ille facit uerba ecclesiastici. Si enim uera uota sunt, suscipiuntur à iudice, in quo ille, aut obesse poterit, aut prodesse, quippe cùm nec causam sui suscepti nouerit. Deo enim iudici soli cognitum est, quis qua mente accedat. Antistitis ergo est, delegato sibi fungi officio. Iudicis autem, aut suscipere, aut renuere causam suscepti. Ipse enim inuenitur dixisse: Filia, fides tua te saluam fecit. Vides itaque nullius adiutorio, sed unumquenque fide sua salua ri. Hoc enim Deus decreuit fidei ut si non dubitet, omne quod uoluerit, consequatur. Hæc ille. AVCTOR. Ergo uita antistitis si bona est, potestati non proficit, si mala, potestatis executioni non obuiat. Nullius enim homnis merito, scilicet personali, sed sola fide baptizatus saluatur. Pœnitens si potestati absoluentis credat, nec dubitet, reconciliatur: quia non gestis confessoris sui se commendat, nec aliquid quærit in eo, quod illius est, sed Dei: Dei est enim absoluentis officium, diuina potestas. Iam uide quàm uerè, quàm catholicè iusiit Witcleff petere ab episcopo potestatem Petri habente an item sanctitatem haberet & Petri. Quod si non, quid ad episcopum de potestate Petri? Vnde in expositione secundæ epistolæ ad Timotheum super hunc locum. Et uocauit uocatione sancta. AMBROSIVS. Vocatio sancta est, cùm electi sunt ad gubernãdum populum sanctum Dei. Ad sanctam autem senior uocatur, qui dux eligitur sanctitatis. Non secundũ merita uestra uerum est: quia si ad liquidum quæras, nullus hominum dignus potest uideri uicarius esse Christi. Omnes enim, quos elegit, priùs fuerant peccatores. Quãtum uerò ad comparationem cæterorum pertinet, hi digni inuenti sunt, quantum uerò ad rem ipsam, omnes indigni sunt. (Sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tempora secularia) Quoniam dignatione sua Deus olim decreuit peccatores saluos facere. Præscius enim fuit Deus quid futurum esset in homine antequàm faceret eum, & si peccaret, quomodo redintegraretur: prædestinauit, quo tempore, & per quos, & qua ratione saluari possint, ut neque merito suo, qui saluantur, neque horum, per quos uocantur, sed Dei gratia præstari uideatur per fidem Christi. Hæc ille. AVCTOR. Videant nunc singuli Donatistæ & Witcleuistæ, quòd uocatio ad gubernandum sanctum populum Dei est eius electio. Videant electionem istam siuè per Deum, siuè per hominem, non esse propter pura merita sic electi, sed per Dei gratiam ante tempora secularia

Idem. De quæst. ue & nou. test. ex utroque mixtim cap. 102. To. 4.

prodierant

hæc

2. Tim. 1.

Amb. To. 6

cularia sic uocantis. Quia si ad liquidũ quæras, nullus hominum dignus uideri potest esse uicarius Iesu Christi, inquit Ambrosius. Quid igitur contra successorem Petri merita Petri obtendis? Compara ét, (si potes) merita, & uitam Petri ad merita Iesu Christi, si dignus eius uicarius fieri potuit similitudine meritorum. Saluo piu dicio sancti Petri, audacter dico, q̃ si ad liquidũ quæras, nec Petrus ex meritis suis dignus potuit uideri esse uicarius Iesu Christi. Millesies posset talis Donatista confundi, q̃ tam procurat pro parte sua rationem hæreticam ab orthodoxis patribus millesies centies repercussam.

¶DE TRINA BLASPHEMIA WITcleff contra confessionem ecclesiæ, pro manuum impositione, ampla potestate papæ, & sacerdotum multiplici ambitione. Cap. CXLVII.

SVMMA.

1 *Blasphemia prima Witeleff contra confessionẽ ecclesiæ pro manuum impositione, sanctorum Hieronymi, Chrysostomi, Ambrosij & Cypriani auctoritatibus, diluitur.*

2 *Blasphemia Witeleff secunda pro ampla Papæ potestate. Et ad eam ex Augustino responsio.*

3 *Blasphemia Witcleff tertia contra Christi ecclesiam pro lege confessionis de multiplici sacerdotum ambitione. Et plura ibi contra eã ex Ambrosio, & Gregorio, adducuntur.*

MAnus impositio sacerdotis in susceptione pœnitẽtis, cũ prece mystica, eò uenerabilior credit, q̃ ab apostolis mãnauit in ecclesiam Iesu Chri. Sed hũc ritum sacrum Witcleff nõ ferens, luciferna (inqt) foret præsumptio homines adinuenire nouiter q̃ hunc uel illum per impositionem manuum capiti absoluunt simplr à peccato ca. 24. quarti trialo. Witeleff. AVCTOR. Scio † equidẽ, quod in minori cã auctoritate Christi, discipuli eius super ægros manus imponebant, & benè habebant. Nec tantùm ægros illos sanantes in corpore, sed per pœnitentiam salutarem, sicut fecit Christus, eos sanabãt à crimine, & roborabãt in fide. Manus imponebant si aptizantes, cõfirmantes, ordinantes, reconciliãtes, & cũcta penè sacrarum manuum impositione complebant, auctoritate ipsã cõmoniti legis antiquæ, i qua Aaron sacerdos summus confitens peccata, & uniuersa delicta filiorum Israel, iubetur ponere utrã que manũ super caput hirci emissarii, & imprecans capiti eius, emittere in desertum. Leuit. 16. ubi figuram gerit hircus, hominis peccatoris gerentis adhuc sarcinam ueteris hominis. Qui uetus homo donec per orationem sanctam seipsũ subiecerit manibus sacerdotis, nec ut desertum fiat, plenè deseritur, nec in nouum hominem, q̃ fm Deum creatus fuerit, reformatur. Sic tangit legem in expositione psa. 28. super minori breuiario HIERON. Vox domini intercidentis flammam ignis. Quotidie in unoquoque nr̃um flammam libidinis per confessionem, & gratiam spiritussancti intercidit. i. per orationem sacerdotis facit cessare, sicut legimus per Aaron deũ fecisse in deserto. Vox domini concutientis desertum. Anima quæ deserta fuerat occupantibus uitijs antè, ad uerba pœnitentiæ commouebit, ut exeuntibus uitijs ex illa, habitabilis fiat Deo. Hæc ille. AVCTOR. Ecce per quotidianã confessionem, & gratiam sancti spiritus, uox domini intercidit flammam libidinis in unoquoq; nostrum, quam uocem domini exponit oratione sacerdotis in fine confessionis. i. per orationem sacerdotis cessare facit (inquit Hieronymus) sicut Aaron fecisse legitur in deserto. Et ea uox dñi per eandem orationem sacerdotis, & uerba pœnitentiæ commonet animam, ut faciat desertum diabolo, & habitaculum mũdum Deo. Cur ergo dicit maledictus Witeleff hanc esse lucisferinam præsumptionem, q̃ per tales orationes uox domini absoluat confitentes a crimine, & eadẽ uox per uerba sancta pœnitentiæ infligendæ commoneat animam facere locum Deo? De qua quidem oratione intellexit sanctus Iacobus in fine canonicæ, dicens. Oratio fidei saluabit infirmum: & si in peccatis est, dimittentur ei, fm expositionem Chrysosto. li. 3. dialogorum ad Basilium ca. 5. ubi dicit. Nec uero hoc solum docendo, ac monendo faciunt (sacerdotes scilicet) sed etiam orationibus adiuuando. Nec solũ qñ nos regenerant, sed etiam deinceps ptãtem indulgẽdi peccata. Infirmatur aliquis ex uobis, adducat presbyteros ecclesiæ, & orabunt pro eo ungentes eum oleo, & oratio fidei saluabit infirmum, & susceitabit eum dñs: & si in peccatis est, dimittentur ei. Hæc ille. AVCTOR. Ecce duo sacramenta recensuit, per quæ sacerdotes indulgent peccata, baptismi, & pœnitentiæ, & hoc concomitantis sacramentum unctionis extremæ, quia & tunc (inquit) oratio fidei per sacerdotem effusa, saluabit infirmum: & si in peccatis est, dimittentur ei. Dicat nunc Witeleff perfidus & contumax ad sanctum patrem Chrysostomum, luciferinam præsumptionem esse, q̃ per manuum impositionem simpliciter sacerdotes Christi dimittunt peccata. Ipse enim hic docet nos, quòd per regenerationem, & deinceps peccata dimittunt. Christus item simplici

Psal. 28. Hieron.

Iacob. 5

Chrysost.

Trialog. Witeleff.

Leu. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter dixit. Quorũcũq; remiseritis peccata, remittuntur eis. Intellexit ergo eos remittere peccata, dicēs quorum remiseritis. Vnde li. 2. de pœniten. AMBROSIVS. Videbatur (inquit) impossibile per pœnitentiam peccata dimitti, concessit hoc apostolis suis, & qđ ab apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factum est igitur possibile, quod impossibile existimabatur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce clara uoce dicit Ambrosius, qꝓ Christus concesit apostolis dimittere peccata hominum, & ab ipsis ad sacerdotum officia per ecclesiam transmissum est hoc concessum. Si uero tantum inuides potestati, quæ per impositionem manuum presbyteri præstatur, ab antiqua ecclesia ad nos usque peruenit, ut p manuum impositionem, in confessione pœnitens reformetur. Vnde & uenerandus antistes Cyprianus quosdam sacerdotes & diaconos uid de increpat, quòd aliquos peccatores ad communionem admiserunt sine hac ecclesiæ disciplina. epistola sua. 9. in ordine intitulata ad martyres, & incipit, Solicitudo loci, ubi dicit. Cũ omnes milites Christi custodire oporteat præcepta imperatoris sui, tùm magis uos præceptis eius obtemperare plus conuenit, qui exemplum cæteris facti estis & uirtutis, & timoris Dei. Et ut crediderã, presbyteros, & diaconos, qui illic præsentes sunt, monere, & instruere uos plenissimè circa euangelium legis: sicut in præteritis semper successoribus nostris factum est, ut diaconi ad carcerem commeantes, martyrum desideria consilijs suis, & scripturarum præceptis gubernarent. Hic nunc cum maximo animi dolore cognosco, non tantùm illis non suggeri diuina præcepta, sed adhuc potius impediri, ut ea, quæ a uobisipsis, & circa Deum caurè, & circa sacerdotem honorificè fiunt, à quibusdam presbyteris resoluantur. Qui nec timorem Dei, nec honorem Episcopi cogitantes, cum uos ad me literas direxeritis, quibus examinari desideria uestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulastis; cum persecutione finita conuenire in unum cum clero, & recolligi cœperimus, illic contra Euangelij legem, uestram quoque honorificam petitionem, ante exomologesin grauissimi, atque extremi delicti factam, ante manuũ ab Episcopo & clero in pœnitentia imponiam, offerre pro illis, & Eucharistiam dare, & sanctum domini corpus prophanare audeant: cum scriptum sit, Qui ederit panem, aut biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Et lapsis quidem potest in hoc uenia concedi, Quis non mortuus uiuificari properet? Quis non ad salutem suam uenire festinet? Sed præpositorum est, præceptum tenere, & uel properantes, uel ignorantes instruere, nè qui ouium pastores esse

Io.20. *Amb. To.1*

Cyprianus

Aliàs Solitudo.

1. Cor. 11.

A debent, lanij fiant. Ea enim concedere, quæ in pniciem uertant, decipere est. Nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam. Hæcille. AVCTOR. Attende Witcleff, quò uergit tota hæc increpatio præsulis. Ad hoc, qꝓ sine exomologesi, id est, confessione uocali facta in speciali: quia de crimine maximi, & extremi delicti, putà lapsus in persecutione, fidei & sine manuum impositione in pœnitentia episcopali, atque cleri, sacerdotes, & diaconi receperunt lapsos huiusmodi ad sacra mysteria sanctæ eucharistiæ. Et hoc dicit contra euangelij legem factum, & eos corpus domini Probare hoc ipso. Non dixit sanctum panem corpus dñi figurantem, ut det cunctis intelligere, qꝓ prophani tales, corpus domini comedant ſm suam substãtiam, quanuis indignè. Ergo ex lege dominici euangelij necessaria est uocalis confessio speciaB liter facienda sacerdoti mortali ultra illam, quæ fit occultè, & ab illo per impositionem manuũ in hac ecclesia percipienda de necessitate salutis remissio peccatorum. Hæc ecce fuit fides euangelij tempore Cypriani, sine hac, nec lapsus erigi potuit, sed per Dei offensam magis impeditur ad ruinam. Hanc uerò pœnitentiæ fidẽ in lapsis. li. 1. de pœnitentia ca. 4. commendat AMBROS. dicens. Sicut Christus dixit de Iudæis, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longè est à me: fortasse de aliquibus lapsis dicat, Isti me labiis negauerunt, sed corde mecũ sunt. Vicit eos pœna, non uertit perfidia. Sine cã autẽ aliqui his ueniam negant, quorum fidem coũsq; confessus persecutor est, ut eam studeret expugnare tormentis. Negarunt semel, sed quotidiè confitentur, negarunt sermone, sed confitentur ciulatibus; confitentur gemitibus, confitentur fletibus, confitentur liberis, non coactis uocib. Et benè infrà ex persona Satanæ. De me in cælo, de me in terris triumphus sumitur. Nihil C Christo perit, quando ij, qui ad me cum fletu uenerant, ad ecclesiam cum desiderio reuertuntur Hæc ille. AVCT. Hæc utique fides pœnitẽtiæ susciendæ in ecclesia, plena fuit in diebus istorum sanctorum. Vbi est iam Witeleff cũ pœnitẽtia sua priuata, & libera? Nunquid stetisset ipse cum sacerdotibus increpatis propter remissam ueniam ab ore Cypriani antistitis? Forsan obstitisset antistiti, & tulisset ultra desides sacerdotes pœnam hæretici condemnati. Iterũ† accusat ecclesiam de excesiua superbia in remissionibus criminum peccatorum in eodem 4. ter dãna ti trialo. c. 32. Papa (inquiens) prætendit se hẽre potentiam ad saluandum singulos uiatores, & quantũcunque uiãtes deliquerint ad mitigandũ cum eis cũ absolutionibus, & indulgẽtijs, nè unquam ueniant in purgatorium, sed ad præcipiẽ dum

Concedere ea quæ in pniciem uertant decipere est.

Amb. To. 1 Esa. 23. Matt. 15.

Blasphemia secunda Witcleff.

dum sanctis angelis, ut anima separata a corpe, indilatè ipsam deferant in requiem sempiternã Hæc Witcleff. AVCT. Quãta quærela uiri impij sine fide. Si. n. fidem haberet ut granum sinapis, trãstulisset montẽ superbæ suæ uesaniæ secernẽs uerũ à falso in dictis, & per se collocasset potestatem ecclesiæ sub uero titulo pietatis. Ecce grande sibi vr oppresso perfidia, qꝓ Papa imperet regibus, refrænet dæmones legibus, iubeat angelis, & plura talia. Sed pius, & fide diues AVGVSTINVS. confligat cum perfido. tertia parte sermonum, sermo. 112. de apostolis Petro & Paulo, qui incipit, Fortis, & humilis. ubi dicit. Quis plebeium piscatorem apostolorum facilè crediderit principẽ reges sanctificare, regib. obsistere, regnis omnibus imperare, frænare legibus, dæmones calcare sub pedibus, & iubere uirtutibus, cælum hominibus aperire cum uellet, claudere cum placeret, immortale regnum conuersis donare, negare peruersis, mundi cognoscera culpas, & crimina hominibus relaxare? O inæstimabilis, & immensa ptãs, hominẽ in terra B positum tenere cælum. Ecce nunc ad nutum Petri diuini regni claustra patescunt. Accepit eñ à Christo claues regni cælorum, ut solutis uinculis delictorum, aperiret credentibus cælum. Hæc ille. AVCT. Gratias ago Deo, qui ex malis humanis diuina bona præcogitat. Iam didici certa fide, qꝓ ante uerba blasphemantis hæretici non audiui. Non audieram unquam in eccla catholica, qꝓ Papa posset iubere angelis ad faciẽdum hoc, uel illud. Sed quod blasphemat hæreticus, asserit Augustinus. Quis (inquiens) facilè crederet plebeium piscatorem dæmones calcare pedibus, & iubere uirtutibus: quasi diceret: hoc tñ fide credendum est. Indignatur hæreticus, qꝓ Papa prætendat se habere potentiam ad saluandum singulos uiatores. Adde uerè cõuersos per pœnitentiam in ecclesia, & Augustinus concedit. Immortale (inquit) regnum conuersis donare, & negare peruersis. Et in cuidentiã clauium, quibus ista fecit, subdit. Mundi cognoscere culpas, quò ad clauem scientiæ, & crimina hominibus relaxare, pro claue potestatis dimitten di peccata iam agnita. Et ultra spem Witcleff addit ad magnalia potestatis Petri: qꝓ in terris positus, tenet cælum: & ad nutum Petri diuini regni claustra patescunt: & sic accepit à Christo claues regni cælorum, ut solutis uinculis delictorum, aperiret credentibus cælum. Superest item quod Witcleff multis remordet in locis: dicens superbiam Papæ non esse ferendam, qꝓcupit dominari toti habitabili, & regibus imperare, & impatores coronare. Audiat iam Augustinũ iura Papæ per sanctum petrum fideliter confitentem, non pompose clamantem. Quis plebeium

Augustinus. Quis plebeium facilè crediderit principẽ. Ext in cod. y cauga.

Witcleff.

A piscatorem apostolorum facilè crediderit principẽ, reges sanctificare, regibus obsistere, regnis omnibus imperare, refrænare legibus? Et ibidẽ uer *Augus.* sus finẽ sermonis idem AVGVSTINVS. Qui nunc tam desperet, aut de humilitate generis, aut de magnitudine criminis: cum uideat sic inũdasse cælestis gratiæ fontem, ut & piscatorem regibus præponeret, & persecutorẽ apostolis coęquaret? Ille. n. dum pauperiem suã curat, alimẽta quotidiani uictus quærit in pelago: factus est diues in Christo, cui reges & nationes famulantur in seculo. Hæc ille. AVCT. Ecce reges, & nationes famulantur Petro: & Christus ꝓposuit regibus piscatorẽ. Si uero dicat Witcleff, quidhoc ad Papam? Adhuc obtusus hæreticus necesse hẽt ut literas audiat. Vbi legit unq̃ hæc præconia Petri in Petri pſona completa? Vbi legit petrũ angelis imperasse? ubi sanctificare reges dum uiueret? ubi regnis omnibus imperare? Qñ unq̃ cæ ũuisus est aperire cum uellet: claudere cum placeret? Sed hæc in successoribus sedis eis perspexi- *Io.16.* mus, postq̃ omnes reges seruierunt ei. At si dicat (ut assolet) non est seruus maior dño suo: sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius. Quo ergo papa Christo in istis præponitur, aut petro præfertur? Nec sic. Quanuis Christus dixerit. Et ma *Io.14.* iora horum facietis, 'hoc quo ad homines': sed *Io.6* qa nihil sine me potestis facere. pater meus usq; modò operatur, & ego operor. Non ut papa sit præstantior dño suo, sed ut Christus modo sit in conspectu hominum maior inter homines, qui iam maiorem gloriam obtinet in ministris: non in papa solo, sed & in clero: regnorum in regni principibus & singulis Christianis. ad quos Apo *1.Cor.3* stolus ait. 1. Cor. 3. Omnia. n. uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem Dei. si oĩa ergo nostra Christi, non exaltatur papa super Christum si plura ĩã Christi sunt, q̃ olim ſm subiectionem spõtaneam, & deuotam. Quicquid ergo petrus accepit: pro posteris suis accepit. Nõ intẽdebat C proprietariũ facere petrũ, ut sibi soli claues regni cælorum acciperet, qbus regibus imperaret & seculis aperiret cælos, mãdaret uirtutibus, & cætera iã prædicta. Alioqn soli ipsi dabatur pascere oues Christi. Et nullius apostolorũ, aut sũmorum pontificum succedẽtium sancto petro pasceret ex debito oues Christi: quia ipsi soli uidebatur Christus direxisse sermonem. Sed in cõtrarium res uersa est: uelut in tertia parte sermonum, sermone. 113. docet AVGVS. Commendauit nobis dominus oues suas: quia petro com *Idem* mendauit: si tamen aliqua ex parte, uel extrema, digni sumus puluerem uestigiorũ petri calcare. Commendauit nobis oues dominus: oues ipsius estis: oues uobiscum sumus, quia Christiani sumus. Hæc ille. AVCTOR. Ergo si

Universidad de Deusto
Biblioteca

oues Christi pascere successores Petri in eius se A
de,& alij per orbem antistites & præpositi succe
perunt,qñ Petrus susceperit,quo non successores
Petri in eius sede,& alij post eos in ecclesia lo-
corum præpositi,eadem forma susceperunt cla
ues ecclesiæ,quibus in moderamine Petri cælũ
aperirent,peccata remitterent,ut per illas ingre
derentur oues,sicut promisit Christus,egredetẽ
tur,& pascua inuenirent? Tertiò ↓itẽ notat Wit
3 cleff ecclesiam Christi pro lege confessionis de
Blasphemia tertia. Witcleff ambitione multiplici,4.Trialogi,ca.23.dicens,
Omnes dictæ fictitiæ sunt:ut communiter pro-
mulgatæ ad subiectionem, & fallacem obedien
tiam populi obseruandam. Et in tractatu super
ca.23.Matt.Antichristus definit temerè: ꝙ nisi
quis confessione sua noua sit a suo subdito ab-
solutus,non intrat beatitudinem quantumcun-
que pœnitens fuerit,quò ad dominum, & uſ, ꝙ
antichristus, uel membrum eius dat in hac lege
medium ad omnia arcana noscenda, & posses-
siones secularium exquirendas.Hæc Witeleff.
AVCTOR. Ecce ponit lucem tenebras,& tene
bras lucem.Iam suprà docuit Augustinus præro
gatiuam Petri datam ipsi à Christo,mũdi cogno
scere culpas, & crimina relaxare. Miserrimus
Esa.5. Witeleff,dicit hanc legem antichristi cẽ, ad oia
arcana noscenda,& crimina relaxare, est fallaci
ter obedientiam populi reseruare. Quis Phari-
sæorum tam infideliter pia Christi opera inter-
pretatur ad malum? Compati miseris,mundare
spiritualiter infectos a lepra peccati, obsessos a
dæmone,ut nec faciant,nec loquantur perperã,
ad ecclesiæ pietatem reducere,ſm hunc, perfi-
dum erit auspari seculi possessiones. Non ita
Petri fides hẽt,nec ipsi hæc conferentis intẽtio.
All.x. Totus uictus sacerdotis est remissio peccatorũ:
ſm illud Actuum.10.ad Petrum. Surge Petre:
macta,& manduca.Surge Petre in posteris:ma-
cta per pñam peccatores,& mãduca per sacro-
rum collationem,ut remissionem habeant pec-
catorum.Iam Spiritum sanctum Cornelius ac-
cepit,& sui:iam conceptio gratiarum,& remis-
sio peccatorum à Deo mẽtes eorũ influxit. Sed
trahe eos p uiscera tua,& remissionẽ peccato-
rũ indulge tu,ut societati incorporẽtur eccl̃æ.
Hic.n.pastus,& refectio sacerdotũ:per remissio
nẽ peccatorum in sacris manducare fideles, ut
Amb.To.3 ecclesiæ socientur. Vnde li.1.epl̃arum,epistolæ
3 quæ est ad Simplicianum, AMBROSIVS.
Tãtæ pietatis est dñs Iesus, ut & Iudæ donaret
uemã,si Christi expectaret misericordiã.hãc er
go culpã sacerdotes nõ auferunt, neq; peccatũ
eius,qui in dolo se offert,& adhuc in studio de-
linquendi est.Nõ.n.possunt epulari in eo,quod
est plenum fraudis:& serpẽtis interius cicatri-
cis est.Cibus.n.sacerdotis est in peccatorum re-
missione,unde ait princeps sacerdotũ.Meus cĩ, *Io.4.*
bus est,ut faciam uoluntatẽ patris mei q̃ in cæ- *Esa 30.*
lis est.Quæ est uoluntas Dei,nisi ea, Cùm cõuer *iux.Sept.*
sus fueris,& ingemueris,tũc saluus eris? In illo
ergo subdolo cibus nullus.Et sequitur in fine e-
pistolæ.Non placebit ergo dño, si manducet sa
cerdos sacrificium,in quo fraus sit oblationis,
non sedulæ confessionis syncerit as,Hæc ille AV
CTOR. Hic docet Ambrosius multa de cõfes-
sione legitima.Docet.n.ꝙ eius culpam sacerdo
tes nõ auferunt,qui dolo suo se offert cõfessio-
ni,nondum dimittit propositum delinquendi,
nec eius cõfessio delectat Deum, nec satiat sa-
cerdotes.Docet itẽ,ꝙ cibus est, & dulcis refec-
tio sacerdotũ,remissio peccatorum:quia & il-
le cibus Christi est principis sacerdotum,ſm uo
luntatem patris.Conformiter ergo cum pecca-
tor ingemuerit,cibus sacerdotum erit ſm uolũ
tatẽ patris & Christi peccata remittere. Vbi er-
go dicit Ambrosius,sacerdotes peccatorũ frẽ-
na remittere,hoc cognito quãtũ possint, ꝙ fru-
ctuosè pœniteant.Simul & liquere potest, q̃ ini
quus dispensator est Witeleff:q sacerdotib. Cri
sti,famẽ suam cibare nolẽtibus in remissionẽ pe
catorũ,gulã imponit acquisitionis bonorũ secu
larium,aut ẽt curiositatis cognoscẽdi culpas oc
cultas reorũ:aut leoninæ supbiam uoracitatis o-
bediẽtiã populi referuãdam.Nõ sic miser. Istũ
cibũ nõ quærit ecclesia sacerdotũ,qui esuriunt, *Mat.5.*
& sitiunt iustitiã.Ipse Ambrosius tibi dixit, Ci-
bus ,& refectio sacerdotũ orthodoxorũ est re-
missio peccatorũ. Tibi cibus iste nunq̃ hoc sa-
puit,ut vr.Si tibi fuit semper in sacerdotio, ta-
lis esuries,nõ miror,si cibus putridus coegit ad
uomitum.Sic.n.ubi ſ, dicit AMBR. Deniq; nec *Ambrosius*
ipse epulãdi suauitatẽ capere põt,in quo nõ syn
cera,& pura cõsciẽtia est. Amaritudo.n.fraudis
epulandi suauitatẽ obducit,nec permittit mala
conscientia,ut reficiat,& pascat obnoxium ani-
mum pœnitentia.Hæc ille. AVCTOR. Quo
contra,propè se pium sacerdotem demonstrat,
qui se à passionibus cohibet, ut à subiectis po-
pulis diligatur, & sic ad se eorum affectum con
fidenter alliciat, ut quisquis paruo licèt crimi-
ne doleat, ad aurem sacerdotis, uelut ad ma-
tris gremium, celeriter referat;prout artem bo
ni præpositi tradit libro primo regist̃ri, epistola
24.ad quatuor Patriarchas, quæ incipit, Con-
fideranti mihi. GREGORIVS, Tunc ad alta *Gre.To.2.*
charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proxi-
morum se misericordiæ attrahit:& quo benig-
nè descẽdit ad infima,ualenter recurrit ad sum
ma. In qua uidelicet compassione necesse est,
ut talem se,qui præest, exhibeat, cui subiecti
quique occulta sua quoque prodere non erube
scant. Vt cum tentationum fluctus paruuli to-
lerant,

mõtem. lerant,ad pastoris*mentẽ quasi ad matris sinũ A
recurrant:& hoc,ꝙ se inquinari pulsantis culpæ
sordibus præuident, exhortationis eius solatio,
lachrymis orationis lauent.Hæc ille.

¶PRO CONSTITVTIONE INNOcentij de confitendo semel in anno cuncta peccata.Cap.CXLVIII.

SVMMA.

1 *Confessio sacramentalis secundum quòd est pars pœnitentiæ,quòd loco pœnitentiæ solennis in ecclesia publica fieri statuta sit à primordijs. Et quomodo Innocentius tertius ipse primus eam non adinuenerit,contra Witeleff,ex Augustini uerbis ostenditur.*
2 *Cathari hæretici unde dicti.*
3 *Homo quòd non possit dicere,Non peccaui.*
4 *Augustinus quid de peccato,& crimine dicat. B Et quomodo nemo in hac uita sine peccato inueniatur.* 1
5 *Confitendum quod sit semel in anno,& communicandum.*
6 *Innocenty primi decretum de pœnitendo semel in anno ante Paschа.*
7 *Cassiodorus quid sub auctoritate Sozomeni de antiqua confitendi consuetudine,referat.*

MNia tps habẽt,& suis spatijs trãsẽt uniuersa sub cælo.Tps flendi,tps plã
gendi,& tps saltandi.dicit diuinus sa-
pies Ecclesiastes.3.Et qñ omni nego *Eccl.3.*
tio tps est,& opportunitas,ibid.8.ca.Flendi tps
in confessione ecclesiæ,aut plangendi per pœni *arbitra*
tentiam* arbitrandam, nullum Christi populo *riam.*
Witeleff concedit,sed adimit,impugnãs in hoc *Witeleff.*
cõstitõem ecclesiæ per Innocentium tertiũ.Om
nis utriusque sexus.Nam tractatu de confes. ca.
2.Non(inquit)dico,ꝙ ista confessio est neces-
sariò facienda à quolibet uiatore semel in anno
si saluabitur,cum Baptista,& alij sancti saluen-
tur,qui nunq̃ confessione huiusmodi erant usi:
nec subiacet ptãti hominum instituere huiusmo
di sacſm.deus.n.libertauit suam ecclesiã, ꝙ ex
sua gra,& cordis cõtritione fidelũ sine ista pœ
nitẽtia sint saluati.Hæc Witeleff.AVCT. Quã
audacter dicit Ioãnẽ Baptistã hac cõfessione ec
clesiæ nunq̃ usum? Quãto putas eũ cõfundẽdũ
rubore,aut uertigine agitarũ caput,si semel di
cerẽt.hoc probaẽ Aut si cauillationi sibi soliteĩ
dulgeret,negatiuã negatiuè sic arguẽs, qa nõ le
gitur in scripturis.Quid ergo? Et Christus Iesus
multa fecit,& dixit p̃stantiora cõfessione Ioan-
nis,q̃ tñ scriptis non hñr.Nunqd ideo Christus
illa nõ fecit,aut dixit,quia scripta nõ leguntur?

Quare itẽ Ioãnes peccata cõfiteri hac rõne non
potuit,q̃is Euãgelista sic scribere ptermisit? Et
iterum:q̃is Ioãnes nõ legitur baptizatus:bapti
mus tñ eius, quo baptizauit alios, legitur, & à
Christo ꝓbatur.Quare item pp cõfessionẽ plena-
riã populi ad Ioãnẽ,cõfessionẽ nostrorum nõ
approbas,q̃is cõfessionẽ actiuã Ioannis nõ le
geris:maximè cum in uiro sancto culpa morta-
lis non canduit,contra quam, necessitatẽ cõfes-
sionis auricularis primus auctor legis instituit.
Audiatur tñ quid uelit de signato tpe pœniten
di.ibi ca.5.Hortari posset Papa,uel alius ad ta-
liter pœnitẽdum.Sed ꝙ omnis homo, q̃ discre-
tionẽ attigerit,& propriũ sacerdotẽ paratũ ha- *Witeleg.*
buerit, cõfiteatur semel in anno omnia peccata
sua proprio sacerdoti sub pœna damnationis,
nõ subiacet ptãti papali:cum nec põt hoiem dã
nare,nec saluare.Sequitur.Nec hẽt ptãtem obli
quandi rõnem,ꝙ semel in anno sit ibi sufficiens
quin per idem semel in biennio,uel quolibet a-
lio tpe.Hæc Witeleff.AVCTOR. Primò di-
cendum,ꝙ ↓confessio sacrãlis ſm ꝙ est pars pœ
nitentiæ,loco pœnitentiæ solẽnis in ecclesia pu
blica fieri statuta est à primordijs. Diu ergo an-
te Innocentium tertium, pœnitentia obseruata
segniter agentibus hominib. renouatur: nè deri
deas,non ipse primus(ut tu despis)adinuenit.
Vnde in suo Enchiridio c.36.AVGVSTINVS
Sed neque de ipsis criminibus q̃libet magnis re- *Aug.To.3*
mittendis in sancta ecclesia Dei misericordia
desperanda est, agentibus pñiam ſm modũ sui
cuiuslibet peccati.In actione autem pñiæ ubi ta
le cõmissum est,ut is, qui commisit à Christi ẽt
corpore separetur,non tam cõsideranda est men
sura tpis,quàm doloris. Cor.n.contritũ, & hu-
miliatum Deus non spernit. Verum quia plerun
que dolor alterius cordis occultus est alteri,nec *Ps.50.*
in aliorum notitiam per uerba, uel quæcunque
alia signa procedit,cum sic corã illo,ubi dr,Ge-
mitus meus non est absconditus à te: rectè cõsti
tuuntur ab iis,qui ecclesijs præsunt,tpa pœnitẽ *Ps.37.*
tiæ,ut fiat satis ẽt ecclesiæ,in qua remittũtur ip-
sa peccata.Extra eã quippe non remittũtur. Ip-
sa nanque Spiritum sanctum pignus accepit, si-
ne quo non remittuntur ulla peccata: ita ut qui
bus remittuntur,uitam consequantur æternam.
Magis.n.pp futurum iudicium fit remissio pec
catorum.Hæc ille.AVCT.Vide per singula, tẽ
pus pœnitendi constitutum ab ijs patribus, qui *Cur pœnitendi tẽpus constitutũ fit.*
præsũt ecclesijs.Primo, ut secretus dolor,& cor
dis contritio,quæ fit deo soli,cui gemitus homi
nis non est absconditus,quæ in alterius notitiam
uel per uerba,uel per signa nullo mõ procedit,
iam nota fiat. Quomodo hoc nisi per confessio
nem uocis humanæ? in ecclesia utiquè ut satis-
fiat etiam ecclesiæ, dicit Augustinus: nec soli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo:quia nisi in ecclesia, non remittuntur ulla A peccata:ita ut quibus remittuntur, uitam consequantur æternam. Hoc propter te, qui indignanter fers statuisse Papam, ꝙ semel in anno confiteantur fideles peccata sua sacerdoti sub pœna damnationis. Si enim non remittantur eis, ut uitam consequantur æternam, æternaliter damnabuntur. Iam dicit Augustinus non remitti hominibus ulla peccata nisi in ecclesia ab eorum præpositis, quibus dolor cordis eorum notus sit, ut satisfiat ecclesiæ. Qui dolor congruus esse pro peccato non nosci*tur, nisi exprimatur peccatú. Igitur damnabile uocat mendacium detrectare aliquid confessioni huiusmodi, aut nolle more ecclesiæ pœnitere. libro de mendacio* uersus finem AVGVSTINVS. Est enim aliquod mendacium, quod tunc insinuabat propheta in quo nulli parcetur, id est, si peccata sua quisque confiteri detrectans, defendat ea potius, & nolit agere pœnitentiam, ut parum sit, ꝙ operatur iniquitatem, nisi etiam iustus uideri uolens, medicinæ confessionis non succumbat: ut & ipsa uerborũ distinctio non aliud intimare uideantur. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: sed non perdes, si pœnitendo in confessione loquantur ueritatem, ueniant ad lucem. Perdes autem omnes, qui non solum operantur iniquitatem, quam odisti: sed etiam loquuntur mendacium, iustitiam prætendendo, nec in pœnitentia confitendo peccata. Nam de falso testimonio, quod in decem præceptis legis positum est, nullo modo quidem contẽdi potest dilectionem ueritatis in corde conser uandam, & proferendum falsum apud eum, apud quem dicitur testimonium. Cum enim Deo tantum dicitur, tunc tantum ueritas in corde amplectenda est. Cùm homini dicitur, etiam ore corporis uerum proferendum est, ꝙ homo non est cordis 2
inspector. Hæc ille. AVCTOR. Velit, nolit C Witeleff, nisi cuiuscunque status fidelis agat pœnitentiam modo ecclesiæ, confitendo peccata synceriter, perspicuè, sine dolo, perdetur finaliter: quia non loquitur ueritatem. Et de confessione uocali loquitur Augustinus: non perdes (inquiens) si pœnitendo in confessione loquantur, Et ꝙ de confessione uocis loquatur ad homine, hoc planè demonstrat, quod subdit de testimonio uero dicẽdo homini ore corporis. Si autem Deo soli loquendum esset (inquit) tunc ueritas solo corde amplectenda foret. Præter ista uidete fideles, quid disposuit contra Witeleff Spiritussanctus in prædictis de uocali confessione sermonibus Augustini dicentis, Dominum perditurum omnes, qui non solum operantur iniquitatem, sed etiam loquuntur mendacium, prætendendo iustitiam, nec in pœnitentia confitendo

cap. 17. Aug. To. 4

Witeleff

Psa. 5.

peccata, & quia iustus uideri uolens quis, medicinæ confessionis non succumbat. Audite si huic non conueniat argutia Witeleff, quam contra prædictam cõstitutionem Innocentij ipse astruxit. In eodem prædict. cap. 5. de confessione. Nec habet (inquit) potestatem Papa obliquandi rationem, ꝙ semel in anno sit tibi sufficiens, quoniam per idem semel in biennio: & de multis præseruatis ex Dei gratia pro nullo tempore hoc oportet, ideò dicunt aliqui, ꝙ uerificatum est in isto loco dictum Apostoli. 2. Thessa. 2. ꝙ Antichristus extollitur super omne, quod dicitur Deus: eo ꝙ Christus istam legem ordinare non potuit, licet illam condere potuit, si uolebat. Hæc Witeleff. AVCTOR. Ergo potuit: quia secundùm deducta frequenter alibi: nihil tam est in potestate uoluntatis, quam ipsa uoluntas. Sed ad hoc, quod dicis, ꝙ de multis præseruatis ex Dei gratia pro nullo tempore oporteret, scilicet secundum statutum apostolicum B confiteri omnia peccata semel in anno: si non simul erret, & cum errore sophisticè de beatis in cælo, uel baptizatis infantibus, aut rationis usu carentibus: sed limitatim ad intentionem canonis de uiatoribus doli capacibus post statutum: audeo dicere quantum sacra fides licentiat quòd nec Witeleff hoc sentiens ne aliquis Witeleuista est ex Dei gratia taliter præseruatus, quamuis eorum nonnulli hoc de se iactent in populis, & dicant, & per tot annos (quidam quinquaginta: aut eis amplius) nunquam a pueritia se reputent peccasse morraliter: ita ut re ipsa non uerecundati transforment in se personam timidi Pharisæi, ꝙ cum Witeleff gratiam Dei iactat, quod non sit sicut cæteri hominum communi Christi lege, & *Lu. 18.* ecclesiæ utentium sacramentis, raptores, iniusti, adulteri. Cuius item hæresi postea polluti sunt *Catharí.* Nouatiani, & Catharí † dicti a seipsis mundi, & qui non eg eant ecclesiastice pœnitere. Mi Witeleff, de unoquoque uestrum audisti, quid suprà dixerit Augustinus, exponens Psalmum alloquentem dominum, Perdes omnes, qui non solum operantur iniquitatem, quod odisti, sed & loquuntur mendacium, iustitiam prætendendo, nec in pœnitentia confitendo peccata: ut parum sit, quod non operatur, ut sibi uidetur, iniquitatẽ nisi etiam iustus uideri uolens, medicinæ confessionis non succumbat. Istud (inquit) est mendacium, in quo nulli parcetur. Et beatus AM- *Am. To. 1.* BROSIVS dicit istam blasphemiam eẽ Pharisaicam: quæ ideo negat remissionem peccatorũ & propter hoc in se indelebilem: libro 2. de pœnitentia, dicens. Responsum est a domino Pharisæorum blasphemiæ: & ideo his potestatis suæ gratiam negat, quæ in remissione peccatorum est: qui cælestem eius potestatem diabolico fultam

tam suffragio iudicarẽt. Eos quoque asserit diabolico uti spiritu, qui separent ecclesiam domini: ut omnium temporum hæreticos, & schismaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat. Soli enim sunt, qui nolunt soluere Christi gratiam. Hæc ille AVCTOR. Ponat tamẽ mihi Witeleff illum hominem, quem nullo oportet tempore renouari per gratiã sensibilis sacramẽti, si homo sit, & hac carne utens: nunquid oportet eum interim dicere, Domine, dimitte mihi, quia peccaui? Et nonne necessariam hẽt remissionẽ peccatorum? Et ubi fructuosius illam habiturus, q̃ in ecclesia, quam sub ecclesiastico sacerdote? Ideo. n. paralytico illi curato per tectũ demisso Christus notanter ait, Hõ remittuntur tibi peccata tua. Prout exponit in commentario, super Lucam, li. 2. c. 3. Beda, dicens. Hominẽ do minus a paralysi curaturus, primò peccatorum uincula dissoluit: ut ostenderet eum ob nexus culparum artuum dissolutione damnari: nec nisi his relaxatis, membrorum posse recuperatione sanari. Et † bene is, cui peccata dimittebantur, homo uocatur; qui hoc ipso, ꝙ homo erat, non posset dicere, non peccaui. Hæc ille. AVCTOR, Si ergo eo, ꝙ homo est, oportet dicere, peccaui, nec tamẽ oportet dicere semper mortaliter peccaui: restat tamẽn petere remissionem peccatorum. Quod item audi, ꝙ absolute in suo Enchiridio* ca. 35. pronuntiat AVGVSTI. dicens. *Aug. 64. Aug. To. 3.* Hæc ergo excepta magna prouidentia, unde hominis renouatio incipit, in qua soluitur omnis reatus, & ingeneratus, & additus: ipsa etiam uita cætera iam ratione accedentis ætatis quantalibet præpolleat fœcunditate iustitiæ, sine peccatorum remissione non agitur. Quoniam filii Dei, quandiu mortaliter uiuunt cum morte confligunt. Et quãuis de illis sit ueraciter dictũ, quot quot spiritu Dei aguntur, ii filii Dei sunt, sic tñ spiritu Dei excitantur, & tanquam filii Dei pro C ficiunt ad dominum, ut etiam spiritu sancto, maximè aggrauãte corruptibili corpore tanq̃ filii hominum, in quibusdam humanis motibus desiciant ad seipsos, & nõ peccent. Interest quidem 4 quantum satis dicitur. Neque † eũ quia peccatũ est omne crimen, nõ crimen est omne peccatum, Ideoque sanctorũ hominũ uitam quamdiu in hac morte uiuitur, inueniri posse dicimus sine crimine. Pctiñ aút si dixerimus quia non habemus (ait tantus apostolus) nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Hæc ille. AVCT. Ecce quanta libet quis fidelis præpolleat fœcunditate iustitiæ sine peccatorum remissione tamen non agitur uita tam ratione accedentis ætatis. Iunge ilta pdictis uerbis Augustini: q̃ ipsi loquuntur mendacium, cui non parcetur, qui prætendunt iustitiã suam, ne in pœnitentia confiteantur peccata.

Mar. 2.

Beda To. 5

Peccatum. Crimen.

1. Io. 1.

A Et statim conficitur, ꝙ quantumcunque quis iã præseruatur Dei gratia præpollens fœcunditate iustitiæ, uel loquitur mendacium, cui non parcetur, uel oportet eum aliquo tempore in pœnitentia confiteri peccata. Quæ quamuis criminalia non sunt, hæc tamen oportet etiam prudentem hominem confiteri alteri habenti potestatem discernendi inter lepram & non lepram, ut nõ suo quis iudicetur arbitrio, utrum grauius iam peccauit, an leuius. Et quamuis sine sacramento discuti posset, efficaciortamen est optanda remissio in sanctitate, & gratia sacramenti: & uirtus speranda robustior, ut præseruetur pœnitens, nè ueniale commissum sua mole faciat criminale.

5 Reuertendo † ergo ad tempus pœnitentiæ constitutum, quis nisi filius ecclesiæ malignantium, occurrere posset contra tam salubre mandatum ut semel in anno confiteatur uniuersa peccata, & sicut semp semel in anno omnis redit nostra festiB uitas, semel in anno Pascha celebramus: ita semel plebs uniuersa communicet. Et nè indignè quisquam accedat iuste statuitur, ut semel in anno confitendo quisque pœniteat, eo maximè tempore, quo communicare proponit, ut sacerdotis iudicio euidens fiat, quantum esse potest, ꝙ alienus a mortali crimine non indignè communicat. Vnde 4. part. sermonum, sermone de aduentu domini, qui incipit, Propitia diuinitate *Aug. To. 2.* AVGVST. Quotiens cunque aut natalem domini, aut reliquas solennitates celebrare disponitis, ebrietatem ante omnia fugite iracundiæ, quasi bestiæ crudelissimæ repugnate. Odium uelut uenenum mortiferum de corde uestro repellite. Sequitur. Nam qui se scit, uel unum hominem odio habere, nescio si ad altare domini securus possit accedere: cũ beatus Ioannes Euangelista terribiliter clamet, & dicat, Qui fratrem suum *1. Io. 4.* odit homicida est. Iam nostrum est iudicare, utrum homicida antequã pnïam agat, præsumere debeat Eucharistiã accipere. Hæc ille AVCT. Attende ꝙ dicit. Nostrum (inquit) est iudicare de homicida utrum debeat, &c. Quomodo autẽ de occultis cordium iudicare poterunt sacerdotes, sine confessione peccatoris? Eius ergo est crimen ore exprimere, ut sacerdos ualeat, ꝙ suũ est iudicium exercere: uel ad Eucharistiam admittendo dignum, uel ab Eucharistia repellẽdo indignum. Nec hoc tantum in genere ebrietatis, uel odii, sed in omni specie uitii: quia pro omni criminali uitio tãquam indignus debet excludi. Nec sancta tempora præterit Augustinus, quibus hoc fiat præ aliis, sed infert, Natale domini, & alias solennitates præclaras, in quibus tunc plebes communicare solebant sicut modo in Pascha. Quod tamen non ab Innocentio tertio primitus lege statutum est, ut iste decipitur:

vide de con se. d. 2. c. 28 si non frequenter. Quotiens ex decreto Fabiani. pp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitur: sed ante eum INNOCENTIVS PRIMVS de tempore Augustini: & cuius authoritati Augustinus ualde innititur. Ipse (inquam) antiquum statutum patrum ecclesiæ roborauit decreto suo primo in proœmio scribens. Innocentius Decentio Episcopo Eugubino salutem. Si instituta ut sunt à beatis apostolis tradita, integra uellent seruare domini sacerdotes: nulla diuersitas: nulla uarietas in ipsis ordinibus, & consecrationibus, haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod uisum sibi fuerit, hoc existimat esse tenendum: inde diuersa in diuersis locis, uel ecclesijs, aut teneri, aut celebrari uidentur. Ac sic sit scandalum populis: * qui dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi, * aut ecclesias non conuenire, uel ab Apostolis, uel apostolicis uiris contrarietatem inductam. Ac demum de tempore pœnitendi. * ca. 6. De † pœnitentibus uerò, qui siuè ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt: si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Paschа eis remittendum Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Et infrà. Sanè si quis ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem deuenerit, ei ante tempus Paschæ est relaxandum: ne de seculo absque communione decedat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd septingentis annis ante Innocentium fuit tempus pœnitēdi, siue de grauibus, siue de peccatibus leuibus semel in anno ante Pascha per istum sanctum Innocentium populis limitatum. Et nota, q̄ nec per ipsum primò, sed Romanæ ecclesiæ consuetudine antiqua. Quam item antiquam consuetudinem sub authoritate SOZOMENI in historiæ tripertitæ lib. 9. ca. 35. describit CASSIODORVS. Quoniam † omnino non peccare diuinum, & ultra humanam naturam esse cognoscitur: peccantibus autem, & pœnitentia agentibus ueniam Deus dari præcepit: qui confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. Propterea usum est antiquis Pontificibus: ut uelut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandantur: & ad hanc causam presbyterum bonæ conuersationis, seruantemque secretum, ac sapientem nimirum statuerunt: ad quem accedentes ij, qui delinquebant, delicta propria fatebantur. At ille secundùm uniuscuiusque culpam indicebat & * multam. Quod etiam hactenus in Occidentalibus seruatur ecclesijs, & maxime apud Romam, ubi etiam locus certus est pœnitentium. Hæc ille. AVCTOR. Primò tempus Romanæ consuetudinis describit Innocentius: iam demum Sozomenus locum, & formam, causamque institutionis annectens: quia qui confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. Et ideo anti

Innocentius. 1.

quia

Ecclesiæ.

cap. 7. 6

Cassiodorus, Sozomenusque. 7

pœnam.

qui Pontificibus uisum esse, ut sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandantur: non aliter quàm secreto, & presbytero. Ideoque dicit sapientem ad hoc deputatum esse presbyterum, & seruantem secretum. At ille pœnitentiam cuique secundum delictum salutarem iniunxit, quam ipse uocat, multam. Hæc antiqua semper describitur consuetudo ecclesiæ. Ideò, maiorem uim posteà legis obtinuit: non ut sufficiens esse hoc facere semel in anno, sicut Witeleff in argumento præsumpsit, sed ne nunquàm in anno confiteri nihil sufficeret: quod Witeleff ad homines perdendos assumpsit. Beatissimus enim Augustinus iam primo loco suprà rectè ualde dixit tempora sic confitendi constitui. Rectè (inquit) constituuntur ab ijs, qui ecclesijs præsunt tempora pœnitendi: quamuis Deo confessum sit quotidiè: cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus. Et subdit causam: ut fiat item ecclesiæ, in qua remittuntur peccata, putà per confessionem sacerdoti: sicut intendit continuè in epist. 7. quæ incipit, Diù pœnitentiam, CYPRIANVS. Nam cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam in isto tempore, & secundùm disciplinæ ordinē ad exomologesin ueniant: per manus impositionem Episcopi, & cleri ius communicationis accipiant: nunc erudo tempore adhuc perseuerante, nondum restituta ecclesiæ ipsius pace ad communicationem admittatur. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd Cyprianus antiquus, & sanctus pater iustū tempus pœnitētiæ dicit institutum, ut plebes secundùm disciplinæ ordinem ad exomologesin, id est, confessionem peccatorum aduenant: & per manus impositionem episcopi ius communicationis accipiant, quod utique Witeleff ualide detestatur. Quis sapiens tot, & tam sanctis patribus decredet, ut stolido Witeleff sine authoritate garrienti, sine ratione, contra tam authoritatem attendat? Quis tàm temerarium, & mendacem in cōsilium suæ salutis assumat: dicentem, & scribentem, omni reiecto pudore, quòd leges de confessionibus in scripturis expressæ, soli Deo factæ per mille annos, & amplius sufficerent? innuens totum tempus ecclesiæ ante Innocentium tertium. Cùm tamen Innocentius primus in decreto suo mendacium eius non tantum ex authoritate, sed etiam antiquitate confundat. Sic Cyprianus, sic Sozomenus, & Chrysostomus Græci: sic Augustinus, & alij ante scripti Latini impudica eius non terunt. Audistis, uidistis, scripta se produnt, & mendacissimum ecclesiæ prodi-torem accusant.

Psal. 37.

Cyprianus

¶DE

¶DE RESERVATIONIBVS CASuum ad prælatos maiores, & publicis pœnitentiis peccatorum. Cap. CXLIX.

SVMMA

1 *Casuum reseruationes ad prælatos maiores, cōtra Witeleff, in honorem Dei fieri, & ultionem criminis ostenditur.*
2 *Innocentius quid de potestate Petri dicat. Et quomodo aliquid ipsi potestatiuè sit seruatum, quāuis communem cum alijs acceperit ad dimittendum peccata, potestatem.*
3 *Casuum reseruationis in delictis causa ad primam sedem, quæ sit.*
4 *Crimina enormia quæ, & quomodo publicè puniri solita.*
5 *Theodosij imperatoris pœnitentia publica ab Ambrosio, indicta recensetur.*
6 *Cyprianus Carthaginensis ecclesiæ primas, quomodo quorundam absolutiones sibi reseruauerit.*
7 *confessio diacono fieri permissa.*

RESERVATIONES casuum fieri in honorem Dei, & ultionem criminis Dei, uel læsæ maiestatis, omnis piè sentiens arbitratur. Sed Witeleff de confessione. c. 5. Per diabolum, & Anglicos (inquit) hodie practizatur q̄ primò reseruata absolutione notati criminis Romanæ curiæ, mittuntur bullæ, q̄ homines possent domi absolui. Sequitur. Sed monoculis est satis cognitum, q̄ ista reseruatio absolutionis ad curiam, est cōtra charitatis regulas fundata. Et de sermone domini in monte, ca. 13. Diabolus (inquit) docet, q̄ potestates absoluendi a peccatis talibus p̄ suum uicarium restringātur, ut olim fuit tantum peccatum sacerdotem benedicere in secundis nuptiis, q̄ sacerdos sic benedicens incurreret irregularitatem, & peteret Romanam curiam ante quam fuerat absolutus. Hæc Witeleff AVCTOR.

1 Quàm † misericors dominus noster Iesus Christus, quàm pius existimari debet a nobis, q̄ summam potestatis suæ in remittendis criminibus successori Petri remanere decreuit, siuè Romæ sit, siuè Carthagini, ut sceleratus quisque ad Petrum currat, quem in eius subsidium promptum in successore percipiet? Vnde. 3. parte sermonū, sermone 112. qui incipit, Fortis, & humilis. fideliter hanc fidem ecclesiæ adaperit AVGVST. dicens. Ecce nūc ad nutum Petri diuini regni claustra patescūt. Accepit. n. a Christo claues regni 2 cælorum: ut solutis uinculis delictorum, aperiet credentib. cælum. O quàm uicina, & prompta remedia iuxta se habet mundus Dei regnum, si currat ad Petrum. Non hic machinæ quæruntur ad nubes: quia ascēsum præparat sola fides. Nō ad aures dñi longa est precantibus uia: quia ipse Christus credentib. factus est uia. Posuit ad uicē suā in seculo cælestis regni clauicularium Petrū, nè difficilem sibi ad cælum quispiam existimaret ascensum. AVCTOR. Qui habet aures audiē di fideliter scire poterit fidem Augustini fuisse de potestate Petri in remittendo peccata, & aperiendo peccatoribus claustra cæli. Ipse fideliter, & animosè scribit ipse loquitur confidenter, nec ueretur dicere, q̄ ad nutum Petri cæli claustra patescunt, q̄ Petrus accepit potestatem a Christo in claubus, ut uinculis delictorum solutis, aperirent credentibus cælum. Quis Petrus putas Non piscator solus, & filius ille Ioanna, Apostolorum primus, & primas, & tunc potestas eius ipso moriente euanuit, sed ipse Petrus in hæredibus, in successoribus suis cathedræ suæ sanctæ. Alioquin quid intulit Augustinus, quàm uicina, & prompta remedia. & q̄ iuxta se habet mundus Dei regnum, si currat ad Petrum? Sic intelligi debet de cursu animæ ad Petrum in cælum, non iuxta se hēt mundus hoc remedium, imo hēt iuxta se propius ipsum Deum. Et quid item posuit Deus ad uicem suum clauicularium Petrum, nisi corporeum successorem Petri daret intelligi, quē posuit Deus in seculo isto nō supra adhuc in cælo, ut per eum facilem sibi ad cælum quispiam existimaret ascensum? Sic antiqui patres scribere consueuerunt, successorem Petri Petrum, propter identitatem regiminis, & consortium potestatis. Sicut item sanctus EVLOGIVS. Alexandrinus ad Gregorium scripsit: & habetur in registro lib. 7. epistola 36. Suauissima mihi sanctitas uestra multa in epistolis suis de sancti Apostolorū principis Petri cathedra locuta est: dicens, q̄ ipse in ea nunc usque suis successoribus sedeat. Sequitur. Sed cuncta, quæ dicta sunt, in eo libenter accepi, q̄ ille mihi de Petri cathedra locutus est, qui cathedram Petri sedet. Hæc ille. AVCT. Hunc ergo Petrum uobis intimat Augustinus, q̄ dicit mundum istum habere prompta remedia dimittendorum criminum, si currat ad Petrū i. si eat ad Romanum Pontificem, successorē Petri, & hæreēā intelligens: q̄ ipse in ea nūc usque in suis successorib. sedeat: cui accipiēti claues q̄ uniuersa ecclesia, uniuersa ad dimittendū peccata semper est reseruata potestas. Qualiter etiam fundamentum scribendi accepit in hac re in sermone de natali apostolorum Petri & Pauli, qui incipit, * interrogabat Iesus discipulos, post medium, Innocentius. Portæ † inferi non præualebūt aduersus eam, potestas autem ipsius in duobus maximè commendatur, uidelicet in absolu-

Ideo.

Idem.

Aug.

Eulogius.

**Iste sermo primus Innocentius III.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

absolutione peccatorum, & operatione miracu lorum. Licet enim communem cum alijs dimittendi peccata potestatem acceperit: non tamen sine rationabili causa solus legitur interrogasse Iesum, Si peccauerit in me frater meus, dimittam illi usque septies? & ei soli legitur respondisse Iesus, Non dico tibi septies, sed usque septuagiessepties. Septenarius enim uniuersitatis est numerus, quoniam omne tempus septenario numero comprehenditur. Quid ergo septenarius per seipsum multiplicatus significat, nisi uniuersorum uniuersa peccata? Sic igitur soli Petro præcipitur, ut si peccauit in se frater suus, dimittatur ei non solùm septies, sed usque septuagiessepties: quia solus Petrus dimittere potest in terra uniuersorum uniuersa peccata. Nam & quædam peccata, quorum absolutio soli Petro est reseruata. Hæc ille. AVCTOR. Competenter exponit communem cum alijs potestatem accepisse Petrum ad dimittendum peccata: & tamen aliquid ipsi potestatiuè seruatum, quod non potest cunctis esse commune: sicut Protoplasto datum est cum alijs communiter in specie hominis propagare sequaces: ipsi tamen soli prærogatiua fuit, quòd esset primas, & forma propagationis, & in eum solum redundaret debitum potestatis paternæ, honor uniuersalis filiorum hominum, & primitas parentelæ. Pauci tũ aduertũt, q̃ sit causa reseruationis casuũ in delictis ad primã sedẽ, ꝫ est. n. † præter alias, causa maxima ad examinandum, & tunc ad iudicandum debitè magnum scelus, quod committi contingit in Deum. Hoc enim non nisi in publica ecclesia apud prælatum & clerum, uel confiteri expedit, uel puniri. Nemo siquidem suo examini in tanta causa committitur. Vnde Dauid rex suũ refugit iudicium, & lætanter subiit alienum, quãdo peccauit ualde contra Deum: prout in Apologia de Dauid, tractans illud, Delictum meum contra me est semper. docet AMBROSIVS. Iustus fauere sibi nescit: rigorem iudicij etiam circa se non nouit inflectere, recordationem lapsus proprij perhorrescit, & commissum erubescit errorem. Omnem eius memoriam pauet, metuit, reformidat, graue sibi iudicat: seipsum arbitrum refugit: nec se sibi audet committere, quòd nullum sibi putat grauiorem esse, quàm eum, quem latere non possit, fallere nequeat, nullumque subsidium reperiat, nisi se sibi abneget, & domini crucem tollat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce Dauid quia iustus, & omnis uir iustus seipsum arbitrum refugit, nec se sibi audet committere. Est & alia causa, ut à magna plebe, & maiori itẽ sacerdote oretur Deus, ut ipsum peccatum dimittat, in quem committitur. Ecce furtum Achor, quod erat occultum, non est latere permissum, sed reus anathematis sorte proditur. Fatetur scelus coram ecclesia, & pœnam portat contemptus in Deum. Iosue. 6. Achab humiliatus est ad uerbum domini per Eliam patriarcham nostrum, de tyrannide, quam fecit in Naboth. Et per eundem prophetam accipit inducias pœnæ, quam propheta prę dixit. 3. Regum. 21. Heliodori sacrilegium, & uiolatio templi in eodem loco sumpsit suæ prædæ sententiam: & ad preces summi Pontificis donatur ad uitam. 2. Machab. 3. Cur fugit à nobis commissum Dauid in Deum pro morte Vriæ, & stupro Bethsabee? Nonne publicatum est scelus eius coram uicario Dei Nathan, & ipse confessus flagitium, subijt item pœnam? 2. Reg. 12. Et de eo item in Apologia de Dauid scribit AMBROSIVS. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Quis tanto affectu agit pœnitentiam? humi stratus iacuit, fusus in lachrymas, cibum non gustauit, lauacro se abdicauit. Quid iam reliqua dicã? quòd abstinuerit ornatu regio: & compunctus adduxit confessionem iniquitatis suæ, & in perpetua secula toto canendam orbe transmisit. Hæc ille. AVCTOR. Vbi est uerbum fastuosum Witeleff præconizantis tertiam confessionem factam homini non inueniri in scripturis: sed solam confessionem cordis uel oris ad dominum? Coram Nathan prophera in magna ecclesia confessus est Dauid, & pœnitentiam grandem egit: Ambrosius dicit, quòd adiunxit confessionem iniquitatis suæ, & in perpetua secula toto canendam orbe transmisit. Cur ergo propter immane scelus tergendum, & dominum placandum, non current homines ad sanctum Petrum? Qualiter securare potest Witcleff auditores suos de uenia per pœnitentiam cordis priuatam, post enorme flagitium commissum in Deum: propter quod item furor diuinus est sæuiturus in orbem? Quale † peccatum est hæresis, uitium schismatis, homicidium, adulterium, incestus, quem itẽ puniuit Apostolus in publica Corinthiorũ ecclesia. Et item seditio publicæ potestatis grassantis in populum: quã sanctus AMBR. per se puniuit in Theodosio corã ecclesia sua & punitũ absoluit. prout in libr. 9. historiæ tripertitæ recolit Cassiodorus. Et ipse itẽ in libro de obitu Theodosij transeũter cõmemorat, dicẽs. Ego ut quidẽ sermonem meũ per orationẽ concludam, dilexi uitũ misericordẽ, humilẽ in imperio, corde puro, & pectore mãsueto præditum, qualem dominus amare consueuit. dicens. Supra quem requiescam, nisi supra humilem, & mansuetum? Dilexi uirũ, qui magis arguentẽ, quàm adulantẽ probauit. Strauit omne, quo utebatur insigne regium: defleuit in ecclesia publicè peccatum-

Matt. 18.

Septenarius numerus est numerus uniuersitatis.

prima causa. 3

Tpsal. 50. Amb. To. 4 4

secunda causa.

Crimina enormia.

1 Cor. 5. Amb. To. 3

Esa. 66.

catum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu & lachrymis orauit ueniam. Quod priuati erubescut, non erubuit imperator publicè agere pœnitentiam. Neque unus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem. Quid ꝙ præclaram adeptus uictoriam tamẽ quia in acie hostes strauit, abstinuit a consortio sacramentorum, donec domini circa se gratia filiorum experiretur aduentu. Dilexi uirtum, qui cum iam corpore solueretur, magis de statu ecclesiæ, quã de suis periculis angebatur. Hæc ille. AVCTOR Ecce testatur Ambrosius, ꝙ Theodosius publicam in ecclesia egit pœnitentiam, & abstinuit a consortio sacramentorum, donec domini circa se experiretur gratiam. Qualiter tamen egit pœnitentiam in forma modernæ ecclesiæ ad iussum & moderamen episcopi, & ab eo absolui promeruit, bonum est propter hos, contra quos agimus, ut historiam retexamus. Ipse nanque (ut dixeram) libro nono historiæ tripertitæ. capit. 30. sub authoritate Theodorici, Cassiodorus refert quomodo ꝙ in Thessalonica urbe distractis iudicibus quibusdam regalibus, septem millia hominum sine præcedente iudicio occisa sunt. Quæ clades cum ad aures ueniret AMBROS. scripsit ad imperatorem. Coæqualium hominũ princeps es o imperator, & conseruorum. Vnus est enim omnium dominus, rex omnium, & creator. Quibus igitur oculis aspicies communis domini templum? quibus calcabis pedibus sanctũ illius pauimentum? Quomodo manus extendes, ex quibus adhuc sanguis stillat iniustus? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? Quo præsumptione ore tuo poculũ sanguinis pretiosi percipies: dum furore sermonum tantus iniuste sit sanguis effusus? Recede ergo, recede, ne secundo peccato priorem neguitiam augere contendas. Suscipe uinculum, quod omnium dominus nunc ligauit. Est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus imperator obediens: erat enim diuinis eruditionibus enutritus: & apertè sciens quæ sunt propria sacerdotum, quæ regum gemens, & defiens ad regalia remeauit: Et bene infra, Narratis his, quæ in pœnitentia gesit, & quomodo processit allocuturus Ambrosium, sequitur. Cumque ad sacra limina peruenisset, in sanctam quidem basilicam non præsumpsit intrare: sed ueniens ad antistitem, & inueniens in salutatorio residentem supplicabat, ut eius uincula resolueret, At ille tyrannicam dicebat eius esse præsentiam, & contra dominum uesanire Theodosium, eiusque calcare leges. Verum (inquit imperator) nõ insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones: nec inique ingredi sacra limina contendo: sed te soluere uincula mea deposco: & communis domini pro me exorare clementiam: nec mihi claudi ianuam, quam cunctis penitentiam agentibus dominus noster aperuit. Et tandem edita lege differendæ sententiæ mortis usque in diem tricesimum, subdit. Quo facto, uiculum eius soluit Ambrosius. Sequitur. Sic ergo sacratissimus imperator ingredi limina præsumens, non stans domino supplicauit, neque genua flexit: sed pronus in pauimento iactens, Dauidicam proclamauit uoce, Adhæsit pauimento anima mea: uiuificame secundum uerbum tuum. Manibus autem capillos euellens, frontem percutiens, & pauimento lachrymarum guttas aspergens, ueniam impetrare poscebat. Cumque tempus accederet, quo munus ad altare solebat offerre, surgens cũ lachrymis est ingressus. Hæc ille. AVCTOR. Iam dicat Witeleff, qualiter somniauit ligamentum, & uinculum ecclesiæ illud, quod Christus Petro commendans ait. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. non esse ex communicationem, uel absolutionem ecclesiæ: sed prædicationem aliquam sacerdotum, ut rei a noxiis consuetudinibus se dissoluant. cũ audie hic uincula patris Ambrosii, quibus octo mensibus Theodosium alligauit. Et nunquid erat nuda prædicatio, non censura, de qua ipse Ambrosius dixit, ꝙ imperator in ecclesia publicam egit pœnitentiam, abstinuitque a consortio sacramẽtorum, donec domini circa se gratiam experiretur? Et ipse Ambrosius. Recede, inquit, recede: suscipe uinculum quod omnium dominus nũc ligauit. Et cassiodorus. Quo facto, uinculum eius soluit Ambrosius. Hæ alligationes igitur, & absolutiones criminum non immerito potestates prospiciunt altiores: per quas in ecclesia magna possit examinatio districta fieri in causa Dei, siue sint peccata notoria, siue occulta, ut ẽt pœna publica, uel priuata, prout qualitas rei, & magnitudo sceleris exigit, consequatur. Hancquè legem domini esse arbitratur Ambrosius, dicens contra dominum uesanire Theodosium eiusque calcare leges. Non dixit contra hominem, aut leges humanas. At mitis Theodosius. Non insurgo, inquit, aduersus ecclesiasticas sanctiones. Conueniamus istos: & erunt hæ ligationes, & reseruationes sanctiones ecclesiasticæ, ita ut etiam sint diuinæ. Hoc † modo item sanctus pater, & primas Carthaginen. ecclesiæ Cyprianus christianos idololatrare coactos in ecclesia coram seipso pœnitere coegit, dicens: nõ aliter eos pœnitere perfecte, nisi forte non possent mortis necessitate præuenti. Et tunc indixit ut confiterentur cuicunque presbytero, aut in eius absentia occurrenti diacono, epistola presbyteris & diaconib. directa, quæ incipit, Miror uos fratres. Occurrẽdum puto fratribus nostris:

Ambrosius apud Cassiod. 5

Cassiodo.

Nota mandum orandi humilem Psa. 118.

Mat. 8. B

C

6

Cyprian.

ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

confessio diacono sine permissu. 7

Cyprianus.

Cæsarius.

Matt.7.

ut qui libellos à martyribus acceperunt, si in- A commodo aliquo, aut infirmitatis periculo occupati fuerint, nec expectēt præsentiam nostrā, sed apud presbyterum quemcunque præsentem, uel si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud † diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis pœnitentię imposita, ueniant ad dominum cum pace, quam dari martyres cum literis ad nos factis desiderauerunt. Hæc ille. AVCTOR. Extra hæc ergo necessitatis incommoda patet, q̄ sibiipsi has absolutiones reseruauit, & eos ipsos episcopos inferiores, & sacerdotes ualde obiurgat, q̄ ad sacramenta susciperent, qui non taliter pœniterent, libro exortationis ad lapsos, qui incipit, Pax ecce dilectissimi. Spreris omnibus, atque contemptis, ante expiata delicta, ante purgatam cōscientiam, sacrificio, & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini uis infertur corpori eius, & sanguini: plus modò in B domini manibus atque ore dilinquunt, quàm cū dominum negauerunt. Pacem putant esse, quam quidam uerbis fallacibus uendicant. Non est ista pax, sed bellum: nec ecclesiæ iungitur, qui abcuāgelio separatur. Quid iniuriam beneficium uocant? quid impietatem uocabulo pietatis appellant? Et inferens Deum oportere remittere peccata grauiora. Homo (inquit) Deo nō potest esse maior, nec remittere, aut donare indulgentia sua seruus potest, quod in dominum delicto grauiore commissum est. Nec adhuc lapso hoc accedit ad crimen: si nesciat esse prædictum. Maledictus homo, qui confidit in homine. Sequitur. Cæterum si quis propera festinatione temerarius remissionem se dare cunctis putat posse aut audet domini præcepta rescindere: non tantum nihil prodest, sed obest lapsis. Prouocasse enim est ad iram, non seruasse sententiam. Hæc ille. AVCT. Conqueritur ecce omnia gesta: prius quàm lapC sus purgauit conscientiam sacrificio & manu sacerdotis in pœnitentia dignè facta. Quod autem dicit: hominem non posse remittere, quod in dominum delicto grauiore commissum est, sic intelligit: sine districtissima seueritate ecclesiæ cum oratione fusa ad Deum: ut signa remissionis diuinæ in pœnitente cernamus: prout in sequentibus litera eius ostendit: & habet CAESARIVS in exhortatione, quæ incipit, Quod supplicāte, ubi dicit. In sua iniuria se quisque ostendat esse clemētem: quia dominus dicit. Si dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet uobis pater cęlestis peccata uestra. Quando uerò aliquis in domino peccatum præsumit dimittere, districtionem ecclesiæ debet sustinere: & hoc bono, & pio debet fieri animo, ut per spiritualem castigationem ita in hoc seculo corrigantur, ne pereant

Hier.17.

Act.5.

Iac.5.

Aug.li.1. cap. 16. Amb.To.1

Iac.5.

in futuro. Et paulo antè. Si iustè agere uoluerimus, illi, qui in Deum peccauerit, sine seuerissima districtione penitus indulgere nō debemus. Hæc ille. AVCTOR. Propter hoc enim secundū ORIGENEM lex iubet uestimenta leprosi dissuta esse, & caput eius reuelatum, & os eius ad opertū. Homil. 8. super Leuiticū. Vult (inqens) lex diuina peccatorem non solū uestimenta nō assuere, sed & caput nō contegere: tu si qđ est capitis delictū, id est, si in Deum aliquid commissum est, si in fidem peccatū est, ne hæc quidem habeamur obtecta, sed omnibus publicētur: ut interuentu, & correptione omniū emendetur, & ueniam mereatur. Hæc ille. AVCT. Ab antiquitate ergo descendit ecclesiæ distinctio ista culpa rum: ita ut culpa capitalis, quę redundat in Deū, aut in fidem, aliter plectatur. s. in publico ecclesiæ: nec sinatur tegi abipso peccatore, ut ipse se iudicet: Mira res: in quotidianis, & hominū causis iudices homines adire consulit Witcleff: sed in causis maioribus, & ubi Deus offenditur, aut fides læditur, sola cordis conditione tota delet offensam: nec alieno reseruat arbitrio delinquētem. Hæresis hæc Corinthiorum erat: qui in causis suis adibant contra proximos fideles, iudices infideles. In causa uerò Dei, ubi publicè tolerabatur incestus eius, qui patris sui accepit uxorē, nullus est pulsatus iudex; reus peccauit impunè. Idcirco beatus Paulus ipsum corripuit in publica ecclesia: ut secundum Origenem correptione omnium emendetur, & ueniā mereatur. Sic itē Ambrosius reseruauit culpam Theodosij, ut pœniteret in ecclesia publica, & solui mereretur. Sic Ananiam & Sapphiram uolentes mentiri spiritui sancto, Petrus ligauit, ut publicè item corriperet. Aut eo magis sanctus Cyprianus sic lapsos reseruauit ecclesiæ, ut in publico pœniterent, qui peccauerūt in Deum: & publicis gemitibus, & mixtis orationibus populi ueniam merentur? Vnde *lib. de pœnitentia in fine AMBROSIVS. Remuneratio præsentium, testimoniorū futurorū est. Si quis igitur occulta crimina habēs, propter Christum tamen studiosè pœnitentiā gerit, quomodo illic recipit? Si enim cōmunio non retunditur: nolo ueniam reus speret. Petat eam lachrymis: petat gemitibus: petat populi totius fletibus: ut ignoscatur ei obsecret. Et cum secundò, & tertio fuerit dilata communio, credat se remissius supplicasse: fletus augeat, miserabilior postea reuertatur. Teneat pedes brachiis: osculetur oculis: lauet fletibus: nec dimittat: ut de ipso dicat Iesus. Remissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multùm. Cognoui quosdā in pœnitētia sulcasse uultū lachrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandum omnibus: ore semper pallido,

Luc.14.

Origenes. To.1.

Aug.To.9

Ioa.

Ioa.20.

cap.17.

Bestius est nolle ex ratione de omnibus certitudinem, uim de ex pressis uerbis habere.

Witcleff

fido, & mortis speciem spiranti in corpore præA tulisse. Et infra. Satis est, inquit, ei, qui talis est, obiurgatio hæc, quæ fit a pluribus: ita ut ecōtrario magis donetis, & consolemini, ne fortè abundantiore tristitia absorbeatur. Si satis est ad condemnationem obiurgatio, quæ fit a pluribus, satis est quoque ad remissionem peccatorum obsecratio, quæ fit a pluribus. Hæc ille. AVCTOR. Non te fugiat, q̄ de occulto peccatore in principio locutus est Ambrosius hanc sententiam. Si quis (inquiens) occulta crimina habens, propter Christum pœnitentiam gerit: in his tamen summoperè cauendum est, nè prælatus in restringēdo casum subditorum nimis inueniatur difficilis. Melius est de nimia benignitate, q̄ de excessiua seueritate reddere rationem, ait Chrysostomus. Et si quis uiderit fratrem suum necesse habere cōporalis impendii, & clauserit uiscera sua ab illo, non habet charitatem Dei in se. Iuxta Ioannem. Qui clauserit a fratre suo patiente, & petente, regnum cælorum, occasionem timoris prætenB dens, perdendo talentum domini sui, si poneret ad mensam, quomodo non conuincetur perditę charitatis? De magno prælato iam nuper excedē te uerbum relinquitur: quia in aliis cum erat & clemens, & dapsilis, tamen in absolutionibus pœnitentium admodum tenax, & ipse sine absolutionis beneficio, quod forsan optauit, repente migrauit. Idcirco salubrius consulit in fine libri de uisitatione infirmorum AVGVSTINVS dicens. Quis, o bone Iesu, de misericordia tua desperare poterit? Dico itaq; omnibus, dico tandem confitentibus, dico confessis cōsulentibus, nè confessi desperent, nè sacerdotes post I mortem aliquos lugeant: immo cum suo Iesu dicāt, Soluite eum, & sinite abire. Melius est enim ut talis prosit, uel non noceat absolutio, quàm obsit indiscreta ligatio. Hæc ille.

¶ AD TRES CAVILLATIONES C Witcleff contra confessionem sacramentalē, pro ignorantia proportionis pœnæ ad culpā: de minoritate scientiæ sacerdotis, & incertitudine confitentis. Cap. CL.

S V M M A.

I *Witcleff contra confessionem sacramentalem cauillationes, pro ignorantia proportionis pœnæ ad culpam, de minoritate scientiæ sacerdotis, et de incertitudine confitentis, ex Augustino, Hugone, & Ambrosio diluuntur. Et plura de hoc per totum cap.*

Witcleff Cauillatio prima.

Witcleff

Aug.To.6

Aug.To.6

CAuillationes perfidiæ Witeleff, quas ipse loco rationum contra fidem euā gelicæ confessionis inuoluit, cernamus. de sermone domini in monte. c. 3. Potest (inquit) ad hoc fieri euidentia, quo sdā mouens. Nullus iudex debet ferre sententiam, ni si ipsam cognouerit ueritati (quia diuinæ sniæ) concordare: sed nullus presbyter audiēs cōfessiones, & pro peccatis iniungens pœnitentiam, hoc cognoscit. ergo cum hoc nō sit fundabile ex scriptura, uel rōne, uidet, q̄ nullus presbyter audiendo confessiones hominū, debet pniam sic taxare. Hæc Witcleff. AVCTOR. Cauillatio ista uidetur contra taxationem pęnitentiæ facere solùm: sed contra absolutionem intendit, & totam confessionis utilitatem: quia ubi eam resumit 4. trialog. ter damnati ca. 23. sic arguit. Nemo absoluens communiter nescit grauidinem peccati confessi: sicut nescit, si confitens sit contritus: & benè scit, quòd aliter non deletur peccatum. Quomodo ergo mentiendo super Christum tā frontosè absolueret, & pœnitentiam, cuius proportionem ad peccatum ignorat, iniungeret? Hæc Witcleff. AVCTOR. Iste obscurat lucem fidei: quia cæcus ipse non uidet. Non est per eum primo reperta fallacia, sed protensa. AVGVSTINVS autem uidetur ei satisfacere li. de natura boni. citò post principium. Qualis autem inquiens & quanta pœna cuique culpæ debeatur, diuini iudicii est, non humani: quæ utiq; & cū conuersis remittitur, magna est bonitas apud Deū: & cū debita redditur, nulla ē iniqtas apud Deum: quia melius ordinatur natura, ut iste doleat in supplicio, q̄ ut impunè gaudeat in pctō. Hæc ille. AVCTOR. Iam farguat Witeleff, quomodo confessor absolueret, & pniam, cuius proportionem ad peccatum ignorat, iniungeret. Ego respondeo cum Augustino: quia qualis, aut quanta pœna cuique culpæ debeatur, diuini iudicii est, non humani. Quæ tū conuersis pro parte remittitur, & tunc magna est bonitas apud Deum: & pro parte iniungitur, & nulla est iniquitas apud Deum, nec apud homines sic taxantes: quibus ipse dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ipsis enim datæ sunt claues, de quibus non est in ecclesia desperandum. Obstas Witcleff: quia hoc de remissione per Deum ait Augustinus, non de clauium remissione. immo una est remissio utriusque: & hæc ipsa per claues non excluditur, quando de dimissione diuina quis loquitur. Idcirco in fine eiusdem libri, claues ecclesiæ introducit AVGVSTINVS, dicens. Præsta nobis, dona nobis, ut per nostrum ministerium, quo execrabilem, & nimis horribilem hunc errorem redargui uoluisti, sicut iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi liberati sunt,& alij liberentur: & siuè per sacramentum sancti baptismi tui, siuè per sacrificium contribulati spiritus, & cordis contriti, & humiliati in dolore pœnitentiæ, peccatorum remissionem,& blasphemiarum suarum, quas per ignorantiam te offenderunt,accipere meretur.Tantum enim ualet præpollens misericordia,& potestas tua,& ueritas baptismi tui, elapsaque regni cælorum in sancta ecclesia tua ut nec de illis desperandum sit,q diu in hac terra p tuam patientiam uiuunt.Qui sciences quantum malum sit,talia de te sentire, uel dicere pp aliq temporalis & terrenæ commoditatis consuetudinem,uel adeptionem, in illa maligna professione detinentur:si ad tuam ineffabilem bonitatem saltem increpatiuis correptionibus fugiãt: & omnibus carnalis uitæ illecebris cælestem uitam,æternamque præponant. Hæc ille. AVCTOR. Attende,q̃ per sacr̃m baptismi, & p sacr̃m contriti spiritus in dolore pœnitentiæ, peccatorum remissionem blasphemi Manichæi merebuntur accipere.Ratio: quia tantum ualet diuina ptãs, & misericordia eius præpollens in baptismo,& claubus regni cælorum in ecclesia eius:ut nec de illis desperandum sit quandiu uiuitur in hac uita.Si autem sperari non posset in claubus uenia,quandiu non constet homini q̃ta pœna cuique debetur culpæ:cùm hoc nõ humani sit iudicij,sed diuini, semper in his claubus esset desperandum de uenia:quia nunquam sperandum.Noscendæ ergo forent claues in se, & uterum quo ad usum.Quas sic describit in sententijs c.de duabus claubus. HVGO. Licet(inquiens) aliquis ante consecrationem habeat discretionem,non tamen in eo est clauis:quia non habet ex officio hoc facere:nec potest ea claudere,uel aperire,quare non est in eo clauis. Iterũ indiscretus sacerdos etsi careat illa discretione, tamen habet officium sic discernendi:ita etsi usum eius non habeat,eam tamen uidetur habere.Et iuxta hoc potest dici, q̃ in consideratione omnibus datur illæ duæ,id est,officium exercẽdi discretionem,& officium exercendi potestatem.Et infrà. Nec dicimus sacerdotem iniustè aliquem ligare,uel soluere,ex quo adhibet tantam discretionem,quantam potest. Hæc ille. AVCT. Habemus hic claues:officia exercendi, & exequendi secundùm discretionis actum potestatem acceptam. Et si quis adhibeat discretionem,quam tunc potest,non ligat iniustè,uel soluit.Sed si discretio fuerit diminuta, quo soluit? uel Deus sic soluet: & deficienti in discretione consentiet.Hic est difficultas Witeleff,si pœnitens per discretionem defectiuam solui præterditur,nunquid in cælo per hoc solui dicet? hoc supposito:q̃ confessor diligentiam benè facien

Psal.50.

A di contulerit,sed in facto delinquat.O mi Witeleff,audisti nè Christum ad Petrũ exprobrãter dicere.Modicæ fidei quare dubitasti? Et ubi est iam:Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur ei?Vbi est iam:Quicquid orantes petitis,credite quia accipietis,& fiet uobis? Secundùm hanc sapientiam,non humanam, sed bona fide diuinitus impetratam patres in canonibus, & scripturis suis,quantitatem pœnæ taxarunt in ecclesia:qualiter posset respondere peccatis.Sed non suspendatur in his:non turbentur sacerdotes pij ad fraudem hæretici. In his perplexitatibus nè fiant christianis bonæ fidei uiris dubia sacramenta: uidetur recurrendum ad commune sacrorum principium:fidem Christi: fm quam Christus ad patrem muti ait, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. & ille cum lacrymis exclamauit.Credo domine:adiuua incredulitatem meam.Marci.9.Verba respondentis se oppugnare uidentur.Quis.n.iam credit incredulus?Aut si credit dominum:quomodo adiuua ri petit incredulitatem suam?Soluitur difficultas:si iam credendi uoluntas,uel pronitas ad credendum reputetur ad fidem: quia & sic credens omnia credit in illo uniuersali articulo,quo credit ecclesiam,& tamen si in particulari peteret, incredulus putaretur. Hanc autem particularem adiuuat Christus: quando credentis benè in suo uniuersali particulares supplet defectus. Sic uolentem baptizari, sed præuentum occiduo Christus adiuuat,ut credat ad salutem:quia bona mente fide communi succensus ecclesiæ fideliter appetebat,quod adipisci non poterat. Sic quis pœnitens bono animo accedit, in particulari fortè credens omnem corporis sospitatẽ habiturum se deinceps post absolutionis officium:quia tamen promptus est omnia credere, quæ fides Christi continet in ecclesia, nihil obC erit ipsi,quod sinistrè credidit, & informatus iã abljcit.Ita de ministris conferentibus sacramẽta.generale propositum eorũ conforme sanæ fidei Christus attendens,in causis eorum particularibus ipse supplet defectus: dans intelligi, q̃ sicut ipse est,qui baptizat, cùm minister baptizat,sic ipse peccata remittit.Si enim ministrantis esset sacr̃m,à ministri errore sacramentum esset erroneum.Talis.n.cum proportionare peccato pœnam nescit,quid aliud,q̃, Credo domine:adiuua incredulitatem meam; affectuosè ꝓclamat?Et erit tunc certa peccatorũ solutio clue nolenter errante,quia accurrens magister ecclesiæ Christus,uel ex speciali dono excessum tẽperat, uel aggrauat pœnam leuem. Ipse enim est,qui quassatam arundinem non cõfregit, & linum fumigans non extinxit: sed si rei sunt homines,ipse soluit compeditos,si sacerdotes boni

Matt.14. Iacob.1 Luc.2

Mar.5.

Mar.9

Esa.42 Psa.145

ni sunt,sed dubij,dominus illuminat cæcos. Ipsius est sacramentum:& ideo ipse certũ præstat effectum.Sicut item in Archisynagogum. Noli timere,tantummodo crede.Marc.5.Hoc euangelicum documentum in exercitio cuiuslibet sacramenti,de effectu eius securam reddit ecclesiam.Nihil nobis cum hæreticis,qui tot uepribus uias sepiunt, nè remissionem peccatorum fideles obtineant.Certi sumus uerum esse, q̃d lib.de uera & falsa pœnitentia,ca.4 Augustinus dixit.Omnem animam ille promissor saturauit bonis,etiam sedentes in tenebris,& umbra mortis,nullam excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios per epistolas suas noluit corrigere,ut ipse testatur * in libris eorum correxit. Oportebat.n. ut quotiens uidebat eos cadere,totiens,iuuaret surgere.Memor enim erat illius,qui dixerat,Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis, Scimus autem & primo patres,& in omni tempo-B re,ecclesiam Dei semper usque in septuagiessepties peccata dimittere: quam potestatem & isti ab ecclesia auferre conantur. Oportet enim ecclesiam sic credere,quæ confitetur se peccare Hæc ille.AVCTOR.Ad Augustinum dicat cauillator Witeleff si audeat,Paulus ter Corinthio corrigere attentabat,remittendo eis peccata auctoritate illa Christi, Quorum remiseritis peccata &c.Sicut deinceps in omni tempore p ecclesiam patres usque ad septuagiessepties peccata dimittunt. Cur tu dicis eos blasphemare in Deum,qui peccata dimittunt, & non esse hanc potestatem ecclesiæ, sed prædicare dominum dimissorem?Christo domino econtrario clamãte:Quorum remiseritis &c.Et Augustino querente de uobis, & patribus uestris Nouatianis hæreticis,q̃ potestatem istam dimittendi peccata,quam a Paulo deinceps per omne tempus, & semper patres ecclesiæ exercebant, ab ea auC ferre conamini.Oportet(inquit Augustinus)sic ecclesiam credere,quæ confitetur se peccare.

Augus. 4 Ba.

Witeleff

At Witeleff.cap.3.de sermone domini in monte.Si confessus sit præscitus,uel uir duplex in cõfessione,tunc peccata cuncta redeunt, nec opera illius confessoris super tali uiro duplici quicquam agunt.Cùm ergo nemo debet mentiri ꝓ toto mundo saluando,uidetur,q̃ confessor non debet sic asserere, q̃ absoluit simpliciter suum confessum. Et ibi dicit blasphemam usurpationem confessorem accipere sic super se,absolutionem super illum.Et 24.trialog.4 Videtur (inquit)quòd sicut Papa, & confitentes cæteri ignorant qualitatem præsciti,uel prædestinati, sic ignorant, qui homines sunt contriti. Hæc Witeleff. AVCTOR. Soluitur hæc cauillatio per responsum Augustini ad Bonifacium ar-

Mat. 18.

A guentem similiter de patrinis fiducialiter respõdentibus pro paruulo suo oblato,q̃ credat,& baptizari uelit:cùm eum sic uoluerum aut creditu rum ignorent.Epistola ad Bonifacium, quæ est *duodecima:ubi dicit. Miror parentes in istis rebus tam fideliter pro paruulo respondere, ut dicant eum facere tanta bona,quæ ad horã, qua baptizatur,baptizator interrogat *cùm eadem hora si subijciam erit castus,aut non erit fur,nescio utrum audet aliquis dicere aliquid horum erit,aut non erit:sicut mihi sine dubitatione respondet,q̃ *credit in Deum: & q̃ se conuertat ad Deum Respondet Augustinus. Nempe ita sæpe loquimur,ut Pascha propinquante, dicamus crastinam,uel perendinam esse dñi passionem,cum ille ante tam multos annos passus sit: nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nempe ipso die dominico dicimus: hodie dominus resurrexit,cùm ex quo resurrexit,tot anni transierint.Cur nemo tam ineptus est,ut nos arguat esse mentitos:nisi quia istos dies secundum illorum,quibus illa gesta sunt,similitudinem nuncupamus:ut dicatur ipse dies,qui non est ipse,sed reuolutione temporis similis eius: & dicitur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod non illo die,sed iam olim factum est. Sequitur. Et per hoc cùm respondetur paruulus credere,qui fidei nondum habet affectum:respõdetur fidem habere propter fidei sacramentum & conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum: quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti.Et infrà,Itaque paruulum etsi nondum fides illa,quæ in credentium uoluntate consistit,iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis uocatur:non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Hæc ille.AVCT. Ita si cognouisses & tu, ô Witeleff, quòd sicut fidem habet paruulus, & fidelis uocatur, qui nondum credit re, nec forsan credet in posterum, propter fidei sacramentum, & sic satis fideliter respondetur pro eo,quia responsio ad celebrationem pertinet sacramenti: sic confessor bonæ fidei reum suum, quanuis fictum, absoluit, & absolutus dicetur,quamuis non re ipsa, tamen in similitudine sacramenti: quia absolutio ipsa ad celebrationem sacramenti pœnitentiæ pertinet. Et ideo non mentitur absoluens utrum duplicem,uel præscitum in sacramento pœnitentiæ,sicut nec patrinus offerens,& respondens pro futuro apostata,uel præscito ad sacramentum baptismi: aut sacerdos ipsum baptizans in forma ecclesiæ. Inter ista tamen quomodo in forma per te inuenta possint esse tuta à mendacio:cùm dicas sermone.9.tertiæ partis,quòd

Matt.5.

Note

 uerisi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerisimile est ex euangelio Ioannis, q̄ uiri apostolici post signa absolutionis à Deo debent immunitatem prius peccantis in populo publicare: & pœnam suam inflictam a militantibus mitigare? Hæc Witeleff AVCTOR. Qualiter pōt uians quisquàm sine reuelatione sibi tacta signa illa discutere absolutionis a Deo, cuius habet immunitatem pronuntiare in populo: si sit uir duplex, aut uere præscitus: cùm uenient illusores prophetantes in nomine domini, quos non nouit dominus, & in uestimentis ouium lupi rapaces? Quòd si in publico populo res tàm occulta, immunicas. s. pristini peccatoris posset sine periculo mendacij prædicari, cui non dici posset in aure? Et si pœnam inflictam ipsi a militantibus potest talis apostolicus mitigare, cur non hoc potest, si eum audiat in occulto? Et quomodo non est blasphema usurpatio illa militantiū accipere super se salutarem iniunctionem pœnitentiæ infligendæ sic præscito? Hæc omnia, quæ ipse mouit inaniter, iam capiti auctoris torturā minatur. Mirād: inter omnes præsumptio unius uiri semidocti, q̄ uelit extractam formam suam de euangelio Ioannis seruandam esse pro fide. Et quod a tēporibus apostolorum ecclesiæ seruatum ex euangelijs in patribus omnibus est sēper, unico flatu negationis hæreticæ uelit esse peremptum. Sed nemo melius, quàm ipse, seipsum exterminat. Nos autem dicamus, quia qui iussit nobis remittere peccata hominum, ut sumus homines: ipse item noluit, q̄ ut Deus corda hominum scrutaremur, sed iuxta diuinam legem ut homines. Nec interest nostra, utrum sit arbor bona, an mala, quam colimus: sed benè discutiamus ad cognoscendum eam ex fructibus. Et frequenter sicut sunt deteriores, quam possumus in externa confessione percipere: ita plerū que sunt de se meliores, quàm ualemus signorū exhibitione cognoscere. Vnde li. 2. de pœnitencia* in principio, AMBR. Nos non erubescamus fateri peccata nostra. Pudor est, ut unusquisque crimina prodat: sed me pudor agrum suum arat spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet, quos inter mortuos esse credebas. Hæc ille. AVCTOR. Confessionem uocalem in speciali de peccatis tangit Ambrosius, hortans nō erubescere fateri peccata nostra: & innuens nō fuisse speciale quid pro uno sic dispositō, sed quid generale pro omnibus. Pudor (inquit) est, ut unusquisque crimina sua prodat. Nescio autē quem christianum pudet dicere orationem dominicam: ubi inquinta petitione generali uerbo seipsum de peccatis prodit.

*ca. 1. Amb. To. 1

¶ AD CAVILLATIONES DVAS Witeleff contra confessionem sacramentalē pro ignorantia sacerdotis de recidiuatione confessi, & incertitudine clauium. Cap. CLI.

SVMMA

Responsio ad Cauillationem Witeleff contra sacramentalem confessionem pro ignorantia sacerdotis de recidiuatione confessi, ex Augustino, & Ambrosio.

Cauillatio Witeleff contra cōfessionem sacramētalem pro incertitudine clauium. Et quid contra hanc ex Augustino auctor referat.

1

2

ITerum arguit Witeleff ca. 3. de sermone domini in monte. Regulariter talis confessor, sicut ignoret, si suus confessus dicit ueritatem, seu cōtenitur, uel mentitur, ita ignorat eius recidiuationem, damnationem, uel ordinationem Dei super uita eius & cum super isto dependet absoluentis iudiciū, vī q̄ sit blasphema usurpatio confessorem sic absoluere. Hæc ille. AVCT. Quo ad hoc, q̄ ignorat recidiuationem confessor, parum interest. Sed quid si de certo cognoscat? an non præcognouit lapsum Petri, & recidiuationem apostolorum ad infidelitatem Christus, peccatorum indultor, q̄s purgauit eos in sacra cœna, dicens: tā uos mundi estis, sed non oēs: proditorem designans? Et nunquid purgare omisit Petrum peraduentum spiritussanctū: quia non ignorauit, sed sciuit Petrum recidiuare debere in reprehensibilem prauitatem obseruationis legalium? Nunquid uī sibi iam blasphema usurpatio Christum præcipuum confessorem sic absoluere confitentem? An non præsupponebat Christus recidiuationes plurimas fratris nostri in nos, quibus in persona Petri mandauit, ut dimitteremus peccata usque septuagiessepties? Sed hoc eius motiuū confregit Augustinus in casu cuiusdam Donatistæ ad pœnitentiam confugientis ecclesiæ. Quē tamen clerici fideles uoluerunt abijcere: quia recidiuam eius habuerunt suspectam. In sermone de apostolis Petro & Paulo, tertia parte, qui incipit, Recens sancti euangelij. AVGVSTINVS. Contristauit eos, quod audiuimus, q̄uis præsentes non fuerimus: q̄ quidam ex Donatistis ueniens ad ecclesiam, peccatum rebaptizationis confitens, cum ad pniam ab epo exhortaretur, reclamatum est a quibusdam fratribus, & repulsus est. Dico charitati uestræ: torta sunt ex hoc uiscera mea. Fatemur uobis: non nobis placet talis diligentia. Scio quia zelo Dei fecerunt, & ecclesiæ. Sequitur. Veniant, admittantur more solito,

Witeleff.

Augustin.

Matt. 18

Aug. To. 4 Matt. 27.

Io. 4 Matt. 15.

Io. 13.

Eccl. 3.

lito, qui nunq̄ adhuc catholici fuerūt. Si autem iam catholici fuerunt, & inuenti sunt lubrici, inuenti sunt inconstantes, & infirmi, & inuenti perfidi; nunquid parco prorsus perfidis? forte erūt fideles, qui perfidi fuerūt. Veniant & ipsi admittendi ad pœnitentiam: nec sibi blandiantur, q̄ prædecessores ad partem Donati egerint pœnitētiam. Illa pœnitentia fuit falsa de re bona: hæc uera de re mala. Q̄ egerunt pœnitētiam in parte Donati: pœnituit illos, quia bene fecerant. Modo agant ut pœniteat illos, quod malè fecerant. Timetis, q̄ perfidi inuenti sunt, nè sanctum cōculcent? Ecce & huic timori uestro consulitur, si in pœnitentiam admittantur. Erunt in pœnitentia q̄s uoluerint conciliari: iam nemine cogēte, nemine terrente: q̄n pœnitens catholicus iam legū comminationes non cōpatitur. Cœpit uelle recōciliari, dū nemo terreret: uel tunc crēdatur uolēti. Pura coactus est cē catholicus: erit pœnitēs. Quis illū cogit petere recōciliationis locum nisi uoluntas ꝓpria? Mō ergo admittamus infirmitatem, ut postea probemus uolūtatē. Hæc ille. AVCTOR. Augustinus ecce sanctus præsul nō parcit incōstantibus infirmis, nec inuētis perfidis; imò nec ꝓrsus perfidis, quin suscipiat eos pœ pœnitētialem formam ad ecclīæ communionem: nec pœnitere coactum, uel attritum manā semper cām pietatis obtendens. Forsan erunt fideles, qui pfidi fuerunt usque adhuc. Ecce angustia tua de recidiuātibus uincitur. Quid nis me dicere depscitis, de damnatis, de aliter à deo dispositis? Ego non misdior causis abscondicis. Altiora te ne quæsieris, iubet sapiēs: sit pscitus, sit traditor in Christo & ecclesia: ego suscipio pœnitētem. Diabolum autem extra hanc ecclam damnatum nō absoluo. Quandiu in hac carne uiuit, de uenia per claues ecclīæ obtinenda non nisi paganicè desperatur. Iam dixerat Aug. si sit pscitus, fructuosè pœnitendo pōt saluari. Nā ita credit ecclīa q̄ Iudas potuit obtinere ueniam, si ab ecclesia postulasset. Vnde li. de uera & falsa pœnit. c. 9, AVGVST. Iudas pœnitēs iuit ad Pharisæos: reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, nisi augmentū desperationis. Dixerunt ei: q̄d ad nos? Tu uideris. Si peccasti, tibi sit: non tibi succurrimus: non peccata tua charitatiuè suscipimus: non comportando promittimus: nec qualiter deponas onus, docemus. Quid. n. nobis & misericordiæ: q̄ nec opera seq̄mur iustitiæ? Isset ad fratres, isset ad illos, qui orauerunt pro socru Petri febricitante: qui Chananæam improbam misericordi misericordiæ obtulerant. Interrogasset pro se Petrum effundentē lachrymas: non fugisset Mariam, & Martham, quæ uitam Lazaro impetrauerunt. Nō turbam plorantem: quæ unicum filium acquisierat uiduæ. Iuit ad diuitem: & diuisus interijt. Hæc ille. AVCTOR. Cōparemus iam Iudam præscito, sicut est, & Pharisæos Witeleuistis: si non in concilijs uniantur. Clarè satis, satis item & simili sensu scribit hoc ipsum 3. li. de pœniten. AMBROSIVS. Arbitror. n. q̄ etiam Iudas potuisse tanta domini miserationē non excludi à uenia, si pniam nō apud Iudæos, sed apud Christum egisset. Peccani (inquit) quòd tradiderim sanguinem iustum. Respōderunt. Quid ad nos? Tu uideris. Quæ nox alia uestra est, cum etiam minoris peccati reus uobis factum proprium confitetur? Quid respōdetis aliud nisi hoc. Quid ad nos? Tu uideris. Hunc sermonem sequitur laqueus eo feraliore pœna, quo culpa est minor. Hæc ille. AVCTOR. Concorditer ecce sancti patres docent Iudam ire debuisse ad Christum, ad Petrum, ad apostolos, ad ecclesiæ intercessores: & per Dei miserationem non fuisset exclusus à uenia. Constitit autem eis de perditione eius æterna, cùm ista sic scriberēt Vel ergo docuerunt inaniter: uel dederunt intelligi præscitum ueniam consequi posse in ecclesia, si ad ecclesiæ formam statutam uelit accedere. Nescio si Simon Magus præscitus non fuerit huic tamen beatus Petrus obtulit pœnitere, & ueniam consequenter, ut ibidem paulò supra probat AMBR. Denique Petrus Simoni, qui magicæ artis consuetudine deprauatus, putasset, q̄ gratiam Christi per impositionem manus; atque insufflonem spiritussancti compararet pecunia, ait. Non est tibi pars, neque sors in hac fide: cor tuum non est rectum apud Deum. Pniam itaque age ab hac nequitia tua, & precare Deum si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. in obligatione enim iniquitatis, & amaritudine fellis uideo te esse. Vides, quod hunc magica uanitate blasphemantem spiritum sanctum, apostolica auctoritate condemnet: & eo magis, quia puram conscientiam fidei non habebat: & tamē non intercluit ei spem ueniæ, quem inuitauit ad pœnitentiam. Hæc ille. AVCTOR. His pensatis, non turbetur fidelis à fine pœnitentialis confessionis, & absolutionis sacramentalis, propter illam, quam iam Witeleff obiecit multiplicem ignorantiam sacerdotis de præscientia passiua, de recidiuatione, & duplicitate confessi; de diminuta discretione: prouideat legendo, aut magis Deum orando de notitia proportionis pœnæ ad excessum culpæ quantum in se est, diuino iudicio se conformet: incumbens sit directionibus scripturarum, canonum, & patrum ecclesiæ: & omni mentis constantia auctoritati solidissimæ sanctarum clauium ecclesiæ se committat, omnes ambages repellat uirorum errantium, & uolentium dicere sacerdotes catholicos cum pharisæis iudæ respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentibus, Quid ad nos? tu uideris. Et ne suscipia A mus incaute præscitum, consulunt abiicere pdestinatum. Scimus enim ex fide, claues Petri esse certissimas. ideirco in libro de pœnitentia, & assumit Beda exponens hunc textum Apostoli. 1. ad Corinthio. 12. Ne iterum cum uenero &c.

2. Cor. 12. dog. To. 4

AVGVSTINVS. Fac incertum esse utrum ignoscat Deus, quid perdit, cum supplicat Deo qui salutem perdere non dubitauerit, cùm offenderit Deum? Quis enim certus est etiam, quòd imperator ignoscat? Et cum pecunia funditur, maria transeuntur, procellarum incerta subeuntur: ut mors, & pœnæ euitentur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per homines homini sine debitatione ista fiunt, cum sit dubium, quo fine perueniant. Et tamen certiores sunt claues ecclesiæ, quàm corda regum, quibus clausibus quodcunque in terra soluitur, etiam in cælis solutũ promittitur. Et multò est honestior humilitas, qua quisque se humiliat ecclesiæ Dei, & labor mitior imponitur: & nullo temporalis mortis periculo mors æterna uitatur. Hæc ille. AVCTOR. Facit Deus, quòd occurrat, quo necesse habemus soluere uersutias inimici. Ad quid uolat iste processus beatissimi Augustini, nisi ad satisfaciendum illis, qui hæsitant de remissione peccatorum per claues ecclesiæ: & dicentibus incertum esse, si Deus rem [illegible] sacerdotes

Pro Wicleff 2 promittunt? Ad † quod utique laborat Wicleff tractatu suo de confessione, capit. 4. Papa (inquiens) uel sacerdos alius, non habet scientiam peccati grauedinem cognoscendi, etiam quomodocunque peccans secundum ultimum notitiæ suæ dixerit confessori, nisi hoc sibi specialiter a Deo fuerit reuelatum. Et infrà post multas gerrulas. Cum sacerdotes absoluentes hoc sæpe nesciunt: immo semper si hæc pœnitentia confesso suo profuerit, uel fuerat uoluntati Dei con- 2 traria: uidetur q̃ Deus non regulariter approbat talem pœnitentiam sic iniunctam. Hæc Wit C cleff. AVCTOR. Omnia facit, ut retrahat fideles a confessione catholica, & apostolica: iam propter imminutam scientiam sacerdotis de peccati grauitate, iam de qualitate confessi obiiciens, aut de subtractione diuinæ clementiæ ad inuocationem presbyteri, & gemitum peccatoris. Ego iam offero argumentum, quo probem uiam ecclesiæ esse tutissimam, si uia eius sit tuta: non autem sic uiam eius esse tutam sine ecclesia,

Notatio nem. Vbicunque enim duo sufficiunt ad effectum, si adiiciatur tertium adiumentum, non impeditur, sed potius expeditur effectus. Sed si pœniteat hominem malæ uitæ præteritæ, & confirmans se in bono, traiiciat totam intentionem suam ad uiuendum perfectius, sufficiet pœnitentia ad salutem, sicut dicit Witeleff. ca. 23. quarti trialogi.

Ergo si ad hoc addat confessionem ecclesiæ, & subeat pœnitentiam salutarem, nihil impeditur salus animæ, sed promouetur quod super Witcleff addit ecclesia. Patet modus arguendi: cum sit saluatoris Matth. 23. ad Scribas, & Pharisæos decimantes mentham, anethum, & cuminum: relinquentes quæ grauiora sunt legis, iudicium misericordiam, & fidem: quod si ptiora sufficerẽt, hæc adiecta perficerent. ideo arguit Christus. Hæc oportet facere, & illa non omittere. Ita Witcleff pœnitentiam mali propositi, & propositum bonum facti si dicat sufficere, relinquens ea. quæ sunt grauiora legis, scilicet, ostendere se sacerdoti pudore perfundi, & pœnam subire taxatam, à certitudine perfectionis necessario deficit, dicente illi Christo, & ecclesia. Hæc, quæ tu dicis, oportet facere: & ista, quæ iubentur, non omittere. Si dicas hoc uerum esse, dato, q confessio ecclesiæ forsit utilissiam hoc tu dicis: & ideo in casu simpliciter quid necessarium. prædicto- B 23. ca. quarti libri. Iam arguat Witcleff contra confessores, & pœnas iniunctas. Si data sua saluant hominem, cum omnia illa iubet ecclesia, non potest homo per mandatum ecclesiæ à salute deficere. Potest autem si ultra data Witcleff iussa Christi & ecclesiæ requirantur impleri. Ergo ecclesiæ, quæ omnia iubet, quæ Witcleff, & addit ea, quæ Christus est obseruantia certior ad salutem. Hoc intendebat Augustinus arguere dicens iam supra. Fac incertum esse utrum ignoscat Deus (sicut dicit Witcleff incertum, si absolutio confessoris, uita confessi, uel eius dictio, aut pœna taxata sint Deo contrariæ) sed fac incertum esse: quid perdit reus, cum supplicat Deo, qui non dubitauit offendere Deum, aut cum se humiliat ecclesiæ Dei, & pœnam luit iniunctam: quid perdit? si pœnam cordis sui subire sufficeret: quid pœnam item officiet subire C prælati: si humiliare se Deo saluat hominẽ: quid perdet homo, si item propter Deum ecclesiæ se humiliet: & ultra pœnam cordis pœnam impleat hominis? Sanè quam maximè triumphat arguens hoc modo in sermone de pœnitentia, qui incipit, Pœnitentes. in proœmio. AVGVST. Aug. Sed unde scis, inquit, nè fortè Deus dimittat mihi? uerum dicis unde scio, illud nescio. Hoc nescio: ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio. Nam si scirem nec tibi prodesse, non tibi darem Item si tibi prodesse, non te amonerem, non te terrerem. Duæ res sunt; aut tibi ignoscitur: aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, Alias ignoratur. ignoscitur ergo dimitte incertum, & tene certũ. Hæc ille. AVCTOR. Ad ista coninge, quæ iam Witcleff dixit: sacerdotes absoluentes hoc sæpe nesciunt, si pœnitentia confesso profuerit: uel fuerit uoluntati Dei contraria. Ista sunt antiquorum

rum hæreticorum motiua, ut uidetis. Respondet A Augustinus. Ideo do tibi pœnitentiam: quia nescio. Si tibi a Deo ignoscitur, siue non, ego nescio: sed iuxta fidem credo. Sed si fides cordis tui bona est, ecclesiæ obseruantia tibi prodest: hoc est certum. Si fides tua tibi soli subueniat: hoc est incertum: puta negatiuè: singulis non est certum. dimitte ergo incertum Witcleff, & assume certum ecclesiæ: sumens hoc unum pro certissimo certo, quod certiores sunt claues ecclesiæ, q̃ corda regum, quibus quodcunque in terra soluitur, in cælis solutum promittitur, secundùm Augustinum. ubi etiam recole quod supra dixi, q̃ sententiam cæli præuenit sententia Petri.

¶RESPONDETVR AD TRES ACcusationes Witcleff contra catholicos cõfessores: de leuitate nimia: de seueritate: & quia confessos non produnt. Cap. CLII.

SVMMA.

2 *Witcleff prima accusatio contra confessores catholicos, de leuitate nimia. & ad eam responsio.*

2 *Witcleff aduersus confessores, de seueritate nimia, secunda accusatio, diluitur.*

3 *Witcleff tertia contra confessores, quia confessos non produnt, accusatio refellitur.*

Accusatio prima Witcleff

SImiliter † (inquit Witcleff) ca. 3. de sermone dñi in monte. Nemo dẽt p̃sum ptiuè dare audaciam peccatori: sed sic faciunt communiter confessores: ergo ista ars absoluendi est fideliter fugienda. Quis rogo timeret rapere bona proximi sui: prodere suum dominum, uel peccata similia facere, si crederet simpliciter, q̃ propter illud peccatum non subibit maiorem pœnitentiam, quàm confessor suus iniungit? Hæc Witcleff. AVCTOR. Hanc argutiam traxit Witcleff non a lege Christi uel libris fidelium, sed a garritibus Paganorum & Iudæorum perfidia. Vtraque enim gens per hanc formam concertat contra confessionẽ ecclesiæ, & pœnitentiam salutarem. Respondet aũt singulis prima parte sermonum, sermo. 17. Aug. uersus finem. AVGVSTINVS. dicẽs. Solẽt inde christianis pagani insultare de pœna, quæ instituta est in ecclesia: contra nõnullas hæreses tenuit ecclesia catholica istam ueritatem de agenda pœnitentia. Fuerunt enim, qui dicerent, quibusdam peccatis non esse dandam pœnitentiam, & exclusi sunt de ecclesia, & hæretici facti sunt. In quibuscunque enim peccatis non perdit uiscera misericordiæ mater uera. Ergo solent inde etiam pagani quasi insultare nobis, nescientes quid loquuntur: quando ad uerbum Dei, quod linguas infantium fecit disertas, nondum peruenerunt. Vos (inquiunt) facitis ut peccent homines, qui illis promittitis ueniam, si egerint pœnitentiam. Dissolutio est ista, non ammonitio. In hanc sententiam exaggerant uerba quanta quisq; potest lingua, uel sonanti, uel titubanti, non tacent, nõ tamen quando eis loquimur, & si uincuntur, consentiunt. Tamen quomodo uincantur, breuiter accipiat charitas uestra: quia totum domini misericordia optimè cõstituit in ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiam: quia portum pœnitentiæ pollicemur. Si clauderetur aditus pœnitentiæ, nonne ille peccator tanto magis augeret peccata peccatis, quanto magis desperaret ignoscí? Diceret enim sibi: ecce peccaui ecce scelus admisi. Iam mihi ueniæ nullus lo- B cus est. Pœnitentia infructuosa est. damnandus sum. Quare non iam uiuo ut uolo? quia ibi non inuenio charitatem. hic saltem pascam cupiditatem. Quare enim me abstineam? ibi mihi locus omnis clausus est: hic quicquid non fecero, perdo, quia uita, quæ post hanc uitam futura est, non dabitur mihi. Quare ergo non seruio libidinibus, ut impleam, & saturem, & faciã quicquid non licet, sed libet? Diceretur ei fortassis: si miser capieris, accusaberis, torqueberis, puniris. Sciunt ista homines mali ab hominibus dici: & inter homines se uiuere attendunt: multos malè, & scelerate uiuentes impunita habere peccata: occultare possunt, quæ redimere non possunt ducentes usque in senectutem uitam lasciuam, blasphemam, sacrilegam, perditam. Enumerant sibi. Quid ille: qui tanta fecit, non senex mortuus est? Nunquid attendit illum ideo peccatorem, & C sceleratum, senem mortuum: ut ostenderet in illo Deus patientiam, expectans pœnitentiam? Et infrà. Quomodo enim reuera auget peccata, q̃ desperauerit, sic potest augere peccata, & qui ueniam sperauerit: ut dicat tibi. faciam. Deus bonus est, quando me conuertero, ignoscet mihi. Sequitur finaliter. Ecce ad utrunque uigilauit, p̃ nobis prouidentia Dei: ne desperando augeamus peccata propositus est pœnitentiæ portus. Rursus ne desperando augeantur, datus est dies mortis incertus. Hæc ille. AVCTOR. Patet nè iam in litera Augustini, quod cum paganis cõtraxit Witcleff societatem iniquam militans cũ eis, & argumenta eorũ assumẽs sibi cõtra confessionem ecclesiæ, imponens ei, q̃ det peccatori audaciam delinquẽdi, quia ueniam pollicetur si petat. Similiter impii Iudæi in hac desperationis abyssum peccatores suos impellunt, si recidiuare contingat usque in quartum. Non solum di-

co,

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

co,quòd hoc obseruabant antiquitùs,imò quòd usque ad tempora nostra docent:prout lib.1.ca. 1. de causa Dei THOMAS BRADVVARDINVS. Quærenti mihi (inquit)à quodam perito Iudæo: si contingat quẽquam intret eos quartò peccare,quid tum agat?Respondit,quòd quicquid libuerit,sicut certissimè diabolo traditus & damnatus:& tandem fortassis in aliquo ne more,aut deserto uagabitur errabundus: & aliqua se misera morte perdet. Hæc ille. AVCT. Huic miserrimæ hæresi Iudæorum in lib. suo.2. de pœnitentia* circa medium, insultare videtur AMBROSIVS.Soluit enim criminum nexus uerecunda confessio peccatorum. uide quid à te exigat dominus Deus tuus: ut memor fis eius, quam accepisti,gratiæ: non glorieris quasi nõ acceperis. Vides* quòd remissionis pollicitatione te prouocat ad confitendum. Vide ne reluctando mandatis cælestibus in indenotionem Iudæorum incidas, quibus dicit dominus Iesus. Cantauimus uobis,& non saltastis, lamentauimus,& non ploratis. Vilis fermis, sed non inutile mysterium: & ideo cauendum, ne quis fulgiri quadam sermonis huius deceptus interpretatione,putet nobis saltationis lubricæ histrionicos motus,& scenæ deliramenta mandari. Hæc etiã in adolescentula ætate uitiosa fuit. Sed saltationem mandauit,quam salcuit Dauid ante arcam domini. Totum enim decet quicquid defertur religioni, ut nullum obsequium, quod proficiat ad cultum, & obseruantiam Christi, erubescamus. Sequitur. Cantauimus uobis: nouit utique canticum testamenti:& nõ saltastis: hoc est, non eleuastis animam ad spiritualem gratiam. Lamentauimus, & non ploratis:hoc est, non egistis pœnitentiam. Et ideo derelictus est Iudæorum populus,quia non egit pœnitentiam,& gratiam reformauit. Per Ioannem pœnitentiam: per Christum gratiam. Istam quasi dominus dat, illam quasi seruus annunciat. Vtrunque igitur ecclesia custodiat: & consequatur gratiam, & non abiiciat pœnitentiam. Gratia enim munus largientis,est, pœnitentia delinquentis remedium. Hæc ille.AVCTOR. Auditis,quòd remissionis pollicitationem non sacerdos, non episcopus quispiam mortalis:sed Christus Iesus pontifex factus in æternum, nos prouocat ad eõ fitendum:non sibi soli tantum,secundum ordinẽ Witeleff,sed ad illam,q̃ est uerecunda peccatorũ confessio:& per hoc homini facta mortali. & adiungit.Vide (inquit)ne reluctando mandatis cælestibus in indenotionem Iudæorum incidas, qui in desperationem potiùs mittunt, quàm remissionem promittunt: ne fortè secundum argumẽtum factum iam commune tribus,hæreticis,paganis,& Witeleuistis,sic promittentes, & ueniã indulgentes, audaciam faciant peccatori: quia portum pœnitentię pollicentur,sed ut omnibus cuidens huius inconstantia hominis fieret: statim sibiipsi dicit contraria:quia ubi de nimia letitiate pœnitentiæ criminabatur ecclesiam,in eodem passu sine mora de crudelitate, & sæuitia confessorum improperat, & ad leuiora suadet. cap. 1.de sermone domini in monte. cap.3.

¶ Infinita†(inquiens) sunt inconuenientia, quæ confessor in ista materia non euadet: sed uidetur,q̃ laborat in deceptione sui confessi pro pecunia,uel dominio acquirendo:& ita alligat super humeros pœnitentium onera grauia, quæ ipsi sufficere non possunt: nec propter longitudinem temporis ex ordinatione domini supportare. Sicut ergo inhibuit adulteræ, q̃ nolit amplius peccare. ita uidentur confessores debere iniungere pœnitentiam confitenti: tum quia nulla est ars pœnitentiaria, à qua capi potest certior pœnitentia iniungenda: tum etiam, quia hoc maximè retraheret à peccato, & sonaret in misericordiam confessoris. Quomodo ergo crudelis,& immisericors confessor necessitaret Deum ad suo iudicio consentiẽdum?Hæc Witeleff.AVCTOR.Lene cerebrum, & uage mentis iudicium habens, quod tam sceleri rapeu uolat ad opposita: nunc iubes pœnitentias hominũ damnasis: dicentis eos dare peccandi licentiam, cum parcunt: nunc eosdem crudeles appellans, quia instar Christi sine omni pœnitentia non relaxant: quia sic(inquit) Christus dixit adulteræ. Vade,& amplius noli peccare. Hoc scio Christũ dixisse: sed si ei ulteriorem pœnam non statuit, sine insensibiliter imperãdo quia Deus fuit, sine sensibiliter postmodum iniungendo, qualiter tibi constat?Cum itẽ exemplum remissionis Christi non solum est à quo erudiamur, non unicum in scriptura. Ecce Petrus in negando delinquit: Christus respiciendo remisit. Nunquid propter hoc sine ampliori pœna Petrus abscessit ? Paulus item remissionem peccatorũ à Christo accepit,putas tamen non dixisse dominũ remisisse: Ego ostendã illi quanta oporteat eũ pro nomine meo pati ? Argumenta forsan scripturæ per ne non mouent, audies ex lib.9. moralium. ca. 22.textu Iob. Sciens quòd non parceres delinquentes. loqui GREGORIVM. An pœnitentẽ parcit, & delinquenti non parcit? Quia cum delicta plãgimus, nequaquãm iam delinquentes sumus. Sed quid est, quòd Petrus, cum negat, respicitur: & redemptoris negati respectu ad lachrymas uocatur ? Quid, quòd Paulus cum redemptoris nomen in terra conaretur extinguere,eius uerba de cælo meruit audire? Sed tamen culpa in utroque punita est: quia & de Petro, teste euangelio, scriptum est. Recordatus

Thomas Bradwardinus.

cap.6.

Ambr.To.1

qua

Lu.7.

2.Reg.16.

Accusatio secunda & uecleff.

Io.8.

Act.9.

Iob.9. Gregorius. To.1.

Lu.22.

Lu.22.

datus Petrus uerbi Iesu,egressus foras,fleuit amare:Et de Paulo hæc eadem,quæ hunc uocauit ueritas.dicit. Ego ostendam ei quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Delinquenti ergo dominus nequaquam parcit,quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit,aut hoc Deus cum homine uendicans percutit. Nequaquam ergo parcitur peccato: quia nullatenus sine uindicta laxatur. Hæc ille AVCT. Ecce ex ore sancti Iob, Deus nõ parcit delinquenti:& quodcunque delictum sine ultione non deserit,qui ut iustitiæ satisfaceret, ipse Deus existens, in hanc carnem descendit, ut pœnas peccatorum, quas homo ægre non posset,ipse persolueret. Perpendet tamen,q̃ Deus, qui sine ultione reatum transire non sinit, ipse etiam cum ad condignum non plectit, parcit.

Simul enim adultera grauem pœnam de suspensione indicii pertulit,& de publica confessionis accusatione ruborem, & postmodum de saluatoris misericordia leuitatem. Hoc item exẽplo iam penè rubore confectis, & per seipsos pœnarum extortione multatis, misericordiæ confessores parcunt,& tamen aliquid ecclesiasticæ seueritatis imponant:aliis autem misericordius sæuiunt, quos in peccatorum defensione proteruos, aut de criminis excessu tepide uident esse compunctos. Nec unus igitur pœnitentiæ modus est omnibus:nec eadem misericordia singulis impendenda,ut fallax Witeleff interpretatur saluatoris exemplum: sed nec palpator criminũ confessor accusandus est, cum ex compassione peperceerit, nec crudelis cum monente iustitia pœnitẽtiam aggranat:quia siue sic,siue sic,Christi minister est.hoc attendens,quòd dixit. Vade, iam amplius noli peccare. Vnde in epistola ad Macedonium AVGVST. Ne delictorum nõ amator,sed approbator uideretur. Vade, inquit, iã deinceps noli peccare.ut se homini peperciisse, non hominis culpam sibi placuisse monstraret. Iam uides igitur de religione descendere, nec nos societate criminum obstringi, q̃ intercedimus plerunque etiam pro sceleratis:&si non sceleratis,tamẽ pro peccatoribus intercedimus peccatores.Hæc ille. AVCT. Fauor igitur spiritualis,quem confessis suis,siue parcendo, siue intercedendo,uel fouendo uice Christi confessores,non est iniquitatis consensus:sed ex religione descendit,cuius modum,si non nosti,antiquitatem considera. Quam lib.9.historiæ tripertitæ cap.35. describens CASSIODORVS. Apud Romam(inquit)locus certus est pœnitentium. Stant enim rei uelut in lamentationibus constituti:dum enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes, cum gemitu, & lamentatione semetipsos in terram prosternunt. Ad quos concurrens episcopus & ipse cum larhrymis,& gemitu spirituali prosternitur: & omnis ecclesiæ plebs fletibus inundatur. Post hoc autem prior surgit episcopus, & eleuat iacentes a terra. Tunc competenter post pœnitentiam facta oratione dimittit omnes.

At illi afflictionibus sponte uacantes, aut ieiuniis,aut abstinentia lauacri,aut suspensione ciborum, aut rebus aliis, qui iubentur, expectant communionis tempus,quo discernit episcopus. Constituto uero tempore uelut quoddam debitum exoluentes,afflictione peccati curati, cum populo participantur communione. Hæc ergo antiquitus Romani pontifices usque ad nostrum conseruauerunt tempus.Hæc ille AVCT. Ecce mi Witeleff,si leuis pœnitentia est culpandaq̃ credis est leuior, quam pœnitentia Christi,quam ipse (ut tu recitasti) signauit adulteræ, Vade,& iam amplius noli peccare? Quæ gens peccatrix,& pœnitens plus habere iam solet diebus nostris christiani fomẽti,quàm isti apud Romanorum antistitem, quos sic consulabatur antiquitas?Et iterum audi ueterem lib.2. de pœnitentia uersus finem,AMBROSIVM.Condoleamus,inquit, peccatoribus affectu intimo. Hæc enim summa uirtus, quia scriptum est. Et nõ gaudebis super filios Iuda in die perditionis eorum:& ne magniloquaris in die tribulationis eorum. Sed quotiescunque peccatum alicuius lapsi exponitur,compatiar,nec superbe increpẽ: sed lugeam,& defleã: ut dum alium fleo, meipsum defleam:dicens. Institicata est magis Thamar,quam ego. Fortasse adolescentula lapsa sit occasionibus:quia delictorum fomite fuit decepta,ac præcipitata. Peccamus seniores. repugnat in nobis lex huius carnis, legi mentis nostræ, & captiuos nos in peccatum trahit, ut faciamus q̃ nolumus. Illi de ætate suppetit excusatio: mihi nulla. Illa enim debet discere: nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar,quam ego. Incusamus alicuius auaritiã:recordemur si nil ipsi auare facimus. Et si fecimus: quoniam radix est malorum auaritia: & tanquam sub terra occulte in nostro serpit corpore: dicamus singuli. Iustificata est magis Thamar: & recordatus suam esse culpam ait.Iustificata est magis Thamar, quàm ego. Si commoti fuerimus in quenquam grauiter causam leuiorem laicus habet,quàm episcopus,eò quod commotius aliquid egerit. Retracteamus nobiscum,& dicamus iustificatus est magis iste,qui commotionis arguitur,quam ego. Sequitur. Non ergo erubescamus dicere grauiorem culpam nostram esse, quam eius, quem arguendum peccamus:quia dixit hoc Iudas,qui arguebat Thamar:& recordatus suam esse culpã, ait,Iustificata ẽ magis Thamar,q̃ ego:Hæc ille.

AVCT.

Act.9.

Aug. To.2

Ambr. To.1

Gen.38.

1.Tim.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVCTOR. Quantum putas criminis imputasset hostis noster Ambrosio si sanctum patrem legisset non parcentē pœnitenti tm̄: sed condolentem confessis suis,& compatientem ad tantum, eos sibi in iustitia uitæ præferre studeret? ¶ Contra hāc pietatem ecclesiæ iterum hostis oblatrat artem sibi reperiens contra aditum ueniæ: tractatu de confessione,capite quinto. Breuiter (inquiens) cautela diaboli & istud medium sunt ad omnia genera criminum inductiuatur ad peccatum diaboli;ad superbiā & inuidiam atq; iram: cum confessor posit confessionem nec audet culpā confessā prodere:nec cōfessū suū priuate uel publicè ad uirtutem oppositam inclinare. Et sic necessitatur a lege domini,Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus:consentiendo crimini: declinare. Hæc Witcleff. AVCTOR. Parce, ò Witcleff: & super fragiles homines mitescat paulisper. Scueritas est hæretica sic in fratres tuos crudescere,& ex eius inuidia pullulans, qui accusator est fratrum nostrorum,& accusare eos studet. Solicitè inq̄ ipse te docuit dicere cōsensum esse criminis: criminationibus,&calūniis hominū non insistere die ac nocte. Ipse te docuit nō Christus Iesus: q̄p confessor dēt confessum suū prodere: uel censeri alioquin proditor legis Christi. Nos aūt scimus Christum Iesum nec sui prodidisse traditorem: nec eū de hoc erie proditionis singulariter arguisse: nec item p̄ hoc necessitatum a lege domini declinare: qui eū quantū oportuit in quodā generali compescuit, dicens. Vnus ex uobis me traditurus est. Sed scio, q̄p uenter tibi dolcat: quia non potest os tuum amaritudine,& omni dolo plenū,& iam sepulchrum factum patens, nisi publicum uenenum expirare cōceptū: & eum in publico accusare, cuius iudex electus, aut tutor es positus in secreto. Nouatus tuus hoc te docuit: cui item rñdet lib. de quæstionibus noui & ueteris testamēti. c. 102. AVGVSTINVS Adhuc est aliquid, q̄p reprehendit Nouatianus. Cur (inquit) corpus domini tradunt eis, quos nouerunt peccatores? Quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. Si accusati aūt fuerint et manifestati, poterunt abiici. Nam quis iudex accusatoris sumat personam. Nam si dñs Iudā passus est, quē sciebat furem esse: & ea, quæ mittebātur, exportabat: nec eū, qui accusatus non est, abiecit, hoc exemplo uti oportet, ut eum abiici non liceat, qui publicè detectus non fuerit. Nam nec iusto uiro competit aliquem accusare.

Accusatio tertia Witcleff.

Matt. 26.

Psal. 5.

Io. 12.

Aug To. 4

Lu. 1

Vnde Matthæus. Ioseph cum esset (inquit) homo iustus,& nollet eam traducere, uoluit occultè eam dimittere. Hæc ille. AVCT. Hoc est documentum charitatis, hæc disciplina catholica pii patris: q̄p confessor non erit confessi sibi proditor: tantum ne eum accuset in publico: sed negare ipsi non dēt corpus Christi cū aliis sumere q̄a Chr̄s non negauit Iudæ, sed contulit, cui tñ in consensu criminis non adhæsit. Cur hoc? quia non p̄t accusator esse qui iudex. Et iterum: quia iusto uiro non competit aliquem accusare. Iniustissimus ergo Witcleff: qui sic accusat, & stimulat accusantes, ut de accusatione continua desistant: saltem etiam catholicos infideles. Opto audire eum seme! suum prodere sectatorem: & publicè coram orthodoxis accusare de crimine. Aut oēs de studio partis eius sunt immunes a scelere, expertes peccati, angelis coæquales. Refellant ergo eum catholici: dicāt eum sceleratum: arguant eum de consensu criminis, & nostros fideles non eum audiant incusantem, quousque sceleratissimos sectatores suæ perfidiæ coram populo nostro & clero audiant detegentem. Si bona sit doctrina eius, experiatur in suis: si mortifera, ut est, uon permittatur in nostris.

A

B

C

¶ QVOD DEVS PRONIOR EST ad præmiandum iustos, uel ad parcendum pœnitentibus, quam ad puniendum iniquos. C. CLIII.

SVMMA.

1 *Deus, quod sit pronior ad præmiandum iustos, & parcēdum pœnitentibus, quàm ad puniendum iniquos, Augustini, & Chrysostomi authoritatibus, ostenditur.*

2 *Deus quod sit infinitè magis quacunque multitudine infinita.*

3 *Deus cum miseretur, quod etiam teneat summam iustitiam.*

HVic item tractaui de elementia" sacerdotum & temperato rigore in catholicè pœnitentes, ingerunt se quædam difficultates Witcleff ad partem oppositam: quia tenetur se Christo conformare supremo confessori: quia a nullo alio potest capi certius ars absolutoria. in proximo præcedente ca. Christus autem non est ad miserandum procliuior, quam ad puniendum reos. 4. trialog. ca. 12. Quantùm ad istud (inquit) quòd Deus est pronior ad præmiandum, quàm ad puniendum specialiter istud est imbrigabile apud scholasticos: cum Deus sit in infinitum pronus ad puniendum. Ideo cum in punitione sua sit summa iustitia, uidetur, q̄p non sit procliuior ad aliquem præmiandum: ideo uel hoc dictum magistrale taceo: uel glosso illud secundum terminos

C

Aug To. 4. vi tolg

fendendo

Misericors ma uirtus.

Lactātius.

fendendo. Hæc Witcleff. AVCTOR. Quorundam philosophorum stultitia fuit, quòd misericordia non sit uirtus: & ideo removendam eam putarunt tam à Deo, quàm hominibus. de quibus lib. 6. diuinarum institutionum. cap. 14. LACTANTIVS. Si ergo in homine præclarum & excellens est bonum misericordia, idque diuinis testimonijs,& bonorum, malorūque cōsensu optimum iudicatur, apparet philosophos longè abfuisse ab humano bono: qui neque præceperunt huiusmodi quicquàm, neque fecerunt: sed uirtutem, quæ in homine propemodum singularis est, pro uitio semper habuerunt. Libet hic interponere unum de philosophia locum: ut illorum plenius coarguamus errores: qui miseri cordiam, cupiditatem, metus, morbos animi appellant. Hæc ille. AVCTOR. Non ad præsens negotium pertinet dicere, si hæc hæresis philosophorum prævalebat in Witcleff, non scilicet pro magna uirtute misericordiam æstimare: quanuis ira uideatur sonare ex uerbis, dicendo quandoque, q̄p Christus non fuit ad corporalem eleemosynam assuetus. Sed hoc, quod intercidit, astruamus, quòd Deus sit ad præmiandū, uel miserendum pronior, quàm ad puniendum procliuus. Assumit pro hac parte Lactantius, q̄p 1 præclarum, & excellens bonum in homine est misericordia, & diuinis testimonijs optimum iudicatur. Remotis igitur imperfectionibus, si eam tribuamus Deo, & optimum iudicatur in Deo,& superexcellens bonum. Quoniam ergo ad optimum bonum Deus semper est pronior: uidetur, quòd ad miserendum Deus semper est pronior, quàm ad puniendum. Et ne uideatur hæc dictio magistralis (ut iste grammaticus noster dicit) & non ex necessitate scripturæ producta,& ecclesiæ ueritate, clamat ad nos ipse dominus per prophetam, dicens. Nolo mortē peccatoris: sed ut magis conuertatur, & uiuat. Ecce magis conuerti uult dominus peccatorem ut uiuat per gratiam, q̄ ut intereat per pœnam, & mortem secundam. Et in comparatione huius primæ, dicit se nolle secundam: quomodo ergo non est magis pronus ad primam, s. gratiam, q̄ ad secundam, scilicet mortem, & uindictam? Vnde lib. de uerbis domini sermo. 3. inferens hunc textum. dicit AVGVSTINVS. O magna bonitas Dei: & amicitiarum nobis præmia repromittit, ut nobis obsequia debitæ seruitutis extorqueat: ut quos nolle seruire cōspicit sponte, suorum beneficiorum possit promissionibus inuitare. Sequitur. Cupit etiam nolentibus subuenire: desiderat misereri peccanti: qui si peccauerit, dignos fructus exhibeat pœnitentiæ. Inuitus enim in reos uindicat, si Dei indulgentiam miseranti contemnant. Amat enim corrigi peccatores, qui in uitam, non in mortem à principio constituit homines. Reuertimini (inquit) ad me,& reuertar ad uos. Et iterum. Nolo mortem peccatoris: tantum reuertatur, & uiuat. Non uult dominus in quemquam dominari mortē: non uult in pœnam deduci hominem, quem in uita constituit. Hæc ille. AVCTOR. Planè patet Augustinum hìc exponere mortem, non solùm pro morte culpæ, quam non uult dominus, sed & magis pro morte uindictæ debitæ pro peccato. Non uult (inquit) dominus in quenquam dominari mortem: non uult in pœnam deduci hominem, pro quo dixit: Nolo mortem peccatoris: inuitus in reos uindicat. Et in hypognostico paulò pòst principium, dicit AVGVSTINVS, quòd nec mortem uult, nec eam fecit, sed serpens. Nolo (ait per prophetam Ezechielem dominus) mortem peccatoris: sed reuertatur,& uiuat. Si eius (ut prædicatis) auctor est Deus: cur eam dicendo nolo, repellit à peccatore, & non patitur quod suum est permanere? Mortem (inquit) nolo peccatoris, quam ego ei non feci: sed ipse eam sibi dum in me præuaricator extitisset, inuenit: sed reuertatur,& uiuat, id est, uitam me miserante recipiat, quam se peccāte perdiderat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce † dominus dicendo, Nolo mortem, mortem à peccatore repellit: ergo est ad miserandū & præmiandum paratior, quàm ad puniendum procliuus. Non enim longè distant Dei ad nos misericordia,& præmium: qui coronat nos omnes in sola misericordia, & miserationibus suis multis. Et in argumentum diuinæ pronitatis ad præmium, priùs nos per præmia allicit, quàm terreat per uindictas. Nota ordinem Augustini. O magna (inquit) bonitas Dei: amicitiarum nobis præmia repromittit, ut possit promissionibus inuitare: & desiderat Deus misereri peccanti, non autem desiderat uindictam inferre peccanti: imò inuitus (inquit) in reos uindicat. Hoc argumento probat item CHRYSOST. ueritatem istam catholicam, cui tu aduersaris in terminis: sumens occasionem à uerbis Christi præponentis præmium timori pœnæ, super Matthæum in imperfecto, Homilia. 45. ubi dicit. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eū coram patre meo. Et qui me negauerit coram hominibus, negabo & eum coram patre meo. Et quoniam quantum ad carnalem naturam rem impossibilem mandauerat, nunc & pœnam, & præmium proponit: ut non timore pœnæ, sed desiderio præmij uirtus animæ adiuuetur. Ecce premium. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Sed priùs dicit præmium, postea pœnam: quia paratior est Deus ad præmiandum bonos, quàm

Ezech. 18.

Aug. To. 3

Psal. 102.

Ezech. 18.

*Chrysost. To. 1. *Lu. 12. Matt. 8.*

Aug To. 2.

Matt. 3.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad puniendum indignos. Vide ergo quantò maius est præmium Dei, quàm nostra iustitia: & quantò grauior est uindicta Dei, quàm nostrum peccatum. Hæc ille. AVCTOR. Audis ne, Witeleff, quod dicit Chrysostomus? Iste est, quẽ digne tu proclamas profundũ logicum, & sublimem philosophum. Ipse plane dicit contra tuã uesaniam, contra dicens tibi in terminis, quòd Deus parator est ad præmiandum bonos, quàm ad puniendum indignos: quod tu planè subtices, aut glossas ad interitum: dicens imbrigabile: & ideo nulla prudentia defendendum. Sed dic motiuum tuum & maximam rationum. Quia Deus est in infinitum pronus ad puniendum: ergo non est promptior ad aliquem puniendum. Fallis Witcleff sic arguens: & te nec ostendis philosophum, nec ut peritum disputare theologum. Infinito enim cum infinito comparatio non repugnat: uno enim infinito quandoque aliud infinitum est aliquotiens maius, aliquotiens infinitè. Deducit enim conclusionem THOMAS BRADVVARDINVS libr. 1. de causa Dei. cap. 1. parte. 9. probans Deum esse infinitè magis quacunque multitudine infinita: quam ponit Auerrois particularium existentium cuiuscunque speciei, ac etiam omnium specierum: quia † quacunque multitudine infinita cuiuslibet speciei est alia maior multitudo, uidelicet congregata ex illa & alia simili alterius speciei. Tota etiã multitudine infinita omnium particularium omnium existentium posset esse aliqua maior: imò dupla, tripla, quadrupla, & de ĩceps simul, uel successiue. Deus, autem (inquit) est tam magnus, & infinitus, quòd nihil maius, aut infinitius esse posset. Per hoc ergo infinitas aggregata omnium particularium aliquarum duarum specierũ actu existentium, uel de possibili successiuè, est duplo maius, quàm alterum illorum per se. Item infinita claritate secundum dotem corporis beatificabitur aliquis sanctus in gloria: sed infinitè maior intensiuè erit dos dilectionis eius in anima: ergo dos dilectionis est infinitior dote claritatis. Modus arguendi uidetur ex illo textu topicorum. Si optimum unius generis sit melius optimo alterius generis: hoc totum est simpliciter illo melius. Similitèr diuina fœcunditas est infinita in producendo creaturas siuè in esse suo intelligibili secundum speciem & numerum siuè in esse creato secundum rem: sed multò infinitior est fœcunditas eius in producendo uerbum, uel spiritum in identitate naturæ diuinæ ſm numerũ: ergo in eodem, unum infinitum excedit aliud: & sic dato ꝙ Deus esset infinitè pronus ad puniendum indignos, non propter hoc sequitur, ꝙ non esset promptior ad præmiandum etiam infinitum. Dicis, imo quia cum in punitione eius sit summa iustitia, uidetur, ꝙ non sit promptior ad aliquem præmiandum. Si tibi sic uidetur, oculus tuus nequam est: quia Deus bonus est. An ideo non licet ipsi quod uult facere, & propitius esse? quia si punit, habet in puniendo summam iustitiam. Quasi dixeris: non habet summam iustitiam in miserendo, sicut in puniendo. Sed catholica fides tibi dicit ꝙ sic. unde super Psal. 143. ver. 1. AVGVSTINVS. Superexaltat autem misericordia iudicio. Quid est hoc fratres: superexaltat misericordia iudicium? supponitur misericordia iudicio, in quo inuentum fuerit opus misericordiæ, & si habuerit aliquid fortè in iudicio quo puniatur, tanq̃ unda misericordiæ peccati ignis extinguitur: superexaltat enim misericordia iudicio. Quid aũt cum talibus subuenit, & cum tales liberat, & cũ talibus ignoscit, iniustus est Deus? Absit. Et ibi iustus est. Non tollit ei misericordia iustitiam: nec iustitia misericordiam. Vide enim si nõ iustus est: dimitte, & dimitto: da, & do. Vide si nõ iustus est. In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis. Ad hoc enim in qua mensura? Non enim mensura eiusdem generis: sed ad hoc eadem mensura, ignosce, & ignoscẽ. Est apud te mensura ueniæ dandæ: inuenies apud me mensuram ueniæ accipiendæ. Est apud te mensura tribuendi quod habes: inuenies apud me mensuram accipiendi quod non habes. Hæc ille. AVCTOR. Probat bene Augustinus, quòd† Deus, etiã cum miseretur, tenet summã iustitiam: quia rependit homini uices suas, nec tollit ei misericordia sua iustitiã: nec iustitia misericordiam. Summa ergo sibi iustitia cum punit: sed infinitè paratior secundum summam suam iustitiam ut misereatur, & donet: quia ad puniendum, secundum prædicta, quasi accedit inuitus, & non uult mortem peccatoris secundam: magis autẽ uult ipsi misereri, ut conuertatur, & uiuat. Cum ergo omnis Dei proprietas surgat in infinitum: infinitè magis uult Deus misereri peccãti, quàm punire peccantem: & sic infinite est pronior ad præmiandum, uel miserendum, quàm ad puniendum peccantes. Et secundum hanc fidem orat ecclesia Deum, dicens ad eum: quia misereri potiùs eligis, quàm irasci. Et lib. 1. de pœnitentia hanc fidem incorporans scriptis suis AMBROSIVS. Ius (inquit) spiritussancti in soluendis, ligandisque criminibus est. Quomodo ergo munus eius uendicant, de cuius diffidunt iure & potestate? Quid ꝙ insolentiores sunt? Nam cũ ad misericordiam promptior, quàm ad seueritatem sit spiritus Dei: quod ait se uelle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt: & cum uindicare iudicis sit, remittere misericordis, tolerabiliùs igitur Nouatiane remitteres, quàm ligares. Aliud enim quasi

Infinito cũ infinito cõparatio non repugnat. Thomas Bradwardinus.

Matt.

Deus prãtor est ad misericordiam quàm ad seueritatem.

Aug. To 8 Iacob. 2.

Matt. 7. Marc. 4.

Amb. To. 1

Ar. in Topicis.

quasi delinquẽdi parcè usurpares: aliud quasi ærũ nè cõpassus ignosceres. Hæc ille. AVCT. Ecce & hic audis Ambrosium protestari regulam fidei ſdictam. Ad misericordiã (inquit), promptior, ꝙ ad seueritatẽ est spũs Dei: & igitur tolerabilius Nouatianus remitteret, q̃ ligaret. Ex quo liquet, ꝙ a duritia Nouatianorũ traxit Witeleff formam negandi principium fidei antedictũ: & calumniari ipsum tanq̃ principium magistrale. Christi uero fidelibus sufficit hẽre pro principijs sibi credẽdis tales magistros: magistrũ Ambrosium, magistrum Chrysostomum, magistrũ Ezechielem dicẽtem ex ore dñi, se nolle tormẽtum peccatoris, sed ut magis conuertatur, & uiuat. Si magis hoc, qũo non promptior est ad hoc? Magister nẽ principij huius est dñs noster per os Esa. 58. Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam? Nunquid cõtorquere quasi circulum caput suũ & saccum, & cinerem sternere? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & oẽ onus disrumpe. Frange esurienti panem tuũ &c. Non tãn est ad hoc Deus ipse parator: sed instruit itẽ hominem, ut præeligat pœnæ & afflictioni corporis pro peccatis misericordiam facere, & opera pietatis. Et hoc est magis ieiunium, quod elegit: & ita ſm hoc considendum est magis ĩ dño, quàm desperãdum de uitio: ſm illud AVGVSTINI de uisitatione infirmorum li. 1. in fine dicẽtis Adesto mihi propitius in his meis magnis necessitatibus. Nõ possum me redimere meis operationibus: sed tu redime me, & miserere mei. Diffido de meis meritis, sed confido de miserationibus tuis. Et plus confido de tuis miserationibus, quàm diffidam de malis meis actib. Hæc ille. AVCT. Non autem plus confideret sapiens Augustinus in miserationibus domini, quã diffideret de malis actibus proprijs, nisi sciret Deũ paratiorem misereri, & parcere pœnitenti, quã pœnam infligere delinquenti.

Esa. 58

Aug. To. 9

¶DE PECCATO MORTALI, ET VEniali: & quæ de eisdem reperiuntur in scripturis. Cap. CLIIII.

SVMMA.

1 *Peccatũ mortale ubi reperiatur in scripturis ex pressum, & si nullibi ibi dictum.*
2 *Deus quam mortem comminatus fuerit primis hominibus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, ex Augustino.*
3 *Mors secunda quæ dicatur.*
4 *Peccatum uenale ubi reperiatur in scripturis expressum.*

LEpram à lepra uel non lepra discerne re: aut mortale delictum à ueniali, ſm hæc prædicta tanquam necessariũ exigit dispensatio credita confessori. Sed hoc modo, delicta quis intelligit, nisi solus Witeleff? dicens. 3. trialog. ca. 5. Vt mihi expediens de peccatis amplius pertractãdum: & primò de distinctione inter peccatum mortale, & ueniale quæ distinctio rotatur cõiter in ore uulgariũ, ac prælatorum, qui melius sciunt pro peccatis pecuniam extorquere, quàm a culpis mundare: uel inter mortale, & ueniale (de quo frequenter balbutiunt) iudicare. Quia aũt iste terminus uulgaris non fundatur expresse in fide scripturæ, ideo vt licitum limitare significationes illius, ſm ꝙ magis conuenit cum scriptura. Hæc Witeleff. AVCT. Adhuc leuat corã pectore suo antiquũ illud scutum Arianorum, & complurium hæreticorum umbraculum sub quo (ut sibi uisum est) securè pererret. Iste terminus (inquit) non est expresse fundatus in scriptura sacra: ideo licet sic exponere, ut mihi uisum est conuenire scripturis. Sic exposuit Arius ut sibi uisum erat terminum consubstantialitatis. Sic Manichæus hos terminos, Deum bonum, & Deum malum. Sic Berengarius tuus, corporis Christi terminũ. Sic Nouatus pœnitentiam. Sic omnes hæretici scripturarum terminos: & sensus ad errores suos retrahunt inuitos. At uideamus, si tota scriptura sacra, quæ penè tota personat contra peccata, tãnegligẽs sit in isto. Iste (inquit) terminus nõ fundatur expresse in scriptura sacra. Sic Ariani in Ariminensi concilio contra diuinam substantiam arguentes in Christo. In scripturis diuinis (inquiunt) non est scripta substantia. sicut in epistola ad Athanasium: quæ incipit, Tanti carceris fossa, Pantamius. Dicunt etiam (inquit) quòd in libris dominicis substantia nunquam uſ esse scripta. Redde quod inuoluerasfuracissime tertator. Ecce uinceris confutare de substãtia. Hæc ille. AVCTOR. Hoc item modo probare uoluit Manichæus quidam, ꝙ non pater per filiũ, sed solùm per seipsum fecit mundum. Vnde contra Adimantium ca. 1. AVGVSTINVS de eo, qđ scriptum est, In principio fecit Deus cælum, & terram. usque ad id, quod scriptum est, Factum est uespere, & mane dies una. Hoc capitulum legis aduersum esse Euangelio stultissimi Manichæi arbitrantur, dicentes, In Genesi scriptũ est, ꝙ Deus per seipsum fecerit cælum, & terram, & lucem. In Euangelio autem scriptum est, per dominum Iesum Christum fabricatum esse mundum. Vbi dictum est, Et mundus per ipsum factus est: & mondus eum non cognouit. Tribus enim modis refelluntur. Primum, quia cùm dicitur, In principio fecit Deus cælum & terrã: Tri-

Ps. 18 ſ. vitelleſſ

Pãtamius

Aug. To. 6 Gen. 1

Io. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatem ipsam Christianus accipit:ubi nō solus pater,sed & filius,& Spiritussanctus intelligitur. Sequitur.Quia ubi dicitur, Dixit Deus, Fiat,& factum est,ibi necesse est ut intelligatur per uerbum eum fecisse quod fecit. Verbum autem patris est filius. Postremo si posteà in Genesi non intelligitur filius,quia non est dictum, ꝙ per filium Deus fecerit: nec in Euangelio per filium
Matt.6 Deus aues pascit,& lilia uestit, & cætera innumerabilia,quæ ipse dominus dicit Deum facere & patrem,quamuis non dicat, ꝙ ea per filiū faciat.Quòd ergo capitulum hoc aduersum dicunt esse Geneſi,ubi dominus ita dicitur fecisse mundum,ut specialiter ibi non sit filius nomina 1
tus,uehementer errant,& non uident, si ita est ipsum Apostolum sibijpsi esse contrarium, cùm alio loco unum Deum dicit,ex quo omnia, per quem omnia,in quo omnia:& filium non nominat. Modò autem hic filius nominatus non est:
Ro.11 intelligitur tamen.Ita in Genesi. Hæc ille. AVB CTOR. Cum istis stultissimis Manichæis,cur stultior Witcleff computari non debeat: quando cum eis tantam uim facit in fidem scripturæ pro expressione uocabuli,si cuilibet Christiano fides termini exprimatur in plano, cum nullus terminus latinè iam expressus in Biblia fuerit tempore prædicationis Christi sic expresè fundatus in fide scripturæ,nec Christus in persona sua legem suam expresit in terminis nostris modernis?Si autem curras ad terminorum subſtractos conceptus,qui in omni lingua idem sonant tunc restat ut probes quod dixeris. Scio te alibi 2
scripsisse,ꝙ uerissima scriptura citra diuinæ mētis abyssum has literas,& notas sensibiles non attendit.Nunc autem scio Heliu in lib.Iob ista tibi respondisse,cùm diceret, Aduersus Deum cō tendis,ꝙ non ad omnia uerba responderit tibi.
Gre.To.1. Iob.33. Vnde li.13.Moral.GREG. Heliu præuidens, ꝙ scripturam sacram Deus conderet, & in ea publicis,uel occultis cunctorum quæstionibus C
responderet,ait, Aduersus Deum contendis, ꝙ non ad omnia uerba responderit tibi. ac si diceret,Deus singulorum cordibus priuatis uocibus non respondet:sed tale eloquium cōstituit, per quod cunctorum quæstionibus satisfacit.In scripturæ quippe eius eloquio causas nostras singuli,si requirimus,inuenimus. Hæc ille. AVCT. Scias ergo calumniam istam te stultè formasse, ꝙ Deus ad ista uerba tibi in scripturis non responderit: quia singulorum cordibus priuatis uocibus,aut terminis non respondet.Nihilominus tamen cunctis tuis quæstionibus occultis, uel publicis satisfacit.Non(inquit)in expresso. Imò si nosses cùm exprimitur,expresse respondet tibi ad terminum,quem signasti.Sicut omni potens filius,quanuis non dicatur in symbolo: A tamen expressatur in symbolo.ut patet lib.1. de *Aug.To.9* symbolo,post principium per AVGVST.dicentem. Et credidistis in filium omnipotentem. Quod uerbum etsi in symbolo non dixistis, tñ hoc est,quod expresistis, quando in unicum ipsum Deum credidistis. Hæc ille. AVCTOR. Sicut ergo uocabulum omnipotentis filij fuit expressum in symbolo,quamuis non dictū,cùm Deus unicus diceretur: ita probatum statim est peccatum mortale in scripturis expressum, etsi nullibi ibi dictum. Et ut exordium capiamus à *Gen.3* primis:in principio Geneſis decretum habemus à domino primis hominibus contra cibum uetitum.Quacunquedie ederitis ex eo,morte moriemini.Comedit homo: ergo eadem die mortuus est: quia non est mendax Deus, Non autem statim mortuus est corpore: anima ergo mortuus est per peccatum. Hoc peccatum *Ro.5* expresit Apostolus ad Rom.5.Sicut per unum B
hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransijt:in quo omnes peccauerunt. Et infra.Sicut regnauit peccatum in mortē, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternā. Quid tibi uidetur? Nunquid hoc modo peccauit primus homo mortaliter: & peccatum eius exprimitur fuisse mortale,quando dicit Apostolus per illum intrasse in mundum, & per peccatum mortem? Si uis in multiplicitate mortis quærere fugam,occurret tibi AVGVST. protinus rem nostram expediens libro.13.de ciui- *Id.To.5* tate Dei.cap.12. dicens. Cum † ergo requiritur, quam mortem Deus: primis hominibus fuerit comminatus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, nec obedientiam custodirent, utrum animæ, an corporis, an totius hominis, an illam, quæ appellatur secunda? Respondendum est: omnes. Prima enim constat ex duabus, ex omnibus tota. Sicut C
enim uniuersa terra ex multis terris, & uniuersa ecclesia ex multis constat ecclesijs: sic uniuersa mors ex omnibus: quoniam prima constat ex duabus, una animæ, altera corporis, ut sit prima totius hominis mors,qua anima sine deo & sine corpore ad tempus pœnas luit: Secunda uero,ubi anima sine DEO cum corpore pœnas æternas luit. HÆC ILLE.AVCTOR. Hic ex fundamento scripturæ elicit Augustinus unā mortem uniuersalem,duas speciales mortes habentem:quarum secunda est mors æterna. De qua *Apo.20* Apocaly.20.Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima.In his secūda mors non habet potestatem.Et Apocaly.2. Qui uicerit,non lædetur à morte secunda. Vbi in ex *Apo.2* positione literali ad Anatolium HIERONY. *Hieronym.* Qui perseuerauerint,non lædentur a morte secunda,

cunda,id est,non castigabuntur in inferno. Hæc A
ille. AVCTOR. Et ℰm Augustinum iam suprà
Mors secūda. 3 Mors † secunda est,ubi anima sine Deo cū corpore pœnas æternas luit.Prima mors autē continet duas mortes. Vnam animæ, quæ est p mortale peccatum. Alteram corporis, quæ inest per primum mortale peccatum.Et mortem illā uniuersalem, dicit Augustinus primos contraxisse parentes,quæ omnes complectitur speciales.
Aut ergo nullum est peccatū mortale, aut hic exprimit:ibi nulla relinquitur indiscussa. Quacunque die comederitis,morte moriemini: non
4 una, sed uniuersa. s. morte dicibili. De † peccato aūt ueniali statim ipsa scriptura efficit mentionem planissimam:ubi primos motus liuoris fra
Gen.4. tricidæ Cain Deus aperuit,monens eum, ut dominanter eos compescat,priusq; in opus prodirint.Nonne si bene egeris,recipies?Sin aūt malè, statim in foribus peccatum aderit?Sed sub te e-
rit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Si B
malè egeris.s.fouendo malos motus, quos mente præconcipis,statim in foribus peccatum ade
Iacob.1 rit.i.peccatum consummatum erit,cuius dispositio mente præcessit,quod utique ℰm Iacobum cùm consummatum fuerit,generat mortē. Ante quam ergo peccatum fuerit consummatū:cū ad huc in foribus aderit,elidi poterit,nè sit mortale,per subiugationem appetitus illiciti. Sub te
Aug.To.5 (inquit)erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius.In quem text.li.15.de ciui.Dei.ca.7. AVG. Et tu dñaberis illius.Nunquid fratris?Absit:Cuius igitur nisi peccati?Dixerat.n.peccasti. Tamē deinde addidit, Quiesce. Ad te.n.conuersio eius & tu dñaberis illius.Potest quidē ita intelligi ad ipsum hominem conuersionem debere esse peccati,ut nulli alij,q̄ sibi,sciat tribuere dēre quod peccat.Hæc est.n.salubris pœnitentiæ medicina,& ueniæ non incongrua,ut ubi ait,Ad te conuersio eius,non subaudiatur erit,sed sit. Sequi- C
tur.Sed ut peccatum intelligatur concupiscentia ipsa carnalis,de qua dicit Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum. In cuius carnis
Gal.5. fructibus & inuidiam commemorat, qua utiq; Cain stimulabatur,& accendebatur in fratris exitium:benè subauditur erit.i.ad te enim cōuersio eius erit,& tu dominaberis illius.Cum enim commota fuerit pars illa carnalis, quam peccatum Apostolus appellat,ubi dicit,Non ego ope
Ro.7. ror illud,sed quod habitat in me peccatū. Quā partem animi etiam Philosophi dicunt esse uitiosam, non quæ mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare, eamque ab illicitis operibus mente cohibere. Hæc ille. AVCT. 1
In hac parte carnali habitat peccatum secundū Apostolum:illud,scilicet, quod ibi relictum est ex traduce, uel ex consuetudine delinquendi. 2
A Habitat autem ibi quasi ad fores animæ: quod si mens introò susceperit per consensum, iam cō cupiscentia ipsa genauit peccatum, & peccatum mortem:efficiturque mortale peccatū, qđ in foribus habitans ueniale fuisset. Vnde in expositione epistolæ ad Rom.textu, Condelector
Amb.To.5 legi Dei,secundùm interiorem hominē, AMBR. In carne(inquit)habitat peccatum quasi ad ianuas animæ:ut nō illam permittat ire,quo uult. In anima autem si habitaret,nunq̄ se cognosceret homo.Nunc autem cognoscit se,& delectatur legi Dei.Hæc ille.AVCT. HOC ergo genus peccati quod homo trahit inuitus: sed sic attractum obseruat,& per conuersionem sui ad sp Dei gratiam perimit.Vnde ex sui conditione efficitur ueniale,sicut Augustinus suprà dixit, Veniæ non incongruam medicinam, quia adhuc p consensum mentis non placuit, ut esset mortale.Illud,inquam,est,quod cogit uirum iustū di-
cere cum Apostolo ad Rom.7.Quod.n.operor, *Ro.7* non intelligo.Non enim qđ uolo,hoc ago, sed quod odi hoc facio. Nunc autem iam ego non operor illud,sed quod habitat in me peccatum. Scio.n.quia non habitat in me, hoc est,in carne mea,bonum.Et iterum. Condelector.n.legi Dei,ℰn interiorem hominem.Video aūt aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ:& captiuū me ducētē in legem peccati, quæ est in mēbris meis. HOC genus peccati, qđ sic Paulum duxit captiuum,& traxit item nolentem,quod,aut quale esset,si ueniale statim non eēt:quia regnare non sinitur,nec dñari in mentem.Nec.n.illius generis erat peccati, de quo ꝙ hibendo ait.Non regnet peccatū in uestro mortali corpore.Peccatum,n.in quocunque regnat mortificat:& inde est mortale.Nec tamen ideo quod non regnat,non est peccatum,sicut in expositione textus.Si quod nolo, hoc facio &c.
C AMBROS.Nunquid quia inuitum hominem
ducit peccatum,immunis debet uideri à crimi- *Amb.To.5* ne:quia hoc agit,quod non uult, pressus ui potestatis?Non utiq; ipsius.n.uitio, & desidio hæc cœpta sunt. Hæc ille.AVCT. Sed quia nolens homo ad peccatum trahitur,non erit ipsi mortale, quod non facit,sed quod patitur.

¶ QVOD PECCATVM MORTALE, & peccatum ueniale distinguuntur in scripturis per iudicium uoluntatis, non ex præscientiæ,uel prædestinationis abyssо.

Cap. CLV.

SVMMA

Peccatorum,mortalis & uenialis differentia ex abyssо scripturæ,& primo ex ueteri testamento producitur.

Peccatum aliquod quare ueniale dicatur. & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo distinguitur à mortali.

3 *Peccatum mortale, & ueniale quibus uerbis solent distingui.*

4 *Peccata mortalia quomodo designentur per trabem, uenialia uerò per festucam. Et quid de hoc dicat Hieronymus.*

5 *Iræ, & odij ex Augustino differentia. Et quomodo in comparatione odij ira est festuca &c.*

6 *Peccatorum uenialis & mortalis ex testamento nouo differentia ostenditur. &c.*

HOC ergo modo ex puris scripturis peccatum mortale ſm ſe, & peccatum ueniale cognoſcitur. Hunc ordinem fidei, hanc diſtinctionem mortalis, & uenialis peccati, nititur hoſtis fidei perturbare, inducens alium modum, quem ipſe inuenit. 3. parte ſermonum, ſermo. 23. ubi poſt multa dicit, mortale poſſe dici tripliciter. Primo modo, qđcunque peccatum præſciti: & ex oppoſito, omne peccatum prædeſtinati eſt ueniale. Secundo modo, omne peccatum inductiuum mortis ſecũdæ: & ſic oẽ peccatum, ſiuè præſciti, ſiuè prædeſtinati eſt mortale. Tertio, peccatum mortale, q̃ tollit ab eo gratiam ſm præſentem iuſtitiam, & peccatum dicens talis peccati carentiã eſt ueniale. Hæc Witeleff. AVCTOR. Sed inter hos modos ipſe regulariter obſeruat primum. Vnde & ibi conſequenter in riſione ad tertium: Quidã (inquit) uocant primum peccatum mortale ſimpliciter, & abſolute: ſed ſm uocant mortale ſm quid, uel ſub conditione. Hæc Witeleff. AVCT. Poſtquàm culpauit aliorum poſitiones ibidem, dicens illos balbutiuè loquentes: iſta fabulatur & ipſe ſine fundamẽto ſcripturæ, uel fide patrũ. Forſitã ideò priùs intulit, quod hæc nomina peccatorum non ſunt nomina ſcripturæ, & nunq̃, uel rarò inuenta in ſcripturis ſanctorum de millenario Chriſti, ut ſic poſſet excuſari cõplicib. q̃ ſine ſcripturis, uel patribus ſuas truffulas loqueretur. Confiſus tñ adiutorio eius, qui ſcripturas diuinitùs ſpirauit, longè aliam, & uerior em dr̃iam peccatorum ex abyſſo ſcripturæ ſanctæ, & expoſitorum eius ſanctorum, ẽt quos tu cum millenarijs hæreticis de millenario Chriſti prouocaſti, producam. Voluc, ſi noſti librũ Numerorum ad 15. eius caput, & lege ibi, Si ſper ignorantiam præterieritis quicq̃ horum, quæ locutus eſt dñs ad Moyſen, & mandauit per eum ad uos, à die qua cœpit iubere, & ultrà: oblitaquè fuerit facere multitudo, offeret uitulum de armento holocauſtum in odorem ſuauiſſimum dño. Sequit. Et rogabit ſacerdos pro omni multitudine filiorũ Iſrael, & dimittetur eis: quia nõ ſponte peccauerunt, nihilominus offerentes incenſum domino pro ſe, & pro peccato atq; er-

Peccatũ ueniale.

Idem

Num. 15

1

A rore ſuo: & dimittetur uniuerſæ plebi filiorum Iſrael: & aduenis, qui peregrinantur inter uos, qm̃ culpa eſt omnis populi per ignorantiã. Hoc dictum eſt pro errore tranſgreſſionis præcepti ſub notatis uerbis, non ſponte & per ignorantiam, & totius multitudinis. Sequitur de ſimili tranſgreſſione præcepti per unum facta, Quòd ſi anima una neſciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato ſuo, & deprecabitur ꝑ ea ſacerdos, quòd inſcia peccauerit coram dño impetrabitq̃ ei ueniam, & dimittetur illi. Tã indigenis, q̃ aduenis una lex erit omnium, qui peccauerunt ignoranter. Conſequenter annectit peccatum mortale & afflictione eius. Anima uero, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiuè ciuis ſit ille, ſiuè peregrinus, quoniam aduerſũ dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Verbum enim domini contempſit, & præceptũ illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. In hac lege domini eſt primo biformis peccatorum diuerſitas aſſignata. Eſt peccatum, quod per leue quoddam ſacrifiB cium ueniam obtinet. Eſt quod ſine uenia, & remiſſione contemnentem interimit. Primum eſt ex ipſo textu ueniale. Impetrabit (inquit) ei ueniam. Secundum eſt item mortale: quia ſine aſſignatione legalis pœnæ, Peribit (inquit) de populo ſuo, & delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. Primum item peccatum diſpar eſt ratione multorum, & unius: ſed tandem in hoc unum colligitur: una lex erit omnium, qui peccauerint ignoranter. Secundum item ſtatim ab illo primo diuiditur, tàm ratione contemptus, quã pœnæ mortalis inflictæ. Peribit (inquit) anima illa de populo: delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. Hæc eſt ergo prima regula legis Dei: hoc primum principium diſtinguendi peccata magna, & leuia, uenialia, & digna morte ſecunda.
C Si ex ignorantia, aut infirmitate tantùm tranſgreſſio fit, uenialis eſt culpa: quia non ſponte committitur: Non eſt differentia prædeſtinati, & præſciti in tota multitudine deſignata, ut culpa præſciti ſit mortalis quantumcunque leuis, culpa uerò prædeſtinati ſit uenialis quantumcunque grauis. Sed una (inquit) erit lex omniũ in tota multitudine filiorum Iſrael, qui peccauerint ignoranter: & dimittetur uniuerſæ plebi filiorum Iſrael, & aduenis, qui peregrinantur inter uos, quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam. Et ſic ècontrario una eſt lex ſignata ei, qui per ſuperbiam aliquid commiſe- *Eph. 4*
rit: ſiuè ciuis ſit ille, de qualibus dicitur, Iam non eſtis hoſpites, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei: ſiuè fuerit peregrinus ſecũdùm præſentem Dei iuſtitiam tantum
2 ipſi acceptus. Primum ſigitur peccatum eſt, ſine

quo

Veniale.

quo nec à iuſtis uiris hic uiuitur, ſed quia ſtatim
A ſiuè ciuis ſit illè ſiuè peregrinus, quoniã aduerſus dominũ rebellis fuit peribit de populo ſuo. Vnde in quæſtione ſuper cap. 15. Nume. quæſtione *23. AVG. Quæ ſint peccata, quæ fiunt manu ſuperbiæ. i. ſuperbia committuntur, ſcriptura ipſa in conſequentibus ſatis expoſuit, ubi ait. Quoniam uerbum domini contempſit. Aliud eſt ergo præcepta contemnere, aliud non magni quidem pendere: ſed aut ignarum contra facere, aut uictum: quæ duo fortaſſe pertinẽt ad illa peccata, quæ a nolentibus fiunt. De quibus ſuperius quemadmodũ Deo propitiato expiarentur, admonuit; ac deinde ſubiecit peccata ſuperbiæ: cum quiſque ſuperbiendo. i. præceptum cõtemnendo, perperam facit. Quod genus peccati, nõ dixit ullo genere ſacrificij purgari oportere, tanq̃ inſanabile iudicans illa duntaxat tantum rõne, quæ per ſacrificia gerebatur, qualia facienda in hac ſcriptura præcipiuntur. Quæ ſi per ſeipſa attendantur, nulli peccato poſsũt mederi. Si autem res ipſæ, quarum hæc ſacra ſunt, inquirantur, in eis inueniri poterit purgatio peB catorum. Quod ergo ſcriptum eſt, Peccator cũ uenerit in profundum peccatorum contẽnit: iſte ſignificatus eſt, quem ſcriptura dicit in hoc loco, in manu ſuperbiæ delinquere, Hoc ergo ſine pœna eius, qui committit, nõ põt aboleri: atque ideo nõ poteſt eſſe impunitum, & tñ pœnitendo ſanatur. Ipſa. n. affectio pœnitentis peccati pœna eſt, q̃uis medicinalis, & ſalubris. Merito quippe magnũ iudicatur peccatũ, cum ſuperbia præceptũ cõtemnit: ſed e contrariò, ut ſanari poſsit, cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit. Veruntñ quia ſine pœna non fit: iõ talia hic dicta ſunt. Deum (inquit) exacerbat. Hæc ille. AVCTOR. Perpende iam conditiones utriuſque. Primum peccatum dignum uenia per
C ſacrificia deputata dr̃ factum eſſe per ignarum, aut uictum. Sunt. n. genera uenialis delicti, ignorantia, uel ipſa fragilitas: nec reminiſcor pluriũ. Habuit item legem unam per totam multitudinem. Sed ſm uero factum deſcribit per contemptum: & dr̃ magnum peccatum comparatione prioris, & dr̃ exacerbare Deum, & ſine ſubſidio legalis ſacrificij morte plectendum. In noua aũt lege corde contrito, & humiliato, qđ Deus non ſpernit: ſi tñ fiat in eccleſia pœnitendo, ut ſ̃ eſt habitum. Sed hoc ſm, & graue peccatum mors tunc ſecuta eſt: qđ peccatum fuiſſe mortale declarat. Mors. n. indicta tunc corpori pro peccato mortale fuiſſe illud peccatum ſignauit in aĩo. Hæc eſt ergo dr̃ia uenialium & mortalium peccatorum, quantum poſſumus haurire planè de lege: ſicut Auguſtinus ſ̃ dixit. Aliud eſt præcepta contemnere, aliud non magni quidẽ pendere, ſed contra facere ignarũ, aut uictum. Diſtãt

Peccatũ ueniale quid.

Matt. 6

Aug. To. 1

*Num. 15 *quæſt. 25. Aug. To. 4*

Pſal. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 enim ut mortale & ueniale. Hisque †uerbis distin
gui solent. Si ex ignorantia, uel infirmitate fiant,
solent uenialia dici: & tunc parua dicuntur, aut
leuia nuncupantur: Si ex certa scientia, & cõtem
ptu præcepta rumpuntur, flagitium, scelus, mor
tale delictum merito dicitur Deum irritare, &
morte dignum secunda, & infinita grauitate pec
catum ueniale transcendens. Quæ sic comparan
da in euangelio uideamus. Matthæi. 7. dominus
Matt.7. ait. Qui autem uides festucam in oculo fratris
tui, & trabem in oculo tuo non uides? Festuca
4 †hic peccatum ueniale: trabs mortale aliquod, &
Hier. grande peccatum accipitur. Vnde in commenta
rio super illum locum HIERON. De his (inqt
loquitur, qui cùm ipsi mortali crimine detinea
tur obnoxii, minora peccata fratribus non ce
dunt: culicem liquantes, & camelum glutientes.
Rectè ergo & isti simulatione iustitiæ, ut suprà
diximus, appellantur hypocritæ, qui per trabẽ
oculi sui festucam in oculo fratris sui aspiciunt. B
Hæc ille. AVCTOR. Ecce mortalia peccata
designata per trabem, & peccata minora, quæ
sunt uenialia, per festucam. Vnde & Augustinus
ea nominatim assignat per iram & odium, ita
ut ira sit secundum primum motum leue pecca
tum, aut forsan nullum peccatum. Odium uerò
mortale est uitium. Tertia parte sermonum, ser
Aug.To.x mone. 57. de dominica. 5. AVGVST. Aliud
5 †est ira, aliud odium. Nam sæpè & pater ira
scitur filio, sed non odit filium. Irascitur, ut cor
rigat, sed propterea irascitur, ut corrigat aman
do. Irascitur propterea dictum est. Festucam in
oculo fratris tui uides: culpas iram in alio, & te
netur odium in temetipso. In comparatione odii
ira festuca est: sed festucam si nutrias, trabes erit
Si euellas, & proiectas, nihil erit. Hæc ille. Av-
Matt. 23. 6 CT. Alio †item loco eiusdem Euangelii Matth.
23. imprecans Christus multiplex uch scribis,
& Pharisæis, inter cætera submilit. Veh uo
bis scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia decima
tis mentham, & anethum, & cyminum, & relin
quitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & mise
ricordiam, & fidem: duces cæci excolantes culi
cem, & glutientes camelum. Hoc uoluit redar
guere illos, quod tantum cauebant, ne populus
peccaret in minimis, scilicet decimatione rerũ
uilium: & ipsi seipsos de maximis non curabant.
Minima ergo peccata cauentes, dicit excolãtes
culicem: maxima committentes, deglutire came
lum. Et hoc secundum in superiori loco crimen
mortale: & primum mortali minus, scilicet ue-
Hieremy. niale, exponit HIERON. Cùm ipsi (inquiens)
mortali crimine detinentur, minora peccata fra
tribus non cedunt: culicem liquantes, & camelũ
glutientes: ut sit culex ad camelum, quod est festu
ca ad trabem. Et super hunc locum in commen-

Idem To.3 tario libri 4. idem HIER. Camelum puto esse
iuxta sensum præsentis loci, & magnitudinem
præceptorum, iudicium, & misericordiam, & fi
dem. Culicem autem decimas menthæ, & ane
thi, & cymini, & reliquorum uilium holerum.
Hæc contra præceptum Dei, quæ uel magna
sunt, deuoramus, atque negligimus: & opinionẽ
religionis in paruis, quæ lucrum habent, diligen
tia demonstramus. Hæc ille. AVCTOR. In Euan
2 gelio item Matthæi 18. dixit Iesus parabolam de
Matt.18 seruo debente domino decem millia talentorũ,
cuius cum misertus esset dominus, conseruisui
noluit misereri debẽti sibi tantam centum dena
rios, Et utique centum denariorum ad decẽ mil
lia talentorum quanta est proportio, talis festu
cæ ad trabem, culicis ad camelum. Quæ omnia
cum ad grauitatem tam disparem pertinẽt pec
catorum: secundum mentem Christi legiferi mi
nima peccata, quæ sunt ex se uenialia, a morta-
lium grauitate disiungunt. Vnde in expositio
Rabanus ne sua super Matthæum. cap. 31. RABA. Præ
cepit itaque Petro hac parabola dominus sub
comparatione regis domini, & serui, qui debi
tor decem millium talentorum a domino rogãs
ueniam impetrauerat, ut ipse quoque dimittat
conseruis suis minora peccantibus. Nosque si
mul admoneat, ut nostris conseruis benigni, & mi
sericordes simus. Sequitur. Quod ut manifestius
fiat, dicamus sub exemplo, Si quis nostrum com
miserit adulterium, homicidium, sacrilegium,
maiora crimina, decem millia talentorum rogã
tibus dimittuntur, si & ipsi dimittamus minora
peccantibus. Hæc ille. AVCTOR. Totergo
modis differentias peccatorum uenialium & ma
iorum in scripturis sanctis inuenimus: & in his
tàm in ueteri, quàm in nouo Euangelii testamen
to, multisque aliis secundum signatas conditio-
nes utriusque qualiter inter se distent, aut pœnæ
C quantum ualidæ, cogitares, si pro uocabulis non
certares: contra Apostolum dimicans, dicentem
Verborum pugnas deuita. Si quæstionis tuæ
Ad Tit.3. solutionem exploras, ipsa tibi scriptura copio-
se disseruit. Si pro terminis uim facias mortalis
& uenialis: iam sanctus Iob te increpandum du-
xit, ꝙ aduersus Dei legem contendis, quia nõ ad
singula uerba tibi responderit: sed iuxta Apoſto
2.Cor.10 li uocem, Nos hanc consuetudinem non habe-
mus, sed neque ecclesia Dei. Ecclesia enim Chri
sti uenialia nuncupat, quæ iustitiam iusti non au
ferunt, & quantumlibet iusti sunt (si primus iu-
stus, aut mater eius non fuerit) sine ipsis non ui-
uunt. Quæ ideo uenialia congruè nuncupan-
tur: quia iuxta legem superiorem in Numeris ip
sa cordis conuersione uenian consequentur.
Et tamen quia legis regula quantulumcunque
exorbitant, peccata reputantur, & sunt. Vnde &
san-

Iob 17. sanctus Iob hoc modo peccatorem se dicit: cu- A
ius tamen cor in uita sua se nullatenus reprehen
dit. Sicut in lib. 18. Moralium, tractans textum il
Greg To.1 lum Iob, dicit GREGORIVS. Quæri (inquit)
Iob.7. potest, quo pacto a corde suo reprehendi se de-
negat: qui se peccasse superiùs accusat, dicens,
Peccaui, quid faciam tibi o custos hominum?
Vel certè si iustificare me uoluero, os meum cõ
dẽnabit me. Sed sciendũ est, quia sunt peccata,
quæ a iustis uitari possunt: & sunt nonnulla, quæ
etiam a iustis uitari non possunt. Cuius enim
cor in hac corruptibili carne consistens in sini-
stra cogitatione non labitur: uel usque ad con-
sensus foueam non mergatur? Et tamen hæc ip-
sa praua cogitare, peccare est. Sed dum cogita-
tioni resistitur, à confusione sua animus libera-
tur, Mens ergo iustorum etsi libera est a peruer-
so opere, aliquando tamen corruit in peruersa
cogitatione & in peccato ergo labitur, quia fatẽ B
in cogitatione declinatur, & tamen unde semet
ipsam postmodum flendo reprehendat, non ha-
bet: quia antè se reparat, quàm per consensum 1
cadat. Recte ergo is, qui peccatorem se confes-
sus est, nequaquàm se a suo corde reprehendi
confitetur: quia & si qua illicita fortasse cogitan
do defluit nonnunquàm rectitudini, forti tamẽ
mentis certamine restitit cogitationi. Hæc ille.
AVCTOR. Iam nosse potes illud esse pecca-
tum ueniale in genere, quod peccatum est cum
committitur, sed tamen nihil habet cor iusti repre
hendens se, quod per consensum contrauenit
iustitiæ.

¶QVOD DIFFERENTIAE PEC-
catorum mortalium & uenialium bene su-
muntur per actus extrinsecos, & de difficultate separandi & cognoscendi quòd in-
sunt. Cap. CLVI. C

SVMMA.

1 *Peccatorum mortalium, & uenialium differentiæ quod bene sumantur per actus extrinsecos, ostenditur.*
2 *Apostolus quomodo per actus extrinsecos peccatorum species definierit.*
3 *Tentatio, quibus modis agatur secundum Bedam.*
4 *Witcleff quid de ueniali & mortali peccato dicat, et multa ibi contra eum ex Augustino adducuntur.*
5 *Peccata quomodo animam uulnerent, ex Origene ostenditur.*
6 *Ecclesia quomodo de peccatis iudicet.*
7 *Peccatorum mortalis et uenialis manifesta differentia, quomodo in finibus suis sit occulta, ostenditur.*

DIfferentias peccatorum mortalium & uenialium, & definitiones eorum in stanter iubet Witcleff suis postulare prælatis. 3. par. sermo. 23. Theriaca foret contra prælatos Cæsareos confessores de sectis nouellis quæstores, & alios uolentes pro peccatorum deletionibus, uel absolutionibus pecuniam extorquere, quærere primò instãter per quid peccati mortalis & uenialis differẽtia cognoscetur? Quod si nesciunt, tota sua fabula-
tio in ista materia est suspecta. Quòd si definiũt per nomen actus extrinseci, ut hominem occide re, mœchari, furari, uel quæcunque similia: pa-
tet, ꝙ quæcunque species actus extrinseci põt meritoriè exerceri. Sequitur. Standum est ergo in fide scripturæ, istorũ fabulatiões sophisticas relinquendo. Hæc Witcleff. AVCTOR. Post has fabulationes tuas ad eandem fidem scriptu-
ræ te prouocat matet ecclesia. Ecce † Deus zelo
tes & fortis sic definiuit peccata hominum, suis inhibenda præceptis per nomina actuũ extrinse
corum. Non assumes, inquiens, nomen Dei tui in uanũ. Non habebis deos alienos coram me. *Exo.20.*
Non facies tibi sculptile. Nõ occides. Non mœ-
chaberis. Non furtũ facies. Memento ut diem Sabbati sanctifices. Non loqueris contra proxi-
mum tuum falsum testimoniũ. Oppositi horũ facere contra tot leges, & præcepta, nunquid ẽ perpetrare tot peccata mortalia? cum in proxi-
mo ca. subditur. Qui percusserit patrem suum, *Exo.21.*
& matrem, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & uendiderit, conuictus moriatur.
Qui maledixerit patri suo, aut matri morte mo
riatur. Vbi semper mors inflicta corpori tunc
C mortem animæ nuntiabat. Et quorundam exẽ-
pla trahebantur ad singulos. Et hic tamen defini uit ea dominus per nomen suum, unumquodq; sui actus extrinseci. Quid ergo? nunquid relin-
quendæ sunt istæ tanquam fabulationes sophi-
sticæ: quia quæcunque species actus talis extrin seci potest meritorie exerceri? Et ex hoc missu- *Exo. 4*
rus es nos ad Hebræos spoliantes Aegyptios: & *Ose.1*
ad Oseam prophetam accipientem fornicariã *Gen.22*
mulierem: & ad Abraham uolentem filium hæ
redem occidere innocentem: ne sine te peccati *Gal.5.*
mortalis & uenialis differentia cognoscatur?
Audio ego & Apostolorum eius Paulum ad Ga
latas. 5. etiam nominibus actuum species pecca
torum conferre. Manifesta, inquit, sunt opera
carnis. quæ sunt, fornicatio, immunditia, impu
dicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, ini
micitiæ, cõtentiones, æmulationes, rixæ, dissen-
siones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates,
comessa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

comessationes, & his similia: quæ prædico uobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ad Apostolum loquere tu, si audes, & dic, quod perditionis tuæ sequaces hortabaris loqui prælatis. Per † actus peccatorum extrinsecos definuit Apostolus species peccatorum: quæ agentes, uel similia, regnum Dei non consequentur. Nunquid cum Pelagianis hæreticis alium locum ista committentibus deputabis extra regnum Dei, ubi utã habeant, ut mortem secundam euadant? Quod si non poteris, ergo qui talia agunt, mortali er peccant: & mortem extra regnum acquirent: quia omnis talis peccati stipendium mors est. Et idem Apostolus ad Ephesios. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Quòd si hæreditatem non habeat ibi omnis talis, qui in numero prædestinatorum non est, simpliciter peccat mortaliter quandiù uiuit iuxta te, & sic specificatus ex actu præscitus est, & impossibilis, ad saluandum. Ad hue audi eundem peccata mortalia definientem ex actibus his extrinsecis, ad Romanos 1. ubi recitatis quibusdam iniquis, Tradidit (inquit) eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, dolo, malignitate: susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, sibi placentes, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt facientibus. Ecce quot actus recitantur extrinseci, quos sine ambiguo mortalia peccata definit, dicens in fine, Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte non solùm qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Prout exponit inter quasdam propositiones ad Romanos AVGVSTINVS.

Rom. 1.

Eph. 5.

Aug. To. 4

Quod autem dicit, Non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: significat, quia quæcunque fecerunt non inuiti, sed cùm ad mala facta consentiunt, & illa, quæ fecerunt, approbant. Et ideò de perfectis peccatis iam dicit. Hæc ille. AVCTOR. Attende iam Witcleff, quid faciat perfectum peccatum secundũ Apostolum, & eius interpretem Augustinum

A quando quis agit aliquod eorum, quæ prædicta sunt, uel lege domini prohibita, cum pleno uoluntatis assensu. Idcirco post catalogum præceptorum in Exodo: inter quæ iubebatur non occidere: citò pòst subditur. Qui percusserit hominem uolens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus: sed Deus illum tradidit in manus eius constituam tibi locum, quò fugere debeat. Siquis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euellas eum, ut moriatur. Hæc unius præcepti discussio nos informat de singulis: quod qui uolés, & ex industria aliquid contra legem Dei egerit, ipse iam non secundùm quid: sed perfectum perpetrauit delictum. Sic enim dicit lex, Si quis per industriam, nè infans bimus, si casu ferrum in alicuius dormientis tempora, unde moriatur, excusserit: aut si ante tempus doli, maledicta retulit in parentes, morte plectendus foret in lege. Idcirco adiunxit, ex industria, & uoluntatis consensu, quod solùm facit committentem talẽ actum extrinsecum morte dignum. Vnde super illud Iacobi. 1. Concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum, BEDA. Tribus † modis tenta tio agitur: suggestione, delectatione, consensu. Suggestione hostis. Delectatione, uel etiam consensu nostræ fragilitatis. Quòd si hoste suggerente delectari, aut consentire peccato nolumus, tentatio ipsa nobis ad uictoriam prouenit, qua coronam uitæ mereamur accipere. Si uerò ab hostis suggestione paulatim à recta intentione abstrahi, & in uitium incipimus illici, delectãdo quidem offendimus, sed nec dum lapsum mortis incurrimus. At si delectationem concepti facinoris in corde, etiam partus prauæ sequitur actionis, iam nobis mortis reis uictor hostis accedit. Hæc ille. AVCT. Si ergo his tribus gradibus ad peccati mortem accedit: quicquid sine tertio peccatum est, mortale non est: sed multò leuius aliquid ignorantia non affectata, uel fragilitate, aut surreptione, uel præoccupatione cõtingẽs. De quali loquitur Apostolus ad Galatas. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. In quo sermone Apostoli uerbũ præoccupation. excludit industriam: quia sola deliquit fragilitate præuentus. Sicut in eundem locum in annotationum libro, HIERONYMVS. Hoc illis dicit, qui non fuerant persuasi: ut præuentos corrigant mansuetè. Sanè in his præuenitur humana fragilitas, quæ leuiora sunt, & ideo ex insperato contingunt. Cæterum non est præuentio, quod ab aliquo cum consilio diù meditato committitur. Hæc ille. AVCT. Ecce quod Hieronymus regulariter distinguit peccatum mortale à præuentione uenialis delicti: quia

Exo. 21.

Tentatio tribus modis fit.

Iacob. 1.

Beda.

Hieronym. To. 9.

quia hæc leuia sunt, & ideò ex insperato contingunt: cætera, quæ diù meditata cum consilio cõmittuntur, sunt non puentiones, sed delicta mortalia. Vbi iam sunt uerba uentosa Witeleff, qui bus apud se, & suos creditur omnium prælatorũ exhausisse notitias? in prædicto sermone. 23. dicens. Quantum ad claues confessionum, & aliorum, quibus prælati Cæsarei nimis pompãt, patet, quòd est plena plebis illusio, cùm ipsi nesciunt distinguere inter mortale, & ueniale: nec docere gradum grauedinis peccati in homine, quem absoluunt. Sequitur. Ideò est fatuitas peccatorum, quòd quærunt sic medicos: Christus autem est medicus, scrutans corda, & renes. Hæc Witcleff. AVCTOR. Indiscretè tangis prælatorum uocabulum: quod particulariter assumis, & uniuersaliter sonat tuis: quod scilicet nulli prælati scient illa distinguere, nisi ad tuam hæresim ueniant, dicamque † nullum esse peccatum mortale simpliciter & per se, nisi præscici: quia de facto inducit continuè mortem secundam. quauuis enim præscitus quandoque dicatur peccare uenialiter, tamen illud peccatum præparat, & ducit continuè ad mortem finalis impœnitentiæ. Et isto modo peccatum mortale, & uenialе possunt distingui ex oppositio: cùm omne peccatum prædestinati, & solum illud, ad quod Deus ordinauit ueniam, dicitur ueniale. Secundo modo peccatũ mortale dicitur, quod est inductiuũ mortis secundæ: & isto modo omne peccatum, siuè prædestinati, siuè præsciti potest dici morta lequia est inductiuum mortis secun iæ, quauuis non inducat. Tertio modo, quod tollit gratiam secundùm præsentem iustitiam. Hæc Witcleff ibi sermone. 23. AVCTOR. Posset obij ci contra secundam acceptionem eius, quòd secundùm eum nihil est possibile, nisi quod est. Si ergo prædestinatus non inducetur ad mortem secundam, cùm inductio nec est, nec unquàm erit, nunquàm poterit induci: & sic nihil est inductiuum eius, cùm ab isto respectu aptitudinali tollitur possibilitas, qua debet fundari si sit. Sed istam secundam, & tertiam æquè dimittimus, transferentes nos ad primam, cui soli infigitur: soluens pro ea sustinenda argumenta facta in oppositum: & quosdam testes associans, qui dicant illud solum peccatem mortale esse simpliciter per se. Similiter & contra tertiam acceptionem mortalis peccati: quæ est de tollendo gratiam, quauuis secundum præsentem iustitiam ipse prorumpit in eodem sermone. Quidam, (inquiens) dicunt, quòd per inhabitantem gratiam gratum facientem cognoscitur mortalis carentia, & econtrariò: & sic differentia distinguens inter mortale & uenialе est gratiæ talis carentia: uel habitio eius in anima. Sed contrà

Witcleff.

Witcleff de uenialí & mortali.

4

B

Witcleff.

balbutiuè sic loquentes est, quòd nesciunt quid ditatem gratiæ huiusmodi cognoscere: nec quãdo habent ipsam, uel ipsa carent, discernere. Nam si omnino ignoscam datum hominem, nunquàm quærẽdo ipsum ab alijs, discernerem. Hæc Witeleff. AVCTOR. Et contra balbutiem tuam cur æquè non est, quòd quidditatem prædestinantis gratiæ non agnoscis, nec quis eã habet, uel quando, ipse nosti discernere? quomodo ergo peccatum mortale præsciti, quod ipsum continuè ducit ad mortem, à peccato uenia li prædestinati merentis semper ueniam delicto rum per concomitantem gratiam prædestinatio nis, si quæreres, posses agnoscere? Non est hoc argumentum nouum: imò Iulianus Pelagianista sic arguit non esse peccatum originale: quia quando transiniteretur in partem: uel quando per re generationis gratiam tolleretur, nullus intellige ret, aut sentiret. Vnde lib. 6. contra Iulianum. cap. 6. AVGVSTINVS. Nunquid uel tibi, uel cuiuslibet consentaneis tuis aliquid dicere uideris? Quantum sit malum concupiscentia carnis sanctitate mentis cogitare possetis, & quid conferat gratia, cùm reatum eius absoluit, quo faciebat originaliter hominem reum, quando fit in illo plena remissio peccatorũ, quauuis ipsa res maneat, contra quam regenerari spiritus concupiscat, aut benè usurus hoc malo in minore certamine, aut omnino non usurus maiore certamine. Inest enim sensus huius mali, dum reluctatur, atque cohibetur reatus carnalis concupiscentiæ, sed non sentitur dum est ita eius ablatio fide creditur, non carne, sed mente sentitur. Reatus autem ille, qui sola regeneratione dimittitur: quemadmodum cum inesset, non sentiebatur, ita eius ablatio fide creditur, nec à carne, uel mente sentitur. Ideò in huius rei obscuritate tectas: & aduersus ueritatem, quæ ostendi homi num maximè carnalium sensibus non potest, quanto magis (ut putas) acriter, tantò magis in fideliter pugnas. Sed uerte tete omnes in facies: & contrahe quicquid siuè animis, siuè arte uales. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Hæc ille. AVCTOR, Attollat iam Witeleff uultum, ut audiat Augustinum respondere Iuliano magistro suo in hoc motiuo, quòd reatus ille, qui per baptismum dimittitur, qualiter cùm inesset homini, non sentiebatur: ita eius ablatio fide creditur. Hæc tamẽ ueritas ostendi non potest, maximè carnalium hominum sensibus: sic reatus mortalis actualis delicti, sicut cum inest, non sentiebatur ab homine, sic eius ablatio per gratiam sacramenti, sola fide creditur, nec hominum sensibus, maximè carnalium Witcleuistarum, aut suasorio, aut demonstratiuo syllogismo potest ostendi:

cap. 2. Aug. To. 7

Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

di:nec ideo non est delictum: aut iō non est gra A
tia,quia non potest statim ostendi. Vnde in eo-
dem loco citò,post,AVGVSTINVS. Argu- Hom
menta,quæ profertis,humana sunt. Hæc muni- Vsal 8.
menta diuina sunt. Delicta quis intelligit? Nun
quid delicta non sunt? Ita & originale delictum
quod in parente primo regenerato remittitur:
& tamen transit in prolem,& manet, nisi & ipsa
regeneretur,quis intelligit? Nunquid ideo non
est delictum? Hæc ille. AVCTOR. Ecce origi
nale delictum non iam quis sensu percipit, sed
quis intelligit,postulat:non tamen ideo non est
delictum. Quamuis ergo cōtingat sacerdotem
aut confitentem sibi nescire distinctè se gratiā
habere,uel culpam oppositam:non tamen ideò
culpa si insit,non est culpa:aut gratia inexistens
non est gratia. Delicta quis intelligit? Ipse exi-
mius Apostolorum Paulus cum de peccatis age
ret,opus peccati proprii non intellexit. Ad Ro- Rom.7
manos. Ego,inquit, carnalis sum,uenundatus B
sub peccato,& quod operor, non intelligo.
Non enim quod uolo,hoc ago. Non tamē ideò
non fuit opus illud aliquantum peccatum, ipso
subinferente. Igitur ego ipse mente seruio legi
Dei,carne uerò legi peccati. Et talis insensibili-
tas inest nobis plerunque ab assuefactione pec-
candi: quæ tamen peccata non ideo non sunt
minora peccata, quia non sentiuntur grauia eē
sed potius sunt grauiora pericula. Vnde Homi Orig.To.1
lia 8. super librum Numerorum, Origenes. O
5 † si possemus per unumquodque peccatum ui-
dere quomodo homo noster interior uulnera-
tur:quomodo sermo malus uolnus infligit.
Non legisti,ꝙ uulnerant gladii:sed nō ita ut lin
gua uulnerat? & per cogitationes,& concupiscē
tias malas. Frangitur autem, & conteritur per
opera peccati. Quæ si omnia uidere possemus,
& uulneratæ animæ cicatrices sentire:certū est, 7
quod usque ad mortem resisteremus aduersus C
pctm. Sed nunc sicut ii,qui uel dæmone repleti,
uel mente alienati sunt,non sentiunt si uulnerā-
tur,quia naturalibus sensibus carent:ita & nos,
uel cupiditatibus seculi amentes effecti, uel ui-
tiis inebriati,sentire non possumus, quanta uul
nera,quantas contritiones animæ peccando cō
6 quirimus. Hæc ille AVCTOR. Sed † quæris, qua
liter iudicare præsumitis de ignotis? Respondet
mater ecclesia,quod de omnino ignotis non iu
dicat, sed de cognitis sibi ratione communi,
quamuis in singulari sua,& peculiari ratione in-
cognitis:sicut sensus de sole,& hespero certe
diiudicat:quamuis quātum ad omne punctum
distent situ, aut quantitate molis, uel uirtutis,
ignorent. Ita peccatum mortale satis manifesta
rōne a peccato ueniali secernitur, & quando in
est secundum rationem tuam omnem potest co
gnosci: imò & quantum sit peccatum in genere. Gal.5
dicente Paulo ad Galat. 5. manifesta esse opera
carnis:quæ sunt fornicatio, immunditia &c. &
rationem peccati mortalis in eis annectit in fine
dicens,Qui talia agunt,regnum Dei non possi-
debunt. Agunt, i. deliberato mentis consensu
pertractant. Sicut in expositione super epistolā
ad Gala. ad illum locum,habet AVGVSTINVS Aug.To.4
Agunt autem(inquit)hæc,qui cupiditatibus car
nalibus consentientes,facienda esse decernunt
etiam si ad implendum facultas non datur.
Cæterum qui tangūtur huiusmodi motibus im
mobiles,in maiori charitate consistunt, non so-
lum non eis exhibētes membra corporis ad ma
le operandum, sed neque nutu consensionis ad
exhibendum consentientes,non hæc agunt: &
ideo regnum Dei possidebunt. Non.n. iam re-
gnat peccatum in eorum mortali corpore ad
obediendum desideriis eius,quāuis habitet in eo
dem mortali corpore peccatum nondum extin
cto impetu consuetudinis naturalis. Sequitur.
Aliud est.n. non peccare: aliud, peccatum nō ha
bere. Nam in quo peccatum non regnat, nō pec
cat, i. qui non obedit desideriis eius. In quo aūt
non existunt omnino ista desideria non solum
non peccant, sed ét non habent peccatum. Qđ
etiam si ex multis partibus in ista uita possit esse
citex omni tamen parte non nisi in resurrectio
ne carnis, atque commutatione sperandum est.
Hæc ille. AVCT. Ecce ꝙ peccata mortalia, pro
pter quæ auctores eorum priuandi sunt regno
Dei manifesta,& plana ad cognoscendum dicit
Apostolus, nominatim ea recensens. Sed quia
tales actus sunt extrinseci, possunt inuitè quan-
doque compleri, idcirco manifestam differen-
tiam assignat manifestis peccatis, unde morta-
lia a uenialibus secernātur, quæ sunt uoluntatis
assensus. Sed † tamen hæc manifesta differentia
pecatorum in finibus suis est occulta: quia sicut
apud uisum nihil certius iudicatur, q̄ inter albū
& nigrum:est tamen dare remississimam albedi
nem,quæ nigredo non est: aut remississimum ni
grum,quod non est album,sed differt specificè, Nota
nullius sensus adest iudicio:ita secundum fidem
nihil manifestius, quam peccati mortalis à ue-
niali peccato distantia: & nihil occultius apud
mentem, quām assignare minimum mortale
peccatum,quod ueniale non est: aut ueniale ma
ximum delictum,quod nō est mortale peccatū:
sed addito aliquo indiuisibili fieri potest. sicut
deducit Augustinus, ꝙ ira potest transire in o-
dium:& leuis cupido in luxuriam:& unum pon-
dus multorum uenialium de propinquo cedit in
atrocem conditoris iniuriam.

De

DE DISCRETA COGNITIONE gravitatum peccaminum, ex legibus scripturarum. Ca. CLVII.

SVMMA.

1 *Deus quòd generaliter reuelet sacerdotibus in scripturis unde possint singulorum distinguere gravitates peccatorum, contra Witcleff ostenditur. & quid de hoc dicant Augustinus & Origenes.*
2 *Pœnitentiæ iuxta canones indictæ, & aliæ arbitrariæ unde reperiantur fundatæ.*
3 *Taxatio varia pœnarum pœnitentibus, et confessis, in qua fiat potestate.*
4 *Absolutionis forma, & quorundam audacia in modo absoluendi ab auctore notatur.*
5 *Lapsi peccato, esto quod possint reformari per pœnitentiam ad primam, uel maiorem gratiam, quod tamen nusquam ad innocentiæ pristinæ dignitatem restaurentur, ex Hieronymo ostenditur.* B

Witcleff. SEd nec peccati grauedinem sciunt pla
ti distinguere, inquit Witcleff i quin
to, sermone. 23. Ipsi nescinnt distin-
guere inter mortale & ueniale: nec
docere gradum grauedinis peccati in homine,
quem absoluunt. Sed grauedinis talis notitia de
bet euidentius surgere ex peccante: sicut medici
na sufficiens ad deletionem peccati, quæ est cō-
tritio. Hæc Witeleff. AVCTOR. Sub lingua
Psal.89. huius hominis semper labor, & dolor. Alibi
enim occasione rixandi sumit per uiam opposi-
Idem tam, libello scilicet de confessione. cap. 4. Sæpe
(inquit) peccata sunt publica, plus nota sacerdo
ti, qui ipsa percipit, quàm ipsi peccatori qui se-
Act.13. cundum legem istam debet de propriis crimini C
bus confiteri. Vnde Actuum. 13. Paulus ex reue
latione plus cognouit peccata illius Magi, qui
dicitur Barieu, uel Elimas, quam ipsemet cogno
uerat uera hic in uita. Et ut in breuiter dicatur,
Papa, uel sacerdos alius non habet scientiam
peccati grauedinem cognoscendi, quomodocū
que peccans secundum ultimum su- notitiæ di
xerit confessori, nisi hoc sibi a Deo fuerit reuela
tum specialiter. Hęc Witeleff AVCTOR. Ecce
prius dixi, quòd notitia grauitatis peccati surge
ret aptius ex reuelatione peccantis: posteà plus
ex notitia sacerdotis. Catholica ueritas dixit, ꝙ
utroque modo. Nam quomodo ueniet sacer-
dos in distinctam notitiam reatus peccantis, ni
si per confessionem? Iterum qualiter cognoscit
Rom.7 ipse confitens delictum esse quod fecerit, nisi
monitu sacerdotis publicè prædicantis, uel mo
nentis? Dicente Apostolo ad Roma. 7. Peccatū

1 †go audaćter dico, quod Deus generaliter re-
uelat eis in scripturis, ita, ut possint singulorum
peccatorum distinguere grauitates: & quamuis
(iuxta te) non ad omnem disputabilem difficul-
tatem, tamen secundum Deum quantum suffi-
cit ad salutem. Vnde pro hac re Enchiridii c.
43. AVGVSTINVS. Quæ sunt (inquit) leuia, Aug.To.3
quæ grauia peccata, non humano, sed diuino
sunt pensanda iudicio. Videmus enim quædam
ab ipsis quoque Apostolis ignoscendo fuisse cō
cessa. Quale est illud, quod uenerabilis Paulus
coniugibus ait, Nolite fraudare inuicem, nisi ex 1.Cor.7.
consensu ad tempus. Et post in fine capitis,
Sunt autem quædam, quæ leuissima putaren-
tur opinione grauiora. Et subdit de dicente
fratri, fatue: & de obseruantibus dies, & annos. Matt.5.
Hæc ille AVCT. Ecce quod grauia, & leuia pec Gal.3.
cata quæ sint, solo diuino iudicio dicit, & non
humano pensanda: & tamen nomine tenus ea
educit, & exprimit de scriptura. Eadem quoque Thom.a.
forma* lib. 10. super Exodum, Origenes, Ioan- Orig. To.1
nes Apostolus(inquit) in epistola sua dicit quæ 1.Io.5.
dam esse peccata ad mortem, quædam non es-
se ad mortem. Quæ autem sunt species peccato
rum ad mortem, quæ uero non ad mortem, sed
ad damnum: non puto facile a quoquam homi-
num posse discerni. Scriptum nanque est, Deli- Psal. 18.
cta quis intelligit? Veruntamen ex iis, quæ in
Euangelio per parabolas referuntur, ex parte
aliqua cognoscere possumus, cuiusmodi sunt,
quæ damnum nominantur: cum ibi iterum ui-
demus ad lucrum deputari: quædam, quæ per ne
gotiationem quæsita dicuntur. Sequitur. Sed &
cum dicitur patersamilias ponere rationem cū
seruis suis, & offertur ei unus, qui debebat decē
millia talenta. Talis ergo quædam ratio damni Matt.18.
est. Verbi gratia. Qui, ꝙ mercede sua accepturus
erat decē mnas, nō accipiat, x, sed octo, uel sex Matt 25.
aut etiam minus: & hoc damno percuti dicitur
is, qui causam scandali infirmioribus, & mulie-
bri præbuit animæ. Dabit autem (inquit) secun
dum ꝙ indixerit, uel imposuerit uir eius, & da-
bit cum honore. Animæ discentis uir, magister
eius est. Secundum ꝙ indixerit uir iste, uel Chri
stus, qui omnium magister est, uel qui pro Chri
sto ecclesiæ præest doctor animarum, ille, qui
ad subuersionem audientium uerbis contendit,
patietur damnum pro anima illa quæ nondum
formatum abiecit infantem. Hæc ille. AV-
CTOR. Ecce primam differentiam grauedi-
nis peccatorum, s. peccati ad mortem, & pecca

ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti non ad mortem: sed ad damnum, id est, ad pœ
nam, Origenes dicit difficilem reperiri à quo-
quàm hominum, posse tamen in euangelij para
bolis. Et quomodo unusquisque reus pro pecca
to delendo per pœnitẽtiam subibit pœnam, quã
Christus imposuerit, aut quam prælatus eccleſiæ
loco Christi, correspondẽter indixit ad culpam,
secundum q̃ indixerit. Christus (inquit) magi-
ster omnium, uel qui pro Christo eccleſiæ præ-
est. Planè contra Witcleff, qui in eodem cap. pœ
nas taxatas per magistros eccleſiæ in libris pœni
tentialibus reijcit. Nullus, inquiens, talis sacer-
dos cognoscit, quanta, aut quali pœnitentia fo-
ret dignus: & ideo scripta, & practizata de pœ-
nitentijs patulè contradicunt. Hæc Witcleff.
AVCTOR. Christus magister eccleſiæ non obli
gauit apostolos, & hæredes eorum, ut cognosce
rent omne quantum, aut quale pœnitentiæ iniun
gendæ, quando dixit eis, Quodcunque ligaueri-
tis &c. Et tamen in hoc uerbo obligauit eccleſiã
subditorum: ut quod indixerit uir, id est, prælа-
tus eccleſiæ, damnum pœnæ peccator sustineat,
maximè quod indixit secundum morem eccle-
siæ. Ideò Enchiridij ca. 46. AVGVST. Ipsa pœ-
nitentia, quando digna causa est secundum mo
rem eccleſiæ, ut agatur: plerunque infirmitate
non agitur: quia & pudor est displiendi: dum
plus delectat hominum existimatio, quàm iusti-
tia, qua se quisquè humiliat pœnitendo. Vnde
non solum cum agitur pœnitentia, uerum etiã
ut agatur, diuina misericordia necessaria est.
Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam.
Ne fortè det illis Deus pœnitentiam. Et ut Pe-
trus amare fleret, præmisit Euangelista, & ait,
Respexit eum dominus. Hæc ille. AVCT. Ecce
q̃ in hoc loco uocat Augustinus pœnitentiam
factam secundum morem eccleſiæ ipsam iustì-
tiam, & postulandam esse Dei misericordiam,
ut ritè perficiatur. Et quæ pœnitentiæ magis se-
quuntur eccleſiæ mores, quàm illæ, quæ sacris ca
nonibus, aut iuxta canones, pœnitentialibus in-
seruntur? Ipsæ enim in authoritate cæteris pœni
tentijs arbitrarijs singulorum plus eminent, quã
to plus ex consensu publico uires habent. Fun-
dantur † tamen utræque per totam eccleſiam in
primo illo priuilegio Christi concesso miniſtris
eius in Petro. Quodcunque ligaueris super ter-
ram, erit ligatum & in cœlis. Et, quodcũque sol
ueris super terram, erit solutum & in cœlis. Su-
per quem locum cap. 28. lib. 4. super Matthæum
RABANVS. Quæ soluendi, ac ligandi potes-
stas quamuis soli Petro data uideatur à domi-
no absque ulla tamen dubietate noscendum est,
q̃ & cæteris apostolis data: ipso teste, qui post
passionis, resurrectionisque suæ triumphum ap
parens eis insufflauit, & dixit omnibus, Accipite

Witcleff.

Aug. To. 3

2. Tim. 2.

Lu. 22.

Matt. 18.

Rabanus.

A Spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Necnon etiam nunc in episcopis, & presby teris omni eccleſiæ idem officium committitur: ut uidelicet agnitis peccantium causis, quoscun que humiles, ac uerè pœnitentes aspexerint, hos iam à timore perpetuæ mortis miserando absol uant. Quos uerò in peccatis, quæ egerint, persi stere cognouerint, illos perennibus supplicijs obligandos insinuent. Omni igitur electorum eccleſiæ (ut diximus) iuxta modũ culparum, uel pœnitentiæ, ligandi, & soluendi datur auctori tas. Hæc ille. AVCT. Ecce q̃ iuxta modum cul parum, & pœnitentiæ, omni eccleſiæ ligandi, & solue di in suis sacerdotibus datur auctoritas.
Ergo † si erat Witcleff: quando pœnitentibus, & confessis uarias pœnas taxamus, in qua pote-
state hoc facimus? Præsto quod respondeamus, habemus. In potestate Euangelij Iesu Christi,
B non prius committente potestatem absoluendi delicta, quam potestatem ligandi commiserit peccatores ad uarias pœnas, secũdum uarietatẽ grauedinis commissorum. Vnde priusquàm di-
ceret, Quodcunque solueris: quodcunq; (inquit) ligaueris super terram. Medicinã præmittit, ut sa lus sequatur. Habemus itẽ non tàm auctoritatẽ, quàm exemplum taxandi pœnas peccatorum ad quantũ ex lege domini, Numeri. 14. Vbi loquẽs Moyses ex ore domini ad duodecim speculato-
res missos considerare terrã sanctã, pro eo, q̃ de traxerunt terræ. Iuxta numerum (inquit) quadra ginta dierum, quibus cõsideraſtis terram, annus pro die imputabitur: & quadraginta annis reci-
pietis iniquitates uestras, & scietis ultionẽ meã. Vnde & super hunc locũ homilia. 8. in l. brũ Numerorum ORIGENES. Pro die per annũ recipie tis peccata uestra quadraginta annis. Timeo er-
go mysterij huius secreta discutere. Videó enim
C q̃ peccatorum in hoc ratio comprehenditur, & pœnarũ. Si enim unicuique peccatori annus de-
scribitur ad pœnam, pro unius diei peccato: & secundùm rationẽ dierũ, quibus peccatur, annorũ totidem, numerus in supplicijs consumendus est: uereor, nè fortè nobis, qui quotidiè pecca-
mus, & nullum fortè uitæ nostræ diem absq; pec cato transigimus: nec ipsa fortè secula, aut etiam secula seculorũ sufficere possint ad pœnas luen-
das. In eo enim, q̃ populus ille prior quadragin-
ta dierũ delicto quadraginta annis fuit in deser-
to: nec terrã sanctã introire permittitur: simili-
tudo quędam futuri iudicij uidetur ostendi, ubi peccatorum ratio discutienda est: nisi erit aliqua fortasse etiam bonorũ operum cõpensatio, uel etiam eorũ, quę in uita sua unusquisque mala re cipit: ut Abraham de Lazaro dicit. Sed hęc nul-
lius est ad integrũ nosse, nisi illius, cui omne iudi-
cium

Ioan. 20.

Num. 14.

Origenes. To. 1.

Lu. 16.

cium tradidit pater. Quòd autem dies peccati
Io. 6 in annum plenum reputetur, non solùm in libro in quo nihil omnino, quod dubitari possit, osté ditur, sed & in libro pastoris, si cui tamen illa scriptura recipienda uidetur, similia designan-
tur. Sed fortasse aliquis neget bonitati Dei cõ uenire, ut pro unius diei peccato, annum sup-
pliciorum rependat: quinimo dicat. Etiam si diem pro die reddat, quanuis iustus, non tamen clemens uideatur esse, aut benignus. Audi ergo ad hæc, si fortè possumus difficultatem rei exẽ plis lucidioribus explanare. Si uulnus corpori in
Nota exẽplum fligatur, aut os confringatur, aut neruorum iun ctura resoluatur, sub unius horæ spatio huiusmodi uulnera solét corporibus accidere: & plu rimis postmodum cruciatibus, & doloribus ex actis, multo uix tempore sanari. Quanti enim tumores in loco, quanta tormenta generantur? Iam uero si accidat, ut in eodem uulnere, uel in
B eadem fractura, iterum, & sæpius quis uulnere retur, frequentiusque frangatur: quantis hoc pe iusticurari, & quantis potest cruciatibus medica ri? Quanto autem tempore, si tamen potuerit, ad sanitatem perducetur? Et uix aliquando ita curabitur, ut uel debilitatem corporis, uel fœdi tatem cicatricis effugiat. Transi nunc ab exem-
plo corporis, ad animæ uulnera. Anima quotiẽs peccat, totiens uulneratur. Sequitur infrà. Et ideo consequentissima ratio est pœnæ, id est, curæ, & medicationis tempus extendi, per unũ-
quodque uulnus pro qualitate plagæ medendi quoque* spatio propagari. Sic Dei æquitas, ac
**spatia* benignitas etiam in ipsis animæ supplicijs eui-
dens fiet. Et hæc audiens, qui peccauit, resipi-
scat. Sequitur. Si peccator sum: nunquid eadem erit mihi pœna, si semel peccauiquæ si secundò & tertiò, & si frequentius peccem? Non ita erit: sed pro modo, & numero, & mensura peccati, etiam pœnæ quantitas metienda est. Deus enim
Ps 80. dabit nobis panem lachrymarum, & potabit nos in lachrymis, sed in mensura. Hæc ille. AVCT. Iste ecce uetus doctor eccleſiæ, non dubitat dan dum nobis panem lachrymarum, & potum in mensura, pro modo, & numero, & mensura pec cati, assignans mensuram anni iuxta legem pœ-
næ pro die peccati: quia uulnus peccati proli-
xum tempus exigit medicandi. Prolixius autem, & multo prolixius, si sit eiusdem frequens elisio
Witcleff uulneris: tanto enim tardius fiet restitutio sani tatis. Quòd si dicat Witcleff: sed non est hoc sacerdotis officium, qui grauitatem peccatorũ nescit appendere: sed solius Christi. Sufficit qđ is idem Origenes ista dicit, quæ & prius ait Chri stus magister eccleſiæ, aut uice eius, qui eccleſiæ præsider. Aliter non æquiparet nostra præsens eccleſia in potestate puniendi peccata, ueterem
A synagogam, in qua humana æstimatione pecca ta grauiora morte, minora uero flagris secun-
dum numerum torquebantur, Deuteronomij. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum mo-
dus. In quem locum libro quæstionum Deute-
rono. cap. 45. AVGVST. Est itaque leuis impie tas, quæ uerbere digna est; & est grauior, quæ morte digna est. Ita etiam illa peccata, quæ non in Deum, sed in hominem uidentur admitti, sunt morte digna: Quædam sunt alia, quæ correptione, seu uerbere, seu uenia faciliore digna sunt. Ita enim locutos esse septuaginta interpre tes constat, ut etiam peccatum illius, qui plagis dignus est, impietatem uocauerint. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo in lege dabatur hominibus inscijs facultas ponderandi peccata, & grauio-
ra grauioribus, leuiora leuioribus supplicia, ut mortes applicandi, uel uerbera, quantò magis
B Christus uicarios suos in eccleſia sensu ditabit & gratia, nè fideles eius multa flagitia ferãt ad inferos, & perenniter sentiant, quod temporali-
ter gemebant? Sed dicit aduersarius ibidem, ca. illo. 4. Non dubium, quin Deus nollet, quòd sa-
cerdos suus iniungeret pœnitentiam, nisi eius quantitatem, & qualitatem sibi ostenderit. Vn-
de cum sacerdotes absoluẽtes hoc sæpe nesciũt imò si hæc pœnitentia confesso suo profuerit, uel fuerit uoluntati Dei contraria, uidetur, q̃ Deus non regulariter approbat talem pœniten tiam sic iniunctam. Hæc Witcleff AVCTOR Quantum ad pœnitentiam iniunctam à sacer-
dote regulariter sic prodesse, uel sic, regulã non habemus, nisi Christi dicentis eccleſiæ mini-
stris, Quicquid solueritis super terram, erit solu tum & in cælis, & quorumcunque remiseritis peccata, remittentur eis. Hæc est regula Chri-
stiana, hæc norma fidei est. Quisquis huic regu-
C læ aduersus est, fidei hostis est, perfidus est. Quã tum autem ad notitiam quantitatis, aut quali-
tatis delicti, hoc scio exigit æquitas iudican-
tis, sed frequenter minorem pœnam pro ma-
iori delicto iniunctam multum prodesse facit Dei gratia miserantis, qualiter declarat libro secundo de sacramentis, parte. 14. cap. 3. Hugo. Quomodo (inquis) certus esse possum de uenia propter pœnitentiam, & satisfactionem *Hugo.* ab homine iniunctam: & si illam studiosè cõ-
pleuero, cum ille ipse homo, cui peccata mea confiteor, sæpe aut ignorantia nesciat, aut ne-
gligentia non consideret qualem mihi secun-
dum modum & mensuram delicti debeat sa-
tisfactionem iniungere? Ad hæc tibi breuiter respondeo, quòd si homo nescit, Deus scit, Tu tamen fac quod tibi præcipitur, obediens esto in eo, quod tibi iubetur. Videat Deus deuo-
tionem tuam, etsi homo non condignè mode

Witcleff.

Deu. 25

Aug. To. 4

Witcleff.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur afflictionem tuam. Perire non poteris, si deuotus fueris inuentus. Sed decipior, (inquis) putans me satisfeciſſe, cùm ſatis non fecerim. Ille mihi iniunxit, ut tantum facerem: & non amplius mihi præcepit. Ecce totum perfeci: & non ſatisfeci. Sequitur. Nec dico ut deſperes: etiam ſi hoc contingat ut homo, qui exterius curandis uulneribus peccatorum medicamentum apponit: aliquid minus ſufficiens tribuat. Sæpe quod minus foris agitur, efficacius intus operatur. In paruo opere magna deuotio eſſe poteſt. homo uidet in facie: Deus autem intuetur cor. Hæc ille. AVCTOR. Falſe igitur nos Witcleff terret, nè de grauitatibus criminum arbitremur: dicente tota antiquitate ſcripturæ, & patrum eccleſia: quod iuxta qualitatem, & quantitatem delicti: aut iteratas uices ſoluant pœnas, qui peccât ut magiſter decreuit eccleſiæ Chriſtus, uel qui præeſt uice eius ſacerdos. Sed circa grauitatem pœnæ meritæ qualiter adæquare poſſit culpam ad punctum: ita ut nec in puncto exeedat: nec excedatur ab ea, ſicut eſt ſolius Dei noſſe, ita iudicare alienum ab homine. Subtilitates tales atome * natalitia ſecreta ſunt lucis inacceſſibilis. Nec ideo tamen humanum iudicium otiari debet à toto: quia ad momentum mortis, & magni iudicii horam monemur exercere uigilias non illa tantùm hora exploranda, quam ſcire nõ poſſumus: ſed pro illa cauenda: totius temporis præcurrentis uigilantia. Ad praxim uerò ſicut in operatione uirtutis non eſt ſolicitè exquirendum medium ſecundùm rem, ſed ſecundum rõnem: quia hoc ſignare ſupergreditur rationem: ita in ponderando grauitates pœnarum, & criminum non erit ſacerdos ſolicitus ſecundùm ſeipſam, ſed ſecundum rationem humanam a Chriſti lege tranſumptam. In † abſolutione quoque ſequente, abſolutè eſt ex parte Chriſti pronuntiãda ſententia ſine aſſignatione gradus remiſſionis obtentæ ad talem, uel ad tantum. Quia promittere remiſſionem criminum abſolutè ex Euangelij fide iam poſſumus: Chriſto dicente, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Gradum uero puritatis, quem confeſſus ex tali remiſſione conſequitur: qui ſolum cordium inſpectori cognitus eſt, limitare non poſſumus, quia nec ipſe dixit: quorum remiſeritis peccata: ad tantam munditiam, ſiuè tentam, tantè, & taliter remittentur: dicente Origene iam ſuprà: carnem in momento læſum maximis cruciatibus, & plurimo tempore ſanitati congruè perducendam. Quorundam igitur miror audaciam, qui (ut qui iam ferunt) communi abſolutionis forma eccleſiæ non contenti: non uerentur adiũgere. Et ad innocentiam baptiſmalem te reſtituo. Qui cùm periti ſint, noſſe poterunt, q̃ ipſi non poſſunt iam peccato lapſum ad dignitatem innocentiæ priſtinæ reſtaurare: quanuis poſſint ad ſimilem, uel maiorem reducere gratiæ dignitatem. dicente ſcriptura, Domus Iſrael cecidit, & non adiiciet ut reſurgat. Virgo Iſrael proiecta eſt in terram ſuam: non eſt qui ſuſcitet eam. Amos. 5. Vbi in commentario Amos, libro. 2. HIERONY. Sin autem (ut diximus) planctus eſt ſuper eos, qui aguntpœnitentiam: & pœnitentia reddit uulnerum ſanitatem: quomodo iuxta ſeptuaginta dicitur, Domus Iſrael cecidit, & amplius non reſurget, Virgo Iſrael errauit in terra ſua, nõ eſt qui ſuſcitet eam? Qđ ſic ſolui poteſt. Poſtquàm † domus Iſrael ſua uoluntate corruerit, nequaquàm priſtinam recipiet dignitatem. Poſtquàm uirgo Iſrael errauit in terra ſua, ultra non poterit inuenire ſuſcitantem. Et conſidera uerborum proprietates. Qui domus eſt, & numeratur in turba, cadere dicitur. Qui autem de numero uirginum, ſi erraueriſ, ob leue quoque peccatum non poterit ſuſcitari. Non quod non ſuſcitetur: ſed nequaquam modo ſuſcitetur uirgo Iſrael: & nequaquàm reſurgat domus Iſrael. Non enim eadem gloria eius, qui ſemper ſequutus eſt dominum, & eius, qui aberrauit à grege, & poſtea boni paſtoris humeris reportatus eſt. Vnde & per alium prophetam dominus dicit, Malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Pœnitentia non * ſanctitati puriſtimæ, & eccleſiæ Chriſti: quæ non habet maculam, neque rugam, ſed mortalitati, & inferis comparata, ſit melior. Hæc dicimus, non quó iuxta Nouatum tollamus ſpem pœnitentiæ, ſed quo timidiores eos faciamus, & idcirco ſolicitos, qui aperta ianua pœnitentiæ, dum ſperant futura, perdunt præſentia, & qui abſque uulnere poterant permanere, incauti uulnus accipiunt, ut poſtea dolore crucientur. Hæc ille. AVCTOR. In hac doctrina Hieronymi duo cernimus, ſcilicet quòd malo pœnitentiam non excludit: & quòd lapſo per pœnitentiam eandem primam gloriam non promittit: Non eſt eadem (inquit) gloria eius, qui ſemper ſequutus eſt dominum, & eius, qui poſtquàm aberrauit, paſtoris humeris reportatus eſt. Hæc enim duo, duos filios faciunt euangelici hominis, quorum primus ad patrem. Nunquam (inquit) mandatum tuum præteriui. Secundus. Pater (inquit) in cœlum coram te peccaui. Sed pater ad eum, date illi ſtolam primam. Primus ergo ſeruauit innocentiam, ſecundus donatur ad eam, non per ſe, ſed per æquiualentem gratiam. Non enim dicere poterat, quia mandatum ſuum non præteriuit, ſed q̃ ſtolam perditam reaſſumpſit. Breuiter in hanc ſn̄iam conueniunt doctores ſcholaſticè

*natalia.

4 Forma abſolutionis.

Amos 5 Hie. To. 9

Ioan. 10.

Luc. 15.

*ſanitati

laſticè diſputantes. Sed & Hugo cùm diſputando aliud quid inceperit, terminatur in iſtud li. 2. de ſacrament. parte 14 ca. 4. dicens. Certum eſt, qui cadit, reſurgere poteſt: & non ſolùm reſurgere, ſed etiam melior reſurgere, quam fuit, cùm cecidit. Multi ceciderunt, & meliores ſurrexerunt, quàm fuerunt etiam antequàm cecideruntmeliores etiam quàm futuri fuiſſent, ſi nõ cecidiſſent: quia ad hoc ipſum cadere permiſſi ſunt: ut ex hoc ipſa caſu ſuo, & ruina erudirent, & meliores efficerentur. Nemo tamen melior poſt caſum ſurrexit, uel ſurgere potuit, quã fuiſſet, ſi & non cecidiſſet: & hæc, quæ modò reſurgendo bona operatus eſt: omnia ſtando operatus fuiſſet. In hoc ſecundum aliquid dici poteſt, quòd omnis, qui cadit: id, quod cadendo perdidit, amplius: totum recuperare non poteſt: quia quicquid poſteà ad correctionem, uel ad recuperationem adiecerit, facere omnino non poteſt, quin melior fuiſſet, * qui hæc omnia haberet, & tamen non cecidiſſet. Propterea nemo in ſpe correctionis peccare debet: quia quod ſemel amittitur, amplius ipſum non recuperatur. Hæc ille. AVCTOR. Limpidior uidetur fuiſſe ſcriptura prior Hieronymi: quòd reformari poteſt lapſus per pœnitentiam ad primam, uel maiorem gratiam: nuſquam autem ad illam innocentiam, uel priſtinam gloriam: ſicut nec iam corruptus ad incorruptionem omnimodam, & pudicitiam nunquam tactam. Vnde & eodem ſecundo libro commentarij Amos, textu, Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: dicit idem Hieronymus. Ita fit ut domus Iſrael, quæ corruerat, non poſſit reſurgere, & uirgo Iſrael, quæ errauerat in terra, non habeat ſuſcitantem. Quia qui ſemel ab unione diſceſſerit, & illam puriſſimam uirginitatis gloriam perdiderit, de qua Apoſtolus ait, Zelo enim uos zelo Dei: & ſtatui uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto: in qua non eſt macula, neque ruga: priſtinum ſtatum, & unionis beatitudinem recipere non ualebit. Hæc ille. AVCTOR. His uiſis, qualiter poteſt quis in primo pœnitentis alloquio ſpondere ipſi primam baptiſmalis innocentiæ dignitatem, & gloriam? qui forſan centies in hæreſes, centies reciduauit in ſchiſmata: qui & nec poſt quartum lapſum reſtitui poteſt ad integritatis tantillæ gloriam, & innocentiam tã illæſam, quantam habebat in tertio. Plus enim perdidit innocentiæ, qui plùs cõmittit iniuriæ.

Hugo.

Hæc perpẽ duntur hæc uerba

*Si

Quod ſemel amittitur, amplius ipſum non recuperatur.

Amos 5 Hie. To. 6.

1 Cor. 11.

Apoc. 5.

A CONTRA HAERESIM WITCLEFF

asſerentis ſolum peccatum finalis impœnitẽtiæ eſſe ſimpliciter, & propriè mortale peccatum. Cap. CLVIII.

SVMMA.

Witcleff. qui aſſerit nullum eſſe mortale peccatum, niſi finalis impœnitentis, & præſciti, Gregorij, & Auguſtini dictis ab Auctore confutatur.

HIS ita decurſis, de generibus peccatorum, qualiter ea fides exprimit i ſcripturis, & qualiter grauitates eorum, & pondera debent, & poſſunt eẽ certa fidelibus: citat nos in poſteris hoſtis eccleſiæ Chriſti, ut de peccato dicamus. Non quidẽ materialiter, ut cibus, aut uerbum dicitur eſſe peccatum, ſed formaliter ſecundùm ſe, & propriè. Sic autem dicit, ſolum præſcitum peccare mortaliter. illo ſermone. 23. tertiæ partis. Et ut planius dicat: neglecta diſtinctione triplicis peccati mortalis, cõtinet ſe ad primum modum, abiectis duobus alijs tanquam uanis: quia non ſunt mortalia, aut uenialia, niſi ſecundùm quid, quando. ſ. de peccato loqui proponit 3. Trialogi ter damnati, ca. 1. Poteſt autem peccatum dici mortale (inquiens) quod dignum eſt ſecunda morte puniri ex arbitrio Dei noſtri: & ſic ſolum peccatum finalis impœnitentiæ, quod eſt peccatum in Spiritum ſanctum, propriè eſt mortale. Quodcunque autem aliud peccatum cùm ſit dignum uenia, poteſt dici rationabiliter ueniale. Hæc Witcleff. AVCT. Poſt † multiplices diſtinctiones & fabulas, ad hoc abſolutè deſcendit: q̃ ſolum peccatum finalis impœnitentiæ eſt per ſe, & propriè peccatum mortale: quo peccat ſolus præſcitus. Quomodo igitur defendet ſe Witcleff contra Apoſtolum de morte primi hominis per peccatum? qualiter decretum trinitatis euacuat ſtatuentis. Quacunque die comederitis, morte morieminiñec unica, ſed triplici morte: ſecundùm Auguſtinum. Secundum autem iſtum, Petrus non eſt mortuus peccato: Paulus non erat mortuus: quia prædeſtinatus, ideo nec mortaliter peccauit unquam, aut parentes eius primæui, à quorum primo mors uenit in mundũ. Primo tandem recitanda eſt uetus hæreſis Pelagiani, ſic dicens: q̃ primus parens non moriebatur in anima, quam iam confirmas Witcleff: quia non erat peccatum eius finalis impœnitentiæ. Libro enim 6. Regiſtri, epiſtola. 13. Narſæ Comiti ſcribit GREG. Hoc enim ubi ſcriptum eſt, Quia cum peccauit Adam, aĩa eius eſt mortua, qualiter mortuam dixerit, inferius oſtendit,

Witcleff.

1

Gen. 3

Gre. To. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisqs A negat, catholicus non est. Deus enim dixerat, Qua die comederitis, morte moriemini. Cum ergo comedit de ligno uetito Adam, ꝙ in corpore mortuus non est, nouimus: quia post hoc filios genuit, atque annis multis uixit. Si itaque in anima mortuus non est (quod dici nefas est) ipse mentitus est, qui hunc prædixit diē, quo peccasset, moriturum. Sed sciēdum, quia mors duobus accidit modis, aut absentia uiuendi, aut qualitate uiuendi. In hoc ergo, ꝙ comedendo uetitum, eius anima mortua dī, non absentia uiuēdi, sed qualitate uiuendi, ut postmodum uiueret in pena, qui ad hoc creatus fuerat, ut beatē uiueret in lætitia. Hunc ergo locum, qui in eo codice, qui mihi à fratre meo Ioanne Episcopo trāsmissus est, annotauit hæreticum, Pelagianus est: quia sententia ista euidenter Pelagij est, quam Paulus Apostolus apertē in suis epistolis destruit. Sequitur. Pelagius uero, qui in Ephesina Syndo damB natus est, ea intentione hoc dixit, ut ostenderet nos à Christo uacuè redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus (quod dici nefas est) uacuè redempti sumus. Hæc ille. AVCTOR. Hanc hæresim Pelagianam secundum recitatum Gregorij quomodo Witeleff euadere nosse uolumus. Si enim non sit mortale peccatum, nisi finalis impœnitentiæ, & præsciti: primum peccatum Adæ non erat huiusmodi: eius ergo peccatum non erat mortale: nec ipse mortuus est peccato. Hoc dixit Pelagius: idcirco meritò damnatus. Scio ꝙ iam uoluit ad sophisma suum, ut dicat. Imo peccauit mortaliter & Paulus, & Apostoli peccabant mortaliter: & anima mortui sunt secundum iustitiam præsentem. Ego tamen semper quæro, si uere loquēdo, & proprie de mortali, peccauit Adam, peccauerunt & Apostoli? Quid mihi cū illo mortali, quod, inspecta rei proprietate, mortale non est, sed fm quid quod omnes Logici dicunt nec simpliciter esse, nec uere? Nisi uelit Witeleff dicere, Christum esse in omni peccato mortali damnatoram infernitquia secundum mentis suæ prospectum ipse scribit, & huic toto nisu cohæret, ꝙ nullum est peccatum mortale simpliciter, nullum propriè, nullum per se, nisi præsciti. Qualiter ergo non est Pelagianus hæreticus simpliciter proprie, & per se: quòd Adam non est mortuus in aīa simpliciter, & per se? Audiat iterum sanctum GreGORIVM hanc hæresim incusantem. 7. li. Registri, epistо. 3. Eulogio Alexandrino, & Anastasio Antiocheno Episcopis. ubi dicit. Ante trienGre To. 2 nium cogente causa monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur, satisfaciens quondam frater, & consacerdos meus dominus Ioannes, literas misit, quibus nitebatur ostendere eos Ephesinæ Synodi definitionibus contradire: & uelut ex eadem Synodo certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinauit. Inter alia autem scriptum illic continebatur de Adæ anima: ꝙ in peccato mortua non fuerit, eò quòd diabolus in cor hominis non ingrediebatur: & si quis hoc dixisset, Anathema esset. Quæ cū mihi relata fuissent, ualde contristatus eram. Si enim Adæ, qui primus peccauit, anima mortua in peccato non est, quomodo de ligno ei dictum est, In quacunque die comederis ex eo, morte morieris? Et certè comedit Adam & Eua de ligno uetito: & tamen in carne sua ultra nōgentos annos postmodùm uixerunt. Constat itaque, quòd tunc in carne non est mortuus: Si ergo in anima mortuus non est (quòd dici nefas est) falsam sententiam de illo protulit Deus, qui dixit, Quia qua die comederet, moreretur. Sed absit hic error: absit à uera fide. Nos enim primum hominem, qua die peccauit, anima mortuum dicimus atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. Per secundum uerò hominem, & modo à morte animæ, & postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione liberari nos posse confidimus. Sicut autem & in prædictis respōsalibus diximus, Adæ animam mortuam in peccato dicimus, non à substantia uiuendi, sed à qualitate uiuendi. Quia enim aliud est substantia, aliud qualitas: non eius anima ita mortua, ut non esset: sed ita mortua, ut beata non esset. Qui tamen Adam post per pœnitentiam ad uitam rediit. Hæc ille. AVCT. Ecce, ꝙ contra Pelagianam hæresim astruentem non esse primū parentem in anima mortuum per peccatum: simul & contra Witcleuisticam furiam, quòd nō erat proprie mortuus per peccatū, assumit Gregorius geminum argumentum: primum ab ipso protoplasto, cui dominus ait comminatoriū mortis implere, secundum a Christo, cuius uera mors totum genus infectum a uera morte redemit. Et utrobique ueram mortem intelligēs, & mortem secundam, quam Witcleff totiens ruminat, non excludit. Vsque ad ipsam. n. mortuus est Adam cum germine suo, & ab ipsa redemptus. Sicut libro. 13. capite. 13. de ciuitate Dei Aug. To. 5 AVGVST. Quando uero dixit Deus primo illi homini, quem in paradiso constituerat, de cibo uetito, Quacunque die ederitis ex eo, morte moriemini: non tantùm primæ mortis partē priorem, ubi aia priuatur Deo, nec tātum poste riorē, ubi corpus priuatur aīa, nec solam ipsam totam primam, ubi anima, & a Deo, & a corpore separata punitur, sed quicquid mortis est usque ad nouissimam, quæ secunda dicitur, qua est nulla posterior, comminatio illa complexa

Mors duobus modis accidit.

Gen. 3

Aug. To. 6

plexa est. Hæc ille. AVCTOR. Si ergo quicA destinatum anima mortuū per peccatum in Adam saltem propriè dicant ad Apostolum: propriè ergo uiuebant in anima per gratiam: nō ergo pro eis mortuus est Christus, qui ꝓ solis uerè mortuis, uerè mortuus est. Hoc argumentum est apostoli: & ab eo uoluit in synodum Ephesinam: ubi hoc ipso telo Pelagius est confossus, dicente supra Gregorio: Pelagius, qui in Ephesina synodo damnatus est, ea intentione hoc dixit ut ostenderet nos à Christo uacuè esse redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui nō sumus (quod dici nefas est) uacuè redempti sumus. Saluet se Witcleff, si potest: delectus est Pelagius magister eius. Si ergo non potest discipulus esse supra magistrum suum, necesse habet, ut corruat audiens arguentem apostolum. Vnus 2. Cor. 5 pro omnibus mortuus est: omnes ergo mortui sunt, si bona sit sequela Apostoli: ergo æqualiter addito antecedenti & consequenti, sequetur æqualiter unus pro omnibus propriè, & per se est mortuus: omnes ergo propriè, & per se mortui sunt. Noluit enim prudens artifex Deus mortem fictam, aut prætensam hominis, uera sua morte redimere: sed ueram: ergo morte carnis ueram remissionem peccatorum facere. Sicut in eodem libro, capite tertio. AVGVST. Quod ipse significauit in similitudine carnis peccati, hoc per eius gratiam nos agimus in carne peccati: ut quomodo ille moriendo similitudini peccati, peccato mortuus prædicatur: ita quicunque in illo fuerit baptizatus, eidem rei, cuius illa similitudo fuerat, moriatur. Et quomodo in illius uera carne, uera mors fuit: sic fiat in ueris peccatis uera remissio. Hæc ille. AVCTOR. Hoc notemus, quod augit Augustinus. Quomodo in uera Christi carne, uera mors fuit: sic in ueris peccatis uera remissio. Si ergo in prædestinatis non uere, id Cest, propriè mortuis, & per hoc nec peccata uerè mortis habentibus, non est uera mortis remissio: ergo nec in uera Christi carne uera mors fuit. Si non uerè mortuus est homo, non uere resuscitatus est. Si non proprie reus mortis, non proprie iustificatus. Si non proprie damnatus, non proprie est redemptus.
Et quid ex istis sequitur iuxta Apostolum, & Augustinum? Ergo nec Christus proprie crucifixus. Vnde in Enchridio. capite trigesimonono. AVGVSTIN. Quod paulò post dicit: Aug. To. 5 Ro. 5 Sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem; ita & per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitæ, satis indicat ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri: & neminem nisi in Christo renatum a damnatione liberari, de qua per unum hominem pœna, & per unum homi

Aug. To. 7 1. Cor. 5

2de To. 5.

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem gratia. Sequitur. Deinde sacri baptismatis in cruce Christi grande mysterium commendauit eo modo, ut intelligamus nihil aliud esse in Christo baptismum, nisi mortis Christi similitudinem. Nihil autem aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem: ut quemadmodum in illo uera mors facta est, sic in nobis uera remissio peccatorũ: & quẽadmodũ in illo uera resurrectio, ita in nobis uera iustificatio. Hæc ille. AVCTOR. Audiat Witcleff. ab ore apostoli, q̃ per unius delictum in omnes homines ad condemnationem: ergo in prædestinatos delictum seuit ad condemnationem: & ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri. Et nonne hæc erat mors secunda, cui omnes ex Adam nati sunt addicti pro uera morte peccati? aut pro modico ueniali prædestinatus damnationi tenebitur? Et quod sequitur. Quemadmodum in Christo uera mors fuit, sic in nobis uera remissio peccatorum. Ergo si uerè mortuus est Christus, uerè remittitur nobis peccatum, quo detenti eramus ad reatum damnationis æternæ. Quibus nobis? Non præscitis: quia ipsorum peccatum est perpetuum: & reatus damnationis aboleri, non potest, perte. Restat igitur, ut prædestinatus fiat ista peccatorum remissio: quibus secũdum condemnationis sententiam soluere tenebantur mortem secundam.

¶PECCATVM MORTALE ESSE dignum perenni supplicio, quamuis is qui peccat fructuosè pœniteat post peccatum. Cap. CLIX.

SVMMA.

1 *Peccatum mortale, quod sit æterno supplicio dignum, etiam post fructuosam a peccante de suo peccato pœnitentiam peractam, multorum authoritatibus sanctiorum contra Witeleff ostenditur.*

Witeleff

NEe prætereiri pôt intactum, quod Witcleff adiunxit in prædictis de tertio ter damnati trialogi. c. 5. q̃ omne peccatum aliud a peccato finalis impœnitentiæ est dignum uenia: ideo omne tale pôt dici uentale. Declarat se postea c. 6. Non (inquit) uidetur mihi: q̃ aliquod peccatum dictum mortale in homine fructuosè finaliter pœnitẽte, sit dignũ pœna perpetua: quia q̃ Deus decreuit remittere, nõ est taliter puniẽdũ; nec placet mihi concedere, q̃ hoc pctũ sit dignum pœna ppetua: & tñ ẽ dignũ, q̃ solũ tpaliter puniatur.

A Hæc Witeleff. AVCTOR. Hanc hæresim parte quadã tangere uẽ, & tollere Christianis lib. de fi de & operibus uersus finẽ AVGVSTINVS, dicens. Nõ itaq; promittatur pœna ignis trãsitoria turpiter, scelerateq; uiuentib. qui uiã iustitiæ cognouerunt, quibus melius erat nõ cognoscere, ticut ueracissima testatur scriptura. De talibus quippe ẽt dns ait. Et erunt nouissima illius hoĩs peiora, q̃ erant prima. Hæc ille. AVCTOR Isti tñ sic errãtes non sunt ausi flagitiosos suos ab omni cõragione æterni ignis absoluere: sed cauillantes in illo igne, qui est æternus ponebãt solum tpaliter pro peccatis transitorie cõburendos. Vñ eodem lib. *post medium AVG. Neque illud hic dici poterit, in quo nonnulli seipsos se ducũt, ignẽ ęternum dictũ, non ipsam pœnam æternã. Per ignẽ quippe, qui æternus erit, transituros arbitrãtur eos, quib. pp fidẽ mortuam per ignẽ promittunt salutẽ. Vt uidelicet ipse ignis, æternus sit: cõbustio uerò eorũ, hoc est operatio ignis, non sit in eos æterna: cũ & hoc uidens dñs tanq̃ sniam suam ita cõcluserit, dicens. Sic ibũt illi in cõbustionẽ æternam. Iusti aũt in uitam æternam. Erit ergo æterna cõbustio sicut ignis: & eos in illam ituros ueritas dixit, quorũ non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Hæc ille AVCT. Dissimiliter tñ hi errant, & Witeleff quia hi fidem habentibus Christi cum baptismo quis scelera sua uetusta nõ corrigãt, promittũt p tpalem pœnam uitam æternam: Witeleff non fic: sed si fructuosè pœniteant. Vterque tamen damnabiliter errat: at firmãdo, q̃ turpissima crimina, & alta peccata mortalia sunt sola pœna transitoria punienda. Quorum Witeleff multõ damnabilius errat, dicens, q̃ prædestinati pctũ non est ampliori pœna dignum, nec debitum plùs puniri. Hoc fortè alii non dixissent. Quorũ*

C *item recordatur in lib. de igne purgatorio in fine* AVGVST. *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse tamen saluus erit, sic quasi p ignem. Nemo tamen seipsum circunueniat: ut hæc etiam pro capitalibus criminibus si incurata permanserint, posse fieri credat. Hæc ille.* AVCTOR. *Vt faũt accedamus ad rem, uellem huius erroris fundamenta palpare: & eum codices actoris euoluo, solæ rationes prodeunt ambidextræ: & quæ pruriant aures simplicium, argumẽta p populo. Ast ego peto scripturas sacras ab eo, qui tot clamosis instantiis scripturas exigit sibi dari a respõsali catholico. Vbi iam in lege Christi fundat peccatum suum mortale transcendenter analogum? Vbi dignitatem pœnæ solum temporaliter respondẽtis mortali in scripturis inueniet? ubi in patrum scriptis? ubi uel testem unum, quem ipse non subordinauit, inueniet? Scio, q̃ nos huic libertat non dabit: scripturas*

Aug. To. 4

1. Pet.

Lu. 12

4. ca. 15. Aug. To. 4

Mat. 25.

pturas exigit: mendicat rationes ad probandum q̃ tota semper credit & docet ecclesia. Procedat igitur uox Pauli in robur fidei, quam tenemus. Ipse enim quosdam alloquitur ad Romanos primo, dicens, quomodo tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non cõueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, reprobos, elatos, inuentores malorum, parẽtibus non obedictes, insipientes, incompositos, sine affectione absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiã Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. Ista scelera numerauit Apostolus, ut ea comperit in eorum actoribus: nec conclusit sententiam fiam, dicens, quod qui talia agunt usque in finem, digni sunt morte: sed absolutè, qui talia agunt nec dicit præsciti, qui talia agũt sed de quibuslibet unam dat sententiam: siue p- B destinati illi sint, siue præsciti. Qui talia agunt. digni sunt morte. subintelligas æterna. Vnde in annotationibus super hunc locum ANSELM. Ne putentur his pœnis tantum affligi, quibus delectabantur, addit ultimam mortem æternã. Hæc ille. AVCT. Et in expositione huius loci HAIMO In hoc ignorare dicuntur, quia non intellexerunt, quod qui talia opera agunt, qualia ipsi agebant, digni sunt mortæ æternæ damnationis. Hæc ille. AVCT. Si ergo qui talia agunt indistinctè, sicut definit apostolus, digni sunt morte damnationis æternæ: nec omnes, qui talia agunt, in eis fine renus decedunt: sed peccatum finaliter * pœnitentis est dignum pœna perpetua: an non putas inueniri posse peccata uaria, quæ hic numerauit Apostolus in prædestinatis ad gloriam? Nonne inter apostolos Christi facta est contentio, quis C eorum esse maior uideretur: & inter illos multi prædestinati, de quibus Apostolus ait: Cum sint inter uos contentiones, & schismata, non ne carnales estis? Et nonne Matthæus agebat auaritiam in teloneo? Magdalena fornicationem? Petrus absque fœdere, dum Christum negauit? Paulus absque misericordia, dum persequebatur ecclesiam? Et ideo de istis falsum erit uerbum apostoli. Qui talia agunt, digni sunt morte: quia de talibus fructuosius pœnitebant dicente Paulo de seipso diù, post actam pœnitentiam. Non sum dignus uocari Apostolus: quoniam persequutus sum ecclesiam Dei primæ Corinth. 15. cum tamen spiritu sancto decreuit eum fore apostolum. Segregate mihi (inquiens) Saulum, & Barnabam in opus, ad qd̃ assumpsi eos. Quid ergo dicis mi Witeleff?

Rp. 1

Anselmus.

Haimo.

impœnitẽtis

Lu. 22

1. Cor. 3. Matth. 9. Lu 7. Lu. 23. Act. 9.

1. Cor. 15.

Act. 13

A Paulus fructuosè pœnitebat de persecutionis flagitio, & tamen adhuc se apostolatus fastigio, & nomine decernit indignum: quantò magis præmio apostolatus in ordine iudiciali superno? Cur hoc nisi ut uerum dixisse uideatur: q̃ qui talia agunt, digni sunt morte: digni ex suo scelere, quamuis diuino munere uita digni. Sed dum de peccatis nostris agimus, quid ex nobis digni sumus accipere, pensare debemus. Vnde super eundem locum apostoli in libro annotationum, HIERONYMVS. Qui non *Hier. To. 9* sum dignus uocari apostolus: quoniam perse- *Eccle. 22.* cutus sum ecclesiam Dei. Fili peccasti: nè adiicias iterum: sed & de priſtinis deprecare. Vnde & per Esaiam dominus dicit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas: & non memorabor. *Esa. 43.* Tu autem memorare. Melius est enim di uissa recordari peccata, quam dicenda obliuiſci. Hæc ille. AVCTOR. Quamuis ergo dominus Deus iudicio misericordiæ suæ ita iniquitates nostras delet, ut non memoretur ultra: nos tamen memorari iubemur, qua pœna ex nostro scelere multari digni sumus: sicut & idem apostolus ad Romanos quinto intulit. Iudiciũ *Rp. 5* ex uno in condemnationem. & tunc subiecit. Gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ Super quo loco in expositiõe AMBROSIVS *Amb. To. 5* Gratia Dei per Christum non ex uno delicto: sed ex multis delictis. &c. Hoc ex magnificentia pietatis Dei & Christi loquitur: ut cum delicto Adæ multi tenerentur a morte secunda in inferno inferiori: donum tamen gratiæ Dei cum esset iustum plecti illos: non solum ignoscit illis, sed & iustificat. Hæc ille. AVCTOR. Ecce q̃ Ambrosius dicit prædestinationis diuinæ multos filios: pro delicto Adæ teneri a morte secunda, quæ est æterna in se: & notat locum in inferno inferiori: & dicit iustum fuisse illos *Psal. 85.* ea pœna plecti: cum tamen annectit, q̃ donum gratiæ non tm̃ illis ignoscere uoluit, sed & iustificare punitos. Quid iã resonat contra apostolũ & expositorem eius Ambrosium pedestris illa Witeleff & uulgaris argutia? Quod Deus decreuit remittere, nõ est taliter puniendũ, & dignum est, q̃ circũquaque stet iudiciũ: iõ non placet ipsi, q̃ peccatum prædestinati sit dignum pœna ppetua. Ecce ergo omnes prædicti patres digni sunt damnatione perpetua: quia iudicium exuno in damnationem: & iustum fuit illõs sic plecti: qualiter non tunc dignum: quamuis consequente gratia ex multis delictis in iustificationẽ? Qd̃ si ex gratia, non ex condigno: quia non *Rp. 5* ex debito. Lib. 14. de ciuitate Dei cap. 1. AVGV- *Aug. To. 5* STINVS. Admissum est grande peccatum, ut in deterius eo natura mutaretur humana: etiam in posteros obligatione peccati: & mortis necessitate

Universidad de Deusto Biblioteca

sitate transmissa. Mortis autem regnum in homines usqueadeò dominatum est: ut omnes in secũdam quoque mortem, cuius nullus est finis, pœna debita præcipites ageret: nisi inde quosdam indebita Dei gratia liberaret. Hæc ille. AVCT. Ecce quod suprà dixit Ambrosius, approbat Augustinus. Omnes in secundam mortem, cuius nullus est finis: pœna debita præcipites ageret: nisi inde quosdam in debita Dei gratia liberaret. Antequam ergo Dei gratia eos liberauit ab hac morte: hac ipsa morte digni erant: quia pœna illuc debita eos præcipites egit. Et si gratia Dei indebita liberauit eos: quomodo ipsi digni gratia eius indebita? Nam quodcunque dignum, indebitum qualiter esse potest? Ideo in lib. meditationum in persona peccatoris ueniam deprecantis. *Aug. To. 9* AVGVSTINVS. Cum enim peccator odio dignus sit: qua fronte gratiam requirit? Cũ pœna debeatur: qua temeritate gloria poscitur? Hæc ille. AVCTOR. Ecce peccator iam congruè pœnitẽs pro peccato adhuc odio dignus dicitur, & pœna ei debitur: cùm tamen peccatum huiusmodi non erat finalis impœnitentiæ, subintelligendum semper: nisi Dei gratia succurrente. *Vuitcleff* Sed dicit Witcleff ubi iam supra. Non sequitur: istud peccatum est dignum sic puniri pœna perpetua nisi adsit Dei misericordia: ergo est dignum puniri. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ergo nec per oppositum: est indignus gratia nisi de Dei misericordia: ergo est indignus gratia: cum tamen hac ratione fides utitur utrobique. Sicut apostolus iam suprà. Nõ sum dignus uocari apostolus, intelligens, nisi Dei gratia. Aliter dices mendacium fuisse, *1. Cor. 15.* quod multiplici laude sustollimus: cùm ait filius prodigus. Non sum dignus uocari filius tuus, cùm pater eius decreuit ipsi perenniter primam stolam. Sed hoc sophisma de acerba schola Pelagianorum excessit. Sicut enim dignitatem humanam extulerant: ita Dei gratię laudes tacent. Qualiter notat eundẽ locum de uerbo prodigi, lib. 4. super Lucam in commentario BEDA, *Beda.* dicens. Ad filij quidem affectum, qui omnia, quæ patris sunt, sua esse non ambigit, aspirare nequaquàm præsumit: sed mercenarij statum, iam pro mercede seruiturus desiderat. Verum nè hunc quidem nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Vbi sunt ergo Pelagianistæ, qui sua se uirtute saluari confidunt: contra apertissimam ueritatis sententiam, quæ ait, Sine me nihil potestis facere? *Io. 15.* Et infrà super idem. Incipit peccata iam constitutus in ecclesia confiteri. Nec dicit omnia, quæ dicturum se esse promiserat: sed usque ad illud. *Lu. 15.* Non sum dignus uocari filius tuus. Hoc enim uult fieri per gratiam, quod se esse indignum fatetur per merita. Hæc ille. AVCTOR. Econtrariò uult Witcleff, quòd

A non fateatur se indignum: quia sic non est nisi per gratiam: sed omnino pronuntiet se dignum gratia Dei, & indignum pœna per absolutam sententiam. De tanto enim Pelagianistis fauet, quanto cum eis non uult recoli gratiam Dei: & uult prædicari simpliciter sine gratia peccatoris indignitatem ad pœnam. Et Paulus ait. Non sunt codignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, *Ro. 8.* tamen ex gratia sunt condignæ. *Ps. 70.* Beatus AVGVSTINVS. *Aug. To. 8* dicit simpliciter in persona sancti uiri, quòd debebatur pœna, quanuis data sit gratia, super Psalm. 70. uersu. Deus docuisti me à iuuentute mea. ubi dicit. Et quid docuisti me? Quià tuæ iustitiæ solius memorari debeo. Considerans enim uitam præteritam meam, uideo quid mihi debebatur, & quid accepirim pro eo, quod mihi debebatur. Debebatur pœna: sed data est gratia. Debebatur gehenna: sed data est uita æterna. Deus docuisti me à iuuentute mea. Ex ipso initio fidei meæ, qua me B uocasti, docuisti me nihil in me præcessisse, unde mihi dicerem deberi quod dedisti. Hæc ille. AVCT. Hanc fidem teneamus & nos contra Witcleff: indignos nos uita æterna: & ideo redẽptos per Christum ex sua indebita gratia. Verè enim si condigna nobis esset, non esset indebita. Et quos redemit Christus ad uitam nisi dignos ad mortem? Si autem nullos mortuos suscitauit, & sic indignos ad uitã: dicat quos eruit Christus de potestate tenebrarum, transtulit in regnum claritatis filij sui. Si quia Deus decreuit nos redimi, ideo simus digni: quare item non digni supplicio, ratione illius decreti chirographo confirmati, quod tulit Christus sola sua gratia. spolians principatus, & affigens illud cruci? Vnde tractatu suo secundo prædicti psalmi septuagesimi in principio AVGVSTINVS. *Aug.* Pro C pter primum hominem primi captiui: propter secundum hominem secundi redempti. Nam & ipsa redemptio clamat captiuitatem nostram. Vnde enim redempti, si non ante captiui? Hæc ille. AVCTOR. Et in epistola ad Optatum de origine animæ idem AVGVSTINVS. *Aug. To. 1* Meritò autem uidetur iniustum, quòd fiunt uasa irę ad perditionem, si non esset ipsa uniuersa ex Adam massa damnata. Quòd ergo fiunt inde nascendo uasa iræ, pertinet ad debitam pœnam: quòd autem fiunt renascendo uasa misericordiæ, pertinet ad indebitam gratiam. AVCT. Ecce non dicit fiunt præcisè prædestinando, sed renascendo uasa misericordiæ: & hoc per indebitam gratiam. Et sequitur bene pòst AVGVSTINVS. *Aug. To. 2* Ita enim quid sibi præstetur discit gratis iustificatus: dum non suo merito, sed gratia largissimæ Dei misericordiæ discernitur à damnato, cum quo eadem iustitia fuerat & ipse damnandus.

damnandus. Hæc ille. AVCTOR. Hoc ualdè notandum est contra Witcleff, quod iustificatus sola gratia misericordiæ Dei discernitur a damnato: quia eadem iustitia cum ipso fuerat & ipse damnandus. Witcleff econtrario. Non fuit dignus ex iusto damnari: quia per Dei misericordiam, & gratiam discernitur a damnato. Nullus se interponat: ipsæ sententiæ inter se cõfligant. *Aug. To. 2* Et iterum sequitur ibi AVGVSTIN. Hinc quoque intelligunt: qui ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massæ illi uniuersæ, quod tam magnę parti eius redditum cernerent: non solum in eis, qui originali peccato multa addunt malæ uoluntatis arbitrio: uerumetiam in tam multis paruulis, qui tantummodo uinculo peccati originalis obstricti, sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe ista massa iustæ damnationis reciperet debitum nisi ex ea faceret non solum iustus, sed etiam misericors figulus alia uasa in honorem secundum gratiam, non secundum debitum. Hæc ille. AVCTOR. Ecce plane dici hoc fuisse debitum uniuersæ massæ illi: quod tam magnæ parti damnatorum redditum cernimus: non ipsis solum pro peccato actuali: sed etiam pro solo originali damnatis. Hoc dicit Augustinus simpliciter: quia Witcleff dicit non esse consequens penes se. Iste esset dignus damnari nisi qer gratiam Dei: ergo est dignus damnari. Frequenter & hic illam conditionem interserit Augustinus: & hic item illud absolutè disputat fore sequens. Et ubique dicit redempto tali fuisse pœnam æternam debitam: gratiam uerò saluationis indebitam, Qualiter ergo non pœnam condignam? Et de dignitate huius pœnæ iam abolitæ per baptismum, loquens. *Chry. To. 4* Homil. 9. super epistolam Pauli ad Hebræos CHRISO. Qui (inquit) in tenebris sedebant, qui hostis, qui alienatus, qui Deo odibilis, qui perditus: hic repente illuminatus spiritu dignus effectus dono supercælesti, & adoptione est regno cælorum: alitsque bonis, & mysteriis ineffabilibus. Et neque ita meliorfactus, sed dignus quidem existens perditione. potiens autem salute, uel honore: ubique magis dirigens qualiter utique posset baptizari. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quod iste baptizatus dignus iam effectus dono supercælesti, & adoptione regni cælorum: prius dignus erat perditione: quia sedit in tenebris, quia hostis quia alienatus, quia Deo odibilis.

A ¶ QVOD NON EST CHARITAS talis in omni prædestinato uiante, quæ non potest excidere. Nec peccatum præsciti perpetuum, de quo non potest finaliter pœnitere. Cap. CLX.

SVMMA.

1 *Charitas quod ab omni etiam prædestinato uiante posit excidere, ostenditur.*

2 *Spiritussanctus quod in solo Christo manserit ex Origene.*

3 *Boni perseuerantia quomodo in primo homine non manserit. Et quare. & plura ibi cõtra Witcleff ex Augustino adducuntur.*

RAdix istorum errorum, quos ostendimus: quod scilicet prædestinatus nõ simpliciter potest peccare mortaliter: & B quod peccatum eius appellatum mortale, non est dignum pœna gehennæ, est penè absoluta & fixa necessitas, propter quam dicit, quod prædestinatus charitatem suam altam non potest amittere: & econtrario peccatum præsciti est in eo perpetuum, de quo nullatenus potest finaliter pœnitere. tertio trialogi ter damnati c. 7. Sicut prædestinatus non potest a charitate, uel gratia tali excidere: sic præscitus non potest *Vuitcleff* in illa charitate, uel gratia perpetuo perdurare: quia si oppositum contigerit, non est illa. AVCTOR. Ecce non põt, utrobique fixa, & absoluta necessitas: non põt peccare prædestinatus: nõ põt sic, uel sic non peccare præscitus. Ab hæresi Manichæorum fluxit ista necessitas, & impossibilitas eius opposita. Ideoque dictum saluatoris extorquent Matthæi septimo. *Matt. 7* Non põt arbor C bona fructus malos facere neque arbor mala fructus bonos facere. Ponentes in eo duas naturas contrarias a Deo bono & malo cõcretas hominibus: sicut Witcleff gratiam prædestinationis, & peccatum oppositum quæ absque hominum libertate ad uitam & interitum naturali sua necessitate compellant. Quo contra in commẽtario super eundem locum HIERONIMVS. *Hie. To. 9.* Quæramus (inquit) ab hæreticis, qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum, arbor bona fructus malos facere nunquam potest: quõ Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, & David Vria interfecto cum Bethsabee concubuerit. *Nu. 20* Petrus quoque in passione dominum negauerit, *Psal. 80* dicens, Nescio hominem? *2 Reg. 2* *Lu. 23.* Aut qua consequentia Ietro socer Moysi arbor mala, *Exo. 18* qui utique in Deum Israel non credebat:

Universidad de Deusto
Biblioteca

credebat: & dederit Moysi consilium bonum: & Achior Holoferni aliquid utile sit locutus: & comicus dixerit: (quod bene dictum apostolus comprobauit) Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ? Et cùm non inuenerint quid respondeant, nos inferemus & Iudam arborem quondam bonam fecisse fructus malos: postquàm prodiderit saluatorem: & Paulum arborem malam eo tempore, quo persequebatur ecclesiam Christi, fecisse postea fructus bonos, quando in uas electionis de persecutore transla tus est. Tandiù bona arbor ergo fructus non facit malos: quandiù, in bonitatis studio perseuerat. Et mala arbor tandiù manet in fructibus peccatorum: quandiù ad pœnitentiam etiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo, quod fuit, incipit esse quod necdum cœperat.

1 Hæc ille. AVCTOR. In † hoc passu bene probauit Hieronymus penè omnem bonam arborem huius agri ecclesiæ potuisse facere fructus malos: & per consequens à charitate excidere: cum qua non stant peccata illa enormia, quæ recitauit ex sanctis: & econtrà, uiros reprobos, & infideles posse facere fructus bonos. Nec potuit in tot sanctis reperire charitatem tuam, quæ non pateretur excidium: aut peccatum perpetuum præscitorum, cùm Iudam traditorem bonam arborem olim dixit: sed simpliciter arborem bonam uel malam dixit: quandiu fecerit fructus bonos, uel malos: & in bonitatis, uel malitiæ studio perseuerauerit. Respondet Witeleff hoc & illud dici solum secundùm præsentem iustitiam. Sed mihi uidetur (inquit:) p gratia ista, quæ dicitur prædestinationis, uel charitatis finalis perseuerantiæ, non potest à quoquam excidere: quia si excidit, non illa. Gratia autem secundùm præsentem iustitiam. Sequitur. Talis gratia manebit in Deo & in homine, solum quò ad tempus. Hæc Witeleff in præfato lib. cap. 7. AVCTOR. Iam nuper produxi te in perfectè, & contra ecclesiasticum morem dixisse gratiam prædestinationis, distinguente Augustino in de prædestinatione, prædestinationem à gratia tanquam causam ab effectu. Quò autem ad perennem immanentiam charitatis, quam dicis à prædestinato non posse excidere, sed compati secum actuale peccatum: cum sit donum spiritussancti altissimum: Christo facis iniuriam, qui solus secundum antiquam professionem ecclesiæ meruit hanc prærogatiuam præ filijs hominum: ut maneret in eodem sine excidio gratiæ, nec recederet per peccatum. Probat hoc ex scriptura multiplici, Homil. 6. super librum Numerorum antiquus presbyter ORIGENES. Habeo† (inquiens) testimonium, quo dicere possum, in domino saluatore meo spiritumsanctum eximio quodam genere, & longè aliter requieuisse, quàm refertur in cæteris. Dicit enim Ioannes Baptista de eo. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem in eo, ipse est. Si dixisset spiritum descendentem, & non addidisset, & manentem in eo: nihil præcipuum à cæteris habere uideretur. Nunc autem addit: & manentem in eo: ut esset hoc insigne in saluatore, quod in nullo alio posset ostendi. De nullo enim scriptum est: quia manserit in eo spiritussanctus. Et ne quis putet me in hoc derogare prophetis: sciunt etiam ipsi, quia eis non derogo, præferens eis dominum Iesum Christum. Recolunt enim singuli dicta sua, & inueniunt, quòd de nullo alio dictum est. quòd peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Quia enim solus est, qui peccatum non fecit: adeireo in ipso mansit, & permansit spiritussanctus. Si enim ipse est, de quo singulare aliquid, & eximium dicitur: per hoc, quod suprà diximus: quia peccatum non fecit: constat alios omnes fuisse sub peccato. Si omnes, necessariò & prophetas: & quomodo conuenit, ut tempore peccati mansisse in eis dicamus spiritumsanctum? Aut si tibi incredibile uidetur, prophetas postquàm acceperunt spiritumsanctum potuisse peccare: ad ipsum Moysen, quem habemus in manibus, reuertamur: qui utique amicus est, & eximius prophetarum. Ipse de se scribit quia peccauit in eo, quod dixit, Audite me increduli. Nunquid de petra ista producimus nobis aquam? Sequitur. Quia ergo peccatum ei reputatur in his uerbis à domino: certum est, quòd cum hæc loqueretur, non de spiritusancto locutus sit, sed de Spiritu peccati. Quòd si scripturæ testimonio tantus propheta Moyses ostenditur aliquando habuisse spiritum Dei, aliquando non habuisse peccati scilicet tempore: certum est, quòd de reliquis prophetis simi lis forma tenenda sit. Quid autem & de Dauid dicam? qui pro spiritusancto: tanquàm qui à se auferri posset: orat nè auferatur: & dicit. Ne proijcias me à facie tua: & spiritumsanctū tuum nè auferas à me. In sequētibus uerò tanquā pro culpa ablatum à se munus reposcit, & dicit. Redde mihi lætitiā salutaris tui: & spiritu principali cō firma me. Et infrà. Sed in hæc per excessum quēdam incurrimus: dum ostendere uolumus super solum dominū, & saluatorem meū Iesum Christum mansisse semper spiritū Dei. Hæc ille. AVCTOR. Quanto processu Origenes conclusionem Christianorū exponit? Quòd. s. Spiritussanctus per donū charitatis inamissibilis nunquam perseuerauerit quieuit super incolam huius uitæ, nisi super Christum Iesum, qui peccatum nō fecit:

Tychi. 5.
1. Cor. 15.
Matth. 16.
Act. 9.
Witeleff.
Origenes. To. 1.
Ie. 1.
Nu. 20.
Psal. 50.

fecit: quia cæteri per peccatum spiritumsanctū fecerūt effugere, qui disciplinæ effugiet fictum.

Sap. 1. Vbi est ergo charitas, quam dicis a nullo prædestinato posse excidere? Respondes. Illam dico, per quam a prima gratia prædestinationis est finaliter perseuraturus in bono. Et illa nunquam a principio hominis interscissiones aliquas accepit per peccata, ita, ut perseuerantia esse non posset. Esset enim maxime perseuerantiæ donū, si nunquam excideret. Audi denique quid in lib. de correptione & gratia: circa medium de perseuerantia primi hominis disputat AVGVSTINVS. Quæritur† (inquit) a nobis, quantum attinet & ad hoc donum Dei: quod est in bono perseuerare usque in finem: quid de ipso primo sentiamus, qui certè sine ullo uitio factus est Christus. Sequitur huic nanque interrogationi facilè respondetur: eum perseuerantiam non habuisse: quia in ipso bono, in quo sine uitio fuit, non perseuerauit. Cœpit enim habere uitium, ex quo cecidit. Et si cępit, antequam cœpisset utique sine uitio fuit. Aliud est enim non habere uitium, & aliud est in ea bonitate, in qua nullum uitium est, non manere. Eo quippe ipso, q̄ non dicitur nunquam sine uitio fuisse: sed dicitur sine uitio non permansisse: proculdubio nō demonstratur sine uitio fuisse: in quo bono non permansisse culpatur. Hæc ille AVCT. Hic probauit Augustinus non manssisse in homine primo perseuerantiam boni: quia cùm sine uitio non fuit, in primo bono non perseuerauit. Et eodem libro posteriùs, idem AVGVSTIN. Fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, & perseueranter tenendo, non solum posse, quod uolumus: uerumetiam uelle, quod possumus. Quod non fuit in homine primo. Vnum enim horum in illo fuit, alterum nō fuit. Nanque ut reciperet bonum, gratia non egebat, quia nondum perdiderat: ut autem in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ sine quo id omnino non posset. Et acceperat posse si uelet: sed non habuit uelle, quod posset. Nam si habuisset, perseuerasset. Hęc ille. AVCTOR. Ecce primus homo non perseuerauit: quia non habuit uelle, q̄ posset. Nonne ergo amisit charitatem, cum iam amiserit uoluntatem? Aut habuit unam aliam uoluntatem, quam non deflexit ad fundandum charitatem, quæ non excidit? Respōdes. Sed finaliter non excidit. Hoc uerum dicis: & utinam non aliud diceres. Vtinam non diceres gratiam prædestinationis, inesse hominibus, & ideo quantumlibet criminosi sint apud Deū non esse ponderis: tantumque ualere apud Deū hominem criminosum ut sanctum. Hæc, & similia tu ipse scribis. capit. 13. tertii trialogi ter damnati. Est gratia prædestinationis, uel finalis consummationis: qualiter solum prædestinati sunt Deo chari, uel grati: & alia est gratia, uel charitas secundùm præsentem iustitiam: qua creatura rationalis est admodùm chara Deo: & illa est satis fluxibilis in uiante: & pp assistentiam, uel deficientiam talis gratiæ Deus non magis, uel minus afficitur creaturæ: ut tantum dilexit Petrum, Dauid, & cæteros, quando graniter peccauerunt, sicut quando modò in patria sunt beati. Hæc Witeleff. AVCTOR. Iste ecce non dicet cum Origene recessisse spiritumsanctum, qui est amor Dauid, quando graiter peccauit: sed nec a Moyse cum deliquit. Sed quid dicturus est ad sacramenta incarnationis filii Dei, quibus Christianorum libri redundant: quia post sanguinem, & mortem Christi non est Deo patri acceptior, aut gratior homo redemptus, q̄ antea fuit principe huius mundi nullus Deo gratior post baptismum, quam antè? Et fefellit Paulus ecclesiam scribens ad Colossenses, id est, q̄ pater dignos nos fecit ī partē sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ. Et q̄ in ipso habemus redemptionem, qui est imago Dei; & q̄ per ipsum reconciliata sunt omnia: pacificando per sanguinem crucis eius, quæ in cælo, & in terris. Hęc enim nostra translatio, redemptio, reconciliatio nostra, cum sint temporales, & sic per gratiam operantes præsentis iustitiæ: cum adsunt nobis, uel desunt, non magis uel minus propter eas Deus nobis afficitur. Et quid nobis ualet, quod consequenter intulit. Et uos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere uos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso, cum ante mortem Christi, quando erant sic alienati, & inimici in operibus malis, fuerint tam boni grati, ac dilecti, sicut modò reconciliati in corpore carnis eius per gratiam fluxibilem præsentis iustitiæ? Vnde & trepidanter subinfert. Si tamen permanetis in fide. Proh horrida disciplina, & omnis fidei Christianæ, & apostolicæ prædicationis, & exhortationis morum subuersiua repentè. Nam cur non dicat peccator: non faciam eleemosynas, non orabo, sacramenta contemnam, æstuabo delitiis, dolos uenabor, & odia; si prædestinatus sum, per præsentem iustitiam nihil accrescit meriti, & in fine charitas non excidet, quā? sperauit? Si præscitus, nihil minuetur supplicii: & siue sic, siue sic, nihil proficit gratia aliqua citra prædestinationem æternam: nihil adimit mihi præscus peccatum: quia Deus in infinitum plus odit præscitum existentem in gratia secundum præsentem iustitiam, quam prædesti-

Sap. 1.
3 Aug. To. 7.
Witeleff
Colos. 1.
Aliàs supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

destinatum quantumlibet criminosum: ut dicit ibi Witcleff. Rogo,quid iuuat fideles ista subtilitas? quos animat ad merendum? quos excitat ad sperandum? Nunquid statim ut dicitur omne humanum pectus infrigidat, & optatur silentio fuisse præteritum? Quòd si gratiam præsciti Deus habet tam detestabilem,ut peccatum prædestinati grauissimum illi præponat, quantum putas detestaturus est uitium? In infinitum dices præponderat peccatum præsciti. Contra te hoc dicis: quia maior est ingratitudo prædestinati,qui plus accipit gratiæ domini. sic enim dicis libro tertiotrialogi.cap.1. ꝙ quantò gratitudo est maior, tantò ingratitudo peccantis contra illam est grauior. Gratitudo uerò prædestinationis est infinitè maior ei, quem prædestinat,quàm præscito:secundum hoc ergo ingratitudo peccantis prædestinati est infinitè grauior, q̃ præsciti. Consonat illud euangelij, Cui magis dimittitur,magis diligit.prædestinatus uero magis diligit:magis ergo ipsi dimittitur, q̃ præscito. Idem illud apostoli habet. Vbi superabundauit delictum,superabundauit & gratia. Et superabundat ergo delictum prædestinati: si superabundet ipsi & gratia. Et super Psal. 110. AVGVSTINVS. Hæc est magnificentia domini iustificatio peccatoris:quoniã qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat humiliabitur. Hæc est magnificentia:quoniam cui plurimum dimittitur,plurimum diligit. Hæc est magnificentia: quoniam cui abundat peccatum, superabundauit & gratia.Sed fortasse ex operibus. Non (inquit)ex operibus:ne fortè quis extollat.Hęc ille.

Witcleff

Lu.7

Ro.5.

Aug.To.8

¶NON EST GRATIA PRAEDEstinationis in prædestinato quousque uocatus iustificetur bonis operibus,& ecclesiæ sacramentis: nec peccatum præsciti, de quo non potest, uel potuit esse contritus. Cap. CLXI.

SVMMA.

1 *Prædestinationis gratia quòd non est in prædestinato,quousque uocatus,iustificetur bonis operibus,& ecclesiæ sacramentis.&c.*

2 *Peccatum præsciti quòd sit nullum,de quo non potest,uel potuit esse contritus, contra Witcleff, Augustini uerbis ostenditur.*

SED totius huius erroris occasio ex præsumptione rerum assurgit:& quia gradus præoccupat, quos designauit, Apostolus dicens. Quos præsciuit & prædestinauit, &c. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit, Quos autem iustificauit, A hos & glorificauit. Et nunquid statim Deus prædestinando gratificat:quos nec uocat,nec iustificat? In de fide ad Petrum,c.* 44. AVGVST. Illi cum Christo regnabunt:quos Deus gratuita bonitate sua prædestinauit ad regnum. Quòd enim eos tales prædestinando præparauit,ut regno digni essent: præparauit utique secundùm propositum uocandos,ut obediant. Præparauit iustificandos:ut accepta gratia, rectè credant,& benè uiuant.Præparauit etiam glorificandos: ut Christi cohæredes effecti,regnum cælorum sine fine possideant.Ad quod regnum diuersis temporibus per sacramenta,quæ ad fidem incarnationis suæ Christus instituit, illi peruenerant: quos Deus gratis,nullo bonæ uoluntatis,uel boni operis merito præcedente,saluauit. Quemadmodum & ex illo tempore,quo Saluator noster dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,non potest uidere regnum Dei: absq; sacramento huius baptismatis: præter eos, qui B in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt: nec regnum cælorum potest quis accipere,nec uitam æternã. Hæc ille. AVCTOR. Attende iam si gratia prædestinãtis Dei non habet à capite locum tertium in iustificationis articulo. Præparauit(inquit)iustificandos,ut accepta gratia, rectè credant. Gratiam ergo Dei per prædestinationem accepit, sed cũ iustificatus est per gratiam fidei sacramenti.Nõ nego Deum ante tempora gratiosè prædestinasse:sed non concedo Petrum iam gratum factum, ante Petrum Deo prædestinante per acceptam gratiam iustum factum:& hoc per uerbum Dei, aut ecclesiæ sacramentum. Vnde libro primo de baptismo paruulorum cap. 29. AVGVST. Quia de ouibus eius non esse incipiunt paruuli nisi per baptismum, profectò si hoc non accipiunt,pereibunt.Vitam .n.æternã, quam suis dabit ouibus,non habebunt.Ego (inquit) sum uia, C & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. subdit finaliter.Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli,& in perditione, ac tenebris remanebunt:nisi per adoptionem populo Dei fuerint sociati: tenentes Christum passum, iustum pro iniustis: ut eos adducat ad Deum. Hæc ille. AVCTOR. Hæc est gratia prædestinationis in nobis,quæ credentes uocatos per sacramenta iustificat. Quòd si ad æternitatem aspires,quia in uerbo præteriti temporis, uocauit,& iustificauit,dixit apostolus: hoc intelligas de rebus futuris dictum.Sicut in libro de correptione & gratia,* circa medium AVGVSTINVS. Adhuc usque in finem seculi multi uocandi,& iustificandi sunt, & tamen uerba præteriti temporis posuit de rebus etiam futuris, tam quàm iam fecerit Deus,quæ iam ut fierent, ex æterni-

Ro.8.

*cap.44. Aug.To.5

Aug.To.7

Io.3.

Io.14.

Io.6.

1.Pet.3.

*cap.9. Aug.To.7

æternitate disposuit. Idem de illo dicit prophetа Esaias. Qui facit ꝙ futura sunt.Hæc ille. AVC. Prædestinando ergo Deus disposuit, uocando pertrahit: sed non nisi iustificando gratificat.Sicut non nisi glorificando beatificat.Qui ergo dicit hominem semper habere ex prædestinatione gratiã immanẽtẽ: cur non semper & gloriã? Acquè enim prædestinatio diuina ducit ad gloriã:sicut per iustificationẽ ad gratiam. Et quannis sciat filios Dei esse prædestinatione eius gratuita, tamen filios Dei uerisime fieri per suam gratiã posuit in potestate nostra. Vt sitis(inq̃s) filij patris uestri,qui in cælis est. &,Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri.Et libro primo de sermone domini in monte,* uersus finẽ: AVGVST. Quod aũt consequenter positũ est, Vt sitis filij patris uestri,qui in cælis est. ex illa regula intelligendũ est,qua & Ioãnes dicit:Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Vnus.n. naturaliter filius est, qui nescit omnino peccare. Nos antẽ potestate B accepta efficimur filij:inquantum illa,quæ ab eo præcipiuntur, implemus, Vnde apostolica disciplina adoptionẽ appellat, qua in hæreditatẽ uocamur ut cohæredes Christi esse possimus. Efficimur ergo filij regeneratione spirituali,& adoptamur in regnũ Dei, non tanq̃ alieni, sed tanq̃ ab eo facti,& creati,hoc est,cõditi,ut unũ sit beneficium,quo nos fecit esse per omnipotentiã suam, cum nihil antè essemus:alterum ꝙ adoptauit,ut cum eo tanq̃ filij uitam æternam pro nostra participatione frueremur.Itaq; non ait: facite ista, quia estis filij,sed facite ista,ut sitis filij. Cũ autẽ ad hoc nos uocat per ipsum unigenitũ, ad similitudinẽ suam nos uocat. Hæc ille. AVCT. Hanc filiationẽ per fidẽ, quæ per dilectionẽ operatur, audiũt Christiani:nõ aliã aliquã sine ista. Facite, (inquit)ista:nõ quia estis filij,sed ut sitis filij. Tu dicis filiationem istã admodũ charam Deo,quia causatur ex tempore per fluxibilem gratiã. Ego autẽ dico tibi,prædestinationẽ Dei æternã nihil homini profuturã nisi per istã. Imò uerus istã omnimodè pro futurã,quia sic Deus ꝓdesse nobis ꝓ 1 destinauit ꝓ istã.Prædestinauit ꝓ uocãdũ per uerbũ suũ,prædestinauit & sic uocatũ iustificari ꝓ gratiam suã in sacramẽtis,in bonis operibus,uel implẽdo quod præcepit.Hæc est adoptionis gratia,sine qua prædestinatũ esse non uult. De fide ad Petrum * ca.22.AVCVST.Prædestinatio.n. illa gratuitæ donationis est præparatio, qua nos apostolus ait ꝓdestinatos in adoptionẽ filiorũ ꝓ Iesum Christũ in ipsum.Hæc ille.AVC.Hanc igitur gratiã prædestinationis cur non dicimus, aut quã aliã dicimus,ꝓ quã adoptamur in filios? qui & si fluxibilis sit(ut appellas)& labilis,astitẽtia,tamen eius Deũ nobis conciliat,& eius absentia inimicum constituit. Post multas tamen cui-

Mat.5. Io.1.

*cap.46. Aug.To.4.

*cap.35. Aug.To.3.

Eph.1.

A nus potens est suscitare ruentẽ, & totiens diruptã,& intercisam gratiã continuare de nouo,do nec ducat ad gloriã. Vnde in libro de correptione & gratia cap.12.AVG. Ad prædestinatos ait apostolus.Stabit aũt: Et ne hoc sibi arrogarent. Potest.n. Deus(inquit)statuere eũ.Ipse itaq; dat perseuerãtiã,qui statuere potẽs est eos,q̃ stãt,ut pseuerãtissimẽ stẽt,uel restituere,q̃ ceciderunt. quia dũs erigit elisos.Hæc ille AVC. Potest ergo excidua charitas ad donũ perseuerãtiæ restaurari ꝓ gratiã,ita ut ducat ad patriam. Quæ si simul cũ fine uitæ procedat, tũc primò finalis charitas appellatur.Quòd si ante finem per tentationẽ humanã patiatur anfractus, correptionibus sanctis,sacramẽtorũ ritibus,acpijs operibus instituatur:ut gratia Dei restituatur amissa: nõ autẽ falsa securitas prædestinationis diuinæ aut charitas,q̃ nõ excidat,falsum iuciat fundamẽtũ. Qđ ꝙ dam firmũ dixerũt ꝓ ideo neminẽ corripiẽdũ pro culpa. Sicut in libro de correptione & gratia * in fine. AVG. Non † argumentemur & cõtra ista præcepta:salubrẽq;terrorẽ dicentes. Et corrumpant bonos mores colloquia mala: & pereat infirmus:quid ad nos pertinet?Firmũ firmamentũ Dei stat.Nemo perit, nisi filius pditionis. Absit ut ista garrientes,securos nos in hac negligentia rẽ debere credamus.* Verũ est.n.ꝙ nemo perit, nisi filius perditionis.Sed ait Deus per Ezechielem prophetã. Ille quidem in suo peccato morietur:sanguinẽ uerò eius de manu * tua requirã.Pro inde quantũ ad nos pertinet,qui prædestinatos à nõ prædestinatis discernere nõ ualemus, & ob hoc omnes saluos fieri uelle debemus: omnibus nè pereãt, uel nè alios perdant, adhibenda est à nobis medicinaliter seuera correptio. Dei autẽ est facere illis eam utilem,quos ipse præsciuit & prædestinauit conformes fore imaginis filij sui. Hæc ille.AVCTOR.In his uerbis non abnegat Augustinus firmum firmamẽtũ Dei:hoc est,eius firmamentum de singulis, ut contingent firma notitia.Et nemo perit(inquiunt)nisi filius perditionis. Hoc utique uerum est: sed tamen omnibus nè pereant uel nè perdant alios, adhibenda est medicina salubris.Quod utique non faceret, uel diceret faciẽdũ, nisi etiã de perituris quosdã posset Dei gratia facere non perdendos, aut ut alios non perderent,quos essent alias perituri. Et ubi tunc est quod Witcleff dicit: præscitũ nõ posse uerè conteri de peccatis.ca.24.quarti trialogi:quia solum prædestinatus de peccatis prætcritis est contritus?Præscitos enim interrumpendo dolorem, docet non adesse contritionem.Et inter conclusiones ter dãnatas.249.Vt fidẽ asseram,ꝙ omnia,quæ eueniẽt,de necessitate eueniẽt & sic Paulus præscitus non potest uerè pœnitere,hoc est,cõtritione peccatum finalis impœni-

*cap.12.

Aug.To.7

Ro.8.

*Speculatiui.

Ezech.33.

Nota.

Witcleff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libri primi.

tentiæ delere. Hæc Witeleff. AVCTOR. Quasi unũ solũ esse peccatũ eius usq; in finẽ per totam uitã de quo nõ põt dolere: aut contritio de oĩb. alijs ante finem pñia nulla esset. Multa. n. de ista necessitate prætensa, & impossibilitate extẽsa in superioribus conscribuntur. Sed ut breuius concludamus: cur tunc peccantes in Spiritũ sanctũ, qui maximè sunt præsciti, monuit Christus in euangelio pœnitere, & accessum maturarent ad gratiam? Vnde li. 1. de sermone dñi in monte

*ca.44. Aug. To.4 *Dulci

uersus finem AVGVS. Quappe multum interest quali pñiæ ignoscat Deus Mali. n. multo'citius se fatentur peccasse: atque ita sibi succẽsent ut uehementer sepeccasse nollent, sed tñ animũ ad humiliandum, & obterẽdũ cor, implorãdúq; ueniã non *deponant. Quam mentis affectionẽ, pp magnitudinem iã de damnatione illos habere credendum est. Et hoc est fortasse peccare in spiritum sanctum. i. per malitiam, & inuidiã fraternam oppugnare charitatẽ post acceptã gratiam spiritus sancti. Qđ peccatum, dñs neq; hic, neque in futuro seculo dimitti dicit. Et infrà.

*deponũt

Matt. 12. Quanuis in eodẽ loco dixerit, Quicunque aũt dixerit uerbum nequam aduersus filium hominis remittetur ei. Qui aũt dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc seculo, neque in futuro. Tñ uideri põt eos adhuc monuisse, ut accedant ad gratiam, & post acceptam gratiam non ita peccare, ut nunc peccauerunt. Nũc aũt ẽ infideles homines dixerunt uerbum nequam in filium hominis, & põt eis dimitti, si conuersi fuerint, & ei crediderint, & spiritum sanctum acceperint. Quo accepto, si fraternitati inuideret, & gratiam, quam acceperunt oppugnare noluerunt, non eis dimittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. Nam si eos sic haberet condemnatos, ut nulla spes illis reliqua esset, non adhuc monendos iudicaret. Hæc ille. AVCTOR. Et ce quanuis dixissent uerbũ ĩ spiritum sanctũ, oppugnando fraternam charitatem per inuidiam, quod delictum irremisibile dixit in hoc seculo, & futuro: tñ monuit eos Christus accedere ad gratiam: quod fuit non habere eos sic condemnatos, ut nulla illis spes reliqua esset: quia tũc nõ sic monendos eos iudicaret. Cum tñ eorum prescientia non lateret Christum, tñ sic dixit, & sic monuit: Quid ex hoc sequitur, nisi directè contra Witeleff, q̃ Paulus præscitus peccato detentus irremisibili põt bona spe accedere ad gr̃am iuxta monitionem Christi? Et conuenit illud apostoli, quod dixit: cum modestia corripiendos etiam diuersa sentientes: addens: Nequando det eis Deus pœnitentiam ad cognoscendam ueri-

2. Tim 2 tatem, & resipiscant de diaboli laqueis. Qđ utique dictum, à non perseueraturis in bono non extitit alienum: Vnde li. de correptione & gratia cito* post principium AVGVST. Negare quidem non possumus etiam perseuerãtiam in bono proficientem usque in finem magnum esse Dei munus. Sequitur. Sed non ideo est eius. q. non perseueranerit, negligenda correptio: nẽ forte det illi Deus pœnitentiam, & resipiscat de diaboli laqueis. Hæc ille. AVCT. Ergo non perse ueraturis est ecclesiæ adhibenda correptio: nẽ forte det illis Deus pœnitentiam: quo habito, poterunt pœnitere, quanuis de facto sic facturi non sint, si præsciti sint.

*ca.6 Aug. To.7

¶QVOD CHARITAS PRAEDESTINATI est mortua per peccatum mortale, & eius gratia per peccatum extincta. C. CLXII.

SVMMA.

Prædestinati charitas q̃sit mortua per peccatũ & eius gratia per peccatũ extincta, ostẽditur.

Bernardus inuehitur in eos, qui dicebant charitatem semel acceptam non posse remitti.

Prædestinati charitatem remitti posse, amitti nõ posse, unde sumpserint Witeleuistæ. Et quid cõtra hoc dicant Aug. Hieronymus, & Ambros.

Prædestinatum non posse mori per peccatum, quòd ab antiquo serpente manauerit.

Augustinus quid de stupore, sanitate, & immortalitate hominis dicat.

Status peccatorum duo ab ambrosio assignãtur.

Peccatum ad mortem. Et quid de illo dicat Augustinus.

EAutores quidam uesani Witeleff, quẽ rentes eũ saluare a pressura tantarũ auctoritatum scripturæ, & patrum, q̃dam ingeniantur, seu excogitãtas lu tiõ, dicentes charitatem illam prædestinati remitti posse, non excidi: nec eius gratiam omnino amissibilem, sed quodammodò stupidã fieri: ita q̃ peccato nũquam potest esse mortuus, sed stupore quodam perfusus, ad modum pedis humani, quem uulgariter dormire dicimus: cum tunc sensum non amittat, sed officium pro eo hora. Ita ergo charitas Petri cum negaret Christũ, tepuit, non autem refriguit, nec fuit extincta. Contenit eis Witeleff præceptor li. de sermone dñi in monte. ca. 64. Sicut oleum rarò, uel nullo tẽ- *Witeleff pore congelatur: sic charitas, quæ uendicat supremum locum animæ, est uireus, q̃ nõ potest refrigescere, cum charitas prædestinationis sit alterius rõnis, q̃ charitas nudè ẽm præsentem iustitiam. Hæc Witeleff. AVCT. Hæc ẽ charitas totum fructum tollit redemptionis nostræ per mortem, & sanguinem Iesu Christi: omnemque necessitatem baptismi, & sacrorum ecclesiæ: q̃ animæ

animæ prædestinatæ nunq̃ erãt mortuæ, nunq̃ A ultra recedere, cum aĩt ueritas de q̃busdã. Et hi tenebris circumfusæ, nunq̃ peccati uitio frigidæ, assistente eis uita cõtinua luce & calore inextinguibili charitatis propriæ prædestinationis æternæ: etiam ab esse primo intelligibili, ut sunt Deus. Quo ergo redemptæ de morte ad uitam, de tenebris ad lucem, aut de peccati frigore ad charitatis ardorem? Faceor excedunt in isto spẽ meam: nec. n. putaui uiros christianos, arte pollentes, aut sensu, tali uerbo ꝫ saluatorem mũdi Iesum potuisse dare consensum. Nec tñ primus repertus huius blasphemiæ, est magister eorum Witeleff, quem sic diligũt. Ab amaro fonte Pelagianorum processit hæc hæresis. Vnde lib. 3 ꝫ Iulianum, cap. 1. AVGVST. Obsecro te, quo cautam uestram, qui damnauerunt, ante cœperunt odisse, q̃ nosse: qui eam prosecuti dubiò quia nouerant, oderant. Nouerant. n. uos dicere nihil mali parulos habere nascẽdo, quod purgari debeat B renascendo. Nouerant uos dicere gratiam ẽm merita nostra dari. Sequitur. Nouerant uos dicere bonum in hac uita posse nullũ habere peccatum, ut non ei sit necessarium, quod in oratione dñica tota dicit ecclesia: Dimitte nobis debita nostra. Hæc in uobis nouerant, & rectissimè oderunt. Hæc ille. AVCTOR. Ab illo loco ergo, ubi dicit Augustinus: Nouerant uos dicere bonum in hac uita posse nullum habere peccatum, cæteri cœperunt errare, qui dicerent: ergo nec amittere charitatem. Vnde, ut dicere cæperam, non Witeleff primus, sed ante dies eius quidam desipuerunt, sic dicentes quidem nõ absolutè cum Witeleff q̃ nunquàm, sed à tempore charitatis acceptæ nõ posse eos amittere charitatem. Contra quos inuehitur epistola ad Hẽpm Senonensium, inter epistolas.* 33. quæ incipit, Placuit præstantiæ uestræ, BERNARD. Iam† (inquit) loqui restat de fide non ficta, & itẽ C quod ex alio loco in mẽtem uenit, Fides sine operibus mortua est. Duo ista miscent uos ad q̃dam fidei trifariam diuisionem, ut dicatur fides mortua, ficta, probata. Vt mortuã quidẽ Apostolus definiuit eam esse, quæ sine operibus est. i. q̃ non operatur ex dilectione, quali non habẽs animam ipsam dilectionem, qua uegetetur, & moueatur ad opera. Fictam aut ego arbitror illã nocari fidem, quæ suscepta quidem, ex charitate uitæ moueri inchoat ad benè operãdũ, sed non perseuerans deficit, & moritur tanq̃ abortiua. Et u- 3 tique sensu fictã eã dixerim nominatã, quo nasa figuli uocamus fictilia: non quidem q̃ utilia nõ sint, q̃diu durent: sed quia fragilia cum sint, diu minimè durant. De hac fidei fictione puto illos notari in euangelio, qui ad tps credunt, & in tempore tentationis recedunt. Interrogo eos, q̃ dãt charitatem, à quo semel accipitur, nequaquam.

Yy ij scipulo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

discipulorum charitas posset extingui: q tamen erant prædestinati. Respondes. Non illa suprema charitas prædestinationis. At qd oportuit Christum eos monere seruare dilectionem illã, qua absente non essent sibi peiores? illã dico gratiã trãsitoriã p̃sentis iustitiæ: qa semp sibi uiuerẽt, & calerẽt amore prædestinationis æternæ. Scio Chr̃m Iesum dixisse de filio ꝓdigo. Mortuus est, & reuixit, perierat, & inuentus est. Nõ dixit hoc filius maior, quasi sibi mortuus esset, aut homini busi sed pater ipse, cuius nouiter accepit gratiã. Mortuus est (inquit) & reuixit, ẽt apud me mortuus, & gratia mea orbatus: nunc uerò apud me reuixit, & gratiã accepit, quã explicat sup Psal. 118. AVG. Potest uideri ille minor filius animã suam in manibus suis habere uoluisse, quãdo dixit patri. Da mihi substantiam meam, quæ me contingit. sed ideo mortuus erat, ideò perierat. Hæc ille. AVCT. Ex fide scimus Paulum Apostolum prædestinatum inter cæteros Dei filios mortuũ se dixisse, ad Rom. 7. Ego autẽ mortuus sum: quia sciens ꝓuaricatus sum. ubi in lib. annotationũ HIER. Quod custoditum proficiebat ad uitam, neglectum duxit ad mortẽ. Hęc ille. AVCT. Ipse item apostolus dixit de se cũ cæteris. Nunc soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur. Vbi in expositione AMBRO. Soluti sumus à lege, dũ remissionẽ peccatorum accipimus. Non enim in nos habet potestatem. Infidis enim, & peccatoribus dominatur. Lex autẽ mortis ideo dicta est: q a punit reos. Mortificat enim peccatores. Nõ ergo mala est, sed iusta. Quãnis enim malum sit participibus, quod infertur à lege, tamẽ illa non est mala, sed qa iustẽ infert iram. Hæc ille. AVCT. Ergo dictamine legis Dei Paulus fuit legi mortuus ꝓ peccatũ: & iustẽ tulit irã. Imò (inquis Witeleff) secundũ p̃sentẽ iustitiam. Contra te dicis, qa in tali statu mortis secundũ p̃sentem iustitiã Deus ita dilexit eum, sicut iã beatum. Quomodo ergo sustinuit tantã irã, ut esset filius mortis, & irę? Et ipse Paulus alibi dicit. Eramus natura filij iræ. Et quomodo tẽpore naturę, id est, ante sacramentorũ participationem per gratiam, filij irę ad mortem secundam: si eodem tempore essent dilectissimi alumni Christi usq; ad supremum beatitudinis suæ gradum? Quis ista sustineat? Quis non planam talitatem intelligit? Vnde libro de blasphemia in spiritumsanctum in principio, AVGVST. Hoc est, ꝙ etiam beatus Apost. superbos, & quasi de meritis gloriantes increpat dicẽs. Quis.n. te discernit? Hoc est, à massa perditionis ex Adã, & à uasis irę, quis te discernit? Et nè quisquã diceret: Iustitia mea: Quid.n. habes (inquit) qd non accepisti? Vnde & de seipso dicit. Fuimus.n. & nos aliquando & naturaliter filii iræ, sicut & cæteri. Ergo & ipse uas

A erat in domo illius malæ fortè, cùm esset ecclesiæ persecutor, blasphemus, iniuriosus, malitia, & inuidia, sicut fatetur, agens. Sed ille, qui alligauit fortem, ab eo uas perditionis eripuit, & uas electionis effecit. Hæc ille. AVCTOR. Ecce quòd Paulus erat uas perditionis, & filius iræ Dei in domo principis tenebrarum, & regno mortis. Reuera† doctrina ista Witcleuistarum dicentium, non posse mori prædestinatum per peccatum, ab antiquo serpente manauit: qui primis parentibus hanc comminationem mortis pandentibus: Præcepit nobis nè comederemus, & nè tangeremus, nè fortè moriamur, dixit serpens. Nequaquàm morte moriemini. Ecce tunc erant prædestinati parentes, & iam beati: dixit illis dominus Deus, quòd morerentur. Sic cum Deo tota catholica protestatur ecclesia: non simpla, sed tripla morte: ut suprà retulit Augustinus. Dixit serpens econtrà: quòd B non morerẽtur, cum essent futuri sicut dij. Cum ipso dicunt isti Witcleuistæ, quòd non propriè, non simpliciter morerentur: eo quòd forent dij, id est, filij Dei, secundùm illud psal. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Quis horum credibiliùs dixit: Deus, an serpens? Dicat Dauid, quem elegerit. Vos (inquam) dij sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Mentitur serpens cum Witcleuistis discipulis dicentibus non mortuos esse peccato primos parentes, sed obdormisse paulisper: & sola prima ueritas, ueræ mortis protulit ueritatem. Et hoc item mendacio serpentis Paulus se fatetur seductum. Peccatum (inquiens) occasione accepta per mãdatum seduxit me, & per illud occidit. Sicut lib. hypognosticon contra Pelagianos, bene ante finem assumit AVGVST. Cupiditas, unde libido exorta est, de legis auctoritate nihil ualere me uidens contra se, sicut Adam interfecto C mandato ad præuaricandum, de quo uitium contraxit peccandi, seduxit me. Et tanquàm denuo dicens. Non morte morieris, si de ligno mandu caueris interdicto. Imò aperientur oculi tui: & eris sicut dij, sciens bonum, & malum: ideo & per illud occidit. Hæc ille. AVCTOR. Quod ergo tunc fecit serpens antiqãus per seipsum in protoplastum, iam humano generi facit per germen suum hæreticum. Pelagianos misit, Witcleuistas. nouellos ad nos misit: ut dicant nobis prędestinatis. Quid sic fugitis ad baptismum? quid ad sacramenta nolatis? Non estis nati mortui, nequaquàm moriemini unquàm, quia Deo uiuitis: omnia lucida, omnia Deo dilecta, quæ nascendo traxistis: sicut ibi post queritur AVGVS. Per unum hominem peccatum in trauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines transijt, in quo omnes

pecca

peccauerunt. Ecce quanta mortifera bella? ecce A quæ pericula, quantaque naufragia de malo laudabilis, & dilectæ uestræ concupiscentiæ, diabolo seminante, exorta sunt? Ecce cuius onus leue prædicatis, & iugum suaue? Sed cuius estis apertissimè inimici, non cum illo malũ libidinẽ esse sentientes, legerat scriptum esse de isto malo iugo. Graue iugum super filios Adam a die exitus de uentre matris eorum usque in diem sepulturæ. Hæc ille. AVCTOR. Sed scio artificiosũ qd se Witcleuistæ reperisse putarant: qñ stuporem prædictum nominare primò cœperant in consideratione peccati. Sed stuporem cum inuenerãt malè eum locauerunt alienis agricolis. Est enim stupor hominis, est sanitas, est immortalitas. De quibus, agit super Psal. 55. uer. Ego uero ĩte spe 5 rabo. AVG. Attendat† charitas uestra: aliud est sanitas corporis, aliud stupor corporis, aliud immortalitas corporis. Sanitas quidem perfecta immortalitas non est. Sequitur. Tres ergo a B fectiones quasdam corporis aduertite, & inspicite: sanitatem, stuporem, & immortalitatẽ. Sanitas ægritudinem non habet, sed tamen qñ tangitur, & molestatur, dolet. Stupor autem nõ dolet: amisit.n. sensum doloris: quantò insensibilior tantò peior. Rursus immortalitas non dolet: absũpta.n. est omnis corruptio. Nullus ergo dolor in corpore immortali, nullus dolor in corpore stupido: Non tamen se putet stupidus iam immortalem. Vicinior est immortali sanitas dolentis, q̃ stupor non sentientis. Inuenis ergo hominem superbum typo arrogantissimo, qui sibi persuaserit nihil timere. Fortiorem putas illo, q dixit: Fortis pugnæ: intus timores? Fortiorem ipso capite dño Iesu Christo, qui dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem: Non est iste fortior. Non te delectet stupor eius. Non immortalitate indutus: sed sensu exutus est. Hæc ille. AVCTOR. Quod hic dicit Augustinus de stupore, non gradum peccati respicit, sed qualitatem, & mentis affectum: putà si sit durus, uel tremulus. Vnde & huic tractatui præmisit statim ibidem AVG. Si enim non timebo, possum & duritia cordis non timere. Multi.n. nimia superbia nihil timent. Hæc ille. AVCTOR. Ex hoc ergo exordio incidit ĩ stuporẽ, quasi stupor sit ille mẽtis affectus, quo quis ex superbia nihil timet. Beatus fuit AMBR. propinquans amplius ad intentum: duos status peccatorum assignat mortem, & exilium li. 2. de pœnit. uersus finem, dicẽs. De peccatore aũt sine pœnitentia mortuo: qa nihil aliud supereſt, nisi grauiter mœrere, nisi flere: habes plorantem Dauid, & dicentem. Filius meus Absalon. Qui enim penitus mortuus est, sine ulla exceptione defletur. De his autem, qui exules atque peregrini limitum paternorum, quos lex

Moysi sancta prædixit, mundanis implicabãtur erroribus: audis canentem, Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Inducit.n. lapsorum genus in ipso temporum præsentium & rerum labentium adhuc positum statu debere resipiscere: eorum uidelicet exemplo, qui pp̃ peccati pretium deducti erant in captiuitatis ærumnam. Hæc ille. AVCT. Possunt sic intellectores beneuoli conferre sententias patrum. Sunt quidam peccatores indurati mente ex elatione, & suæ mentis consilio: & hos Augustinus stupidos, quia insensibiles: Ambrosius nõ quia insensibiles omnino, penitus mortuos nuncupat: sicut Pharao induratus erat. Talis est hæreticorũ cervicositas indurata, & hominum inflexibilium, q proteruia sua tument. Sunt & alij peccatores, q luctando deficiunt, sed ex habitu quodam boni consueti reuertuntur ad pristinas lachrymas: de quibus dicit Ambrosius, ꝙ sit lapsorum genus, quod in rerũ labẽtiũ statu positũ dẽt resipiscere: & hi, in comparatione priorum mortuorum à quibus spes deficit resurgendi, dñr exules. Nõ quin penitus mortui sint gratia, q̃ uis spe uiuãt. Sic item per conformitatem loquẽdi ad corpore mortuos: quidam dormientes dicuntur quidam penitus mortui referuntur: sicut de puella Saluator ait. Non est mortua puella, sed dormit. Et de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit. qa scilicet paruo tempore amissuri uitam essent, & statim resuscitandi per gratiam. Sic stupidi peccatores, & insensibiliter delinquentes sunt mortui. In comparatione uero ipsorum cæteri, qui ad unam, uel paruam monitionem peccare fastidiunt, & pœnitere festinãt: quia morte, qua moriuntur, detenti non sunt, dormire feruntur: prout in quarta parte sermonum, sermone de aduẽtu domini, qui incipit. Propitia diuinitate. docet AVG. dicens. Omnis qui fratrẽ suum non diligit, in morte manet. Sequitur. Quicunque ergo odiũ, uel iracundiam seruat in corde: & sub tali tonitruo nec expergiscitur, nec terretur, nõ dormiens, sed mortuus esse credendus est. Hæc ille. AVCT. Quasi diceret: alioquin dormiẽs dici posset, si terrorẽ uerbi sentire posset, non mortuus. Sicque sanctus BERN. quem secum hẽre putant, in li. de amore Dei, stuporem inducit lõgè aliũ, sed nec eorũ tamen errori ex intẽctione cõcordẽ. Nam qđ ibi dicit, Petrũ negando non amittere charitatem, hoc supra dixit, ꝙ radicalem charitatis affectum: nõ autẽ ꝙ ipsam gratiam, quæ est forma proxima charitatis. Hoc itẽ supra dixit Ambrosius: non penitus mortuum: quia. s. congrua facilitate reparandum ad uitam Ipse.n. Bernardus planissimè de amissibili gra, & post charitatem acceptam eam exciduam ex euangelio disputauit. Vnde dubitari non debet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quin non negaret Petrum tunc mortuum chari tate: quis stupidum solum, aut non penitus mortuum in radice humani affectus, absque spe uitæ postea reparandæ. Sicut Lazarus erat uerè mortuus: quis fm spem resurrectionis statim sequentis in comparatione sualiter mortuorum cum dñs dormire prædixit. Lazarus (inquiés) amicus noster dormit. Et tandem sequitur. At dixit eis Iesus manifestè: Lazarus mortuus est. Et demum in consuetudinem scripturæ processit: ut dormire diceret pastim homines, cũ obirét. Vnde apostolus ad Corint. Multi inter uos infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Ira fm hãc metaphoram mens mortua, dormiens dr. fm illud. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis. Et illud apostoli. Hora est iam nos de somno surgere. Vnde sup illum uers. Psal. 70. Et usq; núc, annuntiabo mirabilia tua. AVGVST. Quid mirabilius inter Dei mirabilia, q̃ mortuos suscitare? Nunquidnam, inquis, ego mortuus sum? Si mortuus non esses, non tibi diceretur, Surge, qui dormis: & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Mortui sunt oẽs infideles. Oẽs iniqui corpore uiuunt: sed corde extincti sunt. Et infra. Nunqd Lazarus non uixit? Non sic aia suscitatur: suscitat illam Deus. Dicã audacter fratres sed tamen uerum. Duæ sunt uitæ. Vna corporis altera aiæ. Sicut uita corporis aia: sic uita animę Deus. Qũo si anima deserat, moritur corpus: sic anima morit, si deserat Deus. Ipsa est ergo gratia eius, ut resuscitet, & sit nobiscum. Quòd ergo nos suscitat a morte nostra præterita, & iuno uat quodammodo uitam nostram, dicimus ei. Deus docuisti me ex iuuentute mea. Quia uero non recedit ab eis, quos suscitat, nè cum recesserit, moriantur, dicimus ei. Et usq; nũc &c. hæc ille. AVCT. Perpende quid dicat: & de resuscitato prædestinato uerba formãtur. Quòd nos (inqt) suscitat à morte præterita: & subiugit: Quia uero nõ recedit ab eis, quos suscitat, nè cùm recesseri, moriãtur. Ex primo ergo habes mortuũ Deo suscitatum p gram: ex secũdo habes sic suscitatum, non amplius separatũ à Deo, & ideo non amplius mortuum. Si. n. Deo mortuus non erat: ad quid Deus uiuũ hominem suscitaret? Ni si ergo prædestinatus aliquando moriatur p culpam. non propriè operatur illud magnum mirabile Deus, qd est, mortuos suscitare ad gratiam rediuiuam: eos, inquam, à quibus cum suscitaue rit, non recedit. Et per hoc prædestinatos simpli citer innotescit. Prædestinati ergo moriũtur, p̃destinati resurgunt. Et unde moriuntur, nisi per exciduæ charitatis naufragium? Corpore (inqt) uiuunt: sed corde extincti sunt. Dicas hæc tantùm secundum præsentem iustitiam posse esse: non simpliciter. Et ego dico non esse præstantis simum Dei mirabile uiuificare uiuum: & non dum propriè mortuum, & exortem uitæ simpliciter. Monstra artificium, unde extollas opificẽ. Prædicet magnus, qui ardua operatur. Christus dixit. Opera ipsa testimonium perhibẽt de me. Sed miror ualde, qua fronte nuper Witcleff dici euangelicus doctor, qui tàm sedulò scripturas abnegat ut mendaces. Paulus planè dicit in euãgelio suo se fuisse filium iræ Dei, omnes mortuos in Adam, omnes peccasse in Adam, ita ut egeant gra Dei. Tu dicis nullam afferẽs scripturã, q̃ Paulus nunquam fuit filius iræ, dicis nunq̃ eum mortuum, nunq̃ peccasse ut egeat gratia, saltem non propriè: ita ut omnia Paulus & Crhistus loquantur impropriè. Et ipse Augustinus hæc ipsa per tot uolumina cuncta digessit impropriè: quia solum sunt talia fm præsentẽ iustitiam. Et illa ducis pro nihilo: cum tũ Augustinus sine modificatione dicit tales mortuos, & p ditos, quos ecclesia post modum recipit redituros. Vnde secundo retractationum. ca. 53. AVG. Illud etiam, quod commemorato Iudæ apostoli testimonio, ubi ait: Hi sunt, qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes: adiũxi etiam dicens: de quibus Paulus apostolus dicit. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei, non isti illis coæquandi, quos omnino ab ecclesia schisma præscidit. Illos quippe idem apostolus paruulos dicit esse in Christo, quos nondũ escam ualentes capere, lacte nutrit tñ. Illi autem non in filijs paruulis, sed in mortuis, & perditis computandi sunt ut si quis eorum correptus fuerit ecclesiæ copulatus, rectè de illo dici posset. Mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Hæc ille. AVCTOR. Dic non ꝓpriè mortuum: aut periisse simpliciter, quanuis Christus sic dixerit, & q̃ nec quis illorum sit inter mortuos computandus, & postea reuixisse, postquã fuerit ecclesiæ copulatus, q̃is sic dixerit Augustinus: sed fidelis fm euangelium, & Augustinũ dicet fuisse propriè & simpliciter mortuũ: sed quia correptus per ecclesiam statim reuixit, idcirco mortuus erat ut exul, non penitus mortuus sine spe ueniæ, fm Ambrosium: ut item stupidus, aut sopore detentus fm Bernardum. Si uis autem scire quis sit penitus mortuus, audi Ioannem dicentem in canonica. Peccatum autẽ est ad mortem: non dico, ut pro illo roget qs. Qd exponens lib. 1. de sermone domini in monte uersus finem AVGSTIN. peccatum ꝓ (inquit) fratres ad mortem puto ee, cùm post agnitionẽ Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem: & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidiæ factibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est: si quisquam non ad mortem se à fratre alienauerit:

Ps. 70.

Io. 11

1. Cor. 2

Eph. 5
Ro. 13.
Ps. 70.
Aug.

Vita duæ.

Io. 8.

Eph. 2

Lu. 18.

1. Io. 4
Peccatum ad mortem
1. 2. 42
Aug. To. 4

nouerit: sed officia fraternitati debita per aliquã infirmitatem animi nõ exhibuerit. Quapropter dominus de cruce ait. Pater ignosce illis: quia nescíunt quid faciunt. Nondum. n. gratiæ spiritu sancti participes facti, societatem sanctæ fraternitatis inierant. Sequitur. Et apostolus Paulus ꝓpterea (credo) non orat pro Alexandro, quia tã frater erat: & ad mortem. i. ad inuidentiam fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autem, qui nõ abruperant amorẽ, sed timore succubuerant, orat, ut eis ignoscatur. Et infrà. Ista dfia peccatorum Iudam tradentem a Petro negante distinguit. Non quia pœnitenti non sit ignoscendum: nõe contra illam fniam domici ueniamus, qua præcepit semper ignoscendum esse fratri pœnitenti, ut sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati tanta labes est, ut deprecandi humilitatem subire non possit: & si peccatem suũ mala conscientia, & agnoscere, & enumerare cogatur. Cum. n. dixisset Iudas: Peccaui, quod tradiderim sanguinem iustum: facilius tamen desperatione cucurrit ad laqueum, q̃ humilitate ueniam deprecatus est. Hæc ille. AVCTOR. Ecce peccatorum differentiæ: & utrunque peccatum mortale: non autem utrunque peccatũ ad mortem. Crucifixores Christi non dubium sicut negator Christi peccabant mortaliter, sed nõ omnes ad mortem. Stupor peccati apprehẽdit eos Et Petrus moriebatur ut exul, Iudas uero penitus mortuus peccabat ad mortem: quia contra spem ueniæ peccatum continuit, iræ Dei.

Peccatum non ad mortem
Lu. 23

Adiunctæ facibus fraternitatem oppugnando pec tauerẽt.

Lu. 17.
Matt. 18

Matt. 27

Aug. To. 2. Iudas.

Aliud est peccare mortaliter, aliud ad mortem.

1. Cor. 2.

DE SACRAMENTO unctionis extremæ.

¶SACRAMENTVM VNCTIONIS extremæ esse a Christo, & apostolis institutũ ut sit infirmis remedium geminum. Cap. CLXIII.

SVMMA.

1 *Waldensium error circa extremæ unctionis sacramentum, à Guidone, & Alano recensetur. Et quomodo hunc sequatur Witcleff.*
2 *Sacramentum extremæ unctionis, quòd à Christo & apostolis fuerit institutum, contra Witcleff ostenditur.*
3 *Vnctio extrema sacramentalis quòd non nisi oleo per Episcopum consecrato compleatur, contra Witcleff.*
4 *Witcleff, qui in omni sacramento obseruat pro regula, quod sacramentum habet suum pretiũ ex merito sacerdotis, non omnino ex instituto Christi, & merito saluatoris, confutatur, Et quomodo in hoc sit Donatista.*
Vnctione ecclesiæ quanta ægrotis bona statim eõtingant.
Græcorum antiquus ecclesiæ mos in unctione cór poris mortui, recensetur.

VNCTIONIS ultimæ sacrm finale uclut flãmeam romphæam ad prohibẽdum ministrum mortis æternæ uitæ huius termino: in ipsõ aditu paradisi: qs nisi redẽptor noster primus illinit? Hoc tamen Witcleff assiduus hostis ecclesiæ non pmittit. Vnde in 4. trialogi ter dãnati, cap. 15. Si ista (inquit) corpalis unctio foret sacrm, ut modo fingitur, Christus, & cæteri apli eius promulgationem, & executionem debitam non tacerẽt. Hæc Witcleff AVCT. Quid putas, nisi ut oĩbus sacris Christi sentiretur aduersus istius itẽ subuersioni postq̃ oblatrauit in singula, seipsum in fine deesse non sustinet? Si (inquit) foret sacrm (ut fingitur) Christus, & apostoli eius promulgationem, & executionem debitam non tacerent. Hoc patres suos Waldenses blasphemare prius audierat. Vnde in lib. suo de hæresibus GVIDO. Vicesimus error ꝓ extrema unctio est sacramentum maledictionis, & non benedictionis. Hæc ille. AVCTOR. Et li. 1. sui quadripertiti ALANVS. Dicut prædicti Waldenses hæretici extremam olei unctionem, quæ datur infirmis, non esse sacramentum, nec aliquem habere effectum: quia hoc sacramentum unctionis infirmorum ab apostolis institutum non legit, Hæc ille. AVCTOR. Sic ergo puer docilis patrum dogmata colligit, ut ipse satyricus uates ait.

Quæ monstrant ipsi pueris, traduntque parẽtes
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres.

Verùm tacendum non existimo, in quo ipsum Witcleff sæpe redargui: q̃ priscorum hæreticorum argutiam tam sæpe resumit. Hoc non fecit Christus: hoc tacebant apostoli, uel scripturæ, ergo blasphemum aut fictum per Cæfareos? Occurrunt mihi pro nunc peruersi illi, contra quos Augustinus edidit librum suum de fide & operibus: qui consimili argumento usi sunt, ut probarent ante baptismum non esse hominem instruẽdum de articulis fidei, quæ mala uitia deserat, & quæ opera bona fectetur. In eodem libro ante medium AVGVSTINVS. Spado, inqũt, ille, quem Philippus baptizauit, nihil plus dixit, quàm Credo filium Dei esse Iesum Christum: & in hac professione continuò baptizatus est. Num ergo placet, ut hoc solum homines respondeant, & continuo baptizentur? Nihil

Guido Carmelita.

Alanus.

Inuenalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de spiritusancto,nihil de sancta ecclesia,nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorū:postremò de ipso domino Iesu Christo nihil,nisi quia filius Dei est,nō de incarnatione eius ex uirgine,de passione, de morte crucis, de sepultura, de tertij diei resurrectione, de ascentione ac sede ad dexteram patris, aliquid dicendum est cathechizanti, ac profitendum credenti:Si.n.spado cū respondisset Dei filium esse Iesum Christū,hoc ei sufficere uisum est,ut continuò baptizatus discederet:cur nō id sequimur? Et benè infrà.Hoc intelligi pōtēt in eo,qđ commemoraui dixisse apostolum Paulum.Nihil me dixi scire in uobis,nisi Iesum Christū,& hūc crucifixū.Quod illi putāt ita dictū: tanquā nihil aliud eis innouatū esset,nisi ut primitus crederēt: ac deinde baptizati,quicquid ad uitā,moresq; pertinet,discerent. Hoc, inquiunt, apostolo satis superque suffecit.Hæc ille.AVCTOR.Noli iam Witcleff putare,qꝺ ipse subtilitate sua priùs hāc argutēdi calliditatē inuenerit. Scimus ecce ubi dicit. Sed & ibi qualiter ipse repellendus sit, nos ipsi prospicimus. Inuolutè (inquit Augustinus) quandoque dicitur in scripturis, quod spatiosè fiebat. Attamen † utrum Christus, & apostoli eius promulgationem & executionem unctionis extremę tacuerint,uideamus.Lege,mi Witcleff, quod uel non uis,uel negligis.Marci.6. Dicebat Christus Apostolis:mittens eos binos, & dans illis potestatem spirituum immundorum,nè quid tollerent in uia:non uirgam, non peram:neque panem,neque æs in zona. Et ibi sequitur. Et exeuntes prædicabant,ut pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebāt:& ungebant oleo multos ægros,& sanabant. Quomodo tibi uidetur, qꝺ Christus,& Apostoli unctionem infirmorum tacebant, tam quò ad promulgationem, quàm quò ad executionem? Et non potes credere, qꝺ Christus ea inter cætera dixerit: quanuis scriptura tacebat usa cōpendio: quam non executam non omiserunt Apostoli? Vngebāt (inquit) oleo multos ægros,& sanabant. Ab hoc loco deniquè IACOBVS Apostolus decreti sui traduxit originem,dicens. Infirmatur quis inuocabis, inducat presbyteros,&c. prout exponit in commēta tio super Marcum.lib.2.ca.4.& habet idē super Lucam.lib.3.cap.7.BEDA. Vngebant oleo multos infirmos,& sanabant. dicit Apostolus Iacobus. Infirmatur aliquis ex uobis: inducat presbyteros ecclesiæ,& orent super eum: ungētes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmū:& alleuiabit eum dominus. Et si in peccatis sit,remittentur ei. Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morē esse traditū: ut energumeni, uel alij quilibet ægroti ungātur oleo pontificali benedictione cōsecrato. Hæc ille.

AVCT. Attēde quid Beda. Patet,inquit,ab apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morē esse traditū, ut quilibet ægroti ungantur oleo consecrato. Vnde patet Beda pater? Ex eo(inquit)qꝺ apostoli ungebant infirmos oleo,& sanabāt. Et qualiter hoc tradebatur apostolis Christo adhuc ꝓsente cū eis in corpore? Vtique dixit eis, Sine me nihil potestis facere. An poterāt sine Christo ungere, & sanare? Patet.n.ex ipso sanitatis effectu regulariter cōsequēte,qꝺ ipsam unctionē docuit eos Christus,cuius solius instinctu sanitas haberet. Qđ itē li.2.de uisitatione infirmorum citò post principiū approbat AVGVST. Nec ꝓtermittendū est illud Iacobi apostoli ꝓceptū. Infirmatur quis in uobis:inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eū:ungētes oleo sancto:& oratio fidei saluabit infirmū. Sic ergo roges de te, ut sicut dixit apostolus Iacobus:imò ꝓ apostolum suum dominus,fiat pro te:ipsa uidelicet sacrati olei delibutio,quę intelligitur Spiritussancti typicalis unctio. Hæc ille. AVC. Pondera quod dicit Augustinus,Sicut dixit Apostolus:& statim se corrigēs: imò per apostolum suum dominus. m domino ergo fidei,hoc fidei sacramentum primitus emanauit:& per eum promulgatum, & executioni regulariter traditum per apostolos intrauit ecclesiam. Et nota item,qꝺ Augustinus unctionis speciem ab alijs separatim appellat,quæ sunt in usibus hominum,dicens, Fiat pro te: ipsa uidelicet sacrati olei delibutio: quam expressè dixit Beda superius:ungatur oleo pontificali benedictione consecrato.ita,ut oleo sacrato ungantur ægroti, consecrato benedictione pontificali. Quo cōtra miserrimus Witcleff cuncta peruertens, in cap. supradicto. ista uidetur nimis leuis fundatio (inquit) sacramenti:cum fidelis posset satis probabiliter dicere,qꝺ iste sanctus Apostolus non specificat infirmitatem finalem,sed consolationem faciēdam à presbytero,dum aliquis infirmatur. Et quia per uiam naturæ oleum abundās in illis partibus ualet ad corporis sanitatem:ideò talem meminit unctionem. Hęc Witcleff. AVCTOR. Virtutē † naturæ prædicat,uolens excludere sacramentum:quasi corporalem unctionem Apostolus iusserit,ut corporalem uirtutem suam inspiraret in corpus:& nontā aptè iussisset induci sacerdotes, quàm medicos: & olei efficatiotis speciē nominasset, ut putà myrrhinū, aut balsamū, secundùm exigentiā morbi. Sed sic hic mēti ris in oleū, sicut in sacramēto Eucharistiæ in pānē tuum materialem mentiebaris,& uinum semper in aspectu naturæ reprimēs gratiā sacramēti. Sacramēti causa Apostolus hoc præcepit,nō olei. Vnde & signanter Augustinus ibi dixit, Ipsa sacrati olei delibutio: quæ intelligitur Spiritussancti typicalis unctio. Ideò oleo ungitur: non ut oleo,

ut oleo,sed ut oleo consecrato: quia in ipso designatur Spiritussancti typicalis unctio. Iō sup il lū locū Iacobi in expositiōe eiusdē canonicæ Beda. Orēt sup eum,unguentes eum oleo in nomine domini:& oratio fidei saluabit infirmum.

Hoc & apostoli in Euangelio feciſſe legūtur: & nunc ecclesiæ consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungātur à ꝓsbyteris:& oratione comitāte sanentur. Nec solū presbyteris:sed(ut Innocentius Papa scribit) ēt omnibus Christianis uti licet eodē oleo in suam,aut suorum necessitudinem ungendo:qꝺ tamen oleum non nisi ab Epīs licet confici. Nam quod ait, oleo in nōie dñi,significat in nomine dñi consecrato:uel certè quia ēt eum ungunt infirmum,nomen domini ānuocare super eum pariter debent. Hæc ille. AVCT. Ecce non nisi oleo per Epm consecrato (inquit) unctio ista sacramentalis expletur:præfundans hoc in uerbo apostoli Iacobi,in nomine dñi. Quod autem dicit secundùm Innocentium, non solum hoc licere presbyteris, sed & omnibus Christianis:ubi copia sacerdotis omnino deest,intelligit. Sicut in extremæ necessitatis articulo Christianæ licebit uetulæ baptizare. Alioquin mandatum obseruari oportet apostoli,ut presbyteri inducātur. Nō igitur hic olei uirtus quæritur:sed ut sensibile sacrm conformetur effectui. Sicut panis,& uinum in Eucharistia iō requiritur:quia refectionē humanam designant: non ut corporaliter ibi reficiant māducantē: sic ad releuamen dolētis corporis & aīæ morbidæ, oleum,qꝺ morbos refouet similitudinem aptam gerit ad sacrm fomenti. Baptismus lauat,ideò cōpletur in aqua. Eucharistia reficit:ideò panis & uini spēm accipit. Vnctio refouet,ideirco mini stratur in oleo. Sed quia sacramentaliter morbū alleuiat:nō penè naturaliter:ideirco ī solo dat oleo consecrato, Qđ iterum ad instruendos mores plebis in ecclesia.4.parte sermonum, sermon.9 qui incipit, Rogo uos. prædicat AVGVST. Quotiens,inquiens,aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinem Christi ille, qui ægrotat accipiat:oleum bñdictum à presbyteris humiliter, & fideliter petat:& inde corpusculū suū ungat: ut illud,qꝺ scriptū est,impleatur in eo. Infirmatē aliquis ex uobis?inducat ꝓsbyteros ecclesiæ; & orēt sup eum,ungentes eum oleo.& oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dñs: & si in peccatis sit,dimittentur ei. Hæc ille. AVCTOR Ecce qꝺ Augustinus,& cęteri patres ad huius sacramenti exercitium ꝓ assumunt oleum consecratū. Ad quid hoc nisi ut esset singulis sacramētum? Concedo (inquit Witcleff in eodem capitu.) qꝺ ista corporalis unctio est aliquibus cæteris paribus, sacramentum, sed oportet tunc, quod presbyteri mereantur suis deuotis orationibus infirmatis. Caue tū, ne nimis leuiter uerba apostoli sancti intelligas. Potes.n. ad tm̄ errare;qꝺ credas,ut eo ipso,quo sacerdos aliquis orauerit pro infirmo,si aliquod peccatū habuērit remittetur: cum tm̄ multi infirmantur,& ungūtur sæpe,qui ad damnationem perpetuam sunt præsciti. Hæc Witcleff AVCT. Auscultatę diligenter,qꝺ in omni sacramento,hoc iam dictum obseruat Witcleff pro regula:qꝺ sacramentum hēt suum pretium ex merito sacerdotis: non omni no ex instituto Christi,& merito Saluatoris: sed unctio(inquit)est aliquibus unctis cæteris paribus sacramentum:si sic suis precibus presbyter mereatur. Sic baptismus ualet,& est baptizatis sacramentum:sed oportet tūc,qꝺ presbyter hoc suis deuotis precibus mereatur. Quid aliter?

Nec erit baptismus si peccator baptizet:nec ordo,uel unctio,si criminosus presbyter ministrare præsumat. In hoc sufficienter es Donatista ꝓ batus:non insistimus amplius. sed cauere iubes, ne nimis creduli fiamus apostolo,putantes oratione sacerdotis statim ægroto remitti peccatū: & sic times posse saluari præscitum. Sed audi tu miser,& incredule,nec obsistas apostolo. Oratio,inquit,fidei saluabit infirmum,non dicit oratio deuoti presbyteri. Vnus dominus,una fides unum baptisma:& sicut unum est baptisma: ita una est unctio. Plures aūt facti sunt sacerdotes: ideo non oratio sacerdotis,sed oratio fidei saluabit infirmum. Ne quot fuerūt sacerdotes, tot sint baptismata,& totidem unctiones. Sed multi inquis,unguntur præsciti: nunquid non pōt remitti peccatum? audacter dico, potest,si ad regulam Iacobi inducant presbyteros,non hæresis, sed ecclesiæ. Et notanter inducant,i.quos humiliter,& fideliter petant,tunc.n.oratio:non cuiuscunque,sed fidei,puta communis ecclesiæ,saluabit infirmum,prę suppositā fide & humilitate ægroti. Redimet eum a uenialibus:saluabit eum a morralibus,quibus non adhibuit pœnitentiā: & iam facultate priuatus sensus,aut uerbi, fide cordis intus digne conteritur. Et præter hæc angelos beatos in suum citabit præsidium, occurrent sancti spiritus beatorum:fugient dæmones sacræ unctionis odorem:intentio animi erit cælis attentior: omnis affectus Deo aduntior: & mens fortior omni bono:& ex interiori exuberante lætitia,alleuiatum se a domino sanabit æger in membris:ita ut ex fide loquar, sicut credidit,fiet ipsi uirtus intima sacramenti. Vnde cōsequenter in prædicto sermone AVGVS. Vide ętfratres charissimi,qꝺ qui infirmitate ad ecclesiam currit,& corporis sanitatem recipere, & peccatorum indulgentiam merebitur obtinere. Cum ergo duplicia bona in ecclesia possimus inuenire:tamen per incantatores, per tos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

*phylera

res, per arbores, & diabolica* phylacteria, p aru spices, uel sortilegos, uel diuinos, multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre. Hæc ille. AVCT. Vult Augustinus exponere quot, & quanta bona ex unctione ecclesiæ statim cõtingant ægrotis. Iõ magis sunt miseri, si his omissis p diuinationes, aut sortilegia infinita sibi mala procurant, dũ salutis optant inuenire media. qua si dicat, In extremis periculis natura humana solicitè sibiipsi cogitur ubicunq; poterit adhibere medelam. Né autem a dæmonib. petant auxiliũ ipse se offert Deus per sacrm unctionis. ne in sũmè necessarijs deficere uideretur. & tàm animæ, q̃ corporis subsidium pollicetur. Ideo 2. li. de sacramentis. par. 15. c. 2. Hugo. Sacramentum unctionis infirmorum ab Apostolis legitur institutum. Iacobus n. Apostolus, in epistola sua scribens, ait. Infirmatur quis in uobis? inducat presbiteros ecclesiæ &c. Sequitur. In quo ostẽditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, & ad peccatorum, s. remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Vnde constat, q̃ qui B hanc unctionem fideliter, & deuotè percipit, p eam sine dubio, & in corpore, & in anima alleuiationem, & consolationem accipere meretur: 1 si tamen expedit, ut in utroq; alleuietur. Hæc ille. AVG. Quid ad ista dicet Witcleff garrulus sine sensu uel scripturæ, uel patrum? Quid si dixerit in illo ca. q̃ illud oleum non aget in animã: 2 sed oratio effusa a sacerdote deuoto mediat q̃ doq; ut Deus infirmitati animæ suffragetur? 3 Hæc Witcleff. AVCTOR. Picarũ striduli garritus sunt isti, nihil habentes ex sensibus scripturarum: Perfidè dixit, q̃ oleum sacrum nõ agit in animam. Nescit forsan qualiter Aug. probat circa finem libri de ciuitate, ignem materialem, & corporeũ torquere spiritum rónalem in pœnis. Aut nescit, q̃ spiritualis sensus iam carni comunctus, torrentem ignem sentit in carne. Dicat saltem quid iam defuncto spiritui oleum operatur per iunctum corpus exanimè. Quem † morem C 6 antiqua Græcorũ ipe sãcti DION. obseruauit ecclesia: prout in lib. ecclesiasticæ hierarchiæ ipse scribit finali capite, secundum Ioannem Saracenum, dicens. Post osculum autem superfundit ei qui dormiuit, oleum hierarcha. Recordatur aũt, q̃ in sancta Dei generatione ante diuinissimum baptisma prima participatio sancti symboli datur ei, qui perficitur, & post totalem uestis spoliationem, unctionis oleum. In fine aũt uniuersorum nunc super illum, qui dormiuit, oleum effunditur. Et tunc quidem olei unctio ad sanctos agones uocabat eum, qui perficiebatur: nunc autem superfusum oleum significat secundum eundem agones sanctos certauisse, & perfectum fuisse eum, qui dormiuit. Hæc ille. AVCT. Ecce-

Hugo

Vallis. extre sacram. cur institutum.

Witcleff

Dionisius

hi antiqui patres unxerunt mortuos oleo sancto recordationi habẽtes, q̃ in ingressu ecclesiæ fuit unctus in baptismo ad agonẽ certandum. Iam item unxerunt corpus exanime, ad significandum eũ agonem suum fideliter decertasse. Nunquid dicet Witcleff, quia oleum abundauit illis in partibus & quia uia naturæ ualeat ad corporis sanitatem, ideo talem fecerant unctionem ad consolãdum corpus exanime? Aut si potuit in uirtute sãcti signi agere in animã separatam: prohibetur in ritu sacri agere sanctitatẽ in diam iam coniunctã? Mens uacua fidei orthodoxę, & gelida charitate talibus incessanter argumentis ebullit.

EPILOGVS HVIVS LIbri de Sacramentis.

Cap. clxiiij. & ultimum.

SVMMA.

Witcleff semper stolidus ostenditur.
Witcleff, quæ crimina in ministris sacramentorũ obiciat.
Hæreticorum conuicia, q̃ bonis, & malis sint cõmunia. Et quid de hoc dicant Augustinus, & Gregorius.
Auctoris ad Witcleuistas, & Hussitas allocutio.
Augustinus quid de ecclesia differat. Et plura ibi de ecclesia fide.

HAEC cogitauerunt & errauerunt: excæcauit eos malitia eorum. Nescierũt sacramenta Dei. Fatigatus ex itinere cum domino Iesu meo sic sedeo super fontem: fontem, inquam, Iacob, & uerũ Israel secundum spiritum, quem inuidi obruunt Palæstini & Samaritani Witcleuistæ (qui nõ coruntur Iudæis, i. fidelibus Christi) præoccupant arte callida, cui suas hæreses immittunt, uenenatis eũ doctrinis inficiunt: & antiquorũ hæreticorũ bene subtilitatis usq; ad summum complent erroribus. Quos oẽs a supremo ore sacri fontis ad fundũ usq; prospiciẽs stupeo, hinc uidens, q̃ sacrorum diuinorum puteus altus est: & hinc, q̃ tot errorũ arenis, & stercorib. motiuorũ sacrũ liquorem de latere Christi scatẽtẽ in cruce exhausisse se putat gratiæ mille formis. Sed ut supra dixit Aug. hæreticoꝝ quicquid in cogitatiõe placet hoc fidem esse contendit. Sic† quia Witcleff iuueni, & necdũ artes legẽti arguentis motione

Sap. 5.

Ie. 4.

Witcleff semper stolidus.

tione coacto, placuit cõcedere accidens esse sub A stantiã, & quantũ ex non quãtis cõpositũ, & quidlibet esse Deũ, & talia inaudita: nec ignarus uideri uoluit, aut inconsultè dixisse: idcirco ampliùs cõtentiose egit, ut probabile uideretur esse, q̃d posuit. Quid plura? inueteratũ est studium mali, ita ut cano placeret, q̃d iuueni cõplacebat. Iuxta illud Sapien. Adolescens iuxta uiam suam, ẽt cũ senuerit, non recedat ab ea. Et ex tunc blandorũ uictus laudibus, putauit secretũ fidei esse omne, quod noluit: in Poetam illum se existimans transformatum, qui ait.

Pro. 22.

Ouidius

Quicquid conabar dicere, uersus erat.

Sic deinceps cæteri sectæ eius principes seducti sunt. Quorũ omniũ induratæ diuinus sapiẽs cãm reddit perfidiæ: gradatim a primo claudens effectũ dicens: Hæc cogitauerũt & errauerũt; excæcauit eos malitia, & nescierunt sacra Dei. Distingue, ut intelligas. Hæc. n. primò ab eis cogitata B placebãt. Scdò in complacentia se figebant errãtes Tertiò fixi p consuetudinem sua malitia secæcabant: & ita demũ malè proficientes, ubi primò anteq̃ cogitare cęperunt, aliquam paruã notitiam ueritatis habebant, iam ad perfectam proficientes stultitiam, omnino sacra Dei nesciunt, quæ impugnãt. Cogitauerunt (inquit Psalmista) & locuti sunt nequitiã, iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum, i. putãtes se aliquid contra diuina differere, lingua eorum transiuit in terra. Sic. n. eorum cæcitatem prẽmemorans. Operti sunt, inquit, iniquitate, & impietate sua. Et li. 20. Moralium super hoc textu Iob in desertis habitabant torrentium. ubi cùm ex ponendo dixisset, p iure inuẽtores peruersorũ dogmatum torrentes uocantur: diù post subdit GREG. Hẽt hoc plerunque humanus animus proprium, p mox, ut in culpam labitur, a sui adhuc longius cognitione seperatur. Hoc ipsum nanq; malum, p agit, menti se obicem ante oculum C rónis interserit. Vnde sit, ut anima prius uoluntariis tenebris obsessa, postmodum bonum iam nec quod quærat, agnoscat. Quanto. n. malis ad hæret, tantò minus intelligit bona, quæ perdit. Lux quippe ueritatis, quia subtiliter reproborũ culpas examinat, quò habita negligitur, eò pmittit, districtius iudicans, ut nec amissa requiratur. Et cum ab actu repellitur, fugit a sensu; ut cuius quasi facies in opere contemnitur, eius per recordationem, iam nec terga uideantur. Hæc ille. AVCTOR. Quia ergo in tot malis errorum, & hæresum filius ecclesiæ dolore torquetur: nidens hinc fidem Christi tam copiosè deriſam, hinc irrisorum turbam tanta sua cæcitate damnatam: quasi lassus uerbi ad finem festinat Epilogi, recolens uerbi Ecclesiastes. Melius est * nouissimum sermonis, q̃ principium eius. Quia principium

Iob 20.

Greg. To. 1.

Finis erat bonus.

Eccl. 7.

scripturæ, uel operis, quid est, nisi ianua solicitudinis? & eo contrariò finis eius est Epilogus. Super eum locum in commẽtario HIER. Meliores sunt in dicendo Epilogi, q̃ exordium. In his. n. dicentis solicitudo finitur, in illo incipit. Hæc ille. AVCTOR. Quid aũt superiora praua eius recenseam, quæ satis torquebant, dum scriberem? Sed ad commonitorium epilogando me conuertam ut alternatio styli delectando proficiat, & ad Christi fidem firmam excitat delectantem. Cõmoneo uos primò Christi fideles, ut attente seruorũ Christi fidem distinguatis a moribus: nec uelit aliquis pp uera, uel falsa crimina ministrorum, quæ eis in dies obiiciunt Witcleuistæ, sacramentorum fidei, aut unitati ecclesiæ subtrahere mẽtes pias. Ecce cum desunt eis euidentiæ, ad iurgia dellectuntur, & sacrorum iniurias in peccatis sacerdotum accumulant. Sicut Witcleff in 1 ca. Eucharistiæ contra ueritatem corporis Christi in Eucharistia: q̃ missantes quare conducantur, inculcat contra confirmationes, & ordinum collationes, superbiam prælatorum, contra desponsationes in ecclesia, & pœnitentiæ sanctæ forum, tot strepit conuiciis, & squalet scandalis ut firmi propositi uirum prouocet ad horrorem. Et quasi communi fine concludit ex omnibus. Potest esse, q̃ hoc sacramentum, uel illud prosit ecclesiæ: sed nõ tantum, quantum peccatum diaboli. Vnde & contra sacramentum confessionis pœnitentialis sic exaggerat scandala confessorum, libello de confessione ca. 4. Quantùm ad peccata carnalia notum est, q̃ istud est medium dæmonum ad introducendum tàm gulam, quàm luxuriam, non solum in confessores, & cõfessos, sed in personas alias per cautelas, quas diabolus machinatur. Et quantum ad peccatum mundi, si ue cupidinem: patet q̃ sacramẽtum istud est plenum cupidine, cum confessores tales nedum C accipiunt de confessis suis pecuniam, sed disponunt occulta media, per quæ ipsam, uel sibi æquales accipiant in futurum. Hæc Witcleff. AVCTOR. Ista sunt crimina, quæ Witcleff ministris sacramentorum obiicit: & ideò Christi sacramenta coatemnit. Cur non magis contemnit Deum, qui malum illum condidit sacerdotem? Non (inquis) fecit illum malum. Verũ dicis. Sed nec malus presbyter, aut bonus malum conficit sacramentum. Quis Witcleuista respuit bonum equum a bono domino sibi donatum, quia sessorem potuit habere peruersum? Sed cur blaspheme, non trepidasti, & corde, & corpore toto, dicere sacramentum plenum cupidine? Sed ideo dicis plenum cupidine, quia malis extat occasio cupidinis: sicut scandalo squalente lingua ibi dicis de accipientibus pecunias. Ergo solem, & lunam, & stellam dãna

Witcleff

Hier.

bis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis ab orbe tãq; idololatria spurca plenissimos, A qa occasionẽ dabãt his quos scriptura reprobat, dicens, qp adorabant solem, & lunã, & omnẽ cæli militiam. Damnabis ignẽ, quia fuit medium diabolo ad inducendũ Chaldæos: aerẽ quoq; pro Ioue & Iunone: Mare quoq;, & fontes aquarũ, p nymphis, & dea cerulea totãq; terram, p Plutone: & frumentũ pro Cerere, uinũ pro Baccho. Postremò sancta parẽs Eua fuit medio diabolo ad damnandũ totum genus humanũ. Sed cur nõ magis mẽtẽ tuã reprobã cõdẽnasti, quę mediũ fuit diabolo ad fraudãdũ tot populos fide Chri, & reuerẽtia sacramẽti? Sed noueris impiè, sacramẽtũ Dei nõ esse dãnãdũ pp malitiam ministrorũ: sicut nec mors Chri est reproba pp malitiã crucifixorũ. Nẽpe multi sancti sunt sacerdotes: cur
3 nõ manet pp eos? Sed † hoc notate fideles: qa cõuicia hæreticorũ cõmunia sunt bonis, & malis. Igitur nolite credere, si nõ probẽt. Hoc agũt nostris tẽporibus cõtra quoslibet patres, ẽt sãctos, B & ministros ecclesiæ, quod aliàs fecerũt, nõ parcẽtes Augustino sanctissimo, incusantes eũ de crimine: ut ipse recitat libro tertio cõtra Petilianũ, ca.* secũdo. Sed fideles alloqtur AVG. Elegi magis abiectus esse in domo Dei mei, q̃ habitare in tabernaculis hæreticorũ. A te ergo Petiliane sermonẽ parũper auertã, & ad eos cõuertã, quos à me maledictis tuis conatus auertere quali hoc ego moliar, ut homines ad me cõuertãtur, et nõ potius mecũ ad Deũ. Audite ergo quicũq; male dicta legistis, quæ in me iratior, q̃ consideratior iste Petilianus euomuit. Priùs uos apostolicis uerbis alloquar, q̃ certè quali scũq; sim, uera sunt. Sic nos existimet homo, ut ministros Chri, & dispẽsatores ministeriorũ Dei. Hic iã quæritur inter dispensatores, ut fidelis qs inueniatur. Mihi aũt minimũ est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico. Iã qd sequitur & si mihi non audeo coaptare ut dicã, Nihil.n. C mihi cõscius sum: fidẽter tamẽ in cõspectu Dei dico. Nihil horũ, quibus Petilianus tẽpus uitę, postq̃ in christo baptizatus sum, criminatus est, mihi cõscius sum: nec tamen in hoc iustificatus sum. Qui iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tẽpus iudicare. Sequitur. Sæpiùs repeto, nemo glorietur in homine. Si quid in nobis laudabile aduertitis, ad illius laudem referte, à quo est omne bonũ optimũ. Subdit. Si autẽ aliqua mala in nobis uel suspicamini, uel creditis, uel uidetis, retinete illud dominicũ, quo securi, eius ecclesiã non propter mala hominum, deseratis. Quæ dicimus, facite: quæ autẽ mala nos facere putatis, aut nostis, nolite facere. Non enim tempus est purgandi me uobis. Et infrã. Aream dominicã propter paleã, quæ nũc uẽto superbiæ percussa uolat, ultima uentilatione separabitur * nolite deserere, nec domũ magnã, ppter uasa incõtumeliam facta refugientis: nec propter malos pisces i litore separãdos, p dirupta retia exhibitis. Nec ppter hœdos pastore diuisore, ad sinistram ponẽdos, bona unitatis pascua relinquetis. Nec pp cõmixta zizania uos à tritici societate, cui caput granũ illud mortificatum, uel multiplicatũ, qui p mũdũ simul usque ad messem crescit, nefanda discussiõe separabitis. Ager enim mũdus, nõ Aphrica. Messis finis sęculi, non tẽpus Donati. Hęc ille. AVGVSTINVS. Hoc non pro se, sed pro futuris ministris Christi per hæreticos reprobãdis in ecclesia dictauit spiritussanctus p organũ Augustini. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Nobis, p minimo est, ut ab hæreticis iudicemur: sed uos fideles Christi nolite turbari. Si qd laudabile in Christi ministris aduertitis, ei referte, à quo est omne bonũ. Si mala putatis, uel auditis à nobis, Christi pceptum est, ne pp mala hominũ deseratis eius ecclesiã, eius sponsã. Nec propter paleas, & culpas, eius aream sanam fidem. Nec ppter pisces hæreticos, diruptis sacramentorum retibus, animum auertatis. O bone Iesu, & si malus sacerdos fuerit, qd sacramenta, vt abijciantur, delinquunt, cũ non sint eius, sed Christi? Quid peccauit corpus Christi, ne sit naturaliter in Eucharistia, quia sacerdos est cupidus? Quid sacer baptismus contra Christi iussum tãq; saluti impunẽs iudicatur, quia prelatus est superbus? Quomodo conueniũt crimina hoim ad sacramẽtorũ excidiũ? Et si mille fuerint peccatores, qd peccauit ecclesia christi: vt abiecta fide eius, fœdũ ferat repudiũ? Nihil ꝓficis suadendo fidelibus, qp si minister Christi malus sit, Christũ ipsum, & fidẽ eius, & sacramẽta eius abijciãt, respuãt, & cõtẽnãt: nisi etiã qu sacerdotes eius multi sancti, multi pij, multi pudici, sicut pene in ecclesia Christi sunt in numeri: ideo fideles Christũ teneãt, fidẽ eius summè ament, sacramenta eius omni cultu, omni uenerationẽ, primis laudibus uenerãter attollat. Et ut ad rẽ ipsam ueniamus, quã cõtra cõfessionẽ uocalẽ exasperas: p tẽtationibus cõfessorũ pudet multa ducere: sed inest bona fides, ut nõ hæretico taceamus Christi solertiã sacerdotũ. Audi, & disce, si præuales, qd libro primo Registri. epistola. 24. q̃ incipit. Cõsideráti mihi: & est ad quatuor patriarchas, infert. GREGO. Fit plerũque, ut dũ rectoris animus aliena tẽtamẽta confẽdẽdo cognoscit, auditis tẽtationibus etiã ipse pulsetur, qa & hæc eadem, per quã populi multitudo diluitur, aqua proculdubiò luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suæ mũditiæ serenitatem perdit. Sed hæc nequaquàm pastori timenda sunt: quia Deo subtiliter cuncta pensante tantò faciliùs à sua eripitur, quantò misericordiùs ex

aliena

2.Tim.2. Matt.13 Matt.25

Ie.22.

1.Cor.4

Gregorius To.2.

primo in fine & in principio 2. Aug. To. 7 Psal 83.

1.Cor.4.

Iacob.1

Matt.23 & 13.

*nullo modo deberetis.

aliena tẽtatione fatigatur. Hæc ille. AVG. Sic ergo uos, o fideles Christi, oues Christi, agni eius, & filii prædestinationis eius ad regnum, scio, q̃ uos garritus hæreticus audita dñi prouisione, p ministris eius non turbat: iam ergo minus turbare poterit contra tam uenerabile sacrm, quãuis paleæ circumpulsent. Sed orate pro fratrib. uestris, quos dñs in flagello iracũdiæ suæ percussit pmittens eos tenebras exteriores incidere, & la
4 queum uenãtium, socios in errore. Vos † inquã alloquor Witcleuistæ, uos Pragẽses, ac ubicũq; sitis Husitæ: expergiscimini à furore deceptiõis hæreticæ. Peccastis? Quiescite. Nolite deinceps cõsidere in uerbis mẽdacii, dicẽtiũ. Hęc dicit dominus. Audeo dicere in conspectu eius, q̃ seculũ istud iudicabit in igne: q̃ ipse non misit eos, sed spiritus Antichristi. Adhuc reuertimini, dum lux est uitæ: ueniet nox, cum operari nõ licet. Alias oues uos hẽt Christus, quæ nõ estis de ouili eius modò, quas oportet in digito spiritussancti Saluatorem adducere, ut uocem ecclesiæ suæ magnæ possitis audire: & tunc fiet unum ouile, & unus Pastor. Nolite obesse uocanti: spiritũ nolite extinguere. Quid iuuabit rndere iudici, q̃ corda scrutatur? Mulier hæresis, q̃ dedisti mihi in sociã, dedit mihi de ligno uetito, & comedi? Quasi ecõtrario nõ ipse coarguat, Sed ego uos monui p apostolum meũ Paulum ad Rom. ultim. dicentem. Rogo uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quã uos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi. n. Christo domino nostro non seruiũt, sed suo uẽtri, & p dulces sermones, & benedictiones seducũt corda innocentium. Ego item uos monui p Apostolum meum Petrum, q̃ erunt in uobis magistri mẽdaces, sicut pseudoprophetæ erãt in populo, q̃ introducũt sectas perditionis: cũ qui emit eos, Deũ negãt: superducentes sibi celerẽ pditionem, & multi sequentur eorum luxuriam, p quos uia & ueritas blasphematur, & in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur, quib. iudicium olim non cessat, & perditio non dormitat. Hæc apostoli pdixerunt: si non cauti nũc sitis, uestræ damnationis cãm eligitis. Sed pterui sunt, & dicant: Dona nobis talem Paulũ & talem Petrum, & ipsum audimus. Respondet Christus: Nec Paulum, nec Petrum, sed audi ecclesiam. Qui ecclesiam nõ audierit sit sicut etnhicus. Ad ista quid dicis? quid respondes? Nunquid p pars Witcleff, aut Hus sit ecclesia, q̃ dum rebebant in Anglia, latuerant in occulto? De quo Christus ait. In occulto locutus sum nihil. Et iam ubi sunt? Non mundũ, sed uix angulũ mundi tenent. Audite AVG. de ecclesia differentem. li. 4. de symbolo in fine. Per sanctam ecclesiam; Pro
5 pterea † huius cõclusio sacramenti, per sanctam

Ie.9 Ie.8

2.Thes.5.

Gen.3

Ro.16.

2.Pet.2.

Mat.18.

Ie.18

Aug.To.9.

Non habet Deum patrẽ qui non habuerit ecclesiam matrẽ

*Omnes gẽtes totus mundus est

Gen 21 Gal.4. Eph.5 Cant.4.

Aug.To.7

Aug.To.2.

ecclesiã terminatur, qm̃ si quis absque ea inuẽtus fuerit, alienus erit a numero filiorũ: nec habebit Deũ patrẽ, qui ecclesiam noluit hre matrem. Sequitur. Audite hæretici q̃d scriptum sit. Oportet Christũ pati, & resurgere a mortuis, & pdicari in nomine eius pniam & remissionẽ peccatorum' p oẽs gentes. *Omnis mundus est ecclesia. Totum possidet, q̃ à uiro suo accepit in dotẽ. Quæcunque cõgregatio cuiuslibet hæresis in angulis sedet. Cõcubina est, non matrona. O hæresis Ariana quid insultas? q̃d exufflas? q̃d ẽt ad tps multa usurpas? Iniuriã a te patitur dña ab ancilla. Multas ei ingeris contumelias. Licet hæc doleat, nõ te magno pere metuit sponsa Christi sancta catholica. Cum. n. respexerit ille sponsus, eiicieris tu ut ancilla cum filiis tuis, qm̃ non erunt hæredes filii ancillæ cũ filiis liberæ. Cognoscatur una B sancta, & uera regula: cui regnum Christus tale dedit, q̃ eam p totũ mundũ diffundens ab omni macula, & ruga mundãs, totã pulchrã suo aduentu præparauit. Hæc ille. AVGVST. Eligite utrum credibilior sit uobis Augustinus, an Witcleff. Augustinus dicit nõ esse ecclesiam Christi nisi agrũ illum, de quo Christus dixit, Ager est mundus. Huius ecclesiæ regula fides est, quã q̃ non hẽt peribit. Ariana hæresis non habebat mundũ, sed angulum, cum tñ ad uestram comparata, magnum mundum tenebat. Vestra hæresis extra angulos uestros non agnoscitur. Fides Christi ẽm Paulũ annuntiatur in uniuerso mãdo. Sed põt (inquis) mundus decipi: aut uos cum mundo. Sed in libri fine contra Petilianum huic communi hæretico rum obiecto rndet breuiter AVG. Si falli potuimus cum orbe terrarum de hominũ iniquitate: nõ de fidei ueritate. Hæc ille. AVGVST. Ergo Christi fides, p qua Christus rogauit: nõ ita est peritura de mũdo ut putatis, nisi seruetur in Witcleff: q̃a poterit orbis terrarũ falli de hominũ iniqui- C tate plerunque, nunq̃ ãt de fidei ueritate. Aut sola fidei ueritas est uobiscum, quam tota p orbẽ ignorat ecclesia? Et tot sancti, quot in orbe sunt, & uestram ignorant perfidiam, oẽs sunt peccatores, scelesti, flagitiosi, & gehennæ pœnis dãnabiles, pauperes sunt, casti, pii, mansueti, iusti, papæ, pontificibus, patribus, regibus obedientes: proximos synceriter diligentes, solum eis deest, q̃ Witcleuistæ, aut Husitæ non sunt, necesse consentiunt, nunquid non sunt ex hoc membra ecclesiæ? Donatistæ hæretici hoc uos docẽt pp peccata quorundam non probata, sed dicta: ecclesiam Christi cõdẽnare p orbem, & quoslibet sanctos eius. Vnde in libro de hæresibus. ca. 69. AVGVS. In hæresim (inquit) schisma uerterũt tanquam ecclesia Christi propter crimina Ceciliani, seu uera, seu (quod magis apparuit iudicibus) falsa de toto terrarum orbe perierit: ubi

futura

Universidad de Deusto
Biblioteca

futura promissa est, atque in Aphricana Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus qua si contagione communionis extincta. Hæc ille. AVCTOR. Item hac insania quid laborare uultis, dicentes ecclesiam Christi periisse de seculo, si inter Witcleuistas non seruetur? omnes iniustos, omnes miseros, qui uobiscum non errant, adiudicantes, omnes Papas, præsules, religiosos, sacerdotes, reges, & populos in orbe damnandos, si turpes non fuerint Witcleuistæ? Elige qd uis o impia hæresis. Ecclesia Christi per orbem terrarum diffusa te damnat hæreticam. Aut ipsa non est ecclesia, sed sola tu es ecclesia, & damnas orbem terrarum. Aut ipsa est uera ecclesia Christi, & meritò es damnata. Quid sic insultas, o hæresis Witcleuistica? quid ad tempus multa usurpas? Iniurias multas a te domina patitur. Non te magnoperè metuit spōsa Christi ecclesia catholica. Maiora, & acriora, quàm potes, ab Arianis perpessa est in Asia, à Donatistis in Aphrica: & tamen contriti sunt, consumpti sunt. Implebitur prophetia Augustini de uobis, sicut de Arianis uidetur impleta. Cum respexerit sponsus ecclesiæ, Iesus Christus, eiicieris ut ancilla cum filiis tuis.

Peroratio, & operis dedicatio.

SVSCIPE ergo sancte pater, & magne sacerdos huius maioris ecclesiæ Iesu Christi oblationem, & uictimam holocausti libri huius, quem ad ostium tabernaculi testimonij Dei, quod apud te primum patet in terris, uictimam pro uictoria ecclesiæ Iesu Christi contra Witcleuistas, & hussitas hæreticos destinaui. Quam libri uictimã ex bobus, & ouibus de armento, ex fortibus scilicet scripturæ textibus, & simplicium sanctorum patrum dictis ad placandum Deum, pro anima illustris principis regis Anglorum, Henrici quinti, offerre disposui. Ego quippe homo sum tantum, & filiorum benedictionis tuæ uerè minimus. Et mihi quidem licet offerre, sed in igne probationis adolere nõ licet, ut sit in odorem suauissimum domino. Sed tibi, summe sacerdos, poterit complacere, ut mandes filiis Aaron, filijs domini mei, qui tecum sunt in circuitu altaris dominici detrahere pellem hostiæ, nè hirtum quid contra fidem Christi, aut hispidos errorum, aut nonitatum pilos oblata contineat. Concidant artus rationum in frustra: fundantque crudum, & merum sanguinem catholicæ propositionis in plane: ut tandem sacratissimis manibus tuis adoleri mereatur. Si non mereatur & abiici, quod formido. Certè quicquid horum euenerit, filius tuus ego sum: & sub sacratissima conceptionis tuæ manu libentius damnationis flagra dira suscipiẽs, quàm inter Witcleuistas insipidos aureolas primæ laudis. Sic enim me tibi patri sancto dabit filium spūs sancti a perennem: cuius in terris spondes, ac promissas uicarium, Iesus Christus. Amen.

Henricus quintus

REGI SECVLORVM IMMORtali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria, in secula seculorum, Amen. 1. ad Timotheum. 1.

Tomi secundi Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca